
image
not
available

Collegium publ.
de Statu
rei romanae







COLLEGIUM PUBLICUM
DE
STATU REI ROMANÆ:

IN QUO

JUSTO SINOLT COGNOM. Schützen/ U.J.D. CONSILIARIO HASSO-DARMSTADINO, ET ACADEMIÆ MARPURGENSIS Viceecancellario, ac Professore Juris primario, Directore, & Præside.

OMNES FERE QUÆSTIONES, quæ de Principiis Jurisprudentiæ Publicæ, Imperii Romani Statu, Imperatoris Electione, Hujus & Imperii Majestate, Capitulatione, Rege Romanorum, Vicariis, Electoribus, Principibus, aliisq; Statibus Horumq; omnium Iuribus, Territoriali Superioritate, Regalib. Civibus immediatis, Ganerbinatu, Comitiis, summis Tribunalibus, Bello, Pace, & sic de Administratione seculari & ecclesiastica, aliisq; Iuris hujus materiis hactenus motæ, & hinc inde à Doctoribus sparsim & confusè traditæ sunt, certo ordine ac perspicuâ brevitate propositæ, & citra affectus corruptionem, certis Disputationibus pertractatæ, ac ab

ERUDITISSIMIS JURIUM CANDIDATIS in Collegio ad Lanum ventilatæ sunt.

Adjectæ sunt Aurea Bulla Caroli IV. & moderni Imperatoris Gloriosissimi Capitulatio, cum Indice locupletissimo.

MARPURGI CATTORUM,
Typis & impensis CASPARIS CHEMLINI.
M. DC. XL.



ILLVSTRISSIMI CELSISSIMI-QVE PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI GEORGII

HASSORUM LANDGRAVII, COMITIS CATIMELIBOCENSIUM, IN Dietz/ZIGENhaina, Nidda, Isenburg, & Büdingen 2c.

FILIO ILLVSTRISSIMO

DOMINO LUDOVICO,

HASSORUM LANDGRAVIO, COMITI CAtimelibocensium in Dietz / Zigenhainâ, Niddâ, Isenburg, & Büdingen.

Dn. meo Clementissimo.

M*IRVM non est*, PRINCEPS ILLUSTRISSIME, *quod inter cœlestis genii & ingenii decora & ornamenta, quibus Patriæ exoriens omnium oculos in te convertis, vel verius perstringis, efflorescentem quandam in tenera tua ætate pietatis & prudentiæ indolem maximam polliceris, quam ego præcipue colo, agnosco atq; suspicio. Nam id non tam inde fieri puto, quod à teneris annis traditus fueris manuductioni, institutioni & informationi Virorum nobilitatis, & omnium virtutum genere ac eruditione præstantissimorum, qui in nullo, tàm in doctrina, quàm cultura virtutum officio pio defuerunt, & modo ac forma, ab Illustrissimo Parente ad consilium experientissimorum Doctorum, præscriptâ, cujus admiratio plurimos ducit, functi sunt: Quam quod illud naturâ & divino ingenio tuo innatum habeas, vel quod vivo Dn. Parentis exemplo movearis. Inde est, quod in hac ætate maturè in omni disciplinarum genere exhibeas ea, quæ alii viri facti præstare non possunt, quæq;*

te omnibus notißimum & admirabilem reddunt. Magna sanè spes nos omnes, qui veræ virtutis sensu commovemur, tenet, futurum aliquando diem, quo illa abundantis ingenii flumina in optimarum artium campum excurrant, & ea, quæ vel egregiè inchoata vel expectationem aliquam majorem excitarunt, in lucem ac splendorem Reipublicæ nostræ Romanæ & in partibus tibi concreditis eam administrandi proferes. Et nihil à Cell. Tua, nisi maximè Regium & generosum speratur, cum à Maximis Cæsaribus, Potentißimis Regibus ac Principib. laudatißimis longo ordine ac longâ seculorũ serie, descendas. In Illustrißima tua Hessorum Princiũ antiquißima familia offerunt se virtutum Heroicarum specula lucidißima infinita. Vixerunt in ea, & per gloriam in æternum vivunt, cordatißimi Hectores, fortißimi Achilles, Prudentißimi Catones, Piißimi Iosiæ, fidißimi & justißimi Aristides, Restant in te harum magnarũ & splendidarumrerũ quasi igniculi,

Fortes creantur fortibus, ac bonis,
Et in Juvencis, est in equis patrum
Virtus nec imbecillem feroces
Pprogenerant aquilæ columbam.

In recentiorum exempla si oculorum aciem intendam, aliud conjecturare neque: Nam antiquorum, quibus ob singulares virtutes summa rei, & Imperialis Majestas per electionem non semel delata fuit, mentionem non faciam: Sed Magnum illum Philippum, Religionis purioris & libertatis patriæ assertorem constantißimum Abavum contemplare: In Georgium piißimum Proavum, In Ludovicum Deo & Imperatori fidelem Avum, In Georgium prudentißimum Patrem oculos conjice. Quorum præclara facta tum domi, tum foris, virtutesq; altißimas, quarum tu hæres & genuinus successor es, referre nolo, cum plenæ sint paßim historiæ, pleni libri, plena monumenta earum rerum, quæ immortali cum gloria & laude, à tantis Principibus & Heroibus tam pacis, quam belli tempore gesta suut & administrata. Harum dico, Virtutum Avitarum splendore non solum coruscas sed & propriarum radios spargis. Intuetur Celss. Tua quotidie speculum & insignia Regiæ virtutis in Dn. Parente, Pietatem, Religionem, Justitiam, Fidem, Constantiam, Prudentiam, Rectam administrandi rationem, Clementiam *aliasq; quas ego nec brevi oratione comprehendere possum & quæ vires meas in dicendo longè superant.* Pietas, *ut omnium virtutum Regina, in Celsißimi Parentis tui corde propriam collocasse sedem videtur; non enim ignorat, quod diligentibus Deum, & piis omnia cooperentur in bonum. Et ut Regum sapientißimus ait, Auffer impietatem de vultu Regis, & firmabitur thronus ejus justitiâ. Ista ad omnia utilis est. Non fucata, quam docet Machiavellus, sed vera in Deum, Parentes, Liberos & Patriam. Patriæ enim amor nobis innatus, & sic juris naturalis est, & qui eam negligit, mortaliter pec-*

ter pec-

verpeccat: Patriæ Caput, & Pater ejusdem juris necessitate venerandus, & omnibus aliis commodis præferendus est: Pro Patriæ salute mori & pati honestum esse omnes boni judicarunt. Decorum est, ut probitate emineat, qui dignitate. Cyri Iudicio non convenit Imperium nisi qui melior est iis, quibus imperat. Hinc fit quod sedulus verbi Dei auditor preces ad Deum indesinenter fundat, à vitiis aliis communibus abstineat. Vt vera & purior Religio, quæ tamen politiam non abolet, floreat, vigeat & conservetur, omnes hactenus vires intendit, non quidem, ut Ethnici putarunt, ad stabiliendam Rempublicam, sed ad salvandas animas subditorum. Quantus ipsius erga Hanc ardor sit, testantur Ecclesiæ & Scholæ nostræ. Justitia quæ Hespero Luciferoq; pulchrior, omnesq; virtutes arctissimo nexu copulat, in ipso prælucet: si casus dubius incidit, non sufficit unum respondisse collegium, sed ut acuratius causa examinetur, aliis suis ICtorum & Consiliariorum corporibus, examinandum tradit. Fallere nescit, Fidem semel datam sanctè servat, probrosum in Principe & abominabile fidem frangere credit: Servat hostibus & amicis, quam temerè dare non solet. Expedit enim deliberatiùs promittere, ut melius stetur. Fidem violantibus Iehova excidium minatur. Est enim fides sanctissimum humani pectoris bonum, & unicum justitiæ & societatis humanæ vinculum, ut putat Cicero, & Principi adeò necessaria, quam sol est mundo. Perfidiæ sanè fœdi & funesti solent esse exitus. Et tanto fœdius est, si religione juramenti promissio firmata fuerit. Nec enim, ut volunt, jus regnandi gratia violandum est, aliis rebus pietatem colas. Rectè observavit Bodinus, quod nunquam perjurium manserit multum. Id exemplum juris jurandi à Iosua & populo Gibeonitis præstiti, & post 300. annos à Saule violati docet: aliter enim expiari non potuit, nisi Saulis filiis suspensis. Tristissimum hujus rei casum in Vladislao Rege Hungariæ foedus Turcæ frangente habemus, cum Amurathes Turcarum Imperator vindictam è cœlis posceret, Rex cum 30000. occubuit. Et certè perjurium est detestabilius atheismo, quia non tanta est eorum, qui Deum negant, Impietas, quam illorum, qui & esse Deum & rebus humanis prospicere fatentur, juris tamen jurandi simulatione Numen irridere conantur. Magnanimi Proavi Philippi Principis dicterium memoriæ insculpsit: Einen rechtschaffenen Fürsten soll man erkennen bey reiner Strassen/ guter müntze vnd haltung gethaner zusage. Servemus, dicit Iosua, fidem datam, ne Dei præpotentis iram ciere videamur. Ita instituit Aristoteles Alexandrum Magnum: Cogita ne pejeres, sed timeas divinam ultionem & humanam infamiã. Prudentiam, quâ Imperia magis, quam armis, & potentiâ defenduntur, Celsitudo ipsius sibi necessariam esse credit. Quicquid enim sol in mundo, id Princeps prudens in populo Hanc, quam à se ipsa habet, ab aliis Consiliariis & amicis quæsita conjungere studet: propriam, quam ex suo intellectu & judicio, quod ex

natura optatissima, educatione fidelissima & experientia diligentissima habet, admiramur quidem nos, sed prudens hic Princeps Prudentum consiliis lætatur, ut voluit Euripides. Quia teste Salomone ii, qui omnia cum consilio agunt, reguntur sapientiâ. Nulla etenim res est, quæ Principi majorem authoritatem, fidem, prudentiam & existimationem affert, quam si consilium capiat cum prudentioribus. Nec enim est argumentum imbecillitatis, sed prudentiæ, consulere alios, ut possit scilicet ex plurimis suffragiis illud ipsum quod melius & æquius est judicare. Æquius, dicunt Imperatores Nostri, cognoscimus, quod cum vestro consilio, Patres conscripti, fuerit ordinatum, id ad Imperii nostri beatitudinem & ad gloriam vestram redundare. Omnia regna, ait Salustius, Civitates, nationesque prosperum Imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. Clementia delectatur quasi & gaudet, sed illâ, quæ justitiæ conjuncta est. Nihil magis proprium est Principibus, per hanc sola Dei imitatio servatur, inquit Imperator noster. Unde Principes nomen adepti, quod Clementissimi vocentur. Vices enim Dei gerunt: homines non bestias gubernant, & per hanc benevolentiam subditorum, quod firmissimum est præsidium, conciliant. Intuere nunc Illustrissime Princeps, Patris Celsissimi animum, judica ipsius actiones, dignosce facta, & tanquam in speculo, has omnes & alias virtutes conspicies propriam quasi sedem in eo fixisse dices, & ita informatore opus non habes, si, ut facis, vestigiis ipsius insistis. De Augusto, Vell. Paterc. ait, Facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet. Nam populus in Principem tanquam in edito loco positum, & in clarissima luce versantem oculos conjiciens, omnia curiosè & diligenter inquirit, quid agat, quid dicat? Qualis est Princeps, talis est senatus, & consilium, & tales sunt ministri, & Sacerdotes: quo respicit Claudianus canens,

—— —— Componitur Orbis.
Regis ad Exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita Regentis:
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Qualis Rex talis grex; adeò ut Theodoricus Rex Gothorum, apud Cassiodorum putet, facilius errare naturam, quam ut Princeps possit sui dissimilem formare Rempublicam. Teste summo Philosopho: In moralibus plus exemplis quam verbis proficimus, & in illis facta magis quam verba movent. Celsissimus Dn. Parens totus in eo est ut Respublica & Patria sit beata. Beatitudo autem Reipublicæ non in fœderibus, non in opibus, non fortalitiis consistit, sed illa beata est, quæ ad verum decus & honestatem dirigitur, etiamsi prematur inopia, si ab hostibus obsessa, ab amicis deserta, si denique omni calamitatum genere obruta videtur. Ita enim Cicero Massiliam, cum à Cajo Cæsare triumpharetur, laudatissimam judicat: Sic justi sunt, etiamsi omnes fortunæ acerbitates excipiant, beati

dicendi

dicendi. Injusti in maximis prosperitatibus secundisq; rebus infelicissimi sunt; Quis enim civitatem, quæ solo fertili & ubere est locuples, hominum multitudine abundat, amicis charissima, hostibus formidabilis, & propugnaculis bene munita est, beatam dicet, si scelerum ac flagitiorum immanitate cumulata fuerit. Et ita quis Principem beatum dicet, qui fœderibus potens, armis instructus, aliis amicus, vera virtute tamen destituitur. Princeps noster beatus est, quia pius, quia Iustus, quia bonus est. Terra ipsius beata. Bella gerant alii, ipse pacem sequitur, & sic filius Dei nominabitur. Et quis quæso ipso in istis consiliis constantior turbulentissimis hisce temporib. comprobatus est: Nulla ipsum tanquam Heroem fortissimũ pericula à benè ceptis dimovere potuerunt, ad scopum collimavit, secutus nauclerum, qui tempestate orta vela quidem contrahere solet, non retrograditur tamen. Soli Deo confidere didicit, ejusq; gratia ipsi sufficit. Die noctéq; pro communi patria vigilat, subditos curat, pacem precibus à Deo, admonitione ab hominibus flagitat, consilio saluberrimo Rempublicam juvat. Accidit Celsit. ipsius quod omnibus bonis Principibus contingere solet, quorum rectè facta & consilia pessimi etiam reprehendere solent. Nullus enim Princeps est, quin si quid optimo consilio facit, calumnientur alii, & multa deinde hærent in animis, quæ odia pariunt. Quot enim quæso calumnias Cels. ipsius passa est? Sed placuit ipsi, quod Alexander Magnus dixisse fertur: Principis est benè facere & malè audire s. Fabiu Maximus in propriis castris malè audiebat omnium timidissimus, ac nullius pretii Imperator videbatur, quia rem prælio committere nolebat; sed cunctando Hannibalis impetum frangere. Verum tantum abfuit ut à sententia suâ, confirmato consilio conceptâ, desisteret, ut ad amicos potius diceret: Ego verò infamiam timiditatis & erroris eâ ratione augerem, si metu reprehensionum & convitiorum meo me detrudi proposito paterer. Et quidem pro Patriæ salute timidum esse, indecorum non est: Propter hominum de se opinionem. calumnias aut reprehensionem, in terrorem venire, id jam viro, qui tanto dignus sit Imperio, non convenit, sed quis vocum servus esse velit, quibus cum malè sentientibus imperare decet. Bella *amore Dei abominatur, & Dn. Proavi Philippi Magnanimi, belli paciśq; expertissimi Herois, gravissimam in Testamento filiis datam admonitionem, ne sine summa necessitate bella susciperent, custodire voluit. Bella enim non necessaria & sine justa causa suscepta infelices successus & Tragicos exitus habent: Etiã in piissimo Iosia. Hinc Theologus ille in Lucam ait: Etiam atq; etiam cavendum est Christianis, ne præcipiti aliquo affectu abrepti, aut etiam in consulto terras suas defendendi studio decepti bella non necessaria moveant; solet enim infœlix & tristis horum exitus esse, & quæque remedia ante tentanda sunt. Vsitatus quidem error esse videtur, in consiliis humanis, bella ad evitanda pericula, quæ metuimus, movere, & sic se in pericula conjicere, quæ conamur avertere. Et quod metus*

alienæ

alienæ potentiæ crescentis infelicibus bellis causam præbere soleat, proban. Bella Macedonum adversus Romanos, & Crœsi contra Cyrum. Vtinam Hi soli in eo peccassent. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Deus punit per bella, ut pater, qui castigato filio, ferulam in ignem projicit. Sæpissimè fit, ut victor fleat, et victus intereat; sic bella sunt pœnæ, tam victori, quam victo. Considerabat quod bellum Civile pararetur, quo nullum tristius est. Crudelissima talia sunt bella, quæ raro deponuntur nisi patriâ eversâ. In patriam Parentes & cognatos crudeliter ferimur. Accedit aliud multo gravius, dicit Gualth. in Lucam, quod alii & iræ vehementiâ abrepti, utrinq; ad externa auxilia confugiant, quorum armis ipsi utrinq; opprimuntur; exitus enim hi sunt, ut non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adjutoribus parta est victoria. Fœdus propter bellum inire, omnes Politici per se periculosum esse judicant, quod & Cels. ipsius, sæpius invitata, inire noluit. Edoctus ab Isocrate optimum & firmissimum fœdus esse, justa facere, nam talibus ipse Deus confœderatus est. Cum olim Episcopo II. bellum per fecialem à D. B. indiceretur, respondisse fertur, se nullam bello indicto causam dedisse, paci studere & bella civilia abominari, & ideò totam rem Deo committere. Vt elegans & pium responsum hoc fuit, ita & effectum felicem sortitum est. Dux enim bellū indicens eo audito, admiratus, & quasi rem melius considerans, in talia erupit verba: Si Deo negotium commisit, belliq; ducem elegit, ut cedam, & vincar oportet, & ita à bello destitit. Hatter Gott zum Feldhauptman angenommen / so muß Ich vnten ligen. *Hæc hisce periculosissimis temporibus pia meditatione me consolata sunt. Experti enim sumus, quando unus vel alter exercitus hostilia minaretur & hoc audiret, quod Celsitudo ipsius nullam causam belli dedisset, quodq; sub Legum Patriarum protectione secura & quieta vivere cupiat, æquitate & justitiâ, quæ Christianos decent, moti humanius nos tractarunt. Quorsum hæc? ais Princeps Illustrissime: Vt nimirum quasi in tabella vivas in Dn. Parente virtutem & prudentiam demonstrem & sequi suadeam, non ut laudes ipsius ad aures cantem; ab hoc enim natura mea abest longissime: non ut honorem vindicem, & à detrectationibus defendam, nam in eo minor sum. nec defensione opus est, cum Deus* T E R. O P. M A X. *causæ justitiam in apricum deduxeris & calumniatoribus os maledicum occludat. Non minima autem inter Cels. ipsius laudes hæc est, quod* Academiam *hanc singulari providentia prosequatur, cogitans quod illa sit lumen & fons sapientiæ, virtutum nutrix, linguarum & artium officina, arteria in Ecclesiam veram Religionem, in Rem publicam pacem & salutem infundens, et ut uno verbo Celsissimus Dn. Parens nominare solet:* Ein Edels Kleinoht. *Non sufficit Celsit. Ipsius hanc à Philippo Magnanimo fundatam, egregiè dotatam, Cæsareis privilegiis confirmatam fuisse, sed ut animum erga literatos & literas comprobaret, novis*

à Cæsarea

à Cæsarea Majest. privilegiis impetratis ornavit, pluribus reditibus & bonis munificentissime beavit, statutis sanctissimis formavit, & omnem pro ea Principe dignam curam habuit & habet, ut hisce turbulentissimis temporibus non tantum non intercideret, sed magis magisq; floreret. Et, ut Viri Celeberrimi Hermanni Vulteii verbis in tomo 4. Consiliorum positis utar: Sunt & extant ipsius tot & tanta in hanc Academiam beneficia & merita, ut nihil fecerit reliquum, quod ad eam constituendam, exornandam, amplificandam, conservandam quoquo modo desiderari possit amplius, imò verè dici, eam, quã accepisset lateratitiam, ipsam fecisse marmoream. Cui optimo studio Deus clementer benedixit, ita ut ipsius misericordia hæc nostra Academia in eaq; Professores & studiosi, non dissipati vivant, sed officiis suis quietè fungantur. Securos enim à malis bellicis nos esse putamus, idq; tam naturæ, quàm gentium & civili jure, congruit enim naturæ, ut innocentibus parcamus, dicit Iosephus, & Livio docente, non nocendum est maribus, qui non repugnant, sed à bello abhorrent. Hoc Philistæi ethnici fecerunt, qui Academiæ Iudæorum per castra sua ad civitatem posita pepercerunt, 1. Sammuel. 10, 5. & 10. Et David Tyrannidem Saulis fugiens locum Scholæ pro refugio & Asylo elegit 1. Samuel. 19. Hinc fœmina sapiens 2 Samuel. 20. Ioabo exprobrat, quod civitatem Abelem, ubi sapientiæ studia florebant, obcingeret & perdere vellet, nomine civitatis addens hæc: ego una ex pacem colentibus & fidelibus Israelis sum, tu quæris morte afficere incolas, & quidem metropolis in Israel, quare absorberes possessionem Iehovæ? Cui Ioab respondit, absit, absit mihi, ut absorbeam, & ut perdam. Imperator Fridericus in novellâ sua constitutione Habita hoc dedit Scholaribus, & in c. fin. x de treugâ & pace, ac in constitut. de Anno 1570. von Reuter bestallung *articul 70.* Fußknechtsbestallung *artic. 54. confirmatum est, ut in bello securi, & ab omnibus onerib. liberi esse debeant. Ne collegium vel in quantitate vel qualitate Professorũ deficeret hactenus studiosissime providit. Fuit & est, (absit jactantia verbis.) tanta hujus Academiæ authoritas & celebritas, quanta potest esse Scholæ optimarũ artium, ad quam, tanquam virtutũ omnium officinam, studiosi cõvolant. Vera hic floret Religio, hic pietas viget, hic Theologi venerandi & Religiosissimi continuis laboribus, vigiliis, ac studiis cultum divinum promovent, veram Ecclesiam propagant, errores & hæreses refutant. Cæterarum Facultatum Professores, ut viri Celeberrimi, ad sua officia omnibus dotibus instructi, indefesso quoque labore occupantur in optimis moribus & disciplinis instillandis. De Collegii nostri Iuridici Authoritate non solum dici potest, quod apud Ennium Pythius Apollo dicebat, se esse eum, unde si non populi & Reges, at sui saltem cives consilium expetant. sed hoc amplius totius Germaniæ oraculum esse. Ab ea enim Reges, Principes, & externæ Respublicæ consilia petunt, Comites, Barones, Civitates & singuli juris sui certitudinem accipiunt. Est ita columna veritatis*

 & justitiæ

& justitiæ tribunal egregium. Annus quidem jam agitur decimus sextus, quo Celsissimus Tuus Avus Ludovicus Fidelis me in Collegium hoc collocaret, nactus fui Collegas viros honorandos Dn. Hermannū Vultejum, Dn. Johannem Gœddæū, Dn. Helfricum Vlricum Hunnium, Dn. Antonium Nesenum, Dn. Johannem Breidenbachium, *quorum virtus & scientia per universum ferè orbem famam optimam ipsis peperit, & quamvis, Deo ita volente, quidam ex his fatis cesserunt, maximâ tamen curâ Cels. ipsius talia inquisivit subjecta & substituit, qui locum defunctorum optimè defensura creduntur. Me quod attinet, minimus quidem inter illos sum, Spartam tamen, quam nactus fui, quâ potui fide ornare conatus sum, sed quod omnibus magnis studiis plurimum adjumenti & alacritatis adferre solet, mihi defuit, præparatum nempe otium, in tempora enim, quæ communium rerum perturbationem secum trahunt, incidi, ut plurimum à profitendi labore ad Aulam à Cels. Dn. Parente vocatus fui. Nonus enim jam annus agitur, quo in numerum Consiliariorum Celsitudo ipsius me clementissimè adoptavit, ex quo in Aulâ variis laboribus vel legationum munere detentus fui, ita ut ne sperandum quidem mihi, in laboriosissimo tali vitæ flexu, fuerit, ut studia mea Scholastica continuare possem. Et quamvis reditus mihi ad recolenda optimarum legum studia optatus videretur, bellici tamen tumultus & strepitus armorum undiquaque circa hanc urbem sonantes cupiditatem leges excolendi adimebant. Sed singulari Dei semper factâ liberatione erectus ego incommoditatibus illis non frangi, vel me à studii mei cursu dimoveri passus sum; sed tanquam scopulus, quem undarum fluctus non convellit, omnem molestiam & laborem æquo animo sufferre & pro officio leges interpretando, publicè & privatim disputando, in Facultate Consulentibus respondendo aliaque mihi commissa negotia expediendo tempus transigere, quam ei deesse malui. Id autem quod Divus Fridericus Imperator in novella sua constitutione ait, Scholares illuminare mundum, & homines ad obediendum Deo & hujus ministro Imperatori, seu potius cuilibet Magistratui informare, sequi volui. Hæc enim præcipua justitiæ officia, hic finis studii nostri, ut Respublica sit beata, quæ non est, nisi vera* Religio *colatur &* Magistratui stet authoritas sancta. *Cum ergò hæc ad juris publici tractationem pertineant, eam quoq; semper, juxta privati juris studium colui, proposui, docui. Et cum viris cordatis doleo, quod plurimi, ut Isocrates conqueritur, operam nummorum colligendorum causâ in eo ponant, ut publicis neglectis privata non solum tractent, sed etiam in privatis vendant. De fundamentis Reipublicæ nostræ, de Magistratus summi* [illegible] *nati constitutione, Majestate ac potestate, administratione religio*[illegible] *rogata, de Comitiis Imperii, subditis eorumq; officio, de* [illegible] *Supremis Iudiciis, Interregno, insignibus & statu* [illegible]

paucos esse, qui temporis aliquid impendere velint. [illegible]
nam & sua ætate conquestus de eo Cicero, Plinius *aliiq; &* [illegible]
cuiq; stimulatio, Vile decus publicum. Res sanè noxia & pudenda. [illegible]
cente mundi ætate, conversiones Rerumpublicarum sunt frequentiores [illegible]
iis laborandum. Omni tempore inveniuntur, quorum malitia, dolus, insidiæ, technæ &
fraudes Rempublicam turbant & petunt, nisi maturo consilio frangantur & reprimantur,
tur, causa publica salva & integra manere non potest. Et hoc proh dolor hujus tempo-
ribus, ubi Imperium nostrum acerbioris fortunæ fluctibus & tempestatibus misere agita-
tur & in extremis quasi periculis versatur, comperti sumus, quam male, quam imperite,
quam fraudulenter scriptis & verbis leges Imperii pro cujusvis corrupto [illegible]
modo explicentur & de statu nostræ Reipublicæ discurratur, [illegible]
disputetur, imò pudor, ipsi ut & Electoribus ac Principibus [illegible]
pro ligiis vasallis coronæ Gallicæ asserantur, Religionis causa in [illegible]
in discrimen deducatur & si quæ sunt alia malignantium & [illegible]
nostrum facta, nemini non constat, adeò ut pene credatur verum esse, [illegible]
justitia & Leges sileant. Hæc ergo animo repetens, ne boni Civis [illegible]
hac in parte negligenter agere viderer, non ut ante è cathedra [illegible]
tum, sed & in scriptis ac disputando Studiosos hac in arte [illegible]
necessarium duxi. Nactus sum viros Eruditissimos, [illegible]
me, quantum per negotia licuit, cooperante & dirigente [illegible]
publicè ventilandas proposuerunt. Desumpsimus autem e [illegible]
perii & authoribus prudentiæ variis. Porro cum peri[illegible]
Republica disserere, specialiora ad rem pertinentia, de [illegible]
cidendo tractare noluimus, quis enim tam confidens, [illegible]
perii prodi? Quicquid ergo hic dictum, ut acriori [illegible]
lius informati sequemur. Nemo mortalium [illegible]
nullo errare divinitatis potius quam mortalis [illegible]
me errare. Omnia salvo Ju[illegible] *salva* [illegible]
suspicari, multos multa [illegible]
sibi placent, spero tame[illegible]

Tibi autem Illustr[illegible]
primū, ut patronū [illegible]
gis quam Pri[illegible]
Cæs[illegible]

natum habere, accedens autem institutio, ut nunc Adolescens virtute & scientâ toti orbi es notissimus, reddet virum omnibus admirabilem. Cui ergò potius, quam tibi Illustrißime Princeps, viva Patris imago & virtutum avitarum æmule, consecrarem? Seges est Academiæ vestræ, opus laboris ministri, res te Principe digna, Favor & clementia, quam multoties à te expertus sum, id jußit. Si nunc feci, quod debui, officii necessitas me excusabit. Propterea Illustrißimo tuo Patrocinio digneris, & si minus labores hi exculti sunt, benignitate tamen accipere non aspernari par est. Si autem tibi digni Patrocinio tuo non videbuntur, ut aboleantur, patienter feram. Si acceperis, maximum me eorum fructum percepisse existimabo.

DEVM TER. OPT. MAX. *ex intimis cordis penetralibus veneror, ut is, cum Celsißimo Dn. Parente, Sydere Imperii serenißimo, ac tota familia, te in omni felicitate nunquam interitura, & animi & corporis bonis, ad veræ Ecclesiæ & Reipublicæ Hassiacæ, imò totius Romanæ salutem paternè conservet, semperq; felicibus incrementis in majus provehat, in præsenti turbulentißimo statu, ab omnium malorum morsu, & ausu protegat, pericula avertat, & tandem in tranquillitate & pace, quâ tantum boni digni sunt, felicißime Nestoreos usq; in annos vivere permittat. Me verò ipsum, studia mea tibi submiße commendo & devoveo, & rogo, ut me meosq;, eâdem gratiosâ clementia, quam hactenus in me ostendisti, prosequi non dedigneris.* E. MARPVRGO *die* 29. *Augusti* ANNO CHRISTI M. DC. XXXX.

Illustris. Cels. Tuæ

Subjectissimus

Justus Sinolt cognomento
Schütz D.

AD LECTOREM.

LECTOR *Benevole, inter illa, quibus ater auriga ex orco vehiculum suum hisce temporibus oneravit, etiam referenda sunt scripta, discursus, pasquilli & libelli famosi, quibus Germanomastigæ ex depravata affectione vel etiam turpi ignorantiâ, non tantum externi, sed quod dolendum est, etiam concives quidam Reipublicæ nostræ statum ejusq; Caput supremum & sacrosanctum, & à Deo unctum, nec non Principes & status pacificos linguâ calumniosâ proscindunt, pacem miserè impediunt bellum strenuè serunt, leges & constitutiones nostras cavillosè interpretantur, ut simpliciores & juris nostri Publici imperitos in factiones suas trahant, omnia tamen specioso velo religionis, & libertatis tegunt. Cum igitur hæc ad eversionem & ruinam lapsantis nostri Imperii spectarent, quibus omnes boni cives pro officio suo obviare &, quantum in se est, resistere debeant, Ego quoq;, ut qui ad* PRIVATI ET PUBLICI JURIS *Professionem legitimè vocatus sum, Eruditissimis Iurium Studiosis, imò Candidatis suasor fui, ut themata hæc, de* SATU REI ROMANÆ *certo ordine me, quantum id per negotia publica, Legationes aliaq; ab Illustrissimo nostro commissa facere licuit, Cooperante & Dirigente ex veris Iuris Principiis, Legib. Imperii, rectâ & incorrupta ratione conscripta, publicè ventilanda proponerent: Id feliciter actũ esse Lector Benevole, vides: In uno, enim hoc opere habes, quod alii sparsim tradidere, vel quod alii nondum viderant. Omne veritatis indagandæ & tuendæ causâ, nullius in præjudicium quid posuimus, nec enim urnæ præfecti fuimus, Academicâ nostrâ libertate frui voluimus, in pluribus tamen, ubi Patres in discordia sunt, nihil decidere, sed lectori ipsi judicium è rationibus positis, sumere concessimus. Hæc vera esse comperies, si purum ab alienis opinionibus præconceptis animum*

attuleris. Si Germanus es, non miraberis, quod media inter arma fortè duriore stylo quorundam errores & ignorantiam reprehendamus, Boni enim Civis hoc est officium, ut Reipublicæ acerbioris fortunæ tempestatibus miserè agitatæ & in extremis quasi periculis versantis causam suo loco pro viribus agat & suscipiat: Et cum illi, contra quos pennam acutiorem, ut putas strinximus, in Religionem nostram veram, Imperatorem & Principes horumque jura calumniosè prius locuti sunt, quare ergò nobis non liceat justè defendere, quod illi injuste invadunt & offendunt, quomodo enim, quæso, bonus civis sine horrore & indignatione quæstionibus, quæ summo nostro & Sacro Sancto Capiti ac Principibus de statu & libertate injuriosè moventur, patientes aures præbeat? Hanc igitur operam, quam in nobiliori juris nostri parte collocavimus, boni consule, & ubi erratum, excusa, mone, si melius fuerit, sequemur. Mitis sis, & candidus, & pacatus, non impellere lapsantes, sed benignâ aliquâ interpretatione potius levare. Homines sumus, quorum labi & errare est, maximè hoc tempore, ubi armorum strepitus & discordia patriæ animos turbârunt. Et hac lege longum Vale, mi Lector.

J. S. cog. S. D.

AMPLIS-

IN COLLEGIUM PUBLICUM DE STATU REI ROMANÆ.

AMPLISSIMI VIRI

DN. JUSTI SINOLT cognom. Schützen / LL. D.

Profess. primarii & Procancellarii Academici.

DUm Christianus orbis in gravi modò
Furore fertur, ac ferè armis perstrepit,
Ut haud ineptè debeat possitq; jam,
Rectâ fide, Campus vocari Martius:
Adeò omne turbat hic & illic commodum
Pacis beatæ & artium sacrum jubar
Discordiarum sævitas, rapacium
Vel Principum vel militum. Sed arbiter
Rerum omnium curavit, idq; prosperè
Curavit, alcydonia quòd Scholasticis
Multùm calescant urbe in hac negotiis.
Atq; ecce! in æde strenuè sese excitant
Virtutis, atq; congruis laboribus
Studio Iuventus dedicata sedulo,
Idq; in Sinoldiano phrontisterio,
Per hosce sex septemve menses proximos,
Vel plusculos, quid attinet tam graviter
Hic litigare? Messis hæc se largiter
Infudit animis & dedit scientiam.
Quid ergo ab hac tulere pugnâ præmii?
Non lauream tulere larvam: messe ab hac
Fama reportant aviterni nominis.
Imitare, quisquis hanc adoream expetis,
Schola hæc Sinoldiana adhuc cuivis patet.

Conr. Bachmannus.

MOnstrum illud deforme, ingens, quod nostra gubernat
Secula, CÆCA STATUS RATIO, sacra Numina Divæ
Astrææ dudum terris ejecit, & una
Regnat in insidiis crudoque tyrannidis æstu;
Scilicet agricolis jus scriptum est, atque priorum
Simplicitatibus annorum, cum candor honori
Esset & integritas laudem mereretur: At aula
Altius euge sapit, nec ad integritatis amussim
Sceptra vocat stupidè, nec torvo ex Jure Coronas
Metitur, cum Regnanti sua jura libido,
Quod libet ut liceat, jam dudum scripserit, arte
Hetrurj egregiâ, quâ nulla est certior umbris
Addici, & Stygii lucrari regna Dynastæ.
Tu nobis, Tu Schützi aliud, Tu jura coronas
Defendisque aliter, Tu nostri vera recludis
Et prima Imperii fundamina, sacra Cathedræ
Pulpita magnificis animas discursibus, orbem
Docturus pleno famæ laudumque triumpho,
Quod sua nec STATUI desit, sed & inclyta summis
JUSTITIA Imperiis vel cœlo vindice constet,
Atque hâc Justitiâ nostri tot surcula Pindi

Imbuis

Imbuis: Atque negem, qui tandem dexter olympo
Attræam revocare queat, nostri esse Lycæi
Lumen Schützіadem? Felix Academia: felix
Aula, quibus tanto ProCancellarius ausu
Et Nestor vigilat, qui Sceptris gnarus & Aris,
Reddere, quæ sceptris juste debentur & aris,
Principis atque Dei veros meriturus amores.

Officiosissimâ manu apponeb. L.Mq̃3.

Joh. Balthas. Schupp. Professor Eloquent. & Historiarum ordinarius.

SYLLABUS

MATERIARUM, COLLEGARUM ET AUTHORUM.

DISPU-



DISPUTATIO I.

DE GENERALIBUS JURIS STATUS IMP. ROMANI.

Respondente CHRISTIANO Roch Rostochiensi.

IN nomine DEI (*a* ad juris publici Romani, (*b* disceptationes scholasticas. (*c* amicabiles pergemus. *d)* 1.

a) Et quidem JESU CHRISTI, prout leges nostræ piè requirunt. *L. decere 3. C. de Summa Trin. L. cum recta. 5. § credentes. C. eod.* alium enim Deum verum non novimus. *L. cum Salvatorem. 6. eod.* Et ita Justinianus noster satis Christianè hinc inde Constitutiones suas incipit. *L. quas gratias. C. de offic. præfect. prætor. Afric. L. 2. in nomine eod.* Novell. 109. *in princ. procem Instit. L. dedit. C. de Vet. jur. enucl. Novell.* 80. *in princip.* Bene enim universa geruntur & competenter, si rei principium fiat, decens & amabile *Deo. Nov. 6. in princ.* Sic bonus sequitur exitus. C. *principatus* 25. 1. q. 1. A

b) Jus enim, ut totum integrale, ex unaquaq; civitate appellatur. §. *sed civile Instit. de jure natur. gent. & civil.* accipitur ergò & pars ejus eodem modo, quo totum nempe generatim, ἁπλῶς de bona Reipublicæ constitutione, & gubernatione, ut *Idea Platonis Utopia Thomæ Mori.* Vel speciatim prout jam certā Reipublicæ formam respicit. Ut est Atheniensium. *dict. §. sed civile Inst. de jure nat. gent. & civil.* Lacedæmoniorum. §. *& non ineleganter Inst. eod.* Quiritum seu Romanorum, quod in dubio intelligi præsumitur idq; propter excellentiam. *dict.* §. 4. B

alienæ potentiæ crescentis infelicibus bellis causam præbere soleat, probant Bella Macedonum adversus Romanos, & Crœsi contra Cyrum. Utinam Hi soli in eo peccassent. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Deus punit per bella, ut pater, qui castigato filio, ferulam in ignem projicit. Sæpissimè fit, ut victor fleat, et victus intereat; sic bella sunt pœnæ, tam victori, quam victo. Considerabat quod bellum Civile pararetur, quo nullum tristius est. Crudelissima talia sunt bella, quæ raro deponuntur nisi patriâ eversâ. In patriam Parentes & cognatos crudeliter ferimur. Accedit aliud multo gravius, dicit Gualth. in Lucam, quod alii & iræ vehementiâ abrepti, utrinq; ad externa auxilia confugiant, quorum armis ipsi utrinq; opprimuntur; exitus enim hi sunt, ut non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adjutoribus parta est victoria. Fœdus propter bellum inire, omnes Politici per se periculosum esse judicant: quod & Cels. ipsius, sæpius invitata, inire noluit. Edoctus ab Isocrate optimum & firmissimum fœdus esse, justa facere, nam talibus ipse Deus confœderatus est. Cum olim Episcopo H. bellum per fecialem à D. B. indiceretur, respondisse fertur, se nullam bello indicto causam dedisse, paci studere & bella civilia abominari, & ideò totam rem Deo committere. Ut elegans & pium responsum hoc fuit, ita & effectum felicem sortitum est. Dux enim bellū indicens eo audito, admiratus, & quasi rem melius considerans, in talia erupit verba: Si Deo negotium commisit, belliq; ducem elegit, ut cedam, & vincar oportet, & ita à bello destitit. Hatt er Gott zum Feldhauptman angenommen / so muß Ich unten ligen. Hæc hisce periculosissimis temporibus pia meditatione me consolata sunt. Experti enim sumus, quando unus vel alter exercitus hostilia minaretur & hoc audiret, quod Celsitudo ipsius nullam causam belli dedisset, quodq; sub Legum Patriarum protectione secura & quieta vivere cupiat, æquitate & justitiâ, quæ Christianos decent, moti humanius nos tractarunt. Quorsum hæc? ais Princeps Illustrissime: Ut nimirum quasi in tabella vivas in Dn. Parente virtutem & prudentiam demonstrem & sequi suadeam, non ut laudes ipsius ad aures cantem; ab hoc enim natura mea abest longissime: non ut honorem vindicem, & à detrectationibus defendam, nam in eo minor sum, nec defensione opus est, cum Deus TER. OP. MAX. causæ justitiam in apricum deduxerit & calumniatoribus os maledicum occludat. Non minima autem inter Cels. ipsius laudes hæc est, quod Academiam hanc singulari providentia prosequatur, cogitans quod illa sit lumen & fons sapientiæ, virtutum nutrix, linguarum & artium officina, arteria in Ecclesiam veram Religionem, in Rempublicam pacem & salutem infundens, et ut uno verbo Celsissimus Dn. Parens nominare solet: Ein Edels Kleinoht. Non sufficit Celsit. Ipsius hanc à Philippo Magnanimo fundatam, egregiè dotatam, Cæsareis privilegiis confirmatam fuisse, sed ut animum erga literatos & literas comprobaret, novis

à Cæsarea

à Cæsarea Majest. privilegiis impetratis ornavit, pluribus reditibus & bonis munificentissime beavit, statutis sanctissimis formavit, & omnem pro ea Principe dignam curam habuit & habet, ut hisce turbulentissimis temporibus non tantum non intercideret, sed magis magisq; floreret. Et, ut Viri Celeberrimi Hermanni Vulteii verbis in tomo 4. Consiliorum positis utar: Sunt & extant ipsius tot & tanta in hanc Academiam beneficia & merita, ut nihil fecerit reliquum, quod ad eam constituendam, exornandam, amplificandam, conservandam quoquo modo desiderari possit amplius, imò verè dici, eam, quã accepisset lateratitiam, ipsam fecisse marmoream. Cui optimo studio Deus clementer benedixit, ita ut ipsius misericordia hæc nostra Academia in eaq; Professores & studiosi, non dissipati vivant, sed officiis suis quietè fungantur. Securos enim à malis bellicis nos esse putamus, idq; tam naturæ, quàm gentium & civili jure, congruit enim naturæ, ut innocentibus parcamus, dicit Iosephus, & Livio docente, non nocendum est maribus, qui non repugnant, sed à bello abhorrent. Hoc Philistæi ethnici fecerunt, qui Academiæ Iudæorum per castra sua ad civitatem posita pepercerunt, 1. Sammuel. 10. 5. & 10. Et David Tyrannidem Saulis fugiens locum Scholæ pro refugio & Asylo elegit 1. Samuel. 19. Hinc fœmina sapiens 2 Samuel. 20. Ioabo exprobrat, quod civitatem Abelem, ubi sapientiæ studia florebant, obcingeret & perdere vellet, nomine civitatis addens hæc: ego una ex pacem colentibus & fidelibus Israelis sum, tu quæris morte afficere incolas, & quidem metropolis in Israel, quare absorberes possessionem Iehovæ? Cui Ioab respondit, absit, absit mihi, ut absorbeam, & ut perdam. Imperator Fridericus in novellâ sua constitutione Habita hoc dedit Scholaribus, & in §. fin. x de treugâ & pace, ac in constitut. de Anno 1570. von Reuter bestallung *articul 70.* Fußknechtsbestallung *artic. 54. confirmatum est, ut in bello securi, & ab omnibus onerib. liberi esse debeant. Ne collegium vel in quantitate vel qualitate Professorũ deficeret hactenus studiosissime providit. Fuit & est (absit jactantia verbis.) tanta hujus Academiæ authoritas & celebritas, quanta potest esse Scholæ optimarũ artium, ad quam, tanquam virtutũ omnium officinam, studiosi cõvolant. Vera hic floret Religio, hic pietas viget, hic Theologi venerandi & Religiosissimi continuis laboribus, vigiliis, ac studiis cultum divinum promovent, veram Ecclesiam propagant, errores & hæreses refutant. Cæterarum Facultatum Professores, ut viri Celeberrimi, ad sua officia omnibus dotibus instructi, indefesso quoque labore occupantur in optimis moribus & disciplinis instillandis. De Collegii nostri Iuridici Authoritate non solum dici potest, quod apud Ennium Pythius Apollo dicebat, se esse eum, unde si non populi & Reges, at sui saltem cives consilium expetant, sed hoc amplius totius Germaniæ oraculum esse. Ab ea enim Reges, Principes, & externæ Respublicæ consilia petunt, Comites, Barones, Civitates & singuli juris sui certitudinem accipiunt. Est ita columna veritatis*

 & justitiæ

& justitiæ tribunal egregium. Annus quidem jam agitur decimus sextus, quo Celsissimus Tuus Avus Ludovicus Fidelis me in Collegium hoc collocaret, nactus fui Collegas viros honorandos Dn. Hermannū Vultejum, Dn. Johannem Gœddæū, Dn. Helfricum Vlricum Hunnium, Dn. Antonium Nesenum, Dn. Johannem Breidenbachium, *quorum virtus & scientia per universum ferè orbem famam optimam ipsis peperit, & quamvis, Deo ita volente, quidam ex his fatis cesserunt, maximâ tamen curâ Cels. ipsius talia inquisivit subjecta & substituit, qui locum defunctorum optimè defensura creduntur. Me quod attinet, minimus quidem inter illos sum, Spartam tamen, quam nactus fui, quâ potui fide ornare conatus sum, sed quod omnibus magnis studiis plurimum adjumenti & alacritatis adferre solet, mihi defuit, præparatum nempe otium, in tempora enim, quæ communium rerum perturbationem secum trahunt, incidi, ut plurimum à profitendi labore ad Aulam à Cels. Dn. Parente vocatus fui. Nonus enim jam annus agitur, quo in numerum Consiliariorum Celsitudo ipsius me clementissimè adoptavit, ex quo in Aulâ variis laboribus vel legationum munere detentus fui, ita ut ne sperandum quidem mihi, in laboriosissimo tali vitæ flexu, fuerit, ut studia mea Scholastica continuare possem. Et quamvis reditus mihi ad recolenda optimarum legum studia optatus videretur, bellici tamen tumultus & strepitus armorum undiquaque circa hanc urbem sonantes cupiditatem leges excolendi adimebant. Sed singulari Dei semper factâ liberatione erectus ego incommoditatibus illis non frangi, vel me à studii mei cursu dimoveri passus sum, sed tanquam scopulus, quem undarum fluctus non convellit, omnem molestiam & laborem æquo animo sufferre & pro officio leges interpretando, publicè & privatim disputando, in Facultate Consulentibus respondendo aliaque mihi commissa negotia expediendo tempus transigere, quam ei deesse malui. Id autem quod Divus Fridericus Imperator in novella sua constitutione ait, Scholares illuminare mundum, & homines ad obediendum Deo & hujus ministro Imperatori, seu potius cuilibet Magistratui informare, sequi volui. Hæc enim præcipua justitiæ officia, hic finis studii nostri, ut Respublica sit beata, quæ non est, nisi vera* Religio *colatur &* Magistratui stet authoritas sancta. *Cum ergò hæc ad juris publici tractationem pertineant, eam quoq; semper, juxta privati juris studium colui, proposui, docui, Et cum viris cordatis dolui, quod plurimi, ut Isocrates conqueritur, operam nummorum colligendorum causa in co ponant, ut publicis neglectis privata non solum tractent, sed etiam in foro privatis vendant. De fundamentis Reipublicæ nostræ, de Magistratus summi & subordinati constitutione, Majestate ac potestate, administratione religiosa & civili, bellica & togata, de Comitiis Imperii, subditis eorumq; officio, de ærario publico, contributionibus, Supremis Iudiciis, Interregno, insignibus & statuum jure ferè neminem vel admodum*

paucos

paucos esse, qui temporis aliquid impendere velint. Malum autem novum hoc non est, nam & sua ætate conquestus de eo Cicero, Plinius aliiq;, & breviter Tacitus: Privata cuiq; stimulatio, Vile decus publicum. Res sanè noxia & pudenda. Quanto enim senescente mundi ætate, conversiones Rerumpubcicarum sunt frequentiores, tanto magis pro iis laborandum. Omni tempore inveniuntur, quorum malitia, dolus, insidiæ, technæ & fraudes Rempublicam turbant & petunt, nisi maturo consilio frangantur & reprimantur, causa publica salva & integra manere non potest. Et hoc proh dolor hisce temporibus, ubi Imperium nostrum acerbioris fortunæ fluctibus & tempestatibus miserè agitatur & in extremis quasi periculis versatur, comperti sumus, quam malè, quam imperitè, quam fraudulenter scriptis & verbis leges Imperii pro cujusvis corrupto Iudicio & commodo explicentur & de statu nostræ Reipublicæ discurratur, summi Capitis authoritas disputetur, imò pudor, ipsi ut & Electoribus ac Principibus quæstio status moveatur, hiq; pro ligiis vasallis coronæ Gallicæ asserantur, Religionis causa in dubium vocetur, libertas in discrimen deducatur & si quæ sunt alia malignantium & Imperitorum circa hoc jus nostrum facta, nemini non constat, adeò ut pene credatur verum esse, quod inter arma justitia & Leges sileant. Hæc ergo animo repetens, ne boni Civis, & Professoris officium hac in parte negligenter agere viderer, non ut ante è cathedra legendo & disserendo tantum, sed & in scriptis ac disputando Studiosos hac in arte instituendos esse maximopere necessarium duxi. Nactus sum viros Eruditissimos, Candidatos, ut vocare solemus, qui me, quantum per negotia licuit, cooperante & dirigente dissertationes hasce conscriptas, publicè ventilandas proposuerunt. Desumpsimus autem è fonte ipso, legibus scilicet Imperii & authoribus prudentiæ variis. Porro cum periculosum semper habitum fuerit, de Republica disserere, specialiora ad rem pertinentia, de quibus jam armis disceptatur, decidendo tractare noluimus, quis enim tam confidens, ut cum Tacito putet, Arcana Imperii prodi? Quicquid ergo hic dictum, ut acriori censuræ subjiciatur, per me licet, melius informati sequemur. Nemo mortalium omnibus horis sapit, & teste Iustiniano, in nullo errare divinitatis potius quam mortalis est ingenii, & quia homo sum, oportuit me errare. Omnia salvo Iure Imperii, salva cujusvis authoritate diximus. Facile est suspicari, multos multa contra hos nostros labores dicturos esse, in iisq; desiderare quæ sibi placent, spero tamen neminem bonum eos vitio versurum esse.

Tibi autem Illustrissime Princeps lucubrationum harum dedicare volui tomū hunc primū, ut patronū contra morsum malevolorum haberem. Res, quæ tractatur, nullo magis quam Principe digna est, scire scilicet Reipublicæ statum: *Quæ Deo reddenda, quæ Cæsari ut summo capiti seculari, quæ ditiones, quas domus tua Celsissima amplissimas possidet, administrandi ratio Fateor quidem ex natura & ingenio tuo divino Te hoc innatum*

natum habere, accedens autem institutio, ut nunc Adolescens virtute & scientâ toti orbi es notissimus, reddet virum omnibus admirabilem. Cui ergò potius, quam tibi Illustrißime Princeps, viva Patris imago & virtutum avitarum æmule, consecrarem? Seges est Academiæ vestræ, opus laboris ministri, res te Principe digna, Favor & clementia, quam multoties à te expertus sum, id jussit. Si nunc feci, quod debui, officii necessitas me excusabit. Propterea Illustrißimo tuo Patrocinio digneris, & si minus labores hi exculti sunt, benignitate tamen accipere non aspernari par est. Si autem tibi digni Patrocinio tuo non videbuntur, ut aboleantur, patienter feram. Si acceperis, maximum me eorum fructum percepisse existimabo.

DEUM TER. OPT. MAX. *ex intimis cordis penetralibus veneror, ut is, cum Celsißimo Dn. Parente, Sydere Imperii serenißimo, ac tota familia, te in omni felicitate nunquam interitura, & animi & corporis bonis, ad veræ Ecclesiæ & Reipublicæ Hassiacæ, imò totius Romanæ salutem paternè conservet, semperq; felicibus incrementis in majus provehat, in præsenti turbulentißimo statu, ab omnium malorum morsu, & ausu protegat, pericula avertat, & tandem in tranquillitate & pace, quâ tantum boni digni sunt, felicißime Nestoreos usq; in annos vivere permittat. Me verò ipsum, studia mea tibi submiße commendo & devoveo, & rogo, ut me meosq;, eâdem gratiosâ clementia, quam hactenus in me ostendisti, prosequi non dedigneris.* E. MARPURGO *die* 29. *Augusti* ANNO CHRISTI M. DC. XXXX.

Illustris. Cels. Tuæ

Subjectissimus

Justus Sinolt cognomento
Schütz D.

AD LECTOREM.

LECTOR Benevole, inter illa, quibus ater auriga ex orco vehiculum suum hisce temporibus oneravit, etiam referenda sunt scripta, discursus, pasquilli & libelli famosi, quibus Germanomastigæ ex depravata affectione vel etiam turpi ignorantiâ, non tantum externi, sed quod dolendum est, etiam concives quidam Reipublicæ nostræ statum ejusq; Caput supremum & sacrosanctum, & à Deo unctum, nec non Principes & status pacificos linguâ calumniosâ proscindunt, pacem miserè impediunt bellum strenuè serunt, leges & constitutiones nostras cavillosè interpretantur, ut simpliciores & juris nostri Publici imperitos in factiones suas trahant, omnia tamen specioso velo religionis, & libertatis tegunt. Cum igitur hæc ad eversionem & ruinam lapsantis nostri Imperii spectarent; quibus omnes boni cives pro officio suo obviare &, quantum in se est, resistere debeant, Ego quoq;, ut qui ad PRIVATI ET PUBLICI JURIS Professionem legitimè vocatus sum, Eruditissimis Iurium Studiosis, imò Candidatis suasor fui, ut themata hæc, de SATU REI ROMANÆ certo ordine me, quantum id per negotia publica, Legationes aliaq; ab Illustrissimo nostro commissa facere licuit, Cooperante & Dirigente ex veris Iuris Principiis, Legib. Imperii, rectâ & incorrupta ratione conscripta, publicè ventilanda proponerent: Id feliciter actũ esse Lector Benevole, vides: In uno, enim hoc opere habes, quod alii sparsim tradidere, vel quod alii nondum viderant. Omne veritatis indagandæ & tuendæ causâ, nullius in præjudicium quid posuimus, nec enim urnæ præfecti fuimus, Academicâ nostrâ libertate frui voluimus, in pluribus tamen, ubi Patres in discordia sunt, nihil decidere, sed lectori ipsi judicium è rationibus positis, sumere concessimus. Hæc vera esse comperies, si purum ab alienis opinionibus præconceptis animum

 attuleris.

attuleris. Si Germanus es, non miraberis, quod media inter arma fortè duriore stylo quorundam errores & ignorantiam reprehendamus, Boni enim Civis hoc est officium, ut Reipublicæ acerbioris fortunæ tempestatibus miserè agitatæ & in extremis quasi periculis versantis causam suo loco pro viribus agat & suscipiat: Et cum illi, contra quos pennam acutiorem, ut putas strinximus, in Religionem nostram veram, Imperatorem & Principes horumque jura calumniosè prius locuti sunt, quare ergò nobis non liceat justè defendere, quod illi injuste invadunt & offendunt, quomodo enim, quæso, bonus civis sine horrore & indignatione quæstionibus, quæ summo nostro & Sacro Sancto Capiti ac Principibus de statu & libertate injuriosè moventur, patientes aures præbeat? Hanc igitur operam, quam in nobiliori juris nostri parte collocavimus, boni consule, & ubi erratum, excusa, mone, si melius fuerit, sequemur. Mitis sis, & candidus, & pacatus, non impellere lapsantes, sed benignâ aliquâ interpretatione potius levare. Homines sumus, quorum labi & errare est, maximè hoc tempore, ubi armorum strepitus & discordia patriæ animos turbârunt. Et hac lege longum Vale, mi Lector.

J. S. cog. S. D.

AMPLIS-

IN COLLEGIUM PUBLICUM DE STATU REI ROMANÆ.

AMPLISSIMI VIRI

DN. JUSTI SINOLT cognom. Schützen / LL. D. Profess. primarii & Procancellarii Academici.

DUm Christianus orbis in gravi modò
Furore fertur, ac ferè armis perstrepit,
Vt haud ineptè debeat possitq; jam,
Rectâ fide, Campus vocari Martius:
Adeò omne turbat hic & illic commodum
Pacis beata & artium sacrum jubar
Discordiarum sævitas, rapacium
Vel Principum vel militum. Sed arbiter
Rerum omnium curavit, idq; prosperè
Curavit, alcydonia quòd Scholasticis
Multùm calescant urbe in hac negotiis.
Atq; ecce! in æde strenuè sese excitant
Virtutis, atq; congruis laboribus
Studio Iuventus dedicata sedulo,
Idq; in Sinoldiano phrontisterio,
Per hosce sex septemve menses proximos,
Vel plusculos, quid attinet tam graviter
Hic litigare? Messis hac se largiter
Infudit animis & dedit scientiam.
Quid ergo ab hac tulere pugnâ præmii?
Non lauream tulere larvam: messe ab hac
Famæ reportant æviterni nominis.
Imitare, quisquis hanc adoream expetis,
Schola hæc Sinoldiana adhuc cuivis patet.

Conr. Bachmannus.

MOnstrum illud deforme, ingens, quod nostra gubernat
Secula, CÆCA STATUS RATIO, sacra Numina Divæ
Astrææ dudum terris ejecit, & una
Regnat in insidiis crudoque tyrannidis æstu.
Scilicet agricolis jus scriptum est, atque priorum
Simplicitatibus annorum, cum candor honori
Esset & integritas laudem mereretur: At aula
Altius euge sapit, nec ad integritatis amussim
Sceptra vocat stupidè, nec torvo ex Jure Coronas
Metitur, cum Regnanti sua jura libido,
Quod libet ut liceat, jam dudum scripserit, arte
Hetrurj egregiâ, quâ nulla est certior umbris
Addici, & Stygii lucrari regna Dynastæ.
Tu nobis, Tu Schützi aliud, Tu jura coronas
Defendisque aliter, Tu nostri vera recludis
Et prima Imperii fundamina, sacra Cathedræ
Pulpita magnificis animas discursibus, orbem
Docturus pleno famæ laudumque triumpho,
Quod sua nec STATUI desit, sed & inclyta summis
JUSTITIA Imperiis vel cœlo vindice constet.
Atque hâc Justitiâ nostri tot surcula Pindi

Imbuis

Imbuis: Atque negem, qui tandem dexter olympo
Astræam revocare queat, nostri esse Lycæi
Lumen Schützíadem? Felix Academia: felix
Aula, quibus tanto ProCancellarius ausu
Et Nestor vigilat, qui Sceptris gnarus & Aris,
Reddere, quæ sceptris juste debentur & aris,
Principis atque Dei veros meriturus amores.

Officiosissimâ manu apponeb. L.Mq.

Joh. Balthas. Schupp. Professor Eloquent. &
Historiarum ordinarius.

SYLLABUS
MATERIARUM, COLLEGARUM ET AUTHORUM.

DISPU-



DISPUTATIO I.

DE GENERALIBUS JURIS STATUS IMP. ROMANI.

Respondente CHRISTIANO Roch
Rostochiensi.

IN nomine DEI (*a* ad juris publici 1.
Romani, (*b* disceptationes scholasticas. (*c* amicabiles pergemus. *d)*

a) Et quidem JESU CHRISTI, prout leges nostræ piè requirunt. *L.decere* 3. *C. de* A
Summa Trin. L.cum recta. 5. § *.credentes.* C.*eod.* alium enim Deum verum non novimus. *L. cum Salvatorem.* 6.*cod.* Et ita Justinianus noster satis Christianè hinc inde Constitutiones suas incipit. *L. quas gratias.* C.*de offic.præfect.prætor.Afric.* L.2.*in nomine eod.* Novell.109.*in princ.* *procem Instit.L.dedit.* C.*de Vet.jur.enucl.* Novell.80.*in princip.* Bene enim universa geruntur & competenter, si rei principium fiat, decens & amabile *Deo. Nov.6.in prim.* Sic bonus sequitur exitus. C.*principatus* 25.
1.q.1. *b)* Jus enim, ut totum integrale, ex unaquaq; civitate ap- B
pellatur. §.*sed civile Instit.de jure natur.gent.& civil.* accipitur ergò & pars ejus eodem modo, quo totum nempe generatim, ἁπλῶς de bona Reipublicæ constitutione, & gubernatione, ut *Idea Platonis Utopia Thomæ Mori.* Vel speciatim prout jam certã Reipublicæ formam respicit. Ut est Atheniensium. *dict.*§.*sed civile Inst.de jure nat. gent.& civil.* Lacedæmoniorum.§.*& non ineleganter Inst.eod.* Quiritum seu Romanorum, quod in dubio intelligi præsumitur idq; propter excellentiam. *dict.* §.4.

C c) Sunt quidam, qui studium juris publici studiosis è manibus eripere conantur & è scholis ad solas principum aulas relegare. Tùm quod in Aulis, & principum conventibus de eo sit tractandum, non in scholis. Tùm quod de principis potestate disputare sit instar sacrilegii. *L.2 C.de crim.sacrileg.* Tùm quod privatos privata deceant, publico qui in munere sunt, publica. Et quod ex usu, non è libris discatur, quodq; in secretiori principum Camera non in libris vulgatis contineatur, quodq; fortem requirat stomachum & experientiam. Imo quod periculosum sit, nemo enim Reipublicæ penè inservivit fideliter, qui vel bona vel honorem, vel vitam non perdidit. Sed his osoribus boni publici satisfaciunt. *Besol. de jurisdictione Imp.Rom. thes.1. Dn. Arum discurs.public.p.1. in præfat.* Hos ignorantiæ labe infectos, vel tyrannidis invehendæ cupiditate affectos esse, Besold. ait. Sicut enim, ut & aliàs scientia nullum nisi ignorantem osorem habet, qui cum ipsi hæc nesciant, alios indagare ea ægrè ferant: pariter ut in Theologia ac Philosophia, quidam mysteria scrutari prohibent, & qui hoc faciunt, nescio, cujus novitatis faciunt reos, nempe ne pigra illorum inscitia detegatur. In scholis qui de hisce agi non oportere dicunt, ii scholarum finem ignorare videntur, in scholis discenda sunt, non quæ in scholis saltem prosunt, & quæ nos æternis catenis ad scopulos pædagogii affigunt, sed quæ ingenuum civem ad Rempublicam in partibus sibi credentis administrandam aptum reddant. *proœm. Instit. in fin.* Adde quod corpus Justinianeum non tantùm *in ff.* sed & *in C.* maximè *in libr.1. & tribus posterioribus* de hac juris parte tractet. Quodq; Fridericus Imperator jus Feudale in Academiis legi voluerit, in quo magna pars juris Imperii habetur, vel saltem tacitè consenserit. *Dn. Vult. de feud. libr.1. c.1.n.7.* Exemplo nobis sunt majores. Et annon Græci, annon Romani, de jure Reipublicæ suæ minutim disseruerunt? quare ergò & nobis id non liceat? An quod *Plinius libr.8. Epist.1.* putat: Priorum temporũ servitus; ut aliarum optimarum artium, ita etiam juris Senatorii (quod pars erat juris publici) oblivionem quandam & ignorantiam introduxit, itaque libertas sub Trajano reducta, rudes nos & imperitos deprehendit. Curiam ille inquit, juvenes prospeximus, sed curiam trepidantem, curiam elinguem,

elinguem, cum dicere quod velles, periculosum, quod nolles miserum esset, quid tum disci potuit, aut disci juvit, cum Senatus aut ad otium summum, aut ad summum nefas vocaretur. Num ne ars longa vita brevis est? Si senex huic studio operam dabit, in altera vitâ fortè reipublicæ administrationem cupiet, ut ille in simili dixit. Exemplo nobis sint viri celeberrimi, qui è schola hac arte instructi prodierunt, ibiq; specimina scientiæ ediderunt, & ita præ aliis Consiliariis consiliis suis principibus etiam hodiernis temporibus optimè adfuerunt. *d*) Nimium n. altercando amittitur veritas, & finis disputationis *L. fin. §. 26. ff. de munerib.* Protestor ego meo, & Dnn. collegarum meorum nomine, hisce sanctissimè. Quod omnia discendæ veritatis studio proponere velimus, quodq; à nobis tanquam à candidæ veritatis lacte nutritis omnes affectus propensiones semotæ sint. Ingenia enim nostra nullo alio lacte, quàm prædicto nutrivimus, & nulli hactenus mancipavimus. Nihil aliud intendimus, quam nos ita erudire, ut finem studii juris assequi possimus. Academica nostra libertate frui, & quæsitorum instar urnæ præesse, decisionis non agere arbitros, pulpito & non curiæ scribere velimus: Hanc protestationem toties quoties opus fuerit, repetitam, & sic semel pro semper interpositam volumus, non enim tam obtusæ naris sumus, ut non intelligamus varia, & fortè iniqua judicia Disceptationes nostras subituras esse. D

Jus enim nostrum Romanum, quod est ars, *a*) æqui & boni *b*) duas habet partes, publicum & privatum. *c*) 1.

a) *L. 1. ff. de justit. & jur.* dicitur alias prudentia *§. & cum 3. proœm. Inst.* vel jus. *dict. l. 1.* juris civilis scientia. *l. 2. §. juris civilis. ff. de orig. jur.* legitima scientia. *§. igitur 5. proœm. Inst.* legum doctrina. *l. omnem §. incipite C. de vet. jur enucl.* Studium. *§. hujus Inst. de Iustit. & jur.* Legitimum studium. *dict. l. omnem in fin.* Quod justitiam defendit & tuetur. *Novell. 50. c. 9. §. 1. Novell. 163. in princ.* & metaphoricè templum justitiæ. *l. tanta §. 20. C. de veter. jur enucl.* Nostrum non est de genere hujus studii multa hîc disserere, hoc dicimus, quod nec propriè ars sit nec scientia, sed prudentia politica, & quidem hîc Romana, est A

enim habitus quidam intellectualis, qui ab objecto dispescitur in speculativum & practicum: Ille circa res necessarias & immutabiles cognitionis tantùm caussa occupatur, in eaque animus acquiescit, & scientia vocatur: Hic circa res contingentes, idq; propter usum practicum. Contingentia autem cum sint vel πρακτὰ vel ποιητὰ, circa hæc ars versatur, cujus finis est opus aliquod extra nos producere, sive sit corporeum sive incorporeum. Circa illa est prudentia, quia consilio gubernantur, & eorum finis est beatitudo hominis. *Willeb. in exercitat. lib. polit. 1. th. 12. Riemer. decad. 1. q. 1. Baccov. in comment. Instit. de justit. & jur.* §. 2. Practica nunc hæc disciplina duplex est, generalis & specialis, ut politica & œconomica. *Aristot. lib. 6. Nicomach. c. 8.* Politica dividitur rursus in legislatoriam, judiciariam, & consultatoriam. In genere eam hîc accipimus, ut exhauriat objectum privati & publici juris, ut contra Ehem. disputat
B *Riem. dict. loc.* qui videri potest. *b*) *dict. l. 1. ff. de just. & jur.* Bonum & æquum non quidem confundi, sed nec separari debent. *l. pen. ff. eod. l. si & me 32. ff. de reb. credit.* Hinc justitiæ vis omnis in æquitate consistit *l. placuit. C. de judic. l. quod si Ephesi §. in summa ff. de eo quod cert. loc. l. 1. ff. de constit. pec. l. in omnibus. ff. de regul. jur. l. si tibi. ff. si cert. pet. c. qui clementiam dist. 86.* Sed de his Doctores videri possunt. Id quod de toto jure dictum est, id etiam in parte hac, jure privato locum habet. *l. quæ de tota ff. de Rei. vindic. Nicol. Everhard. in topic. loc. à tot. ad part.* nam æquè suum cuique tribuit. *Donell. comment. jur. civil. libr. 1. c. 3. 5. 6.* Errant igitur illi, qui jus publicum ab æquitate semovent. *arg. Novell. 9. in proœm.* nam in eo major est æquitas. *l. bona fides. 31. ff. depos.* æquius enim est, ut subditus propter Rempublicam, quàm ut
C hæc propter illum patiatur, ut infra pluribus docetur. *c*) Et quidem integrantes, quæ totum essentialiter constituunt. *l. 1. §. hujus ff. de justit. & jur. §. hujus Institut. de justit. & jure.* Vocantur autem hæ partes publicum vel privatum jus ob inopiam verborum. *l. 4. ff. de præscript. verb.* Divisionem hanc *dict. §. hujus studii & context.* probat, *in princ.* enim tituli egit Imp. de fine jurisprudentiæ *in* §. 1. tradit definitionem. *in* §. 2. attingit modum docendi in §. 3. præcepta generalissima *in* §. *hoc finali* annectit decisionem, nec enim alia integri in partes invenitur divisio. Et jus privatum finem justitiâ solum

exhau-

exhaurire non potest, ut enim justè vivas, ut Respublica sit beata, non sufficit ut justè cum concivi converseris in privatis tuis negotiis, sed etiam ut religionis stet veritas, Magistratui fiat obedientia, præmia virtuti, & pœnæ malefactis solvantur, & si quæ sunt alia. Dissent. variè Dd. qui in *dict.* §. hujus particulam studii & positiones aliter atque aliter explicant, videri potest *Baccovius ad dict.* §. *Donell. lib.* 1. *cap.* 3.

Est igitur jus publicum, *a)* quod ad statum Rei Romanæ spectat, *b)* cujus cognitio jure privato præstantior est, *c)* & cognitu necessaria. *d)* 3.

a) Ab objecto, nam ratione caussæ efficientis & formæ omne jus publicum est. *Wesenb. paratit. ff. de just. & jur. n.* 14. Dicitur publicum jus aliàs ambigue, ut videri potest apud *Calvin. in Lexic. verb. publicum jus.* hic ab objecto, quod populi caussam agat: Publicum enim dicitur, quasi populicum. *b)* Status hîc significat conditionem & consistentiam Imperii Romani, dixit autem Imp. Rei Romanæ non Reipublicæ, idq; non sine caussa. Cum enim jus Imperii non ad populum, sed propter legem Regiam, ad Imperatorem spectaret, nec in populo amplius regimen consisteret, etiam status esse Reipublicæ propriè dici posse non videbatur. *Calvin. Lex. verbo Respublica.* *c)* Quantum n. præstat Respublica privatis, salus omnium salute unius, tantum præstat jus publicū privato. Quanto jucundius est disserere de Aula Cæsaris, quàm fortè de loco privati alicujus, tantò jucundius etiam hoc studium. Minimè probavit *Warem. ab Ehrenb. de feud. libr.* 1. *cap.* 1. *n.* 126. illos, qui peritiores sunt privati, quàm publici juris, quamvis ab his plures opes coacerventur, & post: relinquitur politicos Rerumpublic. sapientiores & meliores ac tales esse, qui plus prodesse queunt, quàm etiam probati caussidici. Addi potest *Cicero libr.* 1. *de legib.* ubi suos derisit, quod de stillicidiis, cęterisq; ob-cularibus commodis curiosè disputent, de jure publico nemo curet. *Prat. in lexic.* ubi quoque allegat Oldendorp tantam ejus præstantiam esse putaverunt aulici, ut sibi solis cognitionem ejus habere liceat. *Arum. in discurs. public. tom.* 2. *in præfat.* d) *Lindem. disput.* 1. *th.* 10. est n. 1. pars integrans juris nostri, D

(margin letters: A, B, C beside the notes a, b, c)

totius autem studium studiosis, quorum nomine Doctores comprehenduntur. *l.1.ff.de Assess.l.4.ff.de extraord.cognit.* injungitur *proœm. Inst.* Totum est, quod omnibus suis partibus constat. *l.1.ff.de orig.jur.* nemo ergò sibi nomen JCti inscribere debet, licet abstrusissimas juris privati particulas proponere & dissolvere potest, nisi & in publici juris viretis versatus sit. 2. facit *Auth.habita C.ne fil.pro patr.* Ibi: quod totum mundum illuminent, ac vitam subditorum ad obediendum Deo & Magistratui informent, hoc autem Juris publici est, *l.1.§.hujus ff.de I. & Iur.* 3. *proœm.Inst.in f.* ubi gubernatio reipubl. in partibus sibi credendis studiosis promittitur. 4. Exemplo veterum JCtorum: Ita Trebatius religionis novem, Labeo de verbis Pontificalibus 68. Nerat. de quæstionibus Pontificalibus plures scripsisse libros legimus. 5. à turpitudine vitanda ducitur argumentum. *l.2.§.43.de O.I.* Ibi: turpe est ignorare jus in quo versamur. 6. à laude consequendâ *d.l.2.§.46.* ubi Tubero exinde laudatur, quod publici etiam juris cognitionem habuerit. Miser esset JCtus dicit *Waremund.ab Erenb.d.c.1.* qui omnia Reipubl. negotia è jure privato metiri velit. Hunc & *Bodin.de Republ.lib.1.* taxat, Ciceronem secutus, qui Catonem ob sententias horridiores è jure privato prolatas, & in senatu defensas reprehendit. Sic Gellius Antabinum Labeonem doctissimum quidem JCtum prædicat, sed qui omnia ad juris privati regulas redigere voluit. Quare autem nobilissima hæc juris pars tam longo tempore in scholis neglecta fuerit, variæ afferuntur rationes, alii aulicorum invidiæ adscribunt, alii sublimitati & difficultati, alii barbariei, alii quod ipse Justinianus non tradiderit, alii quod illud per legem Regiam sit abolitum, sed nulla ex his subsistere potest, rectius igitur id Pontificis Romani facto imputatur. Cum enim is totum Jus Ecclesiasticum, & sic ea, quæ ad sacerdotia & sacra pertinent, sibi soli assumpserit, in temporalibus se superiorem Imperatore constituerit, eosq; qui contra quid dicerent, fulmine, flamma & ferro persequeretur, JCti plerique, non omnes tamen, tacere, quàm pericula subire maluerunt, postquam autem per Gratiam DEI lux veritatis exurgeret, inceptum esse in scholis de hoc jure & quidem feliciter tractari.

Causa

Causa efficiens hujus juris est DEUS, *a)* & recta 4.
ratio. *b)*

a) DEUS enim autor omnis boni ordinis est, *ad Rom.* 13. A
Eph. 4. 1. *Corinth.* 12. ut oculus videat & auris audiat, Dominus facit utrumq; , *Proverb.* 20. Hic est, qui regna transfert, & à quo omne bonum. *b)* Notitiæ mentis, & principia practica, *c.* 1. *dist.* 1. hæc B
suum cuiq; locum relinquunt, patriæ & magistratui obedientiam, *l.* 2. *ff. de I. & I.* tributum cui tributum, honorem cui honor debetur, *Rom.* 13. *v.* 7. Hæc ratio à DEO in cordibus nostris est lex condita, quæ distinguit turpe ab honesto & voluntatem architecti sui demonstrat, *Rom.* 1. nam & in hac arte λογικῶς procedendum est, *arg. l.* 1. §. 1. *de I. & I. &* §. *his igitur, I. eod.*

Et hinc dicimus jus publicum etiam collectum esse 5.
a) è jure naturali. *b)* Gentium. *c)* & Civili. *d)* nec per legem Regiam abrogatum esse. *e)*

a) Ita *Dn. Gœdd. ad l.* 6 *in pr. n.* 11. *de Verb. Sign. Hunn. variar. resolut. lib.* 1. *tr.* 1. *q.* 18. *Bachov. ad Treutl. Disp.* 1. *part.* 1. *th.* 3. *&* 6.. *aliiq.. Diss. Tr. dict. th.* 6. *VVesenbec. paratit. ff. de Iust. & Iur. n.* 14. *& de pact. n.* 4. *Bocer. class.* 1. *disp.* 2. *th.* 5. *Marc. Lyclam. membr. lib.* 7. *Eclog.* 41. §. 1. *per* §. *hujus. Inst. de Iur. nat. Gent. & Civ.* *b)* Ut est religio & obedientia erga patriam. *l.* 2. *ff. de I. & I.* Hæc enim juri naturali ibi adscribuntur, & talia esse sacra docet pagina, *Rom.* 1. *&* 2. *&* 13. *cap.* Jus enim naturale divinum est, §. *pen. Inst. de Iur. Nat. Gent.* Diss. Timæus Fab. Disp. *Inst.* 1. *th. f.* quia bruta carent sacris, sacerdotibus & magistratibus; hinc etiam Don. com. *Iur. Civ. lib.* 1. *c.* 4. Jus divinum seu religionem distinguit à jure publico, sed videatur Psaltistes, qui dicit, corvos invocare DEUM & Apes c. in apibus. *c.* 7. *q.* 1. ordinem politicum monstrant. *c)* *l. ex hoc jure ff. de I. & I. l. f. de legat.* *d)* Huic quidam totum jus publicum adscribere volunt, sed non rectè, nisi quoad usum & appropriationem hoc fiat. *e)* *Arum. Exer.* 1. *th.* 12. Nam lex Regia de hoc jure nullam facit mentionem. E. *l. sancimus C. de testam.* 2. nulla alia lex est, quæ hoc dicat *Nov.* 18. *c. considerremus. Diss. Berard. var.* 12. quia in principem status Imperii omnis etiam transla-

(Margin letters on the notes: B beside "Ut est religio"; CD beside "Huic qui-"; E beside "Arum. Exer.")

translatus fuit. Sed absurda hæc est opinio, nam principe consti tuto mansit religio, sacerdotium & alia, & mansit imperium Romanum, cujus beatitudinem jus publicum docet.

6. Finis hujus artis est Justitia, *a)* eaq; universalis. *b)*

A *a)* Hæc enim totius juris finis est, *Dd. ad pr. I. de Inst. & Iur.* E. & partis, *l. quæ de tota ff. de rei vind.* Nec obst. quod ob publicam utilitatem privatorum jura lædantur. *arg. l. 1. ff. de usucap.* & sic impium interdum sit jus publicum. *Nov. 9. pr.* Nam hoc modo nihil in injuriam alicujus fit. Quilibet enim privatus ita patriæ obligatus est, ut se suaq; omnia ipsi debeat, & natura nos docet. *Omphal. de usurp. leg. lib. 1. c. 6. n. 1.* & ad id se quoq; civiliter obligavit privatus *l. 1. & 2. ff. de LL.* Nec quando privatus ob utilitatem publicam quid patitur, id injuria patitur, sed nec ob publicam utilitatem in alterius injuriam quid fieri permittunt leges nostræ, *arg. l. 1. §. meritò ff. de ripa. mun. l. qui vias publicas ff. de damn. infect. l. nec unus. C. de emancip. l. 2. § si quis à principe. ff. ne quis in loco publ. l. rescripta. C. de precibus Imperat. offer. t. t. c. si contra jus vel util. publ.* Nec enim ibi aut honestè vivitur, aut cuiquam suum tribuitur, si uni adimitur, quod in commune bonum confertur, facit *l. venditor. §. si constat. ff. communia prædior.* Boni quidem viri est publicam utilitatem suæ præferre, sed publica cum offensione & injuria privati non est quærenda, ut igitur honestè & justè vivatur, nec princeps subditos, nec subditi principem offendere, vel suum

B auferre debent. *b)* *Nov. 69. in pr.* finis enim adæquatus totius Jurisprudentiæ est justitia, ad quem legislator, magistratus, sacerdos, & subditi actiones suas dirigere debent, ut beata scil. sit Respubl. & quidem tam pacis quàm belli tempore, *pr. proœm. Inst.*

7. Præcepta ejus sunt honestè vivere, alterum non lædere, cuiq; suum tribuere, *a)* quæ ad unum supremum collimant nempe salutem populi. *b)*

A a) §. 3. *Inst. de I. & I.* Sunt enim totius Jurisprud. præcepta. E. & hujus partis. Quomodo a. hæc distinguantur videre est apud

B Dd. *ad d. §. 3.* *b)* hæc enim illa suprema lex est, cui reliquæ sunt subordinatę, & sic non contrarię, est regina legum in throno posita, cui reliquæ cedunt & reverentiam præstant· In supremo consistit gradu

gradu, reliquæ in inferioribus: Illa est domina, cui reliquæ ancillantur. Et sic nulla contrarietas inter privatam & publicam utilitatem esse potest. Neq; exinde quod publica utilitas privatæ præfertur, vel ob illam à regulis juris privati disceditur, *per l. Barbarius ff. de offic. prætor. l. 3. §. 15. ff. ad SCtum. Syllan. l. 43. ff. de relig. & sumt. fun. l. un. §. f. C. de caduc. tollend. l. Ita vulneratus §. 2. ff. ad L. Aquil. c. Imperialem. de feud. prohib. per Frid. c. Abbate. § f. de sent. & re judic. in 6.* Dici potest aliquid contra justitiam fieri, rectius enim loquuntur Dd. qui dicunt, quod publica utilitas in omni positione sit excepta. Nec privatus dicere potest, sibi hoc casu fieri injuriam, quia ad idem publicum est obligatus. *l. 2. ff. de I. & I.* Patriæ se & omnia sua debet, quam liberis & parentibus præferre debet. *l. minimè ff. de relig. & sumpt. fun. l. 19. §. filius famil. ff. de captiv. & postlim. revers.* Republicâ florente & cives omnes florent, si respublica pessum it, non magis hic vel ille civis salvabitur, quam digitus corruptâ totâ manu, vel navigans fractâ navi. *Zoanet. de Rom. Imp. n. 215.*

Principia autem è quibus hæc & specialia hujus artis præcepta desumuntur, sunt vel divina è Sacra scriptura *a)* nam & jus Regis *lib. 1. Samuel.* 8. descriptum huc pertinet. *b)* 8.

a) De hoc nullum dubium, *Deut. 17. Rom. 13. Psal. 143 Dan. 2. Proverb. 8. 15. 1. Reg. 22. 17. Esa. 45. Esdr. 1. & similibus infinitis.* *b*) Magna sanè inter Politicos & Theologos de hoc est controversia, aliis aliter dictum verbū *IVS* explicantibus, nobis arridet opinio, quod præscriptio hujus juris non de tyranno, sed de legitimo Principe exaudienda sit, *VVarem. ab Erenb. de regn. subst. c. 9. Norterman. de jure princip. conclus. 68. Coler. de jure Imp. Ger. conclus. 13.* Verba clara sunt. Hoc erit jus regis, vel ratio regis. Secundò facit quod idem jus populo propositum & in testimonium coram Deo repositum fuerit, *1. Samuel. 10. v. 25.* & nisi talis potestas esset, vix Rempubl. tueri posset. Non obst. *Deut. 17.* non exemplum Naboti & Achabi, *1. Reg. 21.* non prohibitio Ezechielis, *c. 46.* non quasi lædat jus naturale, *l. 10. ff. de I. & I.* & sic fiat tyrannus, *c. 12. ext. q. 1.* Nam si hoc facit ut rex, pro reipubl. commodo, nullam facit subditis injuriam, quia & hi A B

& omnia ipsorum bona reipubl. bono inserviunt, nec privatus pro hac quid declinare potest, *l.18.de Decur.Geil.2.obs.56.* si Princeps pro libidine agit, & pro proprio commodo, iniquè facit, & injuriam subditis infert, & peccat & punitur à Deo, sed tamen Rex manet, ut Achab. rex mansit, nisi furiis & intemperiis infernalibus totus agitatus rempubl. ejus statum, salutem populi & sic ipsam legem regiam evertere conatur, tunc enim seipsum exuit, quia fundamentum submovit, sed de his infra plura.

9. Vel humana, ut sunt jura Gentium, *a)* vel Civilia, & hæc scripta vel non scripta. Illa vel in corpore Justinianeo continentur, *b)* inter quæ lex Regia præcipuum obtinet locum, *c)* hanc enim revera, *d)* & quidem Augusti tempore, *e)* latam nec hodie abrogatam esse putamus. *f)*

A B *a) Supra thes.5.l.hoc ff. de just. & jur. §.11.I.de rer divis.* *b)* ut sunt multæ *in ff. C. & Nov.* libris constitutiones, de religione, de sacerdotibus, Episcopis hæreticis, officio magistratuum, Jurisdictione, re militari, jure fisci, & similibus infinitis. Has omnes suam adhuc habere firmitaté censemus, nisi inveniantur correctę, *l.sancimus C.de testam.l.præcipimus C.de appell.*

C *c)* ab objecto non causa efficiente, *ut in l.2.§.2.ff.de O.I.l.2 ff.de mort. infer.* regali scilicet potestate, quam conferebat, *dict. l.1.ff. de constit. princip. l.1.§.cum n. C.de vet jur. enucl. §.6.I.de jure Nat. Gent.&c.l. Ex imperfecto C.de testam.*

D *d)* prædictis text. nec ferendus is est, qui blasphemo ore tot leges falsitatis, Imperatores & JCtos mendacii arguere velit, maximè concurrente historica fide

E *e) arg.l.14.§.1.ff. de manum.* Ibi: vocatur lex Augusti, quæ Imperatorem solvit solennitatibus, & ita Dionysius *lib.53.* tradit. Augusto & Norbano consule senatum juramento Calendis Januarii confirmasse, se ejus acta approbare, omniq; eum legum solennitate solvere, hæc solutio aliter fieri non potuit, quam per absolutæ potestatis concessionem, *Covar. pract. quæst.c.1.n.3. Arum.Exerc.1.th.18.Diss.Dan.Otto discurs.de jure publ.c* 4. quia credibile non est quod populus in legem consenserit, ut requiritur *in §.lex est. I. de Iur Nat.Gent.&c.* cum Augustus vi, dolis & donis Imperium obtinuerit, Suet. *in August.c.10.11.26.35.*

F *f)* Ita Arum. discurs. juris publ.

rilpubl. 7. ex authore der Donawertischen information, & rectè, limitata enim illa potestas tantum est, per capitulationem, quatenus igitur correcta expressè non invenitur, eatenus adhuc viget, & hinc Imperator adhuc hodie legibus solutus est, *ut Disp. seqq. th.* videbimus. Videri potest de hoc *Arum. discurs. 26. Goldast in polit. Imp. p. 12. & nimis crasse* in dubium à Besoldo de Jurisdictione *Imperatoris Rom. c. 10.* vocatur, an ex jure scripto Romano de Imperatorum modernorum potestate sit ratiocinandũ. Annon n. modernus est successor Augusti vel Cæsaris, à quibus nomen habet, vel Justiniani successor est? Et ita in ejusdem locum & jus succedit, *ut infra th.* videbimus. Anne Imperator leges & jura Romanorum quatenus correcta non sunt, confirmat, & ad illa juramento se obligat, capit. Cæs. Caroli V. & reliquorum? *Ibiq, Carpzov. art. 3.* Hinc in scholis docetur & tractatur lex Regia & aliæ jurispubl. leges.

Extra corpus Justinianeum scriptæ hujus juris leges 10
continentur vel in Aurea Bulla *a)* Recessibus Imperii, *b)* Capitulatione, *c)* vel extra hæc.

a) Est Sanctio Imperii & lex fundamentalis. *Heig p. 1. q. 5. n. 1. Goldast. in replic. pro Imp. c. 9.* Synecdochicè ab appenso sigillo ita appellata. Habetur & custoditur Francofurti in pergameno conscripta, sigillum aureum continet, Carolum IV. throno insidentem in manu dextra sceptrum, in sinistra globum cum cruce habentem, à latere dextro assidet aquila cum clypeo, à sinistro Leo cum clypeo, cum hac inscriptione, Carolus IV. Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, in altero latere sigilli, videtur castrum cum duabus turribus & porta, cum his verbis, Aurea Roma, in circumferentia legitur, Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Exilis quidã externè liber esse videtur, sed intus aureã habet materiã, vinculũ n. adamantinũ esse videtur, quo reliquiæ Imperii continẽtur, *Freherus* in oratione pro gubernatione Friderici IV. Quã periculosa ergò sit ejus mutatio & abrogatio, Germania nostra vidisset, si quorundã irrequietorũ cõsilia progressum habuissent, nam nec Imperatori, nec Electorib. tanta potestas erit: Est à toto Imperio lata, *proœm. A. B.* ergò ab hoc tantum abrogari potest.

test. *l. f. C d LL.* Est lex fundamentalis, cui vim inferre non licet. *Heig. q.5.n.1.p.1. Dn. Reink. l.1. class.3. c.10. Dan. Otto de jure publ. c. 12. Arum. ad Auream Bul. discurs.1. th.7. Rumilin. ad A.B. dissert.1. th.9.* Impedit quoq; abrogationem capitulatio, quæ cum Electoribus nomine Imperii inita, vim contractus habet. *Iacob. de Immol. lib.7. art.5. n.73.* in quo inter principes jus privatorum vires obtinet, *Bodin. de Republ. lib.1. c.8. Covar. pract. quæst. c.19. n.2.* maximè cum sit jurata, cujus major est observantia, *l.41. C. de transact.* cujus mutatio etiam periculosissima foret, ut Bodin. à substructione ædium vetustarum probat, quæ facilè rudera faciunt.

B *b*) Describuntur quod sint communes Reipubl. seu Imperatoris & statuum in comitiis factæ sponsiones, ad ipsam administrationem spectantes. *Arum. discurs.33. th.5. lit. C. Daniel Otto de jure publ c.12. lit. a. Brautl. Iurisprud. publ. c.1. n.20.* Sed falsam hanc esse descriptionem infra *Disp* 10. dicemus. Sunt enim propriè leges constitutiones & sanctiones pragmaticæ.

C *c*) à variis capitulis & conditionibus ita dicta, quibus Imperium in Imperatorē transfertur. Et est lex Regia Germanorum, de qua *Disp.3.* dicemus. *Hortled. Discurs. Acad. 26. th.6.*

D *d*) ut sunt constitutiones criminales Carolinæ communi statuum suffragio publicatæ, de quibus *Steph. Zieritz & Bulleus* videri possunt. Transactio Passaviensis aliæq; constitutiones, & edicta ritè publicata & recepta, quæ à *Melch. Goldast.* maxima ex parte collecta sunt, de quibus quæritur an authoritatem legis habeant? Ita quidem Goldast. putat *c.10. in replic. Imp.* sed indistinctè id verum esse nequit, multa enim rescribuntur, quæ tamen constitutiones principes esse nolunt, *Cujac.17. obs.31.* multa abrogata sunt, vel per non usum, vel per contrarias constitutiones, vel quia in statu turbulento sancita. *Bort. dict. disc.33. th.7. lit. b. Dan. Otto dict. c. 12.* Est certus modus in Imperio per capitulationem & recessus Imperii præscriptus, juxta quem nisi leges fiant, eo nomine indignæ sunt. Hic etiam de decisionibus SCtis & præjudiciis Cameræ quæritur, num vim legis habeant, & num ad jus publicum pertineant? Sed infra de iis suo loco videbimus.

II. Et hæc jura scripta generalia esse solent, *a)* sunt & specialia, privilegia scilicet *b)* quæ personalia vel realia sunt.

a) Opor-

a) Oportet enim jura esse generalia. *l. Jura ff. de LL. ibiq; Dd.* num ergò privilegia concedi debeant, videatur *Vander. de privil. credit. in praef.* b) Haec n. principibus & statibus concessa in jure publico, meritò pro legibus observantur, ut penè quaelibet domus damna sua habeat vel jure primogeniturae, confraternitatis, vel unionis haereditariae, & si quae sunt similia. Sunt haec singularia, quae derogant jure communi *l. 6. ff de LL.* praerogativa. *L. fin. C. de fruct. & lit. expens.* ibiq; specialis largitas, lex propria. *L. Lucius ff. ad munic.* quę à solo Imperatore conceduntur. *l. 1. ff. de constit. princ.* *Thom. Mich. de jurisdict. concl. 11, lit. E. Gail. obs. 1. n. 7. Bodinus de Republ. c. fin.* c) *l. privilegia 196. ff. de reg. jur. l. in omnibus 68. eodem §. Et quod princip. instit. de jur. natur. gent. & civil.* De differentia vide *Philipp. Matth. in dict. l in omnibus.* A B C

Huc usq; de legibus hujus artis scriptis, sunt & mores seu consuetudo quae primum locum etiam in jure publico obtinet, a) quo pertinet Jus Feudale. b) 12.

a) *arg. Aur. Bull. c. 2. §. & quia de antiqua & c. 5.* habet enim & in jure publico, si immemorialis est, vim privilegii *c. super quibusdam ext. de V. S.* imò tunc est privilegio validior *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. n. 132.* aequipollet regiae authoritati & jussioni *Schurf. consil. 72. n. 29. cent. 1.* imò fortior est privilegio *l. 1. §. f. ff. de aqua pluv. arcend. l. hoc jure, § ductus. ff. de aqua quot. Sixtin. d. loco.* unde assessores camerales ad ejus observantiam se juramento obligant, Ordinatione camerae. *part. 1. tit. 57.* Sic ergò juri scripto praefertur *l. de quibus ff. de legib.* quod & *Aristotel. 4. polit. 5. placet*, non tam ex legibus scilicet & institutis, quam ex moribus populi de forma Reipublicae judicare debere. b) in hoc enim bona pars juris publici Romani continetur. Et licet in scripturam sit redactum, tamen consuetudinarium esse, & sic jus non scriptum verius est, *Vult. lib. 1. de feud c. 1. n. 1. & seqq.* A B

Huc referimus quoq; Antiquitatis a) & historiarum maximè patriarum scientiam, b) praecepta politices generalis. c) 13.

a) Quae veneranda est, *Novell. 23. c. 3.* habent historiae magnam vim probandi *Bald. in l. 1. ff. de offic. quaest. Menoch. consil. 1. n. 272.* A

Natta consil.636.n.91. Et notorium inducunt. *Mascard. de probat. concl.*
B *287.gl.in c.placuit distinct.16.Onuph. Patav. c.6. de Elect. Imp.* b) Scientię juris semper jungendum studium historiarum patriarum monet, *Schard.in præfat.de Elect.orig.* Quantum damnum hujus ignorantia in Consiliariis, Principibus interdum attulerit, notum est. Et quomodo post festum venire quidam soleant, cum tamen jura vigilantibus scripta sint. Dolendum est, quod studiosa juventus jucundissimum hoc studium in Academiis tam negligenter tractet. Dixi jucundum, quia scio magis jucundis quàm utilibus hodiè operam dari. De quo conqueritur *Melchior Ossa in prudent.sui regnat.* quod studiosi hodiè plus temporis poculis, pilearum & testitudinis lusui aliisq; rebus ludicris tribuant quàm utilioribus, unde venire, quod ad officia publica evecti *Kirchneri* objurgationem incurrunt *l.1.de officio Cancell.c.9.* Qui ea de re videri potest, ubi etiam agit de delectu historicorũ & quod magno judicio legendi sunt. Alii enim ipsis actionibus interfuerunt, ut *Cominæus Paul. diaco. Otto Frising.* alii non. alii monachi, alii JCti fuerunt, & his magis credendum, quia ex actis & testimoniis veritatem habere potuerunt, & maturo judicio ac exacto scripserunt, *Knich de territor super.in Epist.dedic. Tilem.in discursu de delect.hist p.183.Schard.cap.7.de orig.Elect.* Hodiè sanè maxima pars odio diversæ religionis, invidia alterius fortunæ per vitiosissimorũ affectuum nebulam acta gestaq; principum avidè tuentur, & illa
C pro sui animi voto explicant. c) Hujus præcepta hæc ars nostra eatenus applicat, quatenus status & leges patiuntur. Eo quidem ventum est, dicit *VVarem.ab Erenb.de fœder.lib.1.c.1.n.126.* ut pueri velint nominari politici, putantes ex idea Platonis & Aristotelis Rempublicam nostram regi posse. Juris nostri cum ignari sint illi Philosophi, id est, nesciant leges, meritò à Bodino ridentur, quod inepti leges quas à verè politicis mutuari debent, ex alio principio his præscribere velint, quas ideò etiam extra forum scholasticum nemo sequi dignatur.

14. Quid de ratione status, num & hæc pro principio juris publici ponenda? *a*) Et quid de reputatione. *b)*

A *a*) Rationem status vocamus, quà Princeps vel Respublica ad sui

sui solius utilitatem, nulla lege vel ratione juris divini inspectâ utitur. Unde rectius negatur esse ratio, cum ex tyrannide & atheismo originem ducat, & Diaboli sit ratio, & sit mare calamitatum ac longè à justitia status, seu regni distet. Et sic in jure publico, ut quod justitiam & salutem populi pro sine habet, locum invenire non debet. Unde de hac materia *Giurb.consil.1.per tot.* disputans, differentiam constituit inter justitiam & rationem status, qui videri debet. Addi potest *Forstner. ad Tacit.in polit.not. libr. 3. annal. verb. provenere dominationes*: ubi post alios monstrat, quod *Nicol. Machiavellus* non invenerit, sed tantum notaverit, has scelestas artes, imò quod & alii eas probaverint, quodq; Tacito dominationis flagitia nostris jam sint rationes status, quodq; calliditatis doli & reliquæ perfidiosæ rationis capita, quantumvis publicè damnata, re tamen verâ, argumentum & caput & cauda totius scenæ aulicæ sint. Nefandi doctores, execrandi consultores, qui hæc talia Principibus suggerunt, quasi scilicet DEUS Sanctissimus populum sine his fraudibus regi non posse putent. Theologi sanè qui tot conscientiarum libros scripserunt, animantur ab eo, ut Principibus remonstrent, quid sit ratio status, & quid justitia status. Quod non sibi populum administrent, sed Deo, quod non suam utilitatem sed salutem populi quærere debeant, quod ipsi propter populum & non populus propter ipsos sit, quod patres patriæ pastores & custodes, non domini, sed ministri sint, quod non per tot exactiones subditos in miseria & inopia collocare debeant. *b*) propter autoritatem & reputationem etiam bella suscipi posse infra disput. penultima dicetur, B quodq; quilibet Princeps hanc tueri, sartam tectamq; servare debeat nullum est dubium. *Fichard. consil. 77. n. 6.* Princeps autoritatis & dignitatis suæ, summam debet habere rationem, nihil enim magis ipsi infestum est quàm contemptus, unde proverbium: Herrn können wohl schaden / aber keinen schimpff leyden / sed tanta esse non debet, ut ob hanc læsam, hominem etiam unum, rem sacram, & Dei imaginem vilissimi purgamenti instar ad cædem exponere, multò minus omnia humana divinaq; homicidiis & rapinis miscere velint, unde ineptissimi reputationis jactatores sunt, quibus stolidè persuasum est principis dignitatē sine salute patriæ salvam esse posse,
quiq;

quiq; parum cogitant, his talibus consiliis dominos plerumq; regnorum jacturâ multari, nec everso Principatu, Principem Principem esse posse. Annon satius est remittendo aliquid & cedendo patriam servare, quàm inconsultâ superbia omnia in casum & ruinam secum trahere. Ubi hoc casu publica salus? annon reputatio hæc intempestiva, ubi scilicet tempestati vel necessitati cedere quis recusat, species est publicè damnatæ RATIONIS STATUS, *videatur Forstner. in pol. not. ad Tac. ann. lib. 3.* annon stulta Rehabeami fuit reputationis cum regni amissione permutatio? Annon impia Ducis R. vox? Es fahr mancher Cavallier wegen der reputation zur Hölle.

15. Objectum juris nostri publici est Imperium *a)* Romanum, *b)* quod est una è quatuor à Propheta prædictis *c)* Monarchiis. *d)*

A *a)* Imperium potiùs quàm Regnum, quia Regis nomen odiosum fuit Romanis, ut *Disput. seqq. dicetur.* *b)* Nam & hodie

B rectè Romanum dicitur. 1. quia est quarta Monarchia, quæ Romanorum est, *Daniel. 2. & 7. ibiq; Theologi.* Deinde quia illud vetus Romanum ad Germanos cum sua qualitate & causa translatum est, *L. Traditio § 1. ff. de acq. rer. dom.* 3. Noviter natum non est, ergò vetus illud Romanum est. 4. Quia iisdem insignibus utitur, ergò *L. fin. C. de Fabric. l. quod si neq. § fin. ff. de peric. & commod.* 5. à denominatione sic enim vocatur das Heylige Röm. Reich Teutscher Nation/ vnd ein Römischer Kayser/ è nomine res cognoscitur, *l. 1. ff. de offic. præf. urb. l. 7. C. de Codicill.* 7. Probatur ab origine quæ est à Romanis, ex primordio autem res æstimanda est, *l. 8. ff. mandati. l. 1. ff. de orig. jur.* testimonio Maximiliani Imperatoris in *Recess. de Anno* 1495. Justinianus vnser Vorfahr am Reich/ successio a. fit in locum cum qualitate, *Consil. Marp. vol. 4. consil. 50. n. 32.* Et ita Dd. communiter *Dn. Reinking. lib. 1. de regim. secul. cl. 2. c. 2. Arum. discurs. 1. Heigius p. 1. q. 2. n. 29.* Dissent. variè Dd. *Bodin. meth. hist. c. 7. Thuan. lib. 2 Petr. Costal. advers. jur. p. 1. ad l. de quibus ff. de constit. Princip.* ubi se nescire ait, an & ubi sit Romanum Imperium *Schlead. in orat. ad Carol. 5. Francisc. Iren. in exeg. Germ. lib. 3. c. 29.* putat hodiè potius Germanorum quàm Romanorum Imperium

perium dicendum esse, Turpius *Vasquius Orlandi* Furiosi mortuo equo comparat. Contra priorem opinionē afferuntur hæ rationes. 1. Quia Civitas Roma, quæ caput est, Imperii amissa est. 2. Quia & reliqua præcipua membra, ut Africa, Asia &c. avulsa sunt, navis divisa, navis non est, nec aratrum divisum, aratrum est. 3. Quia hodie apud Germanos solos activè & passivè residet. 4. Et in Germania sola tanquam subjecto. 5. Autoritate antiquorum, qui Germanorum Imperium appellarunt. 6. Quod Imperatores post Carolum Magnum titulo Romanorum non sint usi, & sic juri renunciarint. 7. Quod Constantinopolitani Imperiū hoc Occidentale sibi semper asseruerint, & sic in civili quasi possessione permãserint, *Gold.t.1.Const.Imp.in Apol.Ludovic.cont.Basil.Freher.in not ad Andl.c.1*. imò pro 8. insignibus & titulo Rom. Imp. hi usi sint in nimismatibus, *Daniel Otto de jure publ.cap.14.* Facit *Novell. Leon. 59.* Unde pro his & quidem jam Turcarum Imperatore, è pluribus prioris opinionis argumentis fortius concludendum esse videtur, cum Constantinopolin possideat, quo Imperialis sedes, honor, regimen & titulus ac nomen Romanorū translata erant. Unde nova Roma, *dicta l.6.C.de SS.Eccl.l.3.§.10. C.de vet. jur.enucl. l.fin.C in quib.caus.pign.l.4. C. de oper. publ.Novell.70.c.1. Novell.131.c.2.* 9. Et quia Constantinopolitanus majorem Imp. Romani partē tenet, ideoq; & dignitas & nomen ipsi debetur. Priorem opinionem veriorem quidem judicamus, sed nec illius, nec secundæ rationes satis firmæ sunt, facilè enim subverti possunt. Quæstio nova non est, ut è Goldasto videmus. Placet igitur, quod hac de re disserit *Albert. Gent, de jure bell. lib.1.c.23. Grot. de jure bell.c.9.* Si Romanum Imperium totaliter extinctum non est, seù subjugatum, seu alii genti totaliter servum factum non est, sed si pars ejus etiam minima adhuc vivit, libera est, nec alterius Imperium agnoscit, sequitur quod nomen non amiserit, sed illud ibi sit, ubi portio illa libera est, ibiq; & titulus & dignitas remanserit. Sic enim fluvius, qui rivus fit, fluvius esse non desinit, *l.1.ff. de flum. l.1.ff. de rivis.l.7.l.30.ff.de acquir.rerum. dom.* Et peculium etiam in minimo nomen retinet, & universitas ad unum redacta, universatis nomen & jura retinet. *l.7.ff.de quod univers.nom.* Nec obstat quod jam minutum sit vel sedes Imperii translata, est enim universale quid, quod

augmentum & diminutionem recipit, ab initio Romanum Imperium angustis inclusum fuit finibus, quare sub hoc nomine & hodie non consistat? Nec tot mutationes regiminis illud mutarunt, mutatio formæ interimit quidem rei substantiam *l.9.ff.ad exhib.* Sed id interimit cujus est forma, nihil ergò refert, quod forma statim mutata fuerit, & mox Imperium Democraticum, Aristocraticum, mox Monarchicum, electivum vel successorium fuerit, mansit tamen Imperium Romanum, nec mutatio sedis, sive Romæ sive Constantinopoli, sive Pragæ sive Viennæ sit, Imperii nomen mutat, quia utrobiq; Romanorum Imperator sedet, idem ager manet, licet pereat ab una parte, & ab altera crescat, *l. 64. ff. de eviction.* idem est flumen licet alveum mutet. Nunc constat magnam Germaniæ partem & quidem trans Rhenanam de civitate Romana fuisse, & Germanos cives (non servos) Romanos fuisse. *l.3.ff. de offic. Assess. l.in orbe ff. de stat. hom. l. 33 ff. ad municipal.* Et hæc pars libera mansit, nec ulli hactenus inservivit, sed per reliquos populos accrevit, *Kirchn.de republ.disp.3.th.9.* Nec enim Germani Romanos subjecerunt, ut nomen Romani suum amiserint. Est portio Romani Imperii, licet non adeò magna penes Imperatorem nostrum libera; Et quis nescit, quod pars Italiæ Imperatorem Dominum agnoscat? Hæ fuerunt liberæ, manserunt liberæ, & adhuc sunt liberæ, illis tantùm reliqua Germaniæ pars accessit. Aliud est de regnis & terris, quas barbarus hostis occupavit, vel alii vi dominationis detinent, aliæq; hæ enim quia liberæ non manserunt, sed ab aliis per vim subactæ & sic servæ factæ sunt, nomen non retinuerunt antiquum. Sic enim Albanum Romano incorporatum desinit esse Albanum, Sic & Ecclesia alteri unita, vel id quod in aliud transfertur, desinit idem esse, *arg. §.7. Inst. de fideicommiss. hæredit.* alius fit, qui servus fit, *l. 4. ff. de capit. diminut. l. 209. ff. de reg. jur.* Sic fluvius fluvium ingrediens, vel mare, nomen perdit. Sic Assyrica, sic Persica, sic
C Græca desiit Monarchia & nomen perdidit. c) Quarum prima fuit Assyriorum, inceptum à Nimrodi nepote Saturni anno mundi 1789. duravit annos 646. & finiit in persona Sarnadapali seu Belsaris. Secunda fuit Persarum, incepit in persona Cyri, duravit annos 207. Tertia Græcorum, incepit in Alexandro Magno anno

1642. duravit annos 282. desiit in persona Cleopatræ. Quarta Romanorum est. Prædictæ autem fuerunt à *Daniele* 2. *&* 7. in figuris 4. bestiarum, ut explicant omnes penè Theologi. *Schleidan. de* 4. *Monarchiis Petr. de Andl. lib.* 1. *de Rom. Imp. c.* 5. *Tholos. de Republ. lib.* 6. *c.* 13 *sect.* 24. ita ut sit communis opinio, *Christoph. Helvic. apud Goldast. in polit. Imp. fol.* 474. *Besold. de jurisdict. Imp. c.* 2. Ubi quoque probat, Romanum nostrum Imperium esse ultimum ex illis prædictis, cui consentiunt pleriq; saniores *Dn. Reinking. de regim sec. lib.* 1. *cl.* 2. *C.* 1. *Daniel Otto de jure publ. c.* 1. *& alii infiniti*, tum quia sub ultimâ Christus nasci debuit. *Dan.* 2. *v.* 34. Deinde quia habens decem cornua, id est regna, *Apocal.* 13. 1. *c.* 17. *v.* 12. est ultima Monarchia. 3. Quia quarta illa Monarchia ad novissimum diem manebit, *Dan.* 7. *diss. Piscator in edit. Biblic. ad c.* 2. *Dan. Amand. Pol. in comment. ad dict. c.* 2. Aliter *Bodinus de Republ. c.* 2. *& method. histor. c.* 7. *Francisc. jun. in notis & comment. ad Daniel.* qui quartam bestiam speciosè, non de Romanis, sed Alexandri posteris intelligit, nec ratione destituitur, quem ex professo refutat, *Conrad. Grass. in histor. antiq. Christ. exercit.* 1. d) Monarchiæ vocabulum est ambiguum, sumitur 1. pro tyrannide & dominatu injusto. *Arum. discurs.* 43. *vol.* 4. *n.* 17. 2. pro universali totius mundi Imperio, quod phantasticum magis est, quàm ut unquam extiterit vel extiturum sit, 3. politicè & propriè pro Reipublicę specie, in qua quis imperat, unus, & solus habet Majestatem. 4. accipitur juxta S. scripturam pro Imperio in mundo summo à Daniele præsignato, quod DEUS præ cæteris regnis potentia & dignitate ornavit, & hoc modo cætera superat & sic κατ' ἐξοχὴν neglecta vocis Etymologia hîc accipitur. *Helvicus de* 4. *Summis Imp. th.* 10. *&* 12. D

Imperii hujus Romani consideratio *a*) ratione temporis duplex est, vel ut veteris *b*) vel novi, in illo origo *c*) materiale & formale. Materiale est orbis Romanus, cujus quantitas major est hodierno Imperio, *d*) Formale in statu *e*) & administratione consideratur. 16.

a) Quod necessarium visum fuerit Pomponio in *l.* 2. *ff. de orig. jur.* *b*) Usque ad Caroli Magni tempora, quibus status & Reipublicę facies imminuta est, *Dn. Vult. in præfat. comm. ad tit. de juris* A B

dict. c) Origo principaliter Deo adſcribitur, ut qui transfert regna de gente in gentem, *Prov.* 8. *Dan.* 2. *Eſa.* 45. *Sap.* 6. *Rom.* 13. *L.* 1. *C. de vet. jur. enucl. Nov.* 26. *c.* 4. *in fin.* Deinde ipſis Romanis, qui propter virtutes ſuas à DEO hoc Imperio digni effecti ſunt, ut *Auguſt. de civit. Dei c.* 18. *ait*, in illis enim ſyncerus in patriam amor, & integra in Rempublicam fides fuit; Quæ ex 4. præcepto Decalogi benedictionem moralem etiam Ethnicis affert. Utinam noſtri Germani hoc DEI munus his temporibus conſiderent, & eandem fidem patriæ præſtarent 2. in ipſis fuit zelus juſtitiæ, & ſacratiſſima legum ſanctio & obſervatio. 3. Fuit erga omnes civilis benevolentia. *Saluſt. in Cat l. unic. C. de nov. Cod. fac. Cic. libr.* 2. *offic.* Quo anno & qua ratione inceperit inter ſcriptores non convenit. *Schleid. de* 4. *Monarch.* verius eſſe videtur, quod initium habuerit, cum Roma à Romulo & Remo condita, & Colonia ex urbe Albâ aliisq; vicinis locis educta eſſet, circa annum mundi 3197 ante Chriſtum natum 751. *d*) Ab initio quidem anguſtius fuit hodierno, nam vix manipulus hominum agreſtium fuit, poſtea verò paulatim ita crevit, ut totus penè terrarum orbis ipſi obediret, juxta prædictionem *Dan* 2. de quo ita Imperator Juſtinianus. Nunquam ſanè credidimus veteres Romanos ex parvis, adeoq; minutiſſimis principiis, tam amplam conſtituere Rempublicam, ut totum exinde terrarum orbem (penè diximus) ſibi adjungere & premere & Imperio tueri potuerint *Novell* 24. *in præfat.* addi poteſt *Novell* 11. *in præfat. Novell.* 30. *c.* 12. *Novell.* 9. *in præfat. Novell.* 26. *c.* 2. Hinc Imperator mundi Dominus dicitur, ſynecdochicè, non tamen minus hyperbolicè *l.* 9. *ff. ad l. Rhod. de jact. l.* 4. *C. de quadrienn. præſcript. l.* 2. *de jurjur. propter calum. Nov.* 30. *ad princ. Novell. Leon.* 59. Quæritur hoc loco quâ ratione juſtâ, ut *Alberic. Gentil. de armis Rom.* an injuſtâ, ut *Alber. in l.* 1. *C. de Summ. Trin. Forſt. in not. ad Corn. Tacit. lib.* 3. *annal.* ad tantam amplitudinem pervenerint? providente DEO mediantibus armis hoc factum eſſe, è ſupra dictis patet. Verum quidem eſt, ſi principia 4. Monarcharum inſpicimus, erunt violenta. De Aſſyricâ teſtatur *Gen. c.* 10. de Perſicâ *Dan.* 5. de Græcâ *Maccab.* 1. de Romanâ *Dan.* 2. & 7. Sic divus Auguſtinus 3. & 4. *de Civit. Dei* initiis inſpectis hæc regna magna latrocinia vocat, unde apud Danielem in figuris Beſtiarum non hominum præfigurantur.

D

Modum

Modum hunc & titulum injustum esse putat, *Bellarm. c. 7. de translat. Imp.* Sed quis Deo, qui regna transfert, modum præscribet, in Cyro approbavit, *Esa 45. in Nebucadnezare, Ier. 25. 27. Ezech. 19.* c) Status aliquoties mutatus fuit, *Sleid. de quat. Monarch. Livius lib. 7.* Initio fuit Regius *l. 2. ff. de orig. jur.* Reges fuerunt septem, qui annos 244. vel juxta alios 245. vel 250. imperarunt. Ejecto Tarquinio status fuit Aristocraticus, in Consulibus Bruto, & Tarquinio Collatino *d. l. 2.* post in Oligarchiam degeneravit, deinde in Democratiam versus fuit, cum Imperium consulare post urbem à Gallis captam, plebi communicabatur *Forst. de jurisdict. Rom.* Democratia finita est, cum Julius Cæsar perpetuam dictaturam assumeret, quamvis enim is 23. vulneribus esset interfectus (justè an injustè? quod verius videtur) in Octavi Augusti personâ, latâ Regiâ Imperium rediit. f) Ad administrationem à populo Magistratus creabantur, *l. nunc. ff. ad l. Iuliam. de ambitu Halicarn. lib. 2.* & quidem singulis annis vel ordinarii, ut Senatores, Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni plebis, de quibus *in ff. & C.* singulares extant tituli & leges. Extraordinarii fuerunt Ædiles *l. 2. §. 33. ff. d. O. I.* Dictator *d. l. 2. §. 18.* Censor & interrex.

E

F

Imperii Romani, prout nunc est apud Germanos, *a*) itidem materiale & formale spectandum, id est territoriũ & regimen: Illud respectu veteris *b*) exiguum est. *c*) Multæ enim Provinciæ avulsæ sunt, & exemptæ. *d*) Interim adhuc satis potens ad autoritatẽ custodiendã. *e*) 17.

A

a) Imperium Romanum prout nunc apud Germanos est dico, nam idem est Imperium, & adhuc apud Romanos, nec enim persona regens mutat nomen, vel translationem semper significat, alias olim mox Thracicum, Hispanicum, mox Italicum dicendum fuisset. *b*) Ut enim penè totum terrarum orbem complexum fuit *th. praeced. Freh. ad Pet. de Andl. lib. 2. c. 18. ait*, quod sub Trajano, Diocletiano & Constantino ejus longitudo fuerit 90. graduum, quorum 300. absolvunt orbis circulum, latitudo 45. graduum, gradui assignantur 60. milliaria, vel Germanicorum 15. Hodiè verò id quòd Imperatori patet, vix longitudinem & latitudinem

B

10. graduum impleat, & sic vix 40. partes veteris faciat. Quæ
C computatio tamen scrupulo non caret. *c)* Quæ externa moderatio superioritati nihil detrahit, quod Bodinus cœcâ in Germanos invidiâ putat, cùm tamen alibi fateatur, apicem supremæ Reipublicæ non in multitudine populorum vel Provinciarum, sed in juribus superioritatis, observantia Majestatis, autoritate, magnificentiâ, splendore & jussis cōsistere, quæ omnia in nostro Imperio adhuc
D E conspiciuntur. *d)* De his *sequent. th.* *e)* Nullum enim regnū amplitudine & potentia huic comparari potest. *Heins. orat.* 10. etiam ipso Rege Galliæ confitente, *Schleid. lib.* 14. quod eleganter deducit *Lazar.* Schwendt. von Regierung deß Röm. Reichs / ad *Maximil.* 2. §. 9. *& seq.* ubi ait: Vnd ist die Gewalt vnd Stärcke der Teutschen Nation bißhero doch jmmer so groß angesehen vnd befürchtet gewesen / daß sich keine frembde Nation an Sie reiben vnd die præeminentz nehmen dörffen. *Comin. lib.* 5. testatur è Germania 90000. peditum & 25000. mille equitum colligi posse, ut Regiones ejusdem non denudentur viribus, sed ultra hanc summam Germaniam nostram jam per 20. annos majores copias & diversos instructissimos exercitus aluisse, proh dolor, cum lacrymis experti sumus, & nisi ipsi in viscera nostra sæviremus, & nescio quo affectu, contra naturalem obligationem ducti, contra patriam exteros juvaremus, terrori & tremori vicinis eam petentibus Germania esset. Sed vicini sciunt, Germanos non nisi per Germanos debellari & vinci posse. Verum de hoc Germanorum consilio infra *Disput. pen.* videbimus.

18. Deplumata est Aquila *a)* vel astu & dolo *b)* vel violentiâ *c)* cum prætensione tamen tituli, vel tacitè & sine causâ *d)* & hoc socordiâ Imperatorum *e)* vel dissensione & discordiâ civili *f)* quæ tamen causæ per se omnes sunt invalidæ. *g)*

A *a)* Est: ut aliis rebus, Rebus publicis sua ætas, in virili vigore fuit tempore Trajani, post senescere incepit, senibus insidias strui, in senibus vitalia languescere, senes titubare quis nescit. Si divites sunt, si magni sunt, multos etiam proprios liberos bonis ipsorum

rum inhiare, id etiam Imperatori nostro accidisse videmus. *b*) A
Ut fecit Pontifex Romanus, qui extra officium suum, de quo in seq. in res seculares Imperium sumpsit. Usus autem est 1. Religionis velo & superstitione, quâ nihil efficacius ad rectâ ratione spoliandum animum, quæ res etiam Machiavello placet prætextu sanctitatis & religionis, melius regna comparari, & id exenplis docet *Mach.lib.1. 1.disp.c.14.* Tanta enim hujus fuit stolidi patientia, plumbea mundi, ut minimè crederent Pontificē velle vel posse decipere. Secundò usus est arte Leonis, qui arbiter inter animalia constitutus, utrumq; devoravit, ita & is se interposuit inter dimicantes, sed optimam partem sibi accepit. *Molin.de Monarch. Pontif.Rom.c.23.* 3. Cum ipse viribus destitueretur semper præpotentem Principem in Italiam vocavit, qui Religionis intuitu cæteros Sedi Papali subjecit. *Moll. dict.loc.* 4. Deponebat Reges, Imperatores, Principes, & ab obedientia solvebat subditos, prout ipsi videbatur, exemplum videatur apud *Moll. dicto loco, & Reinking. de regim. secul.lib.1.cl. 2. c.7.* 5. accessit praxis quam Jesuitæ hodiè benè norunt, moribundis hominibus scilicet falso persuadere, ut bona Ecclesiæ potius, quàm heredibus relinquerent contra *c.fin.c.17.q.fin.* 6. Ab usu verbi Dei, quasi Deus mundum ad utramq; potestatē ipsi subjecerit, de quo etiam infra. *c*) Ut sunt Regiones quas barbarus hostis Turca occupavit & adhuc detinet. C
Est Borussia, quam Teutonici milites Imperio acquisierant, jam verò bello à Polono subacta & Brandeb. Marchioni, qui ante Magister fuit, tanquam Duci in feudum data est, qui ob id est proscriptus *Schleid.lib.7.* & deß Reichs Abschied/ de anno 1500. § von wegen deß Teutschen Meisters. Danticum & Elbingam Imp. sibi adhuc asserit & 1548. Eodem modo acquisita fuit livonia, de quâ jam contendunt Succus & Polonus, in qua riga, sed & Imp. in hanc jurisdictionem retinet. *Decis. Cam. verb.* appellare, *accedit R.* 1567. §. wir haben. Sicilia & Neapolis, cum Contradinus victus à Carolo Andegavense Suevus innoxiam cervicem nefando scelere, carnifici porrigeret. *Seb. Munst de Ital.c.73.* & Papæ cessit jam *Mart. de jurisdict.c.26 n.28.* *d*) Italiæ pars major & in ea D
Roma Imperii sedes, quam Pontifex fallæ & supra modum ridendæ donationis titulo tenet *c. Constantinus dist. 96.* de qua infra in seq.

disp.

disp. multa tamen loca in Italia Imperium agnoscunt. Hispania quæ subjecta fuit Imperio, *arg.l.2.§.1.C.de off.præfect.prætor.Afr.l.Religiosorum §.10.ff. de interd. & releg. arg. inscript.l. si à sponso. C. de donat. ant. nupt.l. cum servum C. de serv. fugit.* titulus prætensus quod Reges fusis Arabibus sibi & stirpi suo auxilio recuperaverint, *Coav.in c.peccatum. p.2.§.9.n.9.* Itē præscriptio objicitur, *Mart.p.1.c.26.n.70.* Sed de hac infra. Primus exinde refellitur, quod id Cęsaris Honorii jussu & gratia sit factum, *Zach. Viet.de exempt.th.2.* Idem de Portugallia traditur. Gallia fuit Imperio subdita. *Suet.in vit. Cæsaris. facit l.5. C. de jurisdict. l. 2.§.1.C.de offic.præf.ct.prætor.Afric.* & alia quæ habet *Reinking.dict.loc.Diß. vide ibidem n.19.* Hodie vult esse exempta *c. venerabilem, 4. qui filii sint legitimi*, prætendunt familiæ herciscundæ judicium inter Nepotes Caroli Magni, *Gold. constit.1. Zachar.Viet.d.l.* sed certè, divisio illa superioritati Imperii in nihilo præjudicat, nec ullum verbum ibi hac de re. Verum potius contrarium, nam dum Ludovicum Imperatorem constituit, eo ipso fecit superiorē, aliâs sequeretur, quod & pars tertio filio in Germania assignata eodem modo exempta sit. Nihil cōmune habet dominiū & proprietas cum Imperio & superioritate. *Gail.2.obs.62.n.9.* In tantū verecundię fines Galli in hoc transgressi sunt, ut non erubescant, sibi Romanum Imperium asserere & singulari stolido quidem apud ipsos Gallos tamen in pretio habito libro cujus titulus, *Recerhes des Royaumes.* Principes Germaniæ Gallo subjectos dicere. De quo suo loco dicemus. Regnum Aretalense scribit *Bod.1.de Repub.c.9.* Henricum V. Imperat. Philippo Valesio pro ducentis millibus pondo argenti vendidisse. Florentia à Rudolpho 6000. ducatorum. Senenses 10000. coronatorum ab Henrico V. Imperatore. Lucenses 12000. vel ut alii 25000. aureorum. Pisarum 12000. aureorum à Carolo IV. emisse libertatem prætendunt, videatur *Viet. dict. loc.* ubi quoq; vide de Meti, Tullio, Verduno, Cameraco. Civitatibus Insubriis, aliisq; Italiæ Civitatibus, locis & domicellis. Veneti quoque titulum prætendunt, privilegium scilicet Caroli Magni, quod tamen ab ipsis propter ingratitudinem revocari posse tradit post alios *Viet.dict.loc.* Imperator tamen in quasi possessione esse apud ipsos probatur è Decis: Cam.
E verb. Bannus, declaravit enim Lauredanum in bannum. *e)* De
Dania,

Dania, Polonia, Anglia, Hungaria, qn. Imperio subfuerint, & quâ ratione se subduxerint, videri potest apud *Victor. & Reinking. dd. ll.* Quæ quidem neque titulum prætendere posse videntur, neq; violenter sese abripuére, sed tacitè & magno Pontificis adjumento. De Helvetiis, Genuensibus, Duce Sabaudiæ, Burgundiâ, Belgio, Lothringia, iidem videri possunt, quod non totaliter sint exempti, sed partim honorarii cives, & Imperium comiter observent, ut Helvetii, partim sint subditi adhuc, ut de Genuensibus in causa Finatiensi, Sabaudiæ, Lothringiæ, Burgundiæ Ducibus è Recess. Imp. transactione & titulo liquet. De Belgis extat rescriptum Rudolphi de an. 1608. videatur *Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 9. n. 17. & seqq.* *f)* Ita F
ipse Justinianus *Novell. 30. c. 2.* quæ lædunt Rempubl. *l. 21. §. 1. ff de capt. & postl.* juxta Christi prophetiam & Carol. IV. *in præf. A. B.* dictum, omne Imperium in se divisum desolàtur. Hoc malum autem præ cæteris habet Germania, oriuntur autem è Religionis diversitate R. A. 1526. §. vnd erstlich/ 1541. in princ 1555. vnd als/ & passim, & cum nullum Religionum fuit feracius seculum, sterilius autem pietatis nullum *Lips. pro Const. sua*, adeò ut quidam tanquàm Galli vestibus novis utantur, Religio autem etiam ab Ethnicis *Aristot. polit. l. 7.* pro vinculo firmissimo Reipublicæ habita, mirum non est, si charitas firma, si amicitia arcta inter status non reperitur. Non enim potest congruere charitas, ubi est Religionis disparitas, *Ambros. lib. de Abraham.* nulla fida societas inter eos, qui sunt diversæ fidei, ait Hieron. quicquid ergò simulant & politicè conversantur, in animis tamen invidia est. Secunda causa est æmulatio, videatur *Dn. Reinking. lib. 1. c. 9. cl. 2.* Tertia vera, est studium proprii commodi, res loquitur, vera religio, libertas patriæ, publicum bonum in lingua est, sed illud in corde esse videtur. Sic non Romani antiqui, qui pro patria non pro foco proprio pugnabant. Plusquam proh dolor, verum est Danielis de mala cohærentia in ferreo luteis pedibus vaticinium, arrietant status capitibus, quod exteri vident. Ah si antiquus patriæ amor corda statuum incenderet, neque terrarum orbis, neque cunctæ gentes conglobatæ Imperium hoc contundere possent, ut ait *Pet. de And. lib. 1. de Imperio Rom.* *g)* De hac quæstio- G
ne an præscriptio illa vel titulus quid valeat, & an potius ad obse-

quium sint reducendi, *infra in disp. de Cap. Imp.* contra Dominum Besold. videbimus.

19. Sic igitur de facto *a)* multi de Imperio stultè se subtraxerunt *b)* adeò ut hodie vix Germania *c)* tanquam continens Imperii sarta tecta supersit, ex Italia autem & Gallia pauci. *d)*

A *a)* Nam jus divinum, & humanum reclamat, illud Cæsari dare jubet quæ sunt Cæsaris, *Matth.* 22. & Magistratui obedire, *ad Rom.*13. *Deut.*17. & Monarchiam hanc usq; ad extremam mundi diem persistere debere, *th.*23.*seq.* & sic hucusq; Cæsari debitum suum solvendum est. Hoc verò minorem non requirit obedientiam, *l.*2. *ff. de just. & jur.* & pro hostibus habent, qui deficiunt. *l.*4.*ff. de capt. diminut.*

B *b)* De quibus Gallicum proverbium, qui ne soit plus soubs empire, soit empirez, Imperio servire est libertas, *Natt. cons.* 63.*n.*13.*vol.*3. Es solte ja einer am liebsten vnter dem Römischen Adler mit Leib vnd Gut wohnen weil eben diß Regiment im Evangelio vnd im Alten Testament bestättiget ist/ inquit Celeberrimus Theologus.

C *c)* Cujus fines non ut olim à mari Baltico versus Septentrionem, Rheno versus occasum, Danubio versus meridiem, Vistula versus ortum includuntur, non diu hi termini moti sunt, *Lans. in orat. pro German.* fluvii enim hi, per medios Germanorum, agros fluunt, *Æneas Sylvius de Germ. c.*2. Distinguuntur igitur hodie lingua & situ ab aliis Regionibus *Munst. Cosmog. lib.*3.*c.*7. Quid ergo de Bohemia, quę undique quidem Germanica lingua circumdata est, & hac etiam in templis utitur. Est de Germania, ratione jurisdictionis *Æn. Sylv. c.*1. *Boh. Cas.* licet non sit Teutscher Nation. Quid de Hollandia: Est portio Germaniæ. *Cæs. lib.*1. *de bell. Gall.* utitur lingua Germanica, licet corrupta & aliis permista, est de Imperio, quia ejus feudum Rescript. Div. Rudolphi de anno 1607. licet exempta jam esse velit, sed an jure infra dicetur,

D *d)* De quibus in præced. thesi.

20. Contentum igitur Imperii est natio *a)* Germanorum *b)* propter ingentes præ reliquis gentibus virtutes *c)* à DEO digna visa. *d)* cui reliquæ Monarchiæ hujus crederentur, apud quam ipsius nominis honor & justitia sedem haberent. *e)*

a) Natio juxta Varronem, est indigenarum, qui in solo orti non aliunde immigraverunt. Quales esse Germanos αὐτόχθονας ex Tacito refert *Freh. in not. ad Petr. de Andl lib.* 1. *c.* 13. magnum certè quid, quod de paucis aliis gentibus dicitur. Pro magno habuerunt Majores nostri, ipse ego in literis navitatis testimonialibus legi nit von weiden. Sed hodie juxta Legati Gallici propriam confessionem in mensa Principis magni factam, vermählen der Teutschen jhre Tugend mit den Frantzösischen besten. *b)* A, Ger, quod est Gar, seu totus, *ut apud nos frequens est Gerhardus, Gerbrechtus, Gervvicus, Gertrudis, Gerbaldus &c.* & man / id est, vir, ut etiam apud nos videmus, *Herman, Hartman,* Edelman / Spielman / Hofman ꝛc. Sic *Athan. in comm. ad Tacit. pag.* 111. vel à Manno Filio Tusconis, qui primus Rex Germaniæ fuit, unde etiam Alleman, id est, toti, vel etiam omnes viri vel quasi sint omnes Regis Manni, *Diss. Æn. Sylv.* qui à Germinando, *Strabo*, qui exinde quasi Gallorum sint fratres Germani. *Conradus Celtis*, qui exinde quod se fraterna dilectione invicem amarent. *Erasmus Roterodam.* quasi Genuinos *Ioh. Teuton.* à Germine *Lipsius* à Gerra seu Guerra, id est bello, & man quasi ein Kriegsman / Nisi omnes exinde refutentur, quod *Cornel. Tacitus* nomen hoc, ut ipsis inventum esse tradit, vocantur Teutschen à Tuiscone. Origo populi adscribitur huic Tuisconi seu Alcenæ filio Gomeri, qui fuit Nepos Sapheti. Vide *Luth. ad c.* 10. *Gen.* aliosque. Hujus filius fuit Mannus, Tuisco n. cum suis amore libertatis Nimrodum in nostra fugit ora. Et cum posteri ejus Allemanni Ger. Teutschen / semper libertatis studiosissimi fuerint, credibile non est, ex aliis Gentibus Reges ac Dominos accepisse vel passos esse quicquid *Petr. de Andl.* aliiq; comminiscantur, quasi è Troja deleta vel aliis populis plurimi Germanorum & maximi Domini provenerint, & Germanicam nationem indigenam esse, supra è Tacito retulimus. *c)* Quæ propriæ hujus gentis esse videntur testibus exteris de candore eorum, *Bellarm. in lib. de transl. Imp. Germ.* de pietate, constantiâ & fortitudine. *Lup. de Bab. de vet. zel. pro Germ.* de hospitalitate præ cæteris gentibus, de justitia & quod apud ipsos boni mores plus valuerint, quàm alibi bonæ leges aliisq. virtutibus, *Corn. Tacit. de morib. Germ.* adeò ut nullus eo sit nobilior. *Ioh. Bodinus* quidem, quem Cujacius vocat, per anagramma

è domo propria desumptis, adeò ut etiam non erubescant scribere Papam posse rursus à Germanis in alios transferre, *Mart. d. l. c. 23.* proferunt, *c. venerabilem x. de election. c. licet. ubi Panor. x. de for. comp c. pastoralis. §. fin. de sent. & re. jud. in 6.* & hòc factum esse à Leone 3. Carolo Magno, ob benè merita in Ecclesiam, ad quæ & alia respon. *Reinking. de regim. secul. lib. 1. cl. 2. c. 3.* c) *c. Venerabilem x de elect. Salyc. ad l. bene à Zenon. C de quadr. præscript.* Carolus enim Magnus justo titulo acquisivit, cum populum Romanum liberabat à Tyrannis, à populo fuit in Imperatorem constitutus, & sic consensu subditorum electus, propterea quia eum à Tyrannis injustis dominatoribus liberabat, uti *Crisp. in vita ipsius* huic populo consensum describit, qui populus Leonis Pontificis opera in coronando est usus, & ne putemus hoc de facto processisse & Dominis legitimis Impp. Constantinopol. jus auferre non potuisse, sciendum est hoc consensisse, & per contractum jus remisisse & in Carolum transtulisse. Nicephori anno 803. & *Michaëlis Crantz. lib. 3.* Carolus autem hic non Gallus fuit, sed natione Germanus, Pater ejus Germanus in Ingolheim non procul à Moguntia natus, lingua & moribus Germanorum est usus, Mensibus nomina Germanica dedit, Evangelia Rithmis Germanicis reddidit, ipsum nomen Caroli, & alia Ecclesiis & Monasteriis fundatis, hoc probant, in Germania natus, in Germ. Aquisgrani scilicet sepultus est, videatur *Freh. ad Petr. de Andl. lib. 1. c. 13. in notis ibiq. alleg. & Arum. disc. 2. jur. publ. vol. 5. c. 5.* frustra igitur dolet & fremit *Bodin.* qui hunc honorem Gallis suis asserere conatur. Videatur & referatur *Kirchnerus disp. 3. Coroll. 2.* C

Hinc patet Imp. Romano Germanicum à solo Deo pendere, *a)* non subesse Pontifici, *b)* neque ab ipso in feudum recognosci, *c)* sed hunc potius Imperatori in temporalibus *d)* subjectum esse. 22.

a) Per th. præcedentem, quando enim à Papa dependeret, cum prius fuerit, *Nov. 28. c. 4. l. 2. §. sed quia. C. de vet. jur. enucl.* nec Pontificii hoc negant, dum titulum ab Impp. consecutum allegant *C. Constitue Distinct. 96 vid. Cluten. Syll. rer. quot. th. 5.* b) Est enim independens & planè ab Ecclesiastica potestate separatum, ut thes. præced. dict. *Clut. dict. th. 5.* & Imperii nostri Majestas est, de cujus natura est A B

 nemi-

nemini in hoc mundò hoc esse subjectum, & quia est persona Ecclesiastica, ergò temporali potestate caret, *Luc.22.Matth.20.c.novit. de judic.c.caus. qui filii sint legit.c.quoniam.dict.96.* 3. Est successor Petri, Petrus autem talem potestatem non habuit, ergò *l.117.ff. de Reg.jur.* Quarto quia est Vicarius Christi, ergo mandati fines *dict.ll. Luc. & Matth,* præscriptis non excedat *l.diligenter ff. mandati*, nec plus poterit quàm principalis Christus, cujus regnum de hoc mundo non erat, *Joh.18.* Nihil facit quod Canonistæ urgent, quòd Papa supra omnia Regna & Reges sit constitutus, *c.omnes x. de major. & obed.* sit Deus in terris, *c.7.distinct. 96.c. quarto de translat. Episcop.* Item quod emittat constitutiones, quas nos observamus, ergò subditi ipsius erimus. *arg. l.fin.ff de jurisdict.* Quod teneat Romam caput orbis *l.3.C.de consul.l.6. ff. de V.S. t.t.C. de jur. Fisci.* Item quod Pontifex provocetur à sententia Imperatoris, (ergo superior erit) *c.10.x.de for.com.c.placuit.2.q. 6.c.si duobus.§.deniq, de appell.l.præcipimus.C.de appell* quod possit omnia juxta dictum Christi, quod ligaveris &c. *C. Apostolica de sentent.& R.I. in 6.* Item quod Imperator coronetur à Pontifice, hæc & alia vide refutata apud *Reink.lib.1.cl.2.c.3.* & in *Disp. Clariss. Præs.de Vic.concl.* 4.

C c) Papæ enim nullum jus in Imperium competere, jam dictum est, sed illud à solo DEO immediatè recognosci. Nec obstat, quòd Pontificii objiciunt juramentum Caroli Magni, Ottonis, *in c. tibi Dno.33. distinct.63. & clement.unic.de jurejur.item versiculi quos innocent.11.* Lothario Imp. in testimonium hujus rei depingi curavit: Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores. Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam. Maximè verò obstare videtur *c.100. feud.2.* Verum respon. ad hæc objecta vide apud *Reink.d.loco.* & in *disput. Præsidis de vicar.concl.c.4.*

D d) Dico in temporalibus, nam in Ecclesiasticis quid juris alia disputatione dicetur. Subjectus autem in illis est Imperatori Pontifex ut voluit. *Fridericus Barbarossa in respons. Hadr. 4.* facta, quia sua regalia ab hoc recognoscit, probatur autem hoc præterea arg. *c.13.ad Rom. 2. Pet. c.3.* Et quia Princeps est custos utriusq; tabulæ. *c. Princeps c.si.apud 23.q.5.* der gantzen Christenheit rechter Schutz und Schirm Herr. *Recess. de anno* 1518. Ein obrister Vogt und Schirmherr der Heyligen Christlichen Kirchen *Recess.de an.*1630 cujus officium est Ecclesiæ providere. *Novell.3.5.16.37.56.57.tot tit.*

C.de Epi-

C. de Episcop. & Cler. & de SS. Eccles. Et cum Ecclesia sit in Republica, Imperator toti Reipublicæ præsit, sequitur quòd etiam Ecclesiæ præsit. Hinc Papa Leo 4. purgavit se crimine læsæ Majestatis Ludovico II. Imperatori, *c. si nos in competentem. 2. q. 7.* & ipsi rationem de bello suscepto reddit, *c. igitur 23. q. 8.* Otto Tertius Pontificem à sede removit, aliumq; substituit, quod & Henricus IV Benedicto Papæ fecit. Leo 4. promisit Lothario, se ejus præcepta servare velle. *c. de capitulis distinct. 10.* Idem Johannes 8. promisit Ludovico. *c. vides dict. distinct. 10.* Quicquid hisce objicitur, pertinet vel ad spiritualia, vel falso nituntur testimonio. *Dn. Reinking. dict. loc. c. 5.*

Imperio huic tanquam Monarchię ultimæ competit nomen sacri *a)* & alia epitheta *b)* habare pro insignibus *c)* globum cum cruce infixa *d)* gladium, sceptrum, diadema *e)* Aquilam. *f)* 23.

a) Das Heylige Römische Reich / quia ut suprà *th. 20. in fin.* dictum est, Deus quasi domicilium suum in eo constituit. Et quia Imperator totius Ecclesiæ Advocatus est, quod Christus sub eo natus, *Dan. 2. Zoannet. de Rom. Imp. n. 94.* vel quod inviolabile *l. 8. ff. de rer. divis.* Verùm hoc nimis generale est. *Diss. Horn.* qui ideò sacrum dici putat, quia Clerici in arduis negotiis Imperii adhibentur. *b)* Quod sit nobilissimum *l. quæris. ff. de natal. restit.* Imperator Christianissimus *L. inter claras C. de Sum. Trin.* Sanctissimus, *l. Titius 87. de legat. 2. d. l. quæris,* quo nihil sanctius in terris habetur, *l. fin. C de Legib.* In summa omnes tituli ut Christianissimi, quem Gallus sibi appropriavit, Catholici quem Hispanus, defensoris fidei, quem Anglus sibi adscribit, Huic Imperatori per prius competunt. Cum thesauri dignitatum in eo reconditi esse dicantur, videatur, *Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 4. n. 5. & seqq.* *c)* Insignia hæc dupliciter adhibentur, vocatur Käyserliche Zierde / *Aur. Bull. c. 22.* investitur primò Imperator illis, tanquam Fisci insignibus. Deinde utitur pro monstranda potestate in diplomatibus, vexillis, monetis; & ubi opus est. *d)* Ceu Pomum, & hoc denotat principatum mundi, idque in statuâ Justiniani fuisse, scribit *Procopius.* Hunc in electione præfert Imperatori Comes Palatinus, quot habeat gemmas, & quare crucem infixam videri potest apud *Petr. de Andl. c. 8. lib. 2.* ibiq; *Freher. in not. Arum. in disc. ad A. B. 6. c. 12.*

A B C D

E *6.c.22.* *e*) Gladium præfert Elector Saxoniæ. Est etiam Chlamys, reliquiæ quædam, de quibus omnibus *Freher. ad dict. c.* 8. videri potest, asservantur autem Norebergæ. Sceptrum præfert Elector Brandeburgicus, de quo ipse Juliacensis aliquando movit litem, *Freher. ibidem.* Ex his patet, quod tres prædicti Electores hæc instrumenta, quæ Imperatori præferunt, insignibus suis addiderint. Pa-
F latinus Pomum. Saxo Ensem. Brandeburgicus Sceptrum. *f*) Fingitur Aquila avis Jovis, quæ ipsius jussu Regibus adfert potestatem. Jupiter contra Saturnum in bellum egrediens, eum primum vidit, unde à fulmine non tangitur, *Camer. hor. subcis. lib.* 1. *c.* 76. *Plin. libr.* 10. *natur. histor. c.* 3. Signum fuit prætoriæ cohortis, primùm à Mario anno mundi 3870. in bello Cymbrico adhibitum. *Dresser. in* 41. *Millen.* Unde ad Germanos pervenerit, & num sit biceps, videri potest apud *Besold. de jurisdict. Imp. c.* 4. *Norderm. de jure princip. th.* 4. *Dauth. de testam. pag.* 215. Duplicem quasi una orientis, altera occidentis Imperium denotet, non esse probat *Recessus Imperii* Müntz Ordnung *de anno* 1559. §. Wir aber *& alii,* ibi: Deß Reichs Adler mit zweyen Köpffen. Hoc signum non sine mysterio Imperio nostro datum est, nam Aquila non ægritudine, non senio, sed fame appetit. *Plin. dicto loco.* ita Imperium durabit quicquid fanatici quidam his temporibus *è lib.* 4. *Esdræ.* è patris sui nigri ore prædicent.

24. Recepta sententia est, quod Romana Monarchia ante extremum diem non sit peritura.

Danielis 7. *ibiq; Beatus Lutherus*, Es muß bleiben biß an Jüngsten Tag: wie schwach es auch sey / denn Daniel leuget nicht. Idem Lutherus hält die Wort / Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, pro Imperii muro fortissimo, thue was du wilt / so wirstu warlich diese Mawr / damit Christus den Kayser befestiget / nicht vmbreissen. Et hæc veterum fuit sententia, *Petr. de Andl. lib.* 2. *c.* 20. ibiq; *Freher.* ubi plures allegant. *Besold. de jurisdict. Imper. c.* 3. *Dn. Reinking. lib.* 1. *cl.* 1. *c.* 3. *Diss. inter alios Iunius in dict. c.* 7. ubi omnia illa vaticinia de Ecclesia Judaica interpretatur, & sic de successoribus Alexandri Magni, non rectè, nam *dict. c.* 7. non loquitur de Adventu Christi in carnem, sed ad judicium, quia de capienda sessione in throno Majestatis agit. 2. De Adventu ad judicium, quale est in extremo die, *Ioh.* 3. 17. *cap.* 12. 43. 3. Agit

3. Agit de Adventu, qui fit in nubibus cœli, qui ultimus est, *Matth.* 24. *Apoc.* 1. 7. Et hoc olim quoq; firmiter persuasum habebant Romani, juxta Virg:

His ego nec metas rerum nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi.

Petr. de Andl. dict. loc. quem Tertull. sequitur, allegant quoq; *c. 2. Eph. c. 2. Theß. & August.* quasi scilicet stante Imperio AntiChristus non sit venturus, sed statum Imperii obstare AntiChristo, sed eo principio nos non utimur, quia AntiChristum venisse verius est. Tantam nominis Romani invidiam fuisse dicit *Freher.* ut non tantùm ejus interitum optarent, sed ad id festinarent Gothi, aliiq;. Et de Ataulpho Gothorum Rege refert, *Oros. lib. 7. c. 43.* Illum, quia esset animo viribusq; nimius, ardenter inhiasse, ut obliterato Romano nomine Romanum omne solum Gothorum Imperium faceret, vocaret, essetq; Gothia, quod Romania fuisset, fieretq; nunc Ataulphus, quod quondam Cæsar Augustus. Ita simile de Gothorum Rege refert *Prudentius* II. *in Symmach.* De Hassingo Duce Normanniæ refert *Genutia lib.* 1. An nunc instet finis Imperii, concludendum ex eo, an finis mundi appropinquet, Imperio nostro gladium jugale appositum esse, quis non videt? Sed si DEO placet mundum stare diutius, furias hostium Aquila DEO juvante retrudet, & Kayser Friderichs Symbolum A. E. I. O. U. muß doch bleiben / es seyen so viel consonantes als es wollen / so richten sie ohne vocales nichts auß / ob schon mancher wilder Vogel sich am Adler versucht / vnd eine Feder gezogen / so hat er sich doch wider erholet / vnd ist nach Gottes Wort der Obrist blieben: Prophetia Danielis & visio Moisis aquilæ, circa castra volitantis, Imperio nostro firmitatem magis probant, quàm ampulla Remigii Galliæ Regno. Cum Lucano dicemus. Date gentibus iras.

Formale Imperii Romani, consistit in ipsa reginimis forma seu administratione, quam à statu separamus. *a)* Hunc non esse Aristocraticum, *b)* non mixtum, *c)* sed Monarchicum esse putamus, *d)* illum verò Aristocraticè temperatum. *e)* 25.

A *a*) Status enim essentiam sive substantiam Reipublicæ, administratio verò qualitatem denotat, *Ant. de jure princip. concl. 9. lit. B.* mixtus ergò non est, si administratio est penes plures. Nullum accidens mutat rei essentiam, administratio est accidens, *Kirch. disp. 3. de republ. th. 2. & 7.* Ipse status autem & administratio, non sunt in uno eodemq; prædicamento. Diversus administrandi modus est in prędicamento qualitatis. *Ant. de jur. princ. dict. concl. 9.* status autem relationis *Keckerm. System. logic. p.* 121. Accidens non reddit aliud sed essentia. *Zabarell. 2. post analyt. c. 12. §. 77.* & ita per consequens accedit & discedit sine substantiæ corruptione. *Scalig. exercit. 307. sect. 7.* Mixtura igitur ab administratione desumi nequit. Quod tamen *Lips. l. polit. 2. Kirchn. de Rep. disp. 3. th. 7. Kecker. 2. polit.* putant 4. Et sic potest esse administratio Aristocratica, status autem Regalis, *Bod. lib. 2. de Republ. c. 2. p. 205. & c. 1. pag. 305.* gloriatur, hoc neminem ante se esse animadversum, cum tamen *Aristoteles lib. 4. polit. in fine.* eandem teneat sententiam, & si ab administratione status ęstimandus foret, tot essent formæ rerum publicarum, quot sunt Respublicæ.

B *b*) 1. quia apud solum Imperatorem Majestas est, & ne particula quidem hujus statibus est communicata. 2. Quia in Aristocratico pauci singulis & omnibus imperant, in Imperio nemo nisi Imperator universis scilicet imperat. 3. In Imperii administratione pro Imperatoris voluntate interdum minus potentes & nobiles contra naturam Aristocratiæ præficiuntur. 4. Quia Imperator cum statibus, non iisdem legibus, ut Optimates in Aristocratia tenetur. 5. Quia non omnes status, qui ad administrationem adhibentur, participes sunt summi Magistratus, id est, Imperatores fieri nequeunt. 6. In Imperio soli Imperatori & uni homagium præstatur, aliud in Aristocratia. 7. Multa habet Imperator, quæ solus confert, de quibus solus judicat, sine statibus, aliud est in Aristocratia, *Diss Bodin. libr. 1. de Republ. c. 8. lib. 2. c. 6.* Ideò quia Imperator jurat in capitulatione. 2. Quod sine consensu Electorum jura Imperii summa, ut leges condere, bellum indicere, pacem facere, vectigalia concedere nequeat. 3. Nec comitia sine consensu Electorum indicat, nec in iis solus quid concludat. 4. quod summum spirense tribunal procerum consensu institutum sit. 5. Quod Imperator coram Electore Palatino conveniatur. 6. Quod tributum Turcico Imperatori solvat. 7. Quod ab Electori-

bus

bus constituatur. 8. & ab iisdem removeatur. 9. Quod extrema provocatio ad Cameram Imperii fiat. 10. A Testimonio Electoris Mogontini apud *Schleidan.lib.*7. 11. Quia alia Regna sunt potentiora. 12. A propria confessione Imperatorum, quod Imperii Majestas in statibus resideat. Hæc & alia refutantur à *Dn. Reinking. lib.* 1. *cl.*2. *c.* 2. *Reinhard.* König *in theatro polit.p.*1.*c.*20. c) Mixtum dari statum communiter obtinuit, diverso tamen modo. Alii enim inde judicant mixtum, quando ratio administrãdi est diversa & communicata, de qua opinione lit. A. dictum est, alii exindè, quod jura Majestatis sint communicata, ut putat *Arum. discurs.* 10. *vol.* 2. *th.*14. König *theat.polit p.*1.*c.*9.*Carpzov.de capit.Imp.c.*13.*n.*12.*& seqq.Clut. Syllog.rer.quotid. th.*18.*Besold.lib.*1.*polit.c.*8. *Clapmar.de arcan Reipubl.c.*20. *lib.*5. *Arnis.in fin.sect.*5. ubi putat adeò mixtũ esse, ut Aristocratia præponderet. *Paurm.lib.*2.*d.jurisd.c.*2. *Lymn.de jur.publ.lib.*1.*c.*10.acerbior quidem in virum Reipublicæ expertissimum Dominum Reinkingium argumentis & responsionibus non adeò momentosis. Exinde quia Imperator pleraq; jura Majestatis, cum consensu Electorum peragit. 2. Quod hæc jura inter Imperatorem & status in semisses sint divisa. 3. Quod ipsis Electoribus Majestas tribuatur. *Aur.Bull.c.* 24. & testimonio Maximiliani. I. 4. eo pertinet decretum Cæsareũ *anno* 1590. 27.*Iulii*, teste *Bruning.de variis univers.speciеb.*: Daß der Churfürsten Hoheit vnd autorität/mit eines Kaysers Gewalt vnd Hoheit/ dahero sie auch für sich selbst/also verbunden/daß eine ohne die ander nit verschmählert werde/ auch ohne die andere nit bestehen kan / Sed minus vera hæc est assertio, & quia fundamẽta Imperii tangit, temerè non est asserenda, per rerum enim naturã, imò imaginatione perfici nequit, ut summa potestas ita cum inferiore misceatur, ut maneat summa: contradictionem implicat, penes unum esse supremam potestatem, & eandem tamen esse penes plures; Supremum nec par, nec superius recipit. Majestati nihil magis contrarium, quam dividi & communicari. *Kirchn.de Repub.disp.*2.*th.*4. *Arum.disc.*7.*p.*1. Majestati æquè contrarium dependere à superiore. *Albert.Gent.disp.reg.*1. *Arnis. lib.*1.*de jure Majest.c.*3.*n.*5.addũt, quod species misceri non possint, nec ad supremam potestatem requiritur, ut sit libera & effrenis potestas. König *dict. loc.* eleganter. *Norderm.de jure Princip.th.*11. Ita noster Monarcha

C

narcha administrat: inauditum quoq; est in Imperio, quod Majestas dividatur, est quid individuum & incorporeũ. *Kirchn dict. disp.* 2. *th.* 5. ad hoc quidem replicat, König *c.* 9. *n.* 31. sed frustra, committit enim elenchum petitionis principii, à communicatione jurium Majestatis ad ipsius communicationem argumentari non licet. Electorum non est Majestas propriè dicta, sed qualem prætores habuerunt, *l. pen. ff. de just. & jur.* & in ipsis violari dicitur quatenus con-
D siliarii Imperatoris sunt. *dict. c.* 24. d) Quia in Imperatore solo Majestas est indivisa, solus imperat secundùm leges Imperii, *Dn. Reinking. dict. loc. n.* 52. *& seqq. Norderm. dict. loc. Arum. discurs.* 1. *tom.* 1. *Coler. de jure Imp. th.* 30. *Kirchn. disput.* 2. *th.* 3. *de Republ.* non quidem quia à Propheta prædicta est hæc Monarchia, nam Monarchiæ vocabulum ibi aliter accipi debet. Sed per *l.* 1. *ff. de constit. princip.* 2. Quia pro Monarcha habetur, & ab omnibus salutatur, etiam exteris Regibus. 3. Quia omnibus & singulis in Imperio imperat solus. 4 Quia utitur solus, plenitudine potestatis, Kayserlicher Macht Vollkommenheit. 5. Quia jura Majestatis plura solus sine consensu Electorũ exercet, famæ restituit, Duces, Comites, Nobiles, Doctores creat. 6. Insignibus Regalibus solus utitur. 7. Quia etiam ab omnibus Electoribus & statibus universis Dominus Clementissimus appellatur. 8. Solus feuda Regalem dignitatem habentia concedit. Universis statibus præcipit *Recess. de anno* 1530. §. Dieweil? ibi allen vnd jeglichen Churfürsten/Fürsten (*Recess. de anno* 1521. demnach reform. polit. anno 1530. tit. vom thewr Zehren / *anno* 1529. tit, von Widertäuffern. §. Deßgleichen. Ab universis Dominus salutatur, *Recess. Ratisbon.* 1525. ibi: Vnser aller gnädigster Herr / Universi debent ipsi obedientiam, *Recess.* 1521. *tit.* Handhabung deß Landfriedens/ibi
E Gehorsame / & passim. e) *Dn. Reinking. dict. loc.* Exinde tamen mixtura status non probatur. *Arum. dict. discurs.* 1. *Norderm. dict. loc.* aliâs nullus unquam simplex ac purus extitit Reipublicæ status, neque ostendi hodiè poterit.

FINIS DISPVT. I.

DISPUTATIO II.

De

DIVISIONE IMPERII ROMAni ratione Regiminis, & in specie de summi Capitis, Imperatoris, constitutione seu Electione.

Respondente JUSTO FRIDERICO SCHÖNERO *Svinfurtensi Franco.*



ROMANI Imperii variæ sunt divisiones. *a)* Inter eas præcipuum locum obtinet, quæ desumitur à Regimine seu formâ administrandi, *b)* nempe in Imperantes & parentes, *c)* eosq;, quà mediatè vel immediatè tales sunt. *d)* I.

a) Alia enim desumitur à territorio in provincias adhuc subjectas vel prætensè exemptas, alia à circulis, alia à diversitate Religionis, alia à fœderibus & unionibus, de quibus *Brautlach. in Epitom. jur. publ. c. 3. Limn. de jure pub. lib. 1. c. 7. n. 11. usq; ad finem*, de his infra suo loco dicetur. A *b)* Ut quæ dignior est, cum ex formâ res cognoscatur *l. de eo ff. ad exhib.* & quia hæc nobilior & magis durabilis est. B *c)* Quamvis Politici præponant doctrinam de subditis & parentibus illi, quæ agit de Imperantibus, quia sunt priores tempore & natura, cum hi ab illis constituantur. *arg. Deuter. 17. v. 14. 15 & 16. Hœnon. Disput. polit. 2. th. 6.* nos tamen à digniore & nobiliore incipiemus. *l. 1. ff. de albo scrib.* C *d)* Imperat enim quis vel immediatè, ut Imperator, *Disp. seq. 3.* vel mediatè, ut Status Imperii, aliiq; Magistratus, qui suo nomine administrant. Sic parent etiam aliqui immediatè, ut status & alii immediatè subjecti Imperii, alii mediatè, ut subditi statuum & aliorum, de quibus omnibus infrà suo loco videbimus. D

2. Imperantes *a)* subdividuntur in caput & membra: *b)* Caput est Imperator: *c)* Membra sunt status & proceres Imperii. *d)*

A *a)* Intellige illos, qui suo nomine administrant, unde quid de Rege Romano & Vicariis dicendum sit, videbimus infra *Disput.*
B 4. *b)* Consideratur Romanum Imperium, ut corpus *Recess. Imp.* zu Trier vnd Cölln *de anno* 1512. §. 1. *in fin. Thuan. lib. 2 histor. in princ.* Elegans comparationis hujus mystici corporis cum corpore humano descriptio est apud Limneum *libr.* 1. *c.* 7. *n.* 52. *è Grevarra horologio Princip. c.* 36. *pag.* 134. *& seqq.* descripta. Sicuti autem varia corporis Romani sunt membra; ita etiam corporis politici systema variis
C conspicitur membris. *c)* Ita *Aur. Bull. c.* 2. §. 2. *ibi.* ein weltlich Haupt. *Recess. Aug. de anno* 1530. §. Dergleichen wir. *ibi.* Als Römischer Kayser vnd Haupt. *R. Imp. de anno* 1545. §. Also vnd dermassen. *R. I. de anno* 1570. §. Nach erledigtem. Quia verò & membris, ratione suorum subditorum, per analogiam, & sic non in sensu absoluto, hoc nomen tribuitur, ut *in R. Imp. de anno* 1524. §. Weiter. *ibi.* zwischen den Christlichen Häuptern ꝛc. ideò majoris declarationis gratia Imperator sæpè summi capitis appellatione venit. *R. Imp de Anno* 1566. §. Vnd nach dem dann *ibi.* Wie wir dann als Römischer Kayser vnd das Oberhaupt im H. Römischen Reich. *Rec. Imp. de anno* 1530 §. Nach dem
D aber. *d)* Qui Imperatori tanquam membra pia suo capiti uniuntur. Eingeleibte Glieder der Kayserlichen Majestät. *Rec. Imp. de anno* 1541. *in princ. R. Imp. de anno* 1540. §. Dieweil aber. *R. Imp. de anno* 1527. §. vnd fürter. *R. Imp. de anno* 1530. §. weiter. *Rec. Imp. de anno* 1542. §. Wiewohl. *ibi.* Christliche Glieder deß Reichs. Inter hos etiam, ut in corpore Physico inter membra, dantur gradus. Ita Electores vocantur in *Aur. Bull. c.* 2. §. vnd dieweil die allernechste Glieder deß Reichs *in Capitul. Carol. V. & Ferdinandi II. c.* 3. die förderste Glieder. *& c.* 41. die innerste Glieder vnd Hauptstück deß Reichs. Et hæc comparatio & similitudo optime confirmat ea, quæ de statu & administratione Imperii nostri *Disp.* 1. *th.* 25. *in fin.* sunt posita. Ut enim in anima, quæ plures habet facultates & diversas operationes, omnium aliarum potentiarum facultas rationalis dicitur REGINA, quæ sedem in CAPITE, ut in excelsa & fortissima arce, instar Dominæ reliquis

reliquis imperantis obtinet; & huic proximè adsistit sensitiva, quæ rationali est à consiliis & plurimas cum illa eximias efficit virtutes, non tamen ab illa vult cogi, sed liberè bonum sequi. Tertia autem & infima facultas vegetativa, participat quoq;, quasi minuta plebs seu populus, ab ista, parvæ animæ Reipub. curam habendo & providendo hominum operationibus, ut ita hominis actio feliciter perficiatur: Ita in hoc mystico corpore Imperator instar facultatis rationalis, Status sensitivæ, & subditi vegetativæ sese habent, unde harmonia administrationis est perspicua. *Norderm. de jure princip. conclus.* 11. Sicut igitur in mundo unus DEUS, qui omnia moderatur, in corpore physico una anima, quæ imperat: Ita in Imperio Imperator solus summus & primus regit. *Besold. class.* 1. *Diss. polit.* 1 *th.* 38.

Imperator *a)* est supremus Princeps, *b)* qui secundum Carolinam constitutionem legitimè *c)* electus summæ rei Romanæ præest. *d)* 3.

a) De origine hujus nominis & ejus exili initio videri potest *Limn. de jure pub. lib.* 2. *c.* 1. nobis autem factum est nomen dignitatis, quod ei soli competit, qui præest Romano Imperio. *Norderm. de jure princip. th.* 10. & quidem à summa Imperiali potestate est desumptū. Synonimum est CÆSAR, de cujus origine & num Scipioni à cæso elephanto, an Cajo Julio, quod ex utero matris cæsus sit, primo tributum, vel aliunde derivatum, vide *Limn. d. loc. n.* 12. *& multis seqq.* ubi duplicem ejus significatum esse rectè docet: primus consistit in dignitate & officio ipso, ut nominis Imperatoris vice fungatur; Deinde omnes illi, qui vivis Imperatoribus designati fuerunt successores, dicti sunt Cæsares. *l. etsi excepta. ibi: in comitatu meo vel* Cæsaris. *C. de mathem. & malefic. l.* 6 *in fine. ff. de jure fisci:* In primo apud nos usurpatur, cui respondet Germanicum Kayser / & pro Imperio Kayserthumb. *Aur. Bull. in præf.* Römisch Kayserthumb. *Recess. Spir. de an.* 1570. §. Nach erledigtem: Pro Cæsare secundi significatus apud nos usurpatur nomen Regis Romani. *princ. de pace Constant.* qui scilicet proximus in Imperio successor est. *Aur. Bull. c.* 2. §. *Ego Archiepiscopus. & tit.* 7. §. *Sane generaliter. Rec. Imp. de anno* 1559. *in princ. ibi.* Römischen König auch Jhro Liebden vnd Kayserlichen Majestät im fall der erledi- A

gung deß Kaysertthumbs ohnzweiffllichen rechten *successori. Rec. Imp. de anno* 1566. *in princ.* & idem est, qui in Gallia Delphinus, in Anglia Princeps Walliæ, apud Græcos Despota, Hispanos Princeps, reliqui enim liberi infantes vocantur. *Norderm. de jure princip. th.* 10. Hoc nomine Regis Romani Imperatores uti non solent; licet enim esset antiquissimum & apud Romanos ab initio in usu. *l.* 2. *ff. de O. I.* post Reges tamen ejectos nomen hoc Romanis invisum factum est, adeò, ut abstinuerint: licet etiam nominis Regalis in legibus quibusdam mentio fiat, ut *l.* 3. *C. de quadrien. præscript. l.* 26. *C. de Donat. int. vir. & ux. l. unic. C. de Raptu. virg. l. fin. C. de Legib. l. Regia. C. ut nemo privat. l. unic. C. nulli lic. in fren. & equest. sell.* in illis tamen non pro officii nomine, sed qualitate rei accipitur; postea verò in ulibus feudorum Imperatores, REGES appellari placuit; Verum id compilatoribus, quibus ut Italis id nomen à Gothis usitatum fuit, condonandum est. Quod autem Limn. *d. loco n.* 25. *& multis seqq. ex Chron. Herbipol. Reinhardi p.* 17. addit, eos olim nunquam Romani Cæsaris vel Imperatoris, sed vel solùm absoluto tam Cæsaris quàm Regis titulo, aut Francici Regis appellatione usos esse, dubio non caret: ita n. vocatur apud *Gold. Imp. lib.* 1. *in Epist. ad Pipin. ibi* Carolus Serenissimus Augustus à DEO coronatus, magnus, pacificus, Imperator Romanorum, & *in Constit. de pace const.* IMPERATOR CÆSAR Carolus Rex Francorum invictissimus, & Romani Rector Imperii: Et in *constit. Ludovici junioris ad Basil. Imp. Constantinopol.* Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus Romanorum: Ex quibus patet, quod ab initio tam Cæsaris quàm Romani nomine usi fuerint Imperatores, quod autem tam exactè hic titulus observatus non fuerit, mirum non est, cum ætas illa magis ad res, quàm vana titulorũ nomina respexerit. Synonimum quoq; est vocabulum PRINCEPS, propriè scil. acceptum, *l. princeps ff. de Legib.* Et passim inter attributa Justiniani *in proœm. Institut. & alibi* retentum est nomen AUGUSTI, vel ab augurio, quo reverenter est consecratus, *Sveton. in Vespas.* (quod verius est.) vel ab augendo Imperio, quo collimat Germanicum, Mehrer deß Reichs/ videatur §. *fin. Inst. de usucap.* Huic absoluto Augusti titulo additur in *Novell.* 134. vocabulum SEMPER, quod Germanicum nostrum Zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ exprimit:

exprimit: Unde, ut & ex Procem. Inst. *Nov.* 60. 63. 66. 83. *in fine.* apparet, jure dubitare licere de sententia Goldasti, qui *in Rational. tom. 1. const. Imp. p.* 65. putat, malè absoluto nomini Augusti adverbium semper adjunctum esse, ejusq; erroneæ appellationis, antè Friderici I. tempora incognitæ, Accursium arguit: junge autem in hanc rem d. Caroli M. constit. *de pace constit. de Anno* 806. ibi semper Augustus. Sic etiam apud ipsummet Goldast. *tom.* 1 *p. m.* 56. *in Epist. ad Conrad.* III. scribitur Conrado DEI gratia Regi Romanorum semper Augusto. *b*) Aliter definit *Limn. de jure pub. lib.* 2. *c.* 2. verùm definitio illa Imperatori jam constituto competere nequit. Alii aliter eum describunt, ut *Paurmeist. de jurisdict. cap.* 4. *n.* 6. Verùm hæc, quæ Reinhardi König & apud Arum. *p.* 3. *Discurs.* 7. *th.* 11. habetur, nobis magis placet. Loco generis ponitur PRINCEPS, quod vocabulum generale est, & pervulgato hodierno more quoque competit aliis, sed plerumq; cum additamento, ut Princeps Imperii. *Clut. Syllog rer. quotidian. th.* 9. *Dan. Otto in diss. de jure publ. c.* 7. Dicitur ab eo, quod primas partes capiat, seu sit principium, & is, in quem Regimenta perpetua translata sunt. *l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* Princeps in jure absolutè dicitur. *l.* 1. *ff. de Constit. Princ. l. princeps de Legibus.* §. *sed quod Principi placuit. Inst. de I. N. G. & C. l.* 8. *C. de summa Trinit. l. bene à Zenone C. de quad. præsc.* Diximus esse SUPREMUM PRINCIPEM *Ordin. Notar. Maximiliani I. Coloniæ anno* 1512. *facta* §. und nach dem gemeinen Recht ꝛc. *ibi*: der Nahme deß Obersten Fürsten. Supremus autem Princeps est, non tantùm relatione ad Principes Imperii Romani, sed & exteros habitâ, ut forsan *sub Disp.* 3. dicetur. Magistratus propriè non est, differt enim ab eo tanquam causa ab effectu, cum Imperator is sit, qui magistratum constituit, & fons omnis jurisdictionis. *Thom. Mich. de jurisdict. th.* 1. *Ming. de superioritate territoriali. th.* 19. *& seq* Minimè autem ferendum est, quod Limn. *de jure publico lib.* 1. *c.* 10. *n.* 50. Imperatorem esse Vasallum Imperii, juxta quosdam asserere voluit: Dicat n. quis Dominus, quis ipsum investiat, cui juramentum fidelitatis præstet, & præterea respondeat ad *c.* 100. 2. *Feudorum.* *c*) Hæc & sequentia verba differentiam continent specificam, & simul finem ac effectum. Dixi autem legitimè, id est, lege observari. *Auth. de hered. & Falcid.* §. *si quis autem*; quia paria sunt aliquid planè non fieri,

B (margin, beside "per Augusto. b) Aliter definit")
C (margin, beside "præstet ... c) Hæc &")

vel non legitimè *l. 5. C. de Legibus.* quemadmodum ex thesibus seqq. patebit. Addimus in thesi voculam electus; Licet n. alias duo sint modi legitimi, & ordinarii imperia & regna capessendi, Electio scilicet, ubi jus est ex omnibus optimum deligere, & Successio, in qua populus ad unius familiæ servitutem adigitur, & uterq; sua habeat tam incommoda, quàm commoda, ut propterea, si absolutè considerentur, neuter neutri sit præferendus: Respectu tamen habito ad certum aliquem populum, nonnunquam hic, nonnunquam verò ille, pro diversitate scilicet humanorum ingeniorum, alterum utilitate antecellit. Et sic nos in Imperio Romano Electionem præferimus, idq; non solùm ob præceptum *Plinii in Paneg.* ubi ait: Imperaturum omnibus eligi debere ex omnibus: Sed etiam ob rationem, quæ habetur in *c. 29. de R. I. in 6.* & quod optimum quemq;, *ut inquit Tacitus 1. histor.* electio inveniat, nasci verò & generari à Principibus fortuitum sit, nec ultra æstimetur: *Lips. Polit. 2. c. 4.* Imprimis si Germanorum indolem libertatis amantissimam respiciamus, cui Electio, tanquam species aliqua minus servilis, maximè congruit: quò etiam respexit *Ligurin. lib. 1.* ubi ita canit:

Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumq; Patris novus accipit heres;
Nos, quibus est melior libertas, jure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

His accedit inveterata consuetudo, à qua non facilè est recedendum. *arg. l. Imperatores. ff. de contrah. empt.* cum omnis mutatio, imprimis in modo gubernationis Reipublicæ, sit periculosa: quæ confirmata est per expressam Aureæ Bullæ legem *in cap. 1. & 2.* videatur Wehnerus *in practic. observ. verb. Wahltag. pag 675.* Unde rectè dicitur *in c. venerabilem ext. de Elect. & El. pot.* Imperii culmen non sanguinis propagine, sed Principum Electione in successores derivari. *d)*

D D xi summæ Rei Romanæ cum *l. 1. § 2. ff de just. & jure. § fin. Inst. de I. N. G. & Civ.* potiùs, quàm Reipublicæ Romanæ, propter rationem allatam in Disputat. præced. thesi 3. Summa hîc significat statum & firmamentum Rei Romanæ *l. 1. § 20 ff de Exercit. act. l. 14. ff. ad municipal. ibiq; Gothofr. in not. Calvinus in Lex. verb. Summa.*

Causa

Causa efficiens Imperatoris est solus DEUS Ter Opt. Maximus, *a)* qui mediante Electione *b)* Imperatorem constituit: Unde ille hanc potestatem soli DEO & in nihilo Pontifici Romano fert acceptam. *c)* 4

a) *Lips. lib. 1. Monit. & Exempl. polit. c. 2.* cum quo consentit JUS DIVINUM *Prov. 8. v. 15.* ibi: DEI gratia Reges regnant & Dominatores decernunt justitiam. *Rom. 13. v. 1.* Non est potestas, nisi à DEO. *Sap 6. v. 4. Dan. 2. v. 21. Esa. 45. v. 12.* CANONICUM *c. si Imperator distinct. 96.* ibi Imperator habet privilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis *divinitus* est consecutus. *c. Cum ad verum. d. dist. c. Quo jure. dist. 8. c. quoniam. dist. 10.* CIVILE *l. 1. C. de V. I. E. princ. constit. de concept. Dig. verb.* DEO autore nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cœlesti Majestate traditum est, bella feliciter peragimus. *Nov. 28. c. 4. in fine*, ubi Imperator in hæc verba erumpit: Hanc nos gratiam DEO referendam putavimus, qui Imperii nobis coronam imposuit, qui communi omnium calculo per Patrem nostrum purpuram nobis donavit. *Nov. 73. in princ. vers. quia igitur 1.* Hoc denique communi Electorum suffragio est confirmatum & decreto anni 1338. publicatum, sicuti ex *Aventin. lib. 8. art. 2.* refert Dan. Otto. *diss. de jure publ. c. 5.* & Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 38 lit. d.* ubi ait, læsæ Majestatis pœnam constitutam esse in eos, qui asserant, electum statim post electionem non esse legitimum Imperatorem, & Imperium ab aliquo alio præter DEUM recognosci. *constitutionem ipsam vide apud Alber. de Rosat. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præsc. n. 4. Hier. Balb. de Coron. Caroli V. Goldast. tom. 3. constit. Imp. pag. 41.* Concordat *Recess. Imp. de anno 1570. in princ. ibi.* demnach vns auß tragendem von GOtt anbefohlenen Kayserlichen Ampt obliegt vnd gebürt. *b)* Electio est tantummodo medium & modus, quo Imperator à DEO constituitur: si enim à solo DEO est, non erit ab hominibus, & hinc dicimus Imperatorem esse quid independens. Causam titulum & modum à reipsa, & à causa transferente longè distare, omnes in jure versati sciunt. *arg. tot. tit. de A. R. D. §. per traditionem Inst. de rer. divis. l. 1. & seqq. ff. de Publ. in rem act. l. traditionibus. C. de pact.* Quemadmodum, si Titius mihi rem aliquam per mandatarium suum vendit & tradit, non dico me ha-

bere

bere rem ex medio traditionis, vel à contractu emptionis vel à mādatario, sed ab ipso Titio. Et hoc modo Apostolus Matthias non à cæteris Apostolis, tanquam mediantibus, sed à DEO Apostolatum accepit. *c. 1. Actor. in fine.* Hanc distinctionem ipsius Pontificiæ Sedis propugnatores in ipso Pontifice admittere, nisi simul cōtradictoria velint adserere, coguntur, dum, licet falsò, ejus institutionem immediatè à DEO, quamvis à Cardinalium collegio peragatur, pendere affirmant. *c*) Si enim huic accepta esset ferenda,
C
Imperatore esset superior, cui ita nulla relinqueretur Majestas, nam non potest dici summum, quo aliud est superius. Non obstat, quod Papa se super regna & gentes constitutum jactitet. *c. omnes Principes. de major. & obed. c. unic. Extravag. Comm. de consuetud.* seq; imperia & regna conferre & transferre juxta dictum: *Quodcunq; ligaveris* &c. glorietur. *c. Ad Apostol. de sent. & re jud. in 6. c. alius, caus. 15. q. 6.* Hisce enim fastuosi Papæ in propria causa testimoniis parum fidei tribuimus. *arg. l. omnibus. & l. etiam C. de testib. §. 9. Inst. de testam. l. 1. § ad quæstionem ff. de quæstionibus.* Eadem ratione quoq; rejicimus, quod dicitur *c. unic. Clement. de jurejur.* Papam scilicet nominare, denunciare & declarare Imperatorem Romanorum. *Item:* jus & autoritatem examinandi personam electam in Regem & promovendi ad imperium ad Pontificem spectare. *c. venerabilem de Elect. & El. pot.* Cum enim harum legum repellatur autor, ideò nec illis est credendum. *cap. fraternitatis. de heret. c. licet ex quadam. de testibus. l. Mathem. C. de Episcop. aud.* Insuper cum Papa nullam testificationis suæ idoneam reddat rationem, meritò ipsius fides nulla est. *l. solum C. de testib. ibiq; Bart. & Bald.* Nec Pontifex hanc suam potestatem ex vicariatu Christi, quem prætendit, stabilire potest, is enim ipsi nullibi legitur commissus. Et, licet eum ipsi commissum concederemus, nullum tamen de Imperatoribus constituendis habet mandatum, quare ei, tanquam inepto, non creditur. *l. 1. C. de mandatis Princ.* Si verò generale suum prætendit mandatum, hoc sibi habeat responsi, id sese ad ea, quæ expressè sunt prohibita, qualia sunt dominium & seculare imperium. *Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 25. c. Episcopum. distinct. 45.* non extendere. *Rosenth. de Feud. c. 10. concl. 59. n. 45. gl. 6. Cornel. consil. 61.* Et quâ ratione, quæso, imperium Romanum à Pontifice dependere potest, cum Pontificatu longè sit prius?

sit prius? *Bernhard.lib.2.consid.ad Eugen.arg.l.2.§.sed quia.18.C. de V.I.E. Nov.28.c.4.* Nec juvat dissentientes; si excipiant Imperium Romanum quidem prius esse, sed non id, quod ad Germanos est translatum ex donatione Pontificis Leonis III. Carolo Magno facta. Nam donationem hanc purum ac putum esse commentum Pontificium, probat Dresser. *in Millen. 5. in vita Caroli M. pag.* 395. Plura de hoc tractat *Reinking.lib.1.cl.2.c.4.* ubi allegat *Goldast.in replic.pro Imper.c.11.Dan. Otto.de jure pub.c.5.pag.91.& seqq. VVurmser.in Exercit.jur.pub.1 q.12.*

Post causam efficientem de modo, quo hodie *a)* Imperator per Deum constituitur, *b)* nimirum Electione est dicendum; cujus definitio *c)* potest esse talis: Electio est actus legitimus, *d)* quo personæ idoneæ *e)* summa Rei Romanæ *f)* juxta formam Aureæ Bullæ *g)* per Electorale collegium, vel ejus partem majorem, *h)* nomine totius Imperii *i)* confertur. *k)* 5.

a) Imperatorum constitutionis alia ac alia ratio, pro diversitate temporis, fuit. Ab initio enim Imperium à Caji Julii Cæsaris persona usq; ad Caligulam fuit hereditarium, post hunc vel populus vel Senatus per Electionem sibi Imperatores constituit, vel etiam milites vel Imperatorum voluntas. *Restaur.Castald. de Imp.Rom. q.8.n.3. Besold. de jurisdict. Imp. c.9.* Ad Germanos autem cum dignitas hæc pervenisset, in persona Caroli M. incepit rursus esse hereditaria usq; ad Conradum I. Ducem Franconiæ; quamvis hæc dubia quædam patiantur; Hodie tamen absq; ullo dubio nullus pro Imperatore agnoscitur, nisi sit legitimè electus. 1. per *Aur. Bull. c.1. & 2.* 2. per capitulationem, in qua jurat Imperator, se nolle Imperium facere hereditarium, sed id Electorum liberæ electioni velle relinquere. *Sleid.lib.1.Goldast.tom.2.c.1.* 3. Quia nemo titulum possessionis sibi mutare potest. *l.2.ff.pro hered.* 4. Observantia id docet, quæ optima omnium actionum interpres. *l.si de interpretatione ff. de legib.* 5. Possessio & inscriptio ac titulus quotidianus. Wir N. von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kayser. Dissentit *Bodin. de Republ. lib.2.c.3.in fin.lib.4.n.39.1.* quia, ut ille dicit, Imperiũ in familia Austriaca tam altè radices egit, ut evellendi inde vix ulla spes supersit: Cum A

enim hæc familia ultra 190. annos hâc prærogativa sit usa, eam præscripsisse videri. *arg c. super quibusdam ext. de V. S.* 2. *per c. venerabilem. de Election.* 3. *Constitutionem Heinrici VI.* qua cavetur, ut non electione sed sanguinis successione imperium devolvatur: *Videatur Limn. de jurepubl. lib. 2. c. 3.* Verum quidem est, quod jam ex prædicta domo decem ordine fuerint constituti Imperatores, sed id factum propter ipsorum potentiam, quâ eget Imperium, tum propter benemerita parentum. *Sleidan. lib.* 1. ubi Moguntinus: Itane de nobis meritus est Maximilianus? quod juri etiam convenit communi, *l. jubemus* 17. *C. de Advoc. divers. jud.* Et hæc merita in causa fuerunt, ut apud Saxones Imperii fasces per 117. annos, Francos per 102. annos, Svevos 110. fuerint. Quid ergò invidiæ est erga domum Austriacam omni virtute laudatissimam? Carolus V. testibus Sleidano & Thuano, summo studio annixus esse dicitur, ut imperium ad filium Philippum transferret, Electores verò, ut tuerentur electionis libertatem, & tamen meritorum ac aliarum circumstantiarum rationem haberent, Ferdinandum I. elegerunt, & ipsi adhuc

B vivo successorem designarunt. *b*) de quo cum *thesi praeced. 4. sub lit. a.* jam satis sit dictum, hic plura addere supersedebimus *c*) A defi-

C nitione enim juxta monitum Cicer. 1. *offic. & 2. de Finib. Mynsing. ad princ. Inst. de just. & jure.* & Dd. communiter omnium, faciemus initium, quia hæc cujusq; rei pars est præcipua *arg. l. 1. de Orig. j.* imo totius tractationis anima, sine qua illa, quemadmodum corpus, subsistere

D nequit. *Calv. de jurisd pag.* 401. *d*) Actus enim generale quid est & pro omni actione, quocunq; modo fiat, accipitur. *Calv. in Lexic. verbo actus. l. 19. de V. S.* & ita pro actione etiam accipitur ad prædicamentum actionis pertinente. *arg. l. 21. §. 1 ff. de testib.* Legitimus autem dicitur, quia certam formam à lege habet præscriptam. Dd. *in l. 77.*

E *ff. de R. I.* e) *Aur. Bull. c. 2. §. Ego Archiepiscopus.* confer thesin 9. lit. b.

F *f*) id est, Majestas, quæ consistit in Dignitate & Imperio, de quâ

G H latius agetur *in Disp. seq.* 3. *g*) *Aurea Bulla c. 1. 2. 3. & 4.* *h*) *Aur. Bull. d. c. 4. §. Cæterum. 2. verbis.* quibus omnibus, seu his, qui potuerint & voluerint interesse in Electionis termino invicem congregatis &c.

I K *i*) sicuti in *thesi* 8. dicemus. *k*) per ipsam enim Electionem statim Rex est, & summam Rei Romanæ capit, quemadmodum infra probabimus.

Origo autem Electionis cui adscribenda sit, inter 6.
Doctores non convenit, *a)* probabilior tamen illorum est opinio, qui eam Ottoni III. tribuunt. *b)*

a) Jordan. *in Chronicis tit. Qui Principes*, adscribit eam Carolo Magno, cum hoc facit *Eropol. Lind. in vita Caroli M. & Spangenberg. in Chron. Sax. cap.* 86. & 116. Alii Henrico II. alii Henrico I. inter quos est Peucer. Sunt, qui ejus autorem Conradum II. perhibent, *ut Theod. de Niem, in Nerone.* Nonnulli moribus & consuetudine eam introductam esse statuunt, ut *Buxtorff. ad A.B. concl.* 14. *Ant. Coler. de jure Imp. Germ. sect.* 45. *& seqq. Besold. in Disput. de reg. success. diss.* 3. *th.* 3. *Bertram. de Comit. th.* 29. *Limn. de jure publ. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *& seqq.* Nonnulli Pontifici eam attribuunt *Abbas & Gl. in c. venerabilem de Elect. Bald. tit. de pac. Constant. Alvarot. in Spec. Rom. Pontif. c.* 16. *n.* 15. *& c.* 56. *Blond. lib.* 3. *dec.* 2. A

b) Et hæc reliquis est communior, proptereaq; fidem meretur. In Historicis enim cumprimis verum est, quod scribit Hugo Grotius *in tract. de jure Belli & Pacis lib.* 1. *c.* 1. *n.* 12. *ex Aristotele* Potentissima probatio est, si in id, quod dicimus, omnes (fide digniores) consentiant. *Seneca*: Argumentum veritatis est, aliquid omnibus videri. *& Quintiliano*: Pro certis habemus ea, in quæ communi opinione consensum est, facit *l.* 19. *ff. Ad municip.* Communis autem hujus propugnatores longa serie recenset *Dan. Otto d. Diss. c.* 10. *p. m.* 217. *Adde Buxt. d. l. concl.* 14. *Rutg. Ruland. in tract. de commiss. p.* 2. *lib* 5. *c.* 4. *n.* 18. Confirmatur hæc sententia testimoniis *Dress. in millen.* 6. *Carionis in Chron. lib.* 3. *in vit. Henrici II.* qui dicunt, Henricum II, Ottonis III. successorē, fuisse primū, qui juxta illam laudabilē institutionem ab Electoribus sit creatus. Nec rationes dissentientiū tanti sunt momenti, ut nos ab hac nostrâ abstrahere possint. Nam q; dicitur *c.* 1. *A. B.* Principes Electores ad electionē hujusmodi juxta antiquā & laudabilem consuetudinē habuisse proficisci; non statim de consuetudine legē antecedente est accipiendum, cum possit etiam de ea, quæ legem est subsecuta eamq; approbavit & interpretata est *l.* 37. *ff. de LL.* intelligi *arg. c. venerabilem de Elect. ibi* de jure & cōsuetudine ubi per jus illud, quod scriptum est, intelligitur, quia consuetudini opponitur. Præterea quod affertur, quod Principes reliqui jus coeligendi sibi per constitutionem aliquam adimi non facilè passi fuissent, nullam ne- B

gationis necessariam inducit sequelá. Et quid si ipsorum consensum sive expressum sive tacitum intervenisse cum *Rutg. Ruland d.l. & Reink. lib.1.cl.3.c.13.n.12.de Reg Sec.* adsereremus? Nil deniq; nostrá infringit sententiá, quod non omnes Historici in id consentiant, neq; n. opus est. Anne unquá seculum aliquod ita sterile fuit, quod homines dissentiẽdi studio flagrantes non protulerit? Numnam in unaquaq; re credenda omnium consensum requirimus, & propterea is mentitur, qui mel dulce esse dicit, quod ægrotis aliter videatur? Manet igitur, q; Electores ab Ottone III. pietatis & ingenii laude conspicuo, circa annũ Christi 996. sint constituti & deniq; per constitutionem Caroli IV. confirmati. Videatur Dn. Præses *in Diss. de Vicar. Imp. th. 19.*

7. Causa Electionis impulsiva est vel necessitas, *a)* vel utilitas. *b)* Hinc alia est Electio ordinaria *c)* alia extraordinaria. *d)*

A *a)* Antequam casus existat, incivile est de modo & conditione rei quærere. *l. non oportet. 52. ff. de Legat. 2.* Ideoq; videndum jam, quando casus Electionis contingat: Id fit per necessitatem, quando nimirum Imperium vacat, & sic interregnum est, quo nihil periculosius Reipublicæ accidere potest, adeò, ut præstet etiam sub

B malo esse Principe *Bodin. lib. 4. n. 485.* *b)* Utilitatem hic à necessitate separamus, licet enim in priore casu Electio etiam utilis sit, posteriore tamen non est necessaria. Sed obstare videtur *c. 1. §. 19. in A. Bull.* ubi unicus casus, mortis scilicet Imperatoris, exprimitur, cæteri ergò per eum erunt exclusi. *arg. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. l. 12. ff. de judic.* cum limitata causa limitatum producat effectum. *l. in agris ff. de acquir rer. dom.* Verum 1. textus cum textu est conferendus. *l. incivile. ff. de legib.* 2. Et quidem *A. B. c. 4. § cæterum,* qui non mortis tantùm, sed etiam plures admittit casus, in verbis; *quoties vacare contigerit, &c.* Vacare enim in jure dicitur id, quod ab alio planè non tenetur. *l. 37. de usucap. l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 5. §. 2. Ad L. Iul. de vi pub. ubi Vidua dicitur mulier vacans per not. Gothofred.* & quod nulli datum est *§. videamus Institut. de hered. Inst. l. fin. C. de secund. tabb.* & quod alicui quidem oblatum, sed tamen ab eo non acceptatum est. *l. 30. ff. de vulg. & & pupill.* Sive igitur Imperator fatis vitam concessit sive fasces Imperii resignavit, sive alius electus Imperium accipere recusavit, ca-

sus existit. 3. Quibus accedit textus *A.B.c.1.princ.verbis.quotiescunq; & quandocunq; futuris temporibus necessitas sive casus Electionis Regis Rom. in Imperatorem promovendi emerserit.* Nam hæc vera, cùm sint indefinitè & universaliter concepta, non possunt ad unicum mortis casum restringi. *Buxt.d.l.concl.*10.*lit.a.* ideoq; generaliter accipi debent. *l.3.ff. de Offic. Præsid.* ne, si strictè accipiantur, absurdum hoc inde emergat, quod nec Imperatore inhabili existente Rex Roman. eligi possit. 4. Consuetudo pro jure habetur *l. de quibus. de LL.* & optima legum est interpres. *l si de interpretatione. ff. d. t.* At certum est, quod ipse Carolus IV. A. B. autor, adeoq; optimus ejus interpres, *l.1.& fin.C.de LL. l. ex facto 43. in princ. ff. de vulg. & pup. subst.* nos filii sui, atq; Electores postea aliquot Regum Rom. (*de quibus sub lit.d.*) exemplis docuerint, Imperatori etiam adhuc lucis usura fruenti certum posse designari successorem. Adeò ut nullum dubium amplius superesse arbitremur, quin sub unico & quidem ordinario & præcipuo isto *in c.* 1.§. 19. *A.B.* expresso casu reliqui subintelligantur. *c*) Quando scil. C Imperium vacat: Dicitur a. vacare. 1. per mortē *c.1.§.cum autem.c.4. §.cæterum quoties. A.B.* Mors n. cum omnia solvat *per Nov.22.c.2.* Imperatoriam etiam finit dignitatem *arg.princ.Inst.quib.mod.pat.pot.solvitur.* 2. Resignationem eamq; vel voluntariam, quemadmodum Carolum V. fecisse testatur *Thuan.lib.21. Histor. Anno* 1558.*pag.*350. & Lotharium, qui monasterium Prumiense est ingressus, *Otto Frising. lib.6.Chron.c.1. Buxt.d.l.concl.*10. *Dan.Otto.d.l.p.*299 *de qua in Disput.seq. latius, & num ea sit licita, videbimus.* vel necessariam, ut Depositionem, cujus exempla habemus in Adolpho de Nassaw & Wenceslao Caroli IV. filio, aliisq; quos propter turpia sua facta imperio exutos esse testantur Historici. *Cuspin.in vita Adolphi.Peucer.in Chron.* sed & hic vacandi modus, ut res periculosissima, in sequenti Disputatione vocabitur in disquisitionem. *d*) Quando non vacat, sed tamen D propter ætatem Imperatoris nimis provectam, valetudinem adversam, plurium regnorum regimen, quibus simul præesse non potest, & Imperium gubernandi impotentiam, publica utilitate exigente Rex Rom. eligitur, quemadmodum exemplis & observantia comprobatum in Wenceslao, Maximiliano I. & II. Ferdinando I. Rudolpho II. & Imperatore nostro gloriosissimo Ferdinando hujus

nominis Tertio. Anno 1636. d. 12. Decembr. Ratisbonæ superstite adhuc Patre Ferdinando II. p.m. legitimè electo. Ad observantiam hanc facit *text. in Aur. Bull. d. c.* 1. & ea quæ lit. b. diximus, atque imprimis prædicta illa ipsius Caroli IV. interpretatio. Quibus non obstat, quod in contrarium allegari solet, 1. *textus in Aur. Bull. cap.* 1. ubi solus mortis casus exprimitur, quemadmodum supra lit. b. jam vidimus. 2. *cap.* 4. §. 2. *quoties & quando.* &c. ubi casus vacantiæ refertur. 3. Quod non sit è re Imperii duos simul habere Reges *Onuphr. Panvin. lib. de Comit. Imp. pag.* 400. 4. Quod præbeat votum captandæ mortis. *l. fin. C. de pact. l.* 2. §. 2. *de vulg. & pup. subst. videatur Göd. consf.* 1 *D. Hortled.* in Reichshändeln *p.* 2. *fol.* 136. Quod a. monstravimus etiam vivo Imperatore Regem Rom. eligi posse, nullum dubium habet, si Imperator consentiat, *dict. l. fin.* quia ipsi licet renunciare favori pro se introducto. *l. si quis in conscribendo C. de pact.* Verum num etiã invito & repugnante Cæsare id fieri possit, quæstionis est; Negativam tuetur *Buxt. ad A. B. concl.* 12. *lit. d.* Sibi ipsi in hac quæstione contradicit Dan. Otto. *in diss. de jure publ. c.* 15. *p.* 519. Verum, cum affirmativa per aliquot Imperatorum capitulationes, ut videre est ex capitul. Francof. *de Anno* 1611. *art.* 2. & Ferdin. II. p.m. *art.* 34. expressè sit confirmata, & in hodierni Imperatoris Ferdinandi III. capitulationis *articulo* 38. *ibi* liberumq; sit Electoribus Cæsareæ Majestati Regem Romanorum adjungere, etiam invito, si precibus Electorum requisitus sine gravi justaq; de causa dissentire nihilominus præsumpserit, repetitã, hanc præ illa veriorẽ esse arbitramur, quamvis in Aurea Bulla hoc expressè decisum non inveniatur: Cum temperamento tamen aliquo hoc, intelligi, volumus: Si scilicet Imperator vel negligenter Imperiũ administrat, vel ei non amplius commodè præesse potest. Nec obstat, quod Imperatoris Rudolphi II. consensus ab Electoribus Regem Romanorum ipsi adjungere cupientibus fuerit requisitus: Consensus n. Imperatoris ante Electionem precibus quidẽ requiri debet, verùm si absq; justa causa dissentire præsumat, eum intervenire non est necesse. *d.d. capitulationib. Limn. in not. ad. Diss. Dan. Otton. d. l.*

8. Personæ eligentes sunt Sacri Romani Imp. Septemviri,

viri, a) (seu potius Collegium Electorale) b) qui tanquam officiales Imperii c) ejus nomine eligunt. d)

a) De horum origine supra *thes. 6.* est dictum, de ipsorum officio, dignitate, privilegiis & juribus infra *Disp. 6.* agetur. Officium eorum maximè in actu Electionis consistit, unde etiam Electores vocantur: A principaliore enim fit denominatio. Ad hos solos hodie jus eligendi pertinere jubet Lex Imperii fundamentalis *Aur. Bull. c. 1. 2. 3. 4. c. venerabilem. ext. de Elect. ibiq; Dd. Salycet. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* Septem autem sunt, non tam, quod hic numerus semper sacer & perfectus habitus sit *Azo in summa C. de V. I. E. Bodin. lib. 1. c. 10. de Repub.* quàm, quod ratio in imparitate, ut eò facilius ad majora perveniatur, sit posita, vel quod magis placet, quia plures officiales Imperium non habet. b) quod hodie mutua ope & auxilio Cæsarem eligendi jus habet *c. 1. princ. c. 4. §. 2. Aur. Bull.* excluso populo, qui olim aliquoties per se aut per Senatum Imperatores elegit, teste *Hug. Grot. lib. 2. de jure belli & pacis. c. 9. n. 11.* & reliquis Imperii statibus, quos prioribus temporibus sæpe eligendis Cæsaribus interfuisse probat *Lampad. in tract. de Constit. Imp. Rom. Germ part. 3. c. 4. n. 1.* Imò ipse Imperator, quando scil. ei adhuc superstiti Rex Rom. adjungitur, Electionis actui interesse non potest, cum illi saltem eligant, qui de collegio sunt. *Decian. cons. 93. n. 15. vol. 5.* Collegii voce utimur ideò, ut innuatur, hoc jus Electoribus non ut singulis competere *per A. B. c. 4. §. 2. ibi: quibus omnibus in Electionis termino congregatis.* c) Als deß Heiligen Reichs Amptleut *Æmyl. Chreggr. in velit. de sept. Imp. officialibus. th. 4. in Aur. Bull. c. 25. & seq.* & passim: Officia ipsa vocantur deß Heiligen Reichsämpter. Et in capitulatione Ferdinan. 3. *art.* ibi Reichsämpter. & *artic.* 41. Vicarii Electorum vocantur Amptsverweser. Unde investiuntur ab Imperatore mit dem Chur fürstenthumb der Chur vnd dem ErtzAmpt deß H. Reichs. Quare autem hi præ cæteris eligant, rationem reddit Archigramm. Colon. in descriptione Colleg. Elect. quod scilicet hi optimè omnium Imperii Teutonici conditionem habeant exploratam *adde Onuphr. Panvin. in libr. de Comit.* d) Ab Electoribus igitur hoc non proprio sed alieno nomine fit, nimirum Imperii seu Universitatis *Æmyl. Chreggr. dict. velit. th. 18.* cum ergò hi in hisce officiis totam Universitatem seu Imperium

rium repræsentent, id, quod ipsi fecerunt, æquè, ac si totum imperium fecisset, habendum est. *arg. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. fac. l. si is quidem. l. si rem. ff. de pignor. Bartol. in l. Præses. C. de transact.* & sic totum Imperium ac omnes status obligant, *arg.* illorum quæ habet Brunning *de Var. Universitat. spe. concl.* 77. & omnes ipsum Electum pro legitimo Domino agnoscere debent *A.B.c.*1.2.3.& 4.

9. Subjectum Electionis est persona eligenda *a)* idonea *b)* ratione patriæ, *c)* sexus, *d)* figuræ corporis, *e)* ætatis, *f)* natalium, *g)* virtutum, *h)* potentiæ *i)* & religionis. *k)*

A *a)* Eaque unica, juxta vulgatum: Unus sit Princeps; Nam segnius expediunt commissa negotia plures. Invenimus quidem olim nonnunquam plures simul ad Imperii gubernacula consedisse. *l. Divi fratres ff. de pœn. l. Imperatores. ff. de transact. l. fin. ad SCtum Turpill.* Exemplum etiam habuimus in Ludovico Bavaro & Friderico, de quo vide Limn. *lib.*2.*c.*2.*n.*4. *ubi instrumentum conventionis interdictos Principes ex Cuspin. in Austria pag.* 638. *recenset.* Verùm cum in aurea Bulla semper fiat mentio Regis & non Regum, capitis & non capitum, jure merito ex ipsius mente pluralitatem rejicimus, numerus enim singularis unum saltem admittit. *Natt. consʃ.*506.*n.* 4.

B *b)* per *c.*2.§. *Ego Archiepiscopus.*2. *Aur. Bull* Electores enim omnes jurare tenentur, quod velint secundùm omnem discretionem & intellectum eligere Regem, qui ad hoc sit idoneus.

C *c)* Postquam decus Imperii à Græcis in personam Caroli M. ob ejus virtutem & fortitudinem est translatum. *c. venerabilem. ext. de Elect.* per constitutionem Ottonis III. ferunt constitutum esse, ne alius eligatur Imperator, quàm Germanus, nec nisi ab iisdem, ne ad exteros iterum Imperium transferatur, teste Sigon. *lib.*7. *Histor. Ital.* Irenic. *exeg. Germ lib.*3. *c.*33. Mutio *de Reb. Germ. lib.*14. Heig. *p.*1. *q.*5. Aurea Bulla de hoc nihil certi definivit, & licet Daniel Otto *in d. Diss. c.* 8. dicat, hoc in ejus *tit.* 2. expresse esse decisum, tamen ego nescio, an inibi de hoc quidquam reperire possis: Non igitur ad hanc, sed potiùs illam respexit Archiepiscopus Moguntinus, qui apud Sleidan. *lib.*1. *com.* ita dixit: *Gallum quod attinet legibus nostris & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum*

tum est, ne decus hoc imperii transferatur ad exteros. Et hoc hactenus consuetudine, quæ vitæ humanæ lege omni valentior *Duar: ad l.1. §.2. ff. de pact. arg. §. sine scripto 9. Instit: de I. N. G. & C.* fidelissimè est observatum, nemini n. exteræ nationis ad Imperialem dignitatem adscendere licuit, sed omnes Impp. fuerunt Germani, & quidem non sine ratione; Cum enim, teste Ænea Sylvio *in descript. Germ. c.* 30. & Cornel. Tacito, ante Germanos nobilior gens nulla sit, eccur extraneos ad Imperii culmen evehere vellemus, imprimis cum extranei imperium durabile non sit *Curt. lib.* 7. Nam alienigenam Dominum nemo lubens patitur & placidius est suis parere; quapropter etiam jure divino est constitutum, ut è medio fratrum tuorum super te Regem constituas, non virum alienigenam, *Deut.* 17. *v.* 15. Num forsan plus commodi & utilitatis ab extero nobis spondeamus, quam à domestico, sive indigena, qui tam linguam, quam mores nostros sibi habet cognitos & perspectos? Nemo sanè sui amantiorem exterum, quam viscerum suorum partem fore sibi persuasum habeat. Recte itaq; & laudabiliter Protestantes literis suis apud Sleidan. *lib.* 8. *p. m.* 223. concludunt. *Nullus creetur Rex Roman. quin sit ex aliqua Germania Principum familia progenitus:* Consuetudo enim longissima in electionibus est spectanda. *l.* 5. *C. de conven. fisci debit. c. super quibusdam de V. S.* Accedit, quod in Disp. 1. *th.* 12. est dictum, Romanum Imperium activè & passivè jam apud solos Germanos esse *Panormit. in c. venerabilem de Elect.* per verba, *Imperium à Græcis transtulit in Germanos*, quæ Æneas Cardinalis ita exprimit *in Europa. C.* 38. Est imperium nunc apud Germanos eo modo, ut nemo imperare possit, nisi Germanus &c. adde *Alexand. Raudens. decis.* 34. *n.* 175. *Heig.* 1. *q.* 5. *n.* 6 *& seqq. Petr. de Andlo lib.* 2. *de Imp. Rom. c.* 3. *Simon. Pist. consil.* 1. *n.* 2. *not. in c. Abbate. de V. S. vide VVurmf. Ex.* 2 *q.* 1. *ibiq; alleg.* Germanus autem is quoq; est, cujus pater Germanus *l. adsumptio ff. ad municip. filius enim originē patris sequitur etiā in honoribus capessendis l.* 3. *C. de Munic. & orig* licet is extra Germaniam natus sit, per exemplum Friderici II., qui in Sicilia natus fuit: Et qui avo paterno Germano adhuc vivo extra Germaniæ fines natus est, hic enim avi originem sequitur, quia in ipsius potestate esse censetur. *§. fin. Inst. de pat. pot. confer l.* 1. *l. ad sumptio. ff. d. t.* Respiciuntur enim potius personæ, ex

H quibus,

quibus, quam locus, ubi aliquis nascitur *d.l. 6.l. cum satis C. de agric & censit. l. filius 3. C. de Municip. & origin.* Exemplum in Carolo V. & Ferdinando I. nepotibus Maximiliani I. habemus, qui licet patrem habuerint Philippum Hispaniæ Regem, tamen Impp. sunt electi, quamvis ille Carolus V. scil. Gandavi Flandriæ, & sic in Germania natus fuerit *God. consil. 1. n. 3. vide Buxtorff. ad Aur. Bull. coml. 31. lit. c. Reinking. de Reg. secul. lib. 1. class. 3. c. 4. n. 15. VVurmser. d. l. q. 2. cum allegatis.*
D d) hujus intuitu requiritur mas, non fœmina. Mas, ut præstantior, regere debet, mulierum v. munus præcipuum est tractare domestica, concipere, parere, & partum fovere *l. 14. §. 1. ff. de AEdil. edict. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* easq; natura potius ad parendum, quam imperandũ, produxit, *Genes. 3. 1. Timoth. 2. Ephes. 5.* & jus Civile ab omnibus civilibus & publicis officiis removit *l. 2. de R. I. l. 12. ff. de judic.* judicans fore, alienum ab ejus sexus pudore & verecũdia publicis & virilibus sese immiscere negotiis *l. 1. §. 5. ff. de postul.* Insuper in pœnã populi esse dicitur si fœmina ad gubernacula sedet, *Esaiæ 3. v. 12.* Nam veriverbium est: Wo Weiber führen das Regiment / da nimpt es selten ein gutes endt. Vaticinatus igitur est Aventin. *lib. 1.* So baldt die Weiber regieren / bedeut es nichts gutes / man schawe darauff / es gehet an ein verderben. Addatur *Tiraq. de legib. connubial. 4. gl. 1. Limn. lib. 2. c. 2. n. 11. & multis seqq.*
E e) qua debet esse conspicua: Nam gratior est pulchro veniens è corpore virtus; Nõ igitur talis sit, qualis Pannoniorũ Rex Colomannus fuisse fertur *Lips. mon. polit. 2. c. 4. monit. 2.* staturâ scil. pusillus, linguâ balbus, oculo luscus, pede claudus, dorso gibbosus: Germanis enim est proverbium, quod refert *Dan. Otto. c. 8. p. m. 161.* Maan hüte sich für dem / den Gott vnd die Natur gezeichnet. Hanc ob causam expressè sancitum legitur *in Spec. Svev. lib. 1. c. 21. §. 3. ibi,* Einen Lahmen &c. sollen die Fürsten nicht zum König Kiesen / Kiesen sie aber diesen / die andern Fürsten verwerffen ihn mit recht.
F f) quæ debet esse perfecta. *Brautlach. in jurispr. publ. lib. 2. c. 1. n. 15.* quæ vero in Imperatore pro perfecta haberi debeat, nulla certa lege publica est definitum Jure Civili quidem minor 25. annis ad Remp. gubernandam non admittitur *l. 8. ff. de municip. l. 6. 11. ff. de decur,* sed hæc ætas in Imperatore eligendo non spectatur, veluti exemplis, nimirum Ottonis III. qui adhuc puer, Henrici III. qui anno æta-

no ætatis 12. Henrici IV. qui 8. Friderici II. qui 20. Caroli V. qui 19. vel *ut Petrus de Andlo* 18. in Imperatores sunt electi, ostendunt, Limn. *d. lib. 2. c. 2. n. 74. Dan. Otto. d. l. pag.* 159. Interim tamen, cum in Electoribus octodecim anni ad minimum requirantur, Imperatori certè minor ætas non facile est decernenda, propter majus periculum, quod ex hujus imperfecta ætate imminet. *Idem dd. ll.* g) quibus sit illustris. *Schrader. de feud. part. 4. sect. 8. n. 18*, sive Princeps sive Comes, Laicus. *Castald. de Imper. q. 8. n. 7.* Land vnd Lehnrecht *lib. 1. c. 21. Buxt. d. l. concl. 31. lit. a. Dan. Otto. d. l. p. 161. Limn. d. l. lib. 2. c. 2. n.* 79. h) *Aur. Bull. c. 2.* requirit, ut eligatur JUSTUS BONUS ET UTILIS, & sic virtutes requiruntur tam animi, quam corporis Principe dignæ. JUSTITIÆ specialis mentio facta est ideo, quia ejus tanta vis est, ut nec ii, qui scelere ac maleficio pascuntur, possint sine ulla particula ejus vivere. *Cic. 2. offic.* facit *text. in princ. proœm. Inst. ibi: fiat tam juris religiosissimus* &c. Insuper præter alias imprimis requiritur CLEMENTIA, hæc enim noxios eripit, lapsos erigit, & servatum it eos, qui se perdunt. *Lips. polit. 2. c. 12.* & nullum magis, quá Principem decet. *Sen. 1. de Clem.* Deniq; PROBITAS, quia decorum est, ut probitate emineat, qui dignitate. Hinc *apud Xenophont. Pæd. 8.* Cyrus non censebat convenire cuiquam imperium, qui non melior esset iis, quibus imperaret: Non enim nesciebat, quales in Repub. Principes sunt, tales reliquos solere esse cives i) Interest enim Reipublicæ per potentiores regi, si scil. aliis simul coruscent virtutibus, sin minus, sapientia & strenuitas divitiis & potentiæ ex sententia Archiepiscopi Moguntinensis est præferenda, quia imperia magis prudentia, quam armis & potentia defenduntur. *Frossard. lib. 1. c. 132. Buxt. concl. 30. lit. b.* In imperio sane, ut cujus Fisci reditus adeo magni non sunt (non tamen ita exigui, ut Schneidew. ad Inst. putat) opus est tali Principe, qui è Patrimonialibus magnificentiam & Imperatoriam dignitatem possit conservare. k) hujus respectu sit Christianus Catholicus, veræ pietatis amans *Deut. 17. 15. 2. Cor. 6. 14. Ose. 8. 4.* non Machiavellicus, vel talis bonus vir, qui diabolũ sub cappa habet, *Cyn.* neq; paganus vel hæreticus. *l. inter claras C. de summa Trinit. c. venerabilem, de Elect. clem. 1. de jurejur. c. Apost. de re jud. in 6.* Schwaben Spiegel *lib. 1 c. 21. §. 3.* Nihil autem refert

G H I K

ſive Pontificiæ, ſive Lutheranæ religioni ſit addictus, hic enim æque, ac ille, ad hunc dignitatis gradum evehi poteſt, cum omnis Eccleſiaſtica cenſura in utrosq; ſit ſuſpenſa, *per conſtit de pace Relig. & Receſſ. Imperii de Anno* 1555. §. Damit auch Accedit quod alios eligere poſſint, quidni etiam ab aliis poſſent eligi? *Buxt. d.l.lit. d.Limn.d.l.n.* 87. Non movebo hîc quæſtionem; An Imperator, ſi fieret hæreticus vel Apoſtata, quod abominor, propterea ceſſet eſſe Imperator? Nulla lex Imperii id dicit: Eccleſia ſanè multos infideles & hæreticos habuit Imperatores, ſub quorum imperio fortè majori, quam quorundam Chriſtianorum, floruit pietate, nec ſeditiones & tumultus tantos fuit paſſa.

10 Forma conſiſtit in modo ipſius Electionis, quæ ratione antecedentium, concomitantiũ & conſequentiũ eſt conſideranda: Inter antecedentia *primũ* eſt Convocatio, quæ eſt actus legitimus, *a*) quo Elector Moguntinus *b)* PP. Electores reliquos omnes *c*) intra menſem *d*) ſecundum formam in Aurea bulla præſcriptam *e)* ad electionem Regis Rom. in civitate Francofurtenſi inſtituendam *f*) convocat *g.)*

A *a)* Quod ſupra de Electione aſſeruimus, hîc itidem de convocatione aſſerimus, nam hæc non minus, ac illa, ſecundum formam, quam in Aurea bulla *c.* 1. §. *qualiter*, *juncto c.* 18. habet præſcriptam, *de qua ſub lit. e. h. th. fuſius agemus*, eſt expedienda. Ad unguem autem forma illa eſt obſervanda, *Felin. in c. cum delicta de Reſcript.* nec mutari poteſt, *l. nemo ff. de legat.* 1 *l.* 8. §. *ſi Prætor. de tranſact.*
B *l. fin. C. de ſuis & legit. her inſt.* *b)* Solus *per Aur. Bull. c.* 1. §. *præterea. & c.* 4. §. *cæterum. Æn. Sylv in ſua Germ. c.* 30 quia Germaniæ eſt Archi cancellarius, Reichs Abſch.. *de Anno* 1555. §. So ſich dann abermals. *ibi* Seine Liebde alß Ertz-Cantzler des Reichs & collegii Electoralis Decanus. *Paurm. de juriſdict. lib.* 2 *c.* 2. *n.* 45. *Reſtaur. Caſtald. de imper. q.* 9. *n.* 6. ideoq; tanquam collegii caput capitulum convocare debet *Phil. Corn. conſ.* 181. *vol.* 2. *Dan. Otto. d.l. c.* 10. *p.* 259. *Buxt: d.l. conc. n.* Et hoc jus ipſi ab antiquo competiiſſe teſtantur verba A.B. *c.* 4. §. 2. Licet ſint

qui

qui putent, id olim vel penes totum collegiũ, ut Freher. *in not. ad P. de Andl. lib. 2. c. 2.* vel reliquos Electores alternativè resedisse, *Cuspin. in Carol. IV.* vel una cum Moguntino Electorem Palatinum convocasse, *per textum* im Sächsischen Landtrecht *c. 27. §. 3. ibi* So sollen sie ein gespräch gebieten / zu Franckfurt die soll gebieten der Bischoff zu Meintz bey den Bann vnd der Pfaltzgraff bey Rhein soll es gebieten bey der Acht. *Cuspin. in Rupert. p. 391. ibi* Palatinus ex officio Imperii Principes ad publica convocat comitia, nondum enim Aurea Bulla erat firmata, *Buxt. d. l.* Hoc certum est, quod si eo tempore, quo convocatio fieri debet Electoris Moguntini sedes vacet, Capitulum in ejus locum succedere & Electores convocare non possit, *arg. c. 1. §.* wann es auch darzu kommen *&c. A. Bull. & c. 2. ne sed: vacant* Non obstat, quod alias capitulum idem possit, quod Episcopus. *c. unic. de major. & obed. c. cum omnes 6. x. de Constit.* fallit enim hoc in iis, quæ Episcopo, non ut Episcopo, sed diversæ personæ, competunt. *VVurmser. Ex. 2. q. 5.* Minimè omnium autem hæc potestas competit Pontifici, licet Pius II. à Dietero Isenburgico, Electore Moguntino, hoc efflagitaverit. *Rumel. ad Aur. bull. Diss. 2. th. 11.* c) tam secularesquam Ecclesiasticos, eosq; omnes & singulos, cum Electio sit actus collegii, ad quem ritè perficiendum omnes de collegio debent vocari, *c. bonæ memoriæ, c. quod sicut §. si autem de Elect. c. cum in Ecclesiis eod. in 6.* Illegitima igitur est electio, si Moguntinus unum atq; alterum non convocaverit. *c. obeuntibus in fin. dist. 63. d. c. quod sicut.* Nam unius Principis non vocati contemptus hîc plus operatur, quã dissensus plurium *c. venerabilem de Elect.* quapropter talis electio tanquam nulla potest impugnari *d. c.* & hoc factum esse in Electione Ludovici Bavari & Maximiliani I. à Rege Bohemiæ, qui electionem hoc nomine non solum impugnavit, sed etiam bellum se ob eam reliquis Electoribus illaturũ esse, fuit minitatus, testatur And. Knich. *de jur. Sax. non prov.* Hodie igitur etiam omnino Rex Bohemiæ est convocandus; (licet olim aliud obtinuisse referat *P. de Andlo. lib. 2. c. 2. p. 81.* qui eum tunc demum vocandum esse statuit, si alii discordent, & paria vota adsint, ut ipse tanquam arbiter intercedat. *Dubrav. lib. 6. Hist. Bohem.*) Cõstat enim ex Aur. bull. quod votũ habeat & habuerit etiam ante eam *per c. 2. ibi. sane generaliter.* Insuper refert

C

Hartm. Maur in Coronat. Caroli V. transactionem inter Regem Bohem. & Electores esse initam tempore Maximiliani I. in qua statutum, ne sub pœna 500. marcarum auri puri Reges Bohemiæ inposterum excludantur, post quam transactionem Electio Maximiliani I. est ratificata. Sed quæstionis est, num ratificari possit? Affirmat Buxtorff. *concl. 19. d. l. per c. venerabilem & c. quod sicut 28. de Elect.* allegans Saxonem, qui cum in Electione Conradi III. contemtus esset, eam ab
D initio improbavit, postea vero ratificavit. *d*) Postquam scil. ipsi obitus Cæsaris innotuit: Non igitur à die mortis, sed notitiæ hic mensis est computandus *Aur. bull. c. 1. §. cum autem ad hoc*. Tempus enim regulariter non currit ignoranti. *l. genero ff. de his qui not. infam. l. 1. §. si adversus ff. quando appell.* Notandum hîc est, quod aliud sit fatale intimationis, aliud comparitionis: illud est mensis unus, *dict. §. cum autem*; Hoc vero trium mensium a die literarum convocationis datarum computandorum. *dict. c. 1. §. præterea & §. qua autem* Quid si Mogũtinus suo mũere forsan supersederet? sua sponte vel mutuo admoniti Electores conveniant *c. 1. §. cum autem* idq; legis necessitate facere tenentur *d. §. ibi*: Quod si idem Archiepiscopus in executione & intimatione hujusmodi negligens, aut remissus fortassis existeret, tunc iidem Principes motu proprio etiam non vocati pro fidei suæ virtute, qua sacrum prosequi tenentur Imperi-
E um, posthæc intra tres menses conveniant. *e*) quemadmodum supra jam dictum *sub lit. a. h. th.* Ea præter alia consistit in his, ut convocatio fiat per nuncios, literis patentibus, quæ contineant nomen Electoris citantis & citati, tempus, intra quod convenire debeant, *de quo sub lit praced.* locum, *de quo sub seq.* & denique causam, ut scilicet de futuri Regis Rom. electione deliberatio instituatur, *A. B. c. 1. §. præterea cum seq. & c. 18. & 19.* Hæc omnia igitur accuratè sunt observanda, *l. 8. §. 7. ff. de transact.* forma enim non servatá, ipse actus nullus est *l. 5. C. de LL. Buxt. ad Aur. Bull. concl. 20.* Incidit hîc quæstio: An. tempus, intra quod Electores comparere debent, ex solius Moguntini arbitrio abbreviari & restringi possit? Negativam defendere placet; quia tempus, à lege publica indultum, ab homine abbreviari nequit *per l. 4. § si quis condem. ff. de Rejud.* nam jus publicum in ipsius manu non est; Et is, ad quem spectat congregare collegium,
termi-

terminum juris restringere non potest. *Panorm. in c. cum nobis* 14. *n.* 9 *de Elect.* Quinimo ne Cæsari quidem ipsi licet Electorum jura minuere *per c.* 2. § *& quia. Aur. Bull.* cur igitur Moguntino hoc licitum sit? Præterea Imperii plurimum interest trimestre hoc tempus servari, ne fortuitâ aliquâ Electoris absentiâ vota in electione, præter Electoris absentis culpam, minuantur. Deniq; si in Electoris Moguntini manu esset pro lubitu tempus præfigere, Dominis Vicariis per eum facile aliquod præjudicium exoriri, & vicariatus dignitas, ab ipsa lege ipsis concessa, posset adimi, quod sane iniquum foret *arg. l. non debet* 74. *ff. de R. I.* Si vero publica utilitas, ob periculum Imperio impendens, temporis prædicti coarctationem efflagitat, tutius Elector Moguntinus facit, si priusquam comparendi terminum præfigit, Domines Vicarios in consilium adhibet: etiamsi autem tali casu existente tempus non abbrevietur nihilominus tamen ipsi Electores sua sponte citius convenire debent, ne id, quod in imperii favorem est constitutum, in detrimentum ejus redundet. l. *quod favore. C. de Legib. c. quod ob gratiam. de R. I. in* 6. *Buxt. d. concl.* 20. *lit. g. Arum. ad. A. B. disc.* 1. *th.* 31. *Wurmser. in Exerc. juris pub* 2. *q.* 4. *cum allegatis f.* 1 *c.* 1. § *præterea. & seqq. c.* 2. *c.* 25. §. *invenimus. Aur. Bull.* quo loco aptior & commodior, cum, veluti centrum, in medio positus sit, & omnium rerum abundet copiâ, inveniri non potuit, quemadmodum probat *Dom. Arum. Disc.* 1. *ad Aur. Bull. th.* 25. proptereaq; proculdubio observantiâ & immemoriali consuetudine primum est constitutus, postea vero ob ejus commoditatem publicæ legis autoritate confirmatus, atq; ita hodie necessitatis (non tamen ita absolutæ, ut propter nullas causas mutari possit) factus, *per verbum* DEBET *dict.* §. *præterea*, quod dispositivum est *l. Prætor ait. ff. de Edendo ibiq; gloss.* & necessitatem infert *per gloss. in l. sæpe audivi ff. de offic. Præsid.* Non igitur nisi de Collegarum consensu & propter causas gravissimas (inter quas pestis *arg. l.* 8. *C. de testam.* & bella civilia. *arg. l.* 13. §. 7. *ff. Locati conducti* sunt numerâda) potest mutari *d. c.* 25. § *invenimus*, ibi, *nisi præmissis omnibus impedimentum legitimum obviaret.* Extra hunc autem necessitatis casum electio alibi peracta nullitatis potest accusari, quemadmodũ etiã legimus Electorem Saxoniæ citationem â Moguntino Coloniam an-

F

no 1530. hoc nomine impugnasse, *Sleid.lib.* 7. *Anno* 30. *& lib.* 8. *Anno* 32. & Electionem Caroli IV. ex hoc fundamento non solum impugnatam, sed etiam per 4. Electores nullam esse declaratam. *Cuspin. in Carolo IV. f.* 382. g) Cum textus de convocatione instituenda
G supra adducti tátummodo loqui videantur de eo casu, quo Imperator vitâ excessit, quęritur, num Elector Moguntinus eo etiam adhuc superstite Electorale collegium convocare queat? Id quod affirmamus, &, cum infra de hoc dicendi sit occasio, nimirum sub annexo corollario, eò lectorem remissum volumus.

11 Si autem Archiepiscopalis sedes vacat, an ejus loco capitulum debet vocari? a) Et quid si Archiepiscopus electus quidem, nondum tamen infulatus aut consecratus b) aut ab Imperatore investitus sit? c Quid deniq; si Elector secularis nondum ab Imperatore investituram consecutus d) vel legitimam ætatem sit adeptus? e)

A a) Illud vocandum vel ad Electionem admittendum non est *Molin.consuet. Paris. præfat.n.* 71. *Heig.q.* 4. *Steph.de jurisd.lib.* 2.*p.*1.*c.*5. *n.*58. Ratio est, quia Electio Archiepiscopis, non tanquam Episcopis, sed Imperii Principibus, competit. *arg. Aur. Bull. c.* 1. 2. 3. *&* 4. Non obstat, quod capitulum idem possit, quod Episcopus. *c.un. de Major. & obed.lib.* 6. *c. cum omnes x. de const. fac. c.* 1. *&* 2. *x. ne sed. vac.*
B *Mindan.de process.lib.*1.*c.*19.*n.*12.*Gail.*1.*obs.*30.*n.*11. b) Nihilominus eum vocandum esse statuit Buxt. *ad Aur. Bull. concl.*18. *&* Dan. Ott *de jurepub. c.* 10. post plures probat, quod hac consecratione & confirmatione opus non habeant, quia uti dictum, hoc jus ipsis tanquam Principibus imperii competit, Papa autem Principem in Germania facere nó potest, sed Imperator; Feuda enim habent ab imperio, quorum intuitu Principes sunt. *Gail.* 1.*obs.*30. *Vultejus de Feud. lib.* 1.*c.* 5.*n.*7. Obstat, quod sola Electio Episcopum non faciat, sed, ut accedat confirmatio & consecratio Papæ, necesse sit. *c. licet de translat. Episc.* verum quia personæ duplicem respectum habentis qualitas ea tantum requiritur, quæ ad actum est necessaria *l. si pater, §. qui duos ff. de adopt.* ideo nos in hoc casu non Episcopalem, sed Principalem requirimus

quirimus dignitatem. Et ita Archiepiscopos electos quidẽ, nondum tamen confirmatos in Electorali Collegio admissos esse ex subscriptionibus Recessuum patet, ut: Anno 1555. ubi Daniel, electus Mog. 56. Antonius. 59. Johannes Gebhardus 64. 66. 67. Fridericus electi Colonienses subscripsêre. *c*) Etiam investituram Cæsaris non esse necessariam, putat *Buxt. dict. concl.* 18. 1. quia Electio tantum tribuit electo, quantum successio successori. 2. quia Capitulares sunt des Stiffts Erbherren. Ergo in electum Episcopatum transferre possunt. *l. 21. C. mand. Mindan. de proceß. dict. c.* 19. *n.* 14. Accedit 3. præjudicium à Dan. Ottone *d. l. c.* 10. allegatum. Verum probabilior est contraria opinio, quod scil. electus, nisi sit investitus vel de eo indultum habeat, neq; admittendus neq; vocandus sit. I. Quia hic consideratur ut Princeps, Princeps autẽ fit per investituram *c. quis dicat. Dux. Marchio. 2. Feud.* Deinde, quia in Aur. Bull. jubentur jurare per fidem, quam imperio debent, & quâ adstricti sunt: Ergo ut sese jam ante obstrinxerint, necesse est, *videatur Nucl. jur. pub. pag.* 186. C
d) Investituram in his necessariam non putamus, si modo legitimi sint successores, & in Electoratus possessione constituti. *Buxt. d. concl.* 18. *& concl.* 85. *lit. b. Bertram. de comit. concl.* 40. 1. Quia Electoratus ipso jure post Electoris mortem ad descendentes devolvitur *Aur. Bull. c.* 7. nec ibi investitura requiritur. 2. Et vasallus annũ ad petendum investituram habet *c. 1. quo temp. mil c. 1. §. præterea de probib. feud. al. per Frider. 2. Feud.* 3 Quia votum dare, est fructus feudi, *Garz. Mastrill. in decis. Sacri concil. Sicil. decis.* 18. *n.* 2. *& seq. p.* 1. intra hunc annũ autem fructus pertinent ad vasallum. 4. Adest observantia, quæ optimè leges interpretatur. Anno enim 1586. Christianus I. Elector Sax. anno 98. Ioach. Frid. M. Brandeb. & Frid. IV. Elector Palat. comitiis interfuerunt *Bux. d. l.* 5. Quoniam is, qui in possessione est, Elector est & votum habet *Aur. Bull. c.* 20. ibi, *quod possessor Principatus cujuslibet etiam juris, vocis, officii, dignitatis & pertinentiarum omnium ad illum spectantium quietâ debeat & liberâ possessione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseq; & nemo alius, per cæteros Principes Electores ad electionem & omnes actus alios pro sacri Imperii honore vel oportunitate gerendos omni tempore assumi sine contradictione qualibet & admitti &c.* 6. Deniq; successio in feudo tribuit dominium & possessionem *Vult. lib. 1. Feud. c. 9. n.* 23. *e*) E

D

Octodecim scil. annorum Aur. Bull. c. 7. & quidem completorum *d. c.* 7. licet alias in favorabilibus annus inchoatus pro completo habeatur. *l. 8 ff. de muner. & honor.* Si vero hi nondum omnino sunt completi, legitimus Administrator vocandus & admittendus est *dict. c. 7. Aur Bull.* quemadmodum observantia testatur.

12 *Secundum* antecedens est Salvus conductus *a)* illis, qui ad Electionem proficiscuntur *b)* sub gravissima pœna *c)* vel à Coelectoribus, *d)* vel aliis Proceribus, *e)* nec non civitatibus *f)* pro cujusque loco & regione in
A scriptis ptomittendus & præstandus *g)*

a) Salvi conductus vocabulum hîc non sumitur pro ea securitate, quæ homicidis vel aliis ad suam defensionē deducendā personis conceditur, sed pro publicâ & inviolabili securitate, quæ à Statibus Imperii Electoribus, ad Electionis actum proficiscentibus, secundum Aur. Bullæ præscriptum est præstanda, qua mediante securi & inviolabiles ad Electionis locum pervenire & ad suos redire
B possunt, *Brautlach. lib. 2. jurisprud publ. c. 1. n. 21.* *b)* Sive sint ipsi Ele-
C ctores, vel nuncii ipsorum vice ablegati. *Aur. Bull. c. 1. verbis Principes*
D *Coelectores suos vel eorum nuncios &c.* c) *dict. c. 1. Aur. Bullæ princ. §. statui-*
E *mus insuper.* *d)* sub pœna perjurii ac amissionis voti, quod illa vice habituri fuissent *d. c. 1. princ.* *e)* sub pœna scilicet perjurii & amissi-
F onis omnium ab Imperio dependentium feudorum *d. c. 1. §. Statuimus insuper. & §. Quisquis ex Principibus.* *f)* Itidem sub pœna perjurii & perditionis omnium privilegiorum, jurium, libertatum & gra-
G tiarum à sacro imperio obtentarum, & præterea banni ac proscriptionis Imperialis. *d. c. 1. § statuimus post med* *g)* *d. c. 1. §. Ad præmissorum autem &c. & §. quamvis autem.* His consequens est, ut si à transeuntibus fuerit petitus, & via determinata, tunc, etiamsi sit insolita, Dominus tamen de damno teneatur. *d. c. 1. Aur. Bull. §. volumus autem §. Præmissas vero.* Elector enim non præsumitur sine justa causa viam insolitam elegisse: Si vero Domino territorii hoc non significat, damnum, quod patitur, sibi imputet. *Arum. Diss. 1 ad Aur. Bull. th. 22. Gail. 2. observat. 64.* Hæc Electorum securitas differt à securitate Imperiali, quæ ubiq; sacrosancta est *Becht. in Diss. de securitate & salvo conductu. th. 141. 156. & 157. Heig. p. 1. q. 2. n. 12. & 22. q. 4. n. 25.*

Ter-

Tertium est Comparitio, Cum vel ipsi Electores, vel 13
eorum nuncii *a)* legitimo mandato instructi *b)* cũ certo hominum numero *c)* sub pœna amissionis suffragii *d)* comparent. Hoc deniq; sequitur *quartum*, præstatio scilicet juramenti, quo cives Francofurtenses securitatem & alia Electoribus jurant *e)*

a) Regulariter quidem ipsi Electores in propria persona A
comparere debent *per §. quandocunq; 6. c. 25. verbis, justo impedimento detentus &c.* Si vero ipsi justis detineantur impedimentis, non modo aliquem de collegio, sed & extraneum, invitis reliquis, Procuratorem constituere possunt, propter verba generalia in *d. §. quandocunq;, ibi Procuratorem cujuscunq; dignitatis vel status*, & imperii morem antiquum, quamvis de jure communi impedito non liceat extraneum invitis collegis procuratorem ad eligendum constituere, *c. quia propter 42. §. illud x. de Elect. c. pen. §. ult. eod. in 6. Buxt. ad Aur. Bull concl.* 22. *b)* Non restricto ad certam personam eligendam vel ex cer- B
ta familia: Sunt enim electionis vota collegialia, ideoq; ex delegantis arbitrio non ita restringenda, sed in ipso Electorum conventu prævia deliberatione diligenti proferenda. *Reink. de Reg. sec. lib. 1. cl. 5. c. 3. n. 8. Dan. Ott. d. l. c. 10. p. 347. VVurmser. Ex. 2. q. 6.* *c)* Ducen- C
torum scilicet equitum, inter quos ultra quinquaginta armati esse non debent. *c 1. §. debet autem Aur. Bull.* Si Electores legitime fuerint vocati, neque tamen per se neq; per idoneè instructos nuncios comparuerint, electionis voce & voto pro ista vice privantur. *c. 1. §. Princeps vero 21. Aur. Bull.* Absentium enim nulla habetur ratio, sed per præsentes, licet sint numero pauciores, electio perficitur *c. quod sicut, de Elect. l. rescriptum. de pact. Rec. Imp. zu Speyer de Anno* 1529. *§. vnd damit ein solch. R. I. zu Regenspurg de anno* 1551. *§. Wir auch Churfürsten &c.* Iniquum enim esset, contumaciam vel absentiam quorundam negotia publica impedire. *l. 45. C. de decur.* Si vero aliquis quidem compareat, ante finitam tamen electionem recedat, eandem patitur pœnam. *d. l. & c. licet de Elect.* Tardius autem adveniens, sed adhuc ante peractam electionem, in eo statu admitti debet, in quo est electio adventus sui tempore *per c. 2. §. postquam autem.* Quid

si major pars ante electionem recedat numnam præsentes nihilominus eligere possunt? Affirmo per ea, quæ paulo ante de absentibus sunt dicta. *Reink. lib. 1. cl. 3. c. 3. n. 16. Buxt. concl. 25. per d. c. 2. § . præterea*

E *e*) præter securitaté enim tenentur fidẽ dare & cavere, ne qué, cujuscunque etiam sit conditionis, dignitatis vel status, ultra prædictum Electorum comitatum in urbem intromittere, intromissorum vero exitum absq; mora, donec electio perficiatur, cum effectu procurare velint sub pœna perjurii & amissionis omnium privilegiorum & banni imperialis *c.* 1. § . *injungimus* peractâ vero electione portæ cuivis introire cupienti patent.

14 Sequuntur jam Electionis concomitantia, quæ sunt, Spiritus S. invocatio, *a*) Iuramenti juxta formulam præscriptam & ritum ac ordinem consuetum depositio, *b*) de futuri Regis Romani electione deliberatio. *c*) Ipsa deniq; electio, quæ intra 30. dies est peragenda, *d*) in qua Moguntinus vota colligit, *e*) suumque requisitus addit. *f*)

A *a*) Hæc Christianis omnium primum in arduis præcipuè negotiis esse debet. *ad Coloss. 3. 17. l. 2. C. de Offic. præfect. Prat. Afric.* Ideoq; etiam in electionibus. *Act. 1. v. 1. c. cum. terra. x. de Elect.* id quod Carolus IV. pro sui temporis ratione fieri constituit per missæ cantationem, quam post Electorum adventum sequenti die diluculo in Æde S. Bartholomei peragi debere, sancitũ legimus *in c. 2. prin A. B. ibi postquam sæpe dicti Electores, &c.* & quidem in omnium Electorum præsentia. Verum postquam purior inter Electores effulsit religio, & Protestantes Principes talem cultum à verbo DEI alienum esse sunt edocti, *Chemnit. in exam. Concil. Trident. p. 2. sess. 6. p. 167.* hodie obtinet, ut ipsi, dum Pontificii missam celebrant, in proximum conclave vel sacellum secedant, & ibi, donec ea finiatur, permaneant, quod in Electione Maximiliani II. anno 1562. Rudolphi II. 1575. Matthiæ. 1612. Ferdinandi II. 1619. à tribus Electoribus Palatino scil. Saxone & Brandeburgico, in nupera verò Ferdinandi III. ab unico Saxonis legato factum esse testantur Buxtorff. Limn. & Autor actorum Electionis Ferd. III. Sacris verò peractis, ex conclavi regressi

priores

priores suas occupant sedes, & cantioni Veni creator Spiritus &c. intersunt. *Goldast. in polit. p. 1. de Elect. Imp. fol. 173.* *b*) His ita præmissis, B
Elector Moguntinus primus secundum formulam Aur. Bull. corã omnibus juramentum a Coloniensi prælectum deponit, & postea â reliquis Coelectoribus idem exigit, & singulis præstandum prælegit, primò quidem Trevirensi, deinde Coloniensi, Regi Bohemiæ, Comiti Palatino Saxoni & deniq; Brandeburgico. Ritus qui adhibentur sunt, quod Electores Ecclesiastici coram Evangelio D. Johannis manu pectori cum reverentia imposita, Seculares vero duobus digitis sacro Evangeliorum libro impositis jurent in formulam præscriptam, quæ habetur *in c. 2. §. 2. Aur. Bull.* Notandum hîc est, quod ea hodie circa verba finalia paululum sit mutata, & in locum verborum: Ita me DEUS juvet & omnes sancti, hæc in Conventu Francofurtensi *Anno 1562 teste Limneo d. l. lib. 2. c. 3. n. 48.* substituta: Ita me DEUS juvet & sanctum ejus Evangelium. Nam per solum DEUM est jurandum *Deut. 6. v. 13. & 10. v. 20.* Wesenbec. in *π. de jurejur. n. 6.* & nos de auxilio sanctorum demortuorum in his terris nihil scimus. *VVarem ab Ehrenb. de feud. lib. 2. c. 1. n. 151.* addi potest *Rec. Imp. An. 1555. §.* Vnd dann *Goldast. polit. imper. p. 1. disc. 9. p. 142.* Juramentum hoc Electores sibi invicem remittere non possunt, quia favorem publicũ concernit, cui privatus renunciare nequit *Dd in l. pen. C. de pact.* Et est pro forma actus *Goden. cons. 1. n. 7. Simon. Pistor. consil. 1. n. 31.* formam vero in Aurea Bulla præscriptam mutare penes Electores non est *Buxt. concl. 28.* Et hoc per observantiam, quæ etiam viget in Polonia, Dania, & Italia in electione Pontificis, confirmatur. *Besold. lib. 1. polit. c. 5.* *c*) quam Electores in sacello templi prædicti instituunt, C
postquam claves portarum urbis intra id sunt reconditæ ejusque fores per Imperii Marschallum occlusæ, *d*) quod tempus in *Aur. Bull.* D
c. 2. §. præfixo, præstitutum & numerandum à die præstiti juramenti. Quod si autem Electores eam diutius protrahant, tunc in pœnam procrastinationis panis pro cibo & aqua pro potu ipsis porrigitur: Interest enim Reip. eam celeriter peragi, ne ea aliquod damnum inde patiatur, cum ipsi quoque Vicarii electioni intersint. *Arum. Disc. 15. concl. 83.* Mitiore vinculo Cardinales in electione Papæ adstringuntur, quia ipsis & vinum ministratur *c. ubi periculum 3.*

§. hoc sacro. de Elect. in 6. Idque ideo, quia opus est subtilitate Spiritus qui in sicco habitare nequit, *c. Moses* 32. *q.* 2. Si quis Electorum ante electionem finitam abire velit, Francofurtenses id tamdiu impediunt, donec Rector & temporale caput fidelium electum sit & eorum
E voluntates in unum consenserint *d. c.* 2. §. 3. *e)* quæ collegialiter non in diversis locis vel scripturâ debent interponi Electio enim est actus collegialis individuus. *c. Genes. de Elect. c. cum x. de constit c. quia præter de Elect. c.* 51. *quis justo.* §. *absens. eodem in* 6. *arg. l.* 2. *C. de De cur. l. nulli. ff. quod cujusq; univ.* & â Moguntino colligi *per c.* 4. §. *cæterum* 2. & 3. primo quidem Trevirensis 2. Coloniensis. 3. Regis Bohemiæ
F 4. Comitis Palatini 5. Saxonis 6. Brandeburgici. *f) d.* §. 3. *verbis. fin.* quo Electionis actus perficitur. Olim ipsi primum competiisse votũ legimus in *Spec. Saxon. lib.* 3. *art.* 57. *ibi.* Der Bischoff von Meintz der hat die erste Stimm der Wahl. &c. idq; ideo, quia Collegii Electoralis est Decanus, cui prima in capitulo vox competit *Franc. Marc. decis.* 365. *n.* 12. Antiquum hunc morem iterum introductum esse putat D. *Reinking in tract. de Regim. secul. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 5. *n.* 15. & 16. *Sleid. lib.* 1. *Goldast. in replic. pro. Imp. c.* 15. *p.* 173. Verum cum Aur. Bull. d. l contrarium expresse constituerit, & nos in electione Caroli V. idem observatum apud Goldast. *in polit. imp.* utet. *in Protocollo Caroli V. coronationis tit.* 31. reperiamus annotatum, merito illam præ hâc amplectimur sententiam.

25 Vota debent esse pura, non conditionata vel alternativa *a)* libera, non corrupta *b)* &, ut Electio pro perfecta habeatur cum majoris Capituli partis consensu prolata, *c)* non semper saniore ratione munita *d)*

A *a) Buxtorff ad Aur. Bull. concl.* 43. ubi hanc sententiam in Cam. Imperiali per statuum deputatos approbatam esse refert ex *jud. & Adsess. memor. de anno* 1600 §. und damit bey 9. *D. Petr. Denais. in jure*
B *Cam. tit.* 13. § 13. *b)* Electores enim juramenti religione adstringuntur, *ne vocem suam & votum prævio aliquo pacto, stipendio, pretio seu promisso* &c. proferre velint, *Aur. Bull. c.* 2. §. *Ego Archiepiscopus* 2. non igitur muneribus & blanditiis sese corrumpi sinant; Nam libertas in electionibus requiritur, nec, eâ sublatâ, Electio esse vel dici potest, uti nec

uti nec eligi, qui se ipsum obtrudit, aut artibus quibusdam atq; obreptionibus Regnum invadit; *huc facit c. cum terra* 14. *de Electione c. nobis, x de Simon. Simon. Pistor. cons.* 1. *n.* 3. Contra hæc faciens & Electores corrumpens, ut indignus repellitur, c. *quoniam dist.* 10. & puniri debet, nec enim per ambitum ad Imperium, quod jure suo sacrosanctum DEI donum est, licet adspirare, *l. un. ff. & C. ad L. Iul. de ambitu* id quod in hoc nostro casu obtinet, & si pretium nondum datum, sed saltem promissum sit: In electionibus enim non minus pretii promissio, quam solutio est prohibita *Simon Pist. d. cons. n.* 30. & etiamsi uni ex Electoribus aliquid datum vel promissum fuerit ab alio, quã electo, eoq; planè inscio *d. c. nobis.* Accipiens vero vel paciscens pro ista vice voto carere debet *Matt. Steph. de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 29. *Simon. Pist. d. cons.* 1. *n.* 30. *& seq. lib.* 1. Et hoc ante Aur. Bull. in usu fuisse testatur Land vnnd Lehnrecht *c.* 30. *lib.* 1. *vide Buxt. concl.* 32. *lit. f.* Quinimo licet saltem unicus ex Electoribus pecuniam acceperit, nihilominus totam electionem nullam esse volunt *Dd. ad c. nobis de simon. inter quos Panorm. n.* 2. Nec mirum, cur in tam arduâ causa hoc sit receptum & constitutum, maxime cum sit actus individuus, & *Aur. Bull. c.* 2. *§. & quia* eum demum Regem esse velit, qui modo præmisso, & sic sine pretio & pacto est electus. *Sichard. ad. l.* 5. *C. de his quæ vi met. n.* 4. His non refragatur illud vulgatum, quod utile per inutile vitiari non debeat. *c. utile de R. I. in* 6. nec alterius delictum alteri noceat. *l. sancimus C. de pœnis.* Olim Electori pro electione ultra 4500. libras argenti solvendas fuisse probat *Goldast. polit imp p.* 2. *c.* 2. c) *d. c.* 2. *Aur. Bull. §. postquam autem &c. God. cons.* 1. *n.* 5. *per l quod major. ff. ad municip. c.* 1. *c. fin. x de iis, quæ fiunt à maj.* Major pars vero vel respectu singulorum, & sic Electorum, vel Universitatis, & sic Collegii, consideratur: Priori casu pluralitas non prodest. *Simon. Pistor. cons.* 1. *Buxtorff. concl.* 35. *d. l. lit. e. Rumel. ad Aur. Bull. Diss.* 3. *th.* 9. *per tex. §.* 3. *&* 4. *d. c.* 2. *ut & c.* 1. *x. de his quæ fiunt a maj. part. c. Ecclesia* 48. *x. de Elect.* Obstare videtur 1. *c. quoniam in quibusdam. x. de jure patronatus.* 2. *l. majore* 156 *ff. de V. S,* 3. Ne absurdum, quod vitari debet *l.* 7. *ff. de bon. libert.* inde sequatur. Si enim duo eligerent Titium, tres Sempronium, duo Cajum, nullus tunc esset electus. Quid si tantum quinq, vel quatuor Electores comparerent, nec quatuor in unum consentirent, nullus erit electus?

ctus?

ctus? Huic absurdo occurritur *in Aur. Bull.* §. vnnd welcher Churfürst, nulla enim absentium habetur ratio, quemadmodum supra jam dictum, facit quoq; *c. quod. sicut. 28. §. si autem x. de Elect.* adeo, ut si unicus compareat vel permaneat, cæteris discedentibus, testibus adhibitis votum suum declarare & aliquem eligere possit. *arg. l. sicut 7 in fin. ibiq; gloss. ff. quod cujusq; univ. nom. Innocent. in c. quia propter 41. x. de Elect. Arum ad Aur. Bull. Disc. 2. th. 18. Schrad. de feud. p. 9. c. 5. n. 159.* quamvis minor pars honeste & melius faciat, si ab electione abstineat *Iacob. de Concil. lib. 3. art. 7. n. 28.* In casu discordiæ frustra Pontifex Rom. suam autoritatem, ut falcem in alienam messem, immittere cupit. *c. venerabilem x. de Elect.* d) *c. Ecclesia 57. x. de Elect. Buxt. d. l. concl. 34. lit. G.* In actibus enim universitatis vota non ponderantur, sed numerantur, nisi contra antiquam Imperii consuetudinem & in maximum Imperii præjudicium tendant. *Surd. cons. 65. n. 22. Gylm. decis. Cam. 8. n. 20 p. 2. adde c. 1. x. de his quæ fiunt a major. part.* De hac quæstione infr. *Disp. 2.* plura videbimus.

16. Eligere autem possunt non tantum unum è Collegio *a)* sed & sanguine junctos, filios vel fratres; *b)* Nemo tamen seipsum, *c)* etiamsi omnium vota in ipsum ceciderit, *d)* Voto tamen suo ab aliis jam data confirmare & illo cæteris consentire potest. *e)*

A *a)* Nullum de hoc est dubium, cum toties jam factum esse constet, usus igitur pro lege est. *l. de quibus ff. de LL.* & accedit *textus Aur. Bull. in c. 2. §. fin. ibi. quando tres Principes Electores præsentes s. absentium nuncii quartum ex se seu ipsorum consortio, videlicet Principem Electorem præsentem vel absentem in Regem Rom. elegerint &c.* junge *c. cum in jure 33. x. de Elect. & El. pot.* *b)* & hoc dubio caret propter observantiam & *l. illud 5. ff. quod cujusq; univ. nom.* ubi text. Non obstat ratio juris Civilis privati, quo pater & filius pro una eadéq; persona habentur *l. fin. C. de Impub. & al. subst.* & quod vox patris sit vox filii, & è contra § *si quis alii 4. Inst. de inutil. stipul.* & frater fratri in eadem potestate constituto nihil acquirat. *l. frater à fratre ff. de Condict. indeb.* quodq; testimonium domesticum sit suspectum. *l. nullus 9. C. de testib.* Nam versamur jam in jure publico, ubi Patriæ potestatis nullus respectus. *l. 13. in fin. & l.*

seq. ff.

seq. ff. ad SCtum Trebell. l 1. ff. de Consul. Verùm ea, quæ diximus, limitatè volumus intellecta, si scilicet illi sint idonei, ne fraus aliqua legi fiat, quemadmodum in electione Adolphi de Nassaw factum esse refert *Arum. disc. ad Aur. Bull. 2. in fin.* c) 1. *per c. fin. 7. x. de Instit. c. per nostras. 26 x. de jure patron.* 2. quia is non est ferendus, qui se ipsum ingerit. *l. 4. ff. de Tut. & Curat.* 3. Suspectus enim est de dolo. *l. 25. ff. de Procur.* 4. Electio esset ambitiosa. *c. cum in jure. 33. de Elect. ibiq; Panorm.* adeoq; punienda *l. un. ff. ad L. Iul. ambitus.* 5. In causa propria nemo est testis idoneus. *l. nullus C. de testib.* 6. Nulla relatio est inter eligentē & electum, cum tamen personalis debeat adesse distinctio, *c. cum ad nostram x. de Instit. Buxdorf. ad Aur. Bull. concl. 39. lit. A.* 7. Et quid Elector faceret aliud, quàm quod sibi jus diceret contra *t. t. C. ne quis in propr. cau. & l. 10. ff. de Iurisd.* 8. Mores etiam naturales hominem docent de aliis magnificè loqui, de se autem modestè sentire? 9. Bonarum denique mentium est, culpam etiam agnoscere, ubi nulla est *August. in c. Ad ejus in fin. distinct. 5.* Non obstat exemplum Sigismundi, qui, cum ob regiam dignitatem primus votandi locus ipsi cōcederetur, seipsum nominavit, *me*, inquiens, *ego novi, alios non itidem, an æquè mecum orbis Imperio sint digni. Dubrav. lib. 23. hist. Bohem. Limn. lib. 2. c. 3. n. 76.* d) Vel uni ab omnibus potestas eligendi sit concessa, quia hoc in casu eędem militant rationes, *Arum. d. disc. 2. th 23.* e) Per *Aur. Bull c. 2. in fin. c. Cumana 50. x. de Elect. c. cum in jure. eod. l. plane. ff. quod cujusq;. un. nom.* Nam hoc in casu non tam suum, quam aliorum sequitur judicium, & videretur incivilior, si Magnatibus illis vellet contradicere. Et hoc confirmatum est observantiam & exemplis Ruperti, uti refert *Abbas Trith.* Maximiliani II. Rudolphi II. & Ferdinandi II. *Reink. de regim. sec. lib. 1. cl. 3. cap. 5. n. 18. Buxt. concl. 39. lit. D. Wurmſ. Exer. 2. q. 8.*

17. Electionis ita ritè peractæ consequentia sunt ejusdem Publicatio, *a)* Regni commissio, *b)* & ejus Acceptatio, *c)* quæ duobus expeditur actibus, quorum *primus* est essentialis & concernit futuri Imperii formam, certam scilicet pactionem sive capitulationem *d)* & ad illam præstitâ cautione juratoriâ obligationem. *e)*

a) Quæ statim debet fieri *arg. c. quia propter. x. de Elect.* & quidem

dupliciter, *primò* in conclavi, ubi Electio est peracta, ab ipso Moguntino, qui Notariis & testibus adhibitis in literas jubet consignari, quod Rex votis majoribus ritè sit electus, quo facto omnium Electorum sigillis eæ confirmantur: *Secundò* à Sedis Moguntinæ Decano vel Canonico in Æde D. Bartholomæi ad totum populum decretum Septemvirale recitante.
B b) Heigius *q.4.p.1.n.50.* ait, Electoralis Collegii partes non tantum in Electione consistere, sed etiam in eo, ut electum toti Imperio per capitulationem possit obligare, quod jus illo videtur sublimius, quamvis ab electione dependeat, per Electionem enim persona tantum designatur, per id verò universa Regia Majestas confertur. Et hæc Electorum potestas nullis Imperii legibus est circumscripta, nec tamē infinita, sed Reip. fine, i. e. salute populi, dimetienda. *Bart. apud Arum. p.1. Disc.33 th.34.*
C c) Assensu scil. Electi, qui, si præsens est, ipse, si absens, per interpositos legatos Imperium suscipit. *Protoc. Elect. Caroli V. p. 1. tit. 1. apud*
D *Goldast. in polit. Imp.* d) de cujus origine, effectu &c. agetur in *Disp. seqq.* Interim sciendum est, quod hæ pactiones dent formam futuri Imperii, & constringant personam, non ut ipsius Majestatem minuant, sed ut populo patefaciant, quod is non in acerbioris cujusdam hominis, sed benigni patris venerit potestatem. *Pflug. in Orat. de Ordin. Imp.* Solent autem Electores precibus contendere, ut Electus
E Imperium suscipiat. e) hisce verbis: Daß wir vns demnach auß freyen gnädigen willen mit den selben vnsern lieben Newen Oheimen vnd Churfürsten diese nachfolgende Artickel/geding vnd pactsweiß vereiniget/vertragen/die angenommen bewilliget/vnd zugesagt haben/alles wissentlich vnd in krafft dieses Brieffs. & in fine: Solches alles vnd jedes besonders/wie oben stehet/haben wir obernandter Römischer König den gedachten Churfürsten geredet versprochen/vnd bey vnsern Königlichen Ehren/Würden vnd Worten im Nahmen der Warheit zugesagt/thun dasselbige auch hiemit vnd in kraft dieses Brieffs/inmassen wir dann das mit einem leiblichen End zu GOtt vnd dem H. Evangelio geschworen/stet/fest/vnverbrochen zu halten/dem trewlich nachzukommen/darwider nicht zu seyn zu thun/zu schaffen gethan werden/in einige weiß oder weg/wie die möchten erdacht werden. *Capit. Ferdin. II. apud Limn. lib.1. c.12. post n.35.* Finis commissionis

nis ita qualificatæ est, ut Imperator subditis obligetur, sicuti finis Electionis est subditos obligare Imperatori. *Aur. Bull. c. 2. §. 2. ibi. ut populo Christiano caput quaratur.*

Effectus Electionis & Imperii commissionis est, ut, 18.
electus si electione peractâ statim Electoribus *a)* omnia jura & privilegia confirmaverit, *b)* ipso jure plenum administrandi jus *c)* nomen Imperatorium *d)* dignitatem *e)* & omnia eam consequentia consequatur. *f)*

a) Aur. Bull. *c. 2. §. & quia &c.* Antiquis temporibus in oppido Rhiense, in sella Regiâ (auff dem Königstuel) hoc factum fuisse notat *Freher. ad Pet de Andl. c. 2. lib. 2.* & quidem statim post electionem, priusquam electus in aliquibus causis aliis virtute Sacri Imperii administret. Post coronationem autem eam confirmationem titulo Imperatorio innovat. *d. c. Aur. Bull. in fin.* Fit autem cum juramento, quod est secundum ante coronationem *Goldast. in Polit. Imp. in Protoc. Elect. Caroli V.* Verbum *statim* hîc laxius est interpretandum, ut significet, quod ante coronationem fieri debeat, *b)* & cæteris Imperii statibus *Buxt. concl. 37 lit. a. Rumel. ad Aur. Bull. diss. 3. th. 16. capitulat. imp. ibi. hoc promittunt.* *c)* sine ulla alia confirmatione, approbatione coronatione. *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 4. n. 5. Reinh.* König *in polit. p. 1. c. 21. n. 50. & seqq.* per *Aur. Bull. d. c. 2.* Si enim ibi ut Rex statim post electionem privilegia debet confirmare, statim etiam talis erit, hoc enim est superioris *Thoming. cons. 8. n. 36.* Tantum in his supremis tribuit electio, quantum successio, & quidem plenum jus. *Quett. consil 1. n. 16.* Accedit constitutio Ludovici Bavari Francofurti cum consilio omniũ Statuum Imperii promulgata *Goldast. tom. 3. constit. Imp.* & *Recess. Imp. de an. 1566. in princ. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. n. 73. & seqq.* ubi latè contra Pontificios disputat. Magna sanè cum Canonistis de hoc est controversia, de qua vide *Dd.* pro utraq; opinione apud *Buxt. concl. 38. Salyc. qui in l. bene à Zenone C de quadr. præsc. in utramq. partem disputat, sed demum distinguit, num Imperator sit considerandus ut universalis, an v. tantum respectu Regni Germanici, & hoc casu thesin nostram veram esse concedit, illo v. non æque.* Verum ipsi adstipulari non possumus, tùm, quod hoc esset contra *Aur. Bull.* ubi caput toti populo Christiano per solam

The side letters A, B, C in the right margin stand beside the lines beginning "a) Aur. Bull.", "ficet, quod ante coronationem" and "ibi. hoc promittunt" respectively.

Electionem constituunt, tùm quod reliqua tantum extrinsecùs ac-
D cedant & rem ipsam nō afficiant. *d*) & de hoc controvertitur. Sed nihil interest, utrum appelletur Rex Romanus, an Imperator, utrumq; enim tali casu idem valet *Decius in rubr. x. de constit. n.* 5. nullâ quippe ratione prohibiti fuêre, quin se quibusvis appellationibus nominarēt *Onuphr. Pan. c.* 5. *n.* 12. *id quod à Pontificio probato prolatum laudat Thuan. lib.* 41. *hist. Paur. d. l.* Et qui se Reges dixerunt, reipsa Imperatores fuerunt. *Seld. ViceCancell. Ferdin. I.* im Bedencken an Kayser *Ferdin. I. p.* 38. Nec tituli hujus emendicatione apud Pontificem opus *Seld. d. l. p.* 56. *&* 70. ubi addit So wissen vnsere Rechtsgelehrten zu zeiten selbsten den vnterscheid zwischen einem Römischen Kayser oder König nicht wol zu finden. In Capitulationibus & sic ante coronationem electos se nominare Reges Romanorum tantùm, ipsa litera
E ostendit, posteà vero Imperatores. *e*) *Anton. Quett. cons.* 1. *n.* 15. *& seqq.* ubi agit de præcedentia inter electum Regem Romanorum & Regem Galliæ, ibiq; plures allegat, & hanc pro communiori opinione, quæ etiam observetur, habet *per prædictam Ludovici Bavari*
F *constit.* *f*) *Ant. Quett. post alios d. l. Petr. de Andlo. lib.* 2. *c.* 5. *in fin.* ibiq; *Freher.* Observandum autem, quod nos hîc versemur in iis terminis, ubi Imperio vacante Rex est electus, non verò quando Imperator adhuc vivit, nam de eo casu in *Disp.* 4. videbimus. Hinc differentias, quæ à *Petro de Andlo Freh. d. l. & Limn. lib.* 2. *c.* 7. *& seqq.* traduntur, Electo competere vix credo. 1. quòd Rex unicipite, Imperator verò Aquilâ bicipite utatur. 2. quod Imperator semper Augustus, Rex tantum simpliciter Augustus dicatur. 3. quod Rex non bulla sed sigillo utatur. Nam quod in casu vacantis Imperii Rex sese semper Augustum nominet, patet ex *Capitulatione Imp.* Ferdinand. II. *ibi* Allezeit mehrer deß Reichs.

19. *Secundus* actus est accidentalis, qui scil. extrinsecùs ad electionem accedit & est Inauguratio seu Coronatio *a*) quæ perficitur unctione *b*) Insignium traditione *c*) & juramenti depositione. *d*)

a) Vulgò die Krönung / & est nihil aliud, quam congeries actuum solennium, ut autoritas Electo cumuletur & persona ejus omnibus

omnibus nota & sacra fiat; Hæc magis honoris, quàm necessitatis causâ peragitur, nec novi quid præter id, quod electio jam tribuit, B
addit. *Paurm.c.4.n.5.* *b*) ungi solet anterius in capite, humeris, pectore, dextro brachio & volâ, sicuti relationes docent, qui mos olim in populo DEI jam fuit observatus. 1.*Reg.* 9. 2.*Reg.*2. 3.*Reg.*1. Inter Imperatores Romanorum Carolus Magnus primus legitur unctus. *Petr.de Andl.o lib.2.c.6. Freher.ibid.* ubi morem & ritum describit, C
c) quænam illa sint, dictum est in *Disp.*1.*th.*23. quo ritu id fiat, docet *Freh.d.l.* De coronâ a. notandum, quod usus ejus sit antiquissimus 2.*Sam.*12. quod corona non sit ferrea, sed aurea. *Freh.d.l.* Variæ ejus sunt appellationes: dicitur enim Diadema, Infula, Corona *Aur.Bull. in princ.* Germani appellant Regnum. *Freh.d.l.* formam describit *Carol.Pasch.9.de coron.* 18. His insignibus traditis tradita censetur imperii quasi possessio & administrandi jus. *d*) hoc præstat dupliciter. D
1. Statim ad stipulationes Archiepiscopi. 2. Peracta Coronatione, ut è *Modio & Freh. d.l. videre licet. Limn. lib.2.c.4.n.33. & 34.*

Porrò Coronationis actus est religionis negotium, *a*) quod incumbit ei, qui in Regno est supremus Sacerdos. *b*) In Imperatore non unica coronæ fit impositio, sed triplex, *c*) non tamen eodem in loco. *d*) Licet autem Coronatio nihil secularis conferat potestatis vel dignitatis, *e*) Germanica tamen est necessaria. *f*) 20.

a) *Car.Pasch.lib.*10.*c.*7.*de Coron.* confer ea, quæ dicta *in th. præced.* quare ordinis esse dicitur *gl. in c. quoniam. dist.* 100. & in templis magna devotione & precibus peragitur *Freb.d.l.* hinc etiam est, quod Imperator, si Aquisgrani coronetur, ejus collegii, uti etiam Modetii D. Petri, Ecclesiæ Bambergensis & majoris Coloniensis fiat Canonicus. *Ib.* *b*) de populo Judaico vide *text.in th.præc.* Idem moribus est receptû in Gallia, Hung. Bohem. Hisp. Anglia, Dania & Svecia. Et ob eandem causam in Imperio Rom. ad Rom. Pontificé, tanquam Sacerdotem primarium, & sic non jure superioritatis, sed ministerii Ecclesiastici intuitu, coronatio pertinet. Unde eadem ad Archiepiscopum Coloniensem, utpote per Italiam Archicancellarium, (quamvis hunc in Germaniâ præcedat Moguntinus & A B

olim eidem coronatio competierit. *Limn.lib.2.c.4.n.9.*) spectat *Aur. B.c.4.§.3.* Vel ideò, quia Aquisgranum est sub Coloniensis diœcesi, ubi ea peragenda. Hinc fit, quod is, si nondum sit consecratus & pallio decoratus, coronare nequeat, quia coronatio est ordinis, ideoq; à non consecrato peragi nequit. *c.pallium.dist.*100.*c.nisi. de autor. & us.pall.* Sed tunc Moguntinus coronationem peragit, id quod aliquoties jam factum. *Limn.d.l.n.* 11. *lib.*3.*c.* 6.*n.*3. Semper tamen Moguntinus & Trevirensis cum Coloniensi cooperantur, ut patet
C ex relationibus Coronat. *Freh.d.l.* c) Primam à vulgo pro ferreâ habitam Aquisgrani accipit, & fortitudinem signat: Altera argentea munditem denotat, & confertur Modetiæ, in Ducatu Mediolanensi; Tertia aurea sc. præstantiam præfert, & à Romano Pontifice imponitur. Verum de his & erroribus circa eas incidentibus
D videri potest *Limn.lib.2.c.4.n.35. & seqq.* d) locum quod attinet regularis est Aquisgranum in Germania, Modetia in Lombardia, Roma in Italia de quib. *Limn.d.l.* Maurus *in Coron. Caroli V.* scribit, licere Archiepiscopo Coloniensi in sua provincia pro arbitratu ex veteri privilegio locum præfinire. Quod autem Germanica Francofurti & Ratisbonæ aliquoties sit peracta, nemo nescit. Ita quoq; Lombardica & Romana pro arbitrio Pontificis nunc hoc nunc illo
E loco peracta fuisse, legitur *Lim.d.l.* e) 1. Quia statim ab electione Electus potestatem & dignitatem suam consequitur. *supr. th.* 18. per *Aur.Bull.c.*2.§. *& quia* 2. per constitutionem Ludovici Bavari *in Coloniens. comitiis* factam, ubi aliud dicens pro reo criminis læsæ Majestatis declaratur. 3. Quia coronatio est tantum solennitas, non ad substantiam constitutionis Imperatoris pertinens *th.* 19. 4. Solennitatibus Imperator solutus est. *l.*3.*C.de testam.* 5. Deniq; ipse Papa electus, nondum inthronisatus facultatem regendi Ecclesiam habet. *c.in nomine. dist.*23.*Extravag. com.ult.* 6. Si coronatio aliquid potestatis Cæsareæ conferret, talem etiam consequeretur Augusta, siquidem & ipsa coronatur, ut in *th. seq.* dicetur. *Diss.* Canonistæ pleriq; & alii remissivè in *th.*18. citati 1. Quia ante non nomine Imperatoris, sed Regis utitur *Aur.Bull.c.*2. 2. Nec Augustus dicitur *Sigon.lib.*7.*Reg. Ital.* 3. Neq; Bulla utitur. *Clem. Romani in fin. de jurejur.* Pontificii quidem exinde jura quædã asserere conantur, quasi Imp. sint

sint vasalli Pontificis Marth. *de jurisd. per Clem. Romani. de jurejur. c. tibi Dne. dist. 63. c. 100. 2. Feud.* & quod à Papa confirmante & approbante Imperator dependeat *juxt. c. si Apostolica. de prabend. in 6.* ibi. *omnia nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartimur. Verùm vide Molin. d. tit. 1. n. 73.* ubi allegat *Ioh Andr.* dicentem, *quod Papa pro se dicenti non sit credendum, quia id solius Christi est. Ioh. 8. 14. vide Limn. dict. c. 4. n. 93. & seqq. f)* F propter ordinationem *Aur. Bull. c. 28. §. fin.* & Capitulationem Imperatoris Caroli V. ibi. Wir wollen die Römische Königliche Cron/ wie vns als Röm. König gebüret empfahen. & post: vns zum besten befleissigē die Kays. Cron auch in ziemlicher gelegenheit zum schierssten zu erlangen. *item* D. Ferdin. II. *art. 37.* ibi Wir sollen vnd wollen auch die Römische Königl. Cron / wie vns als erwehlten Römischen König wol gezimet / empfahen / weniger s auch nicht vns zu empfahung der Kayserlichen Cron befördern. Eadem verba reperiuntur in hodierni Imperatoris Ferdinandi III. *Capitul. art. 39.* Ubi notandū, quod *Henricus* Bruhn *Ditmarsus in Disput. inaug. de pactis in Acad. Iuliâ habitá th.* 18. hunc articulū malè vertēdo corruperit, dicens, *quod Imperator omnibus Electoribus convocatis id* ROMÆ *affectare velit.* Ex his patet, quod lex & promissio de accipiendâ coronâ in Germaniâ necessitatē inferat, licet nihil ad Imperatoris substantiā faciat; Pontificia v. vel Romana necessaria non sit. Imò à nonnullis hæc periculosa & inutilis habetur, 1. quia Pontificii exinde pro Pontificis superioritate, licet futiliter, solent argumentari. 2. Imperatores sine vitæ & honoris periculo Italiam vix ingrediuntur, teste Rudolpho Habsburgensi, 3. magni sumptus ad eam expeditionem (vulgò Römerzug) requiruntur, hodiè scilicet 20000. peditum 4000 equitum, olim dimidia pars fructuum ejus anni requisita fuit, 4. deniq; multi prudentissimi Imperatorum eam intermiserunt, ex quibus duo Maximiliani, tres Ferdinandi, duo Rudolphi & Matthias, ut ita per observantiam jus quasi sit factum.

21. Deniq; coronatur etiam Augusta, si adest *a)* & plura hunc coronationis actum subsequuntur, *b)* faustæ sc. acclamationes *c)* missilium jactus *d)* processionis & deductionis pompa *e)* equitum creatio *f)* Convivia *g)* Electo-

lectorũ & Principũ ministratio *h*) ludi equestres & alia. *i*)

A *a*) De cujus dignitate juribus & privilegiis *in disp. seq.* videbimus. Hanc coronari voluerunt Impp. quia ei eadem jure concesserunt. *l. Princeps. ff. de LL.* Olim quidem suis manibus coronas ipsi imposuerunt, hodiè v. ab iisdem Præsulibus & iisdem ferè ceremoniis & locis ungitur & coronatur, *vide Freh. in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 7. Gold. in polit. p. 1. disc. 14. n. 149. Arum. Discurs. pen. tom. 1. Limn. lib. 2. c. 14.*

B b) *de quibus consule Electionum & Coronationum relationes Limn. lib. 2. c. 5.*

C *c*) Acclamandi mos est antiquissimus: in sacris 2 *Reg. c. 11. & 12. ubi Israëlitæ manibus complodentes acclamaverunt* & profanis ubiq; de iis legimus, *vide Lips. lib. 2. Elect. c.* 10. De Carolo M. notavit Sigonius *de Reg. Ital. lib.* 4. quod ipsi sit acclamatum: *Carolo Augusto à DEO coronato, magno & piissimo Imperatori Romanorum vita & victoria.* Hodiè Impp. acclamatum esse audivimus: Vivat, vivat Ferdinandus. In *l. un. C. de Veteranis* hæc formula legitur: *Auguste Constantine, DEVS te nobis servet, vestra*

D *salus, nostra salus, verè dicimus, jurati dicimus.* *d*) Olim cum Magistratus Rom. Calendis Januar. crearētur missilia spargebantur §. 46. *Inst. de R. D.* qui mos in Consulib. postea est sublatus *l. 2. C. de Consul.* rursus limitatus *in Nov. 105. c. 2.* tandem v. planè abrogatus *Nov. 94.* Hodiè Imperatoriæ coronationis die aurei & argentei nummi, quibus memo-

E ria Electionis est impressa, in vulgus projiciuntur. *e*) quo splendore ea fiat, quis ordo sit incedendi, & quomodo plateæ pannis ster-

F nantur & ornentur, ex Relationibus videre est. *f*) quomodo hæc peragatur inferius dicetur. Olim quidem honoris & dignitatis hujus collatio in tanto pretio est habita, ut & Principes eam assumere sint soliti. Ita Maximilianus II. Francofurti post coronationem Equites creavit (zu Ritter geschlagen) duos Electoris Palatini filios, duos Hassiæ Landgravios Guilhelmum & Ludovicum, Ducem Wirtebergensem Eberhardum, Albertum Ducem Megapolitanũ, Carolum Ducem Münsterbergensem, & tribuebatur hic honor iis tantùm, qui in hostem strenuè pugnaverant, in fortitudinis præmium; Postea verò cum nobilitas Germanica vidit mercatores etiam & alios humilis conditionis eo decorari, illum magnifacere desiit. *Maur. de Coron. Caroli V.* hinc factum, quod Equites à Sigismundo Romæ creati ad torneamenta anno 1433. Norimbergæ habita

non

non fuerint admissi. *Freh.d.lib.* 1.*c.* 6. Bene consuleretur istis Equitibus, si cum ictu Equestri censum quoq; equestrem acciperent. Vilescit enim sine nummis honos. *Limn.lib.2.c.5.n.9.* Huc pertinet Capit. Imperat. nostri Invictissimi Ferdin. III. *art.*47. Wir wollen bey collation Fürstl. vnd Gräfflicher digniteten vornemblich dahin sehen/damit auff allen fall dieselbe allein denen von vns ertheilet werdē/ die es vor andern wol meritiret/ im Reich gesessen / vnd die Mittel haben den affectirenden Standt pro dignitate außzuführen. Quando dignitas Equestris confertur solent Reges stricto gladio humeros eorum, qui eam affectant, leniter ferire. *Sleid.lib.*2. g) de splendido horum apparatu *Aur.Bull.c.*25.*& historicæ relationes* testantur. Mensa Regis cæteris septem gradibus altior est extructa in conclavi aureis aulæis vestito, ubi & Electores singuli mensis discumbunt singulis, Principes verò & Comites reliqui aliis assident, quæ etiam omnes splendidissimè aureis instructæ sunt stragulis. h) De quâ & ejus solennitate in *Disp.* 4. agetur, ex eâ solâ tantus effulget splendor, quantus nullibi invenitur. Electores n. licet Regibus cōparentur, tamen Imperatori humilimè inserviunt, fercula è culina, avenam ex acervo afferendo, mappam, pelvim & alia subministrando, i) quæ recensentur *in Relationibus*, inter ea est, quod Aquila biceps è duabus fistulis rubrum & album vinum emittere, bos aliis animalibus fartus torreri ejusq; particula ad Regem soleat deferri. Ut prætercam silentio salutipotationes, quarum usus est antiquissimus & satis laudabilis, abusus v. hodiernus omninò damnandus & execrandus, damnat eum *Ambros. lib.* 1.*de El. & jejun. c.*17. *Besold. in thes. pract. verbo* Trunckenheit. *In Aur.Bull.c.*25. statutum legimus, quod à Rege Bohemiæ tanquā pocillatore Ein Kopff voll Wein vnd Wassers durch einander gemischt einem Römischen Kayser oder König soll gereicht werden.

G

H

I

Hactenus igitur dictum, quomodo Imperator constituatur, sequens nunc foret dicere, quomodo esse desinat; a) Id fit vel per mortem, b) vel resignationem c) vel depositionem sive remotionem. d) 22.

a) Nihil enim sub sole semper stabile invenitur. *Nov.*7.*c.*3. b) A B
Mors æquo pede pulsat pauperum tabernas Regumq; turres c) hæc C

an sit licita, & quando, ac quomodo fiat, sequens docebit Dispu-
D tatio. *d*) quæ sanè abominanda est, & nulla de ea Imperii habetur constitutio, sed de hâc in sequentibus forsan latius agetur.

23. Ob argumenti convenientiam coronidis loco annectere placuit, gloriosissimum FERDINANDUM III. Imperatorem nostrum invictissimum die 12. Decembris anno 1636. legitimè *a*) & publico Imperii bono Ratisbonæ electum, ac nil quidquam sive in Electorum convocatione, *b*) sive ipsa Electione *c*) esse peccatum. *d*)

A *a*) Ignoscat nobis Sacra Cæsarea Majestas, ignoscant etiam Serenissimi Electores, quod de Electione prædicta corollarium hoc addere, & ab eâ, quantum in nobis est, omnes calumnias voluerimus removere. Nemo sanus de Electionis hujus justissimè factæ jure dubitat, nisi malè affectus sit. Talis a. est Asterius, qui nomine Germanico TILEMANNI STELLÆ exuto, imitari voluit Asterium illum, cujus meminit *historia Ecclesiast. lib. 1. c. 36. & libr. 3. c. 33. quod librum ad turbandam pacem Ecclesiæ circumtulerit.* Æquè enim impio & nefario calamo, impudentissimis mendaciis, in ipsam S. Cæs. Majestatem, & Electores Serenissimos maximè injurius, oblitus illius: *An nescis longas Regibus esse manus?* Imperatoris nostri invictissimi electionē censuræ iniquissimæ subjicere volens EXAMEN COMITIORUM RATISBONENSIUM in lucem emisit, quo Electionem eam, ut maximè necessariam, ita omnibus numeris absolutam, tanquam illegitimam & legum ac consuetudinum normam violantem incusare & oppugnare conatus fuit, politicâ (abusivè ita dictâ) disquisitione ostensurus, neq; conventum Electoralem ritè esse institutum, neq; Regis Rom. designationē legitimè factam, cujus rationes singulas excerptas hic subjungemus & veritatis amore refutare conabimur.

B *b*) Hanc illegitimā atq; adeò nullam esse *quatuor* potissimum ratio-
Exā. nibus evincere laborat Asterius. PRIMA, *quam ex Buxt. Diss. ad Aur. B.*
p. 10. *concl. 24. lit. d. suppresso tamen nomine, desumsit*, est, *Quia Moguntinus Electores*
& *convocare non potest, nisi sub conditione vacantis Imperii, per Aur. Bull. c. 1. §. cum*
seqq. *autem. et c. 4. §. Cæterum. Permissum a. sub certâ conditione non habet locum ante ejus existentiā arg. l. 1. de Donat. l. 213. de V. S.* ℞. Egregiā in principio

principii

principii petitionem committit Asterius, dum sub unico saltem vacantis imperii casu Electoralis collegii convocationem Moguntino attribuit, nec tamen allegatis *Aur. Bullæ* textibus quidquam ejusmodi probat. Etiamsi enim ibi dicatur, *quod quoties & quando Imperium vacet, Moguntinus Electores convocare debeat;* & ita ordinarius saltem & præcipuus casus exprimatur, tamen is non ita strictè est intelligendus, ut per eum alii excludantur: quia unius positio alterius negationẽ non statim involvit, *juxta tritum. V. g. Si constituerem Francofurtum proficisci, quoties & quandocunq; nundinæ sint futuræ, certum quidem tempus exprimerem, interim tamen hoc ipso facultatem alio etiam tempore eò proficiscendi mibi non intercluderẽ.* Quod a. textus ab Asterio allegati eandem hanc interpretationem admittere necesse habeant, & *textu* & *ratione* potest evinci. *Illo* quidem *in c.* 18. verbis. *Vobis N. Electionem Regis Romani, quæ ex* RATIONALIBUS CAUSIS *imminet facienda, intimamus* &c. quæ cum sint ita generalia, & in ipsa intimationis formula non sine ratione posita, nostram sententiam abundè confirmant, nisi Asterius & hæc ad unicum vacantis Imperii casum absurdè restringere, & id, quod Autor Aur. Bullæ ne somniavit quidẽ, ipsi affingere velit. Si n. hæc fuisset mens Imperatoris, q; Convocatio saltem sub unico casu à Moguntino peragi debeat, eundem sane in ipsa intimationis formula expressisset. *Hâc,* quia ipsa Regis Rom. electio extra mortis casum potest institui per ea quę diximus in *th.* 7 *.lit.b. & d.* quidni igitur & convocatio, utpote quę regulariter omnẽ electionẽ antecedit? Verum urget Asterius verba *quotiescunq; & quadocunq;*, innuens, *ea semper certã denotare conditionẽ*: Id quod falsum esse probat *Calvin. in Lex. ad verb. quando.* Hic innuunt ea tantum̃odò tempus, intra quod convocatio post Imperatoris mortẽ & Moguntini scientiã debeat fieri *per d. §. cæterum.* Potissimùm autem, ait, urgere voculam *extunc* & apertè monstrare mortem Imperatoris & vacationem Imperii comitiorum indictionem præcedere debere. Sed & hæc Asterii assertio hoc arenoso nititur fundamento, quod sc. illa vocula ad præcedentem conditionem sese semper referat, quod tamen falsum esse, evincunt verba *Aur. Bull. c.* 1. *§. cum autem* 19. ubi dicitur, *quod si Archiepiscopus negligens existeret, extunc iidem Principes motu proprio infra tres menses conveniant,* quæ verba, si juxta Asterii præsuppositum essent accipienda,

enda, innuerent, quòd Principes extra casum negligentiæ Moguntini, etiamsi ex Electorum consensu tempus coarctaretur (*quod fieri posse necessitate exigente diximus in th.* 10. *lit. e.*) infra 3. menses convenire non possint, id quod absurdum & publicæ utilitati esse contrarium *d. th* probavimus. Imò eadem operâ Asterius evinceret, Imperatore vivente Regem Rom. planè eligi non posse (*quod tamen ipsum concedere infra probabimus*) Exempla illa, quæ Asterius fere ad singula argumenta inculcat, & ad nauseã repetit, verè exempla sunt, ex quibus prudentes, ubi de certo jure constat, nec solent, nec debent judicare. *l.* 13. *C. de Sent. & interl. omn. jud. l.* 4. *C quib. res. jud.* quanquam nec ipsa ubivis ita commodè quadrent, sed plerumq; notabiliter claudicẽt, atq; ex alio, & quidem fortiori principio, quam Asterius allegat, processerint: Nostram itaq; sententiam non subvertunt, sed ipsa per exempla contraria Maximiliani I. & II. Rudolphi II. &c. subvertuntur, id quod nobiscum ipse *Buxtorff. d. concl.* 24. *lit. d.* cum Onuphr. *de comit. Imp. tit. varia explic. f.* 396. asserit, dum eam consuetudine, ex qua optima legum interpretatio desumitur, *Pruckm. consil.* 39. *n.* 70. *lib.* 1. corroboratam fatetur. Et sic satis primam elumbem illam Asterii rationẽ deteximus. Restat ut ipsum Asteriũ pugnantẽ contra Asterium in medium producamus, *Pag.* 14. sui *Examinis* expresse ait: *Convocatio Collegii Electoralis ad dandum Cæsari* IMPERII CONSORTEM (ergo Imperatore adhuc vivo) *ad solum Moguntinum cum adsensu Collegii spectat* &c. & sic affirmat, quod antea simpliciter & præfractè negaverat.

p. 12. II. *Quia Moguntinus Electores convocandi jus non habet, nisi ipsi antea de necessitate Regis Rom. eligendi deliberaverint. per transact. Cadaviens. anno* 1534. *Sleid. lib.* 9. *p.* 205. *observantiam in conventu Norimb. Anno* 1611. *& capitulationem Ferdinandi II. anno* 1619. *art.* 34. *quod ipsum tamen in hac electione est omissum.* R. Non est omissa, sed omninò præcessit matura Septemvirorum deliberatio, quemadmodum videre est ex *Responso Cæsaris*, quod ipse Asterius examini suo annexit *pag.* 67. *sub n.* 8. *ubi Electores liberrimo nec ullatenus impedito consilio unanimiter judicârunt, tum ad S. R Imperii & bonorum omnium emolumentum, tum ad multarum aliarum calamitatum & periculorum aversionem Electionem Regis Rom. durante adhuc Electorum conventu instituendam esse, eò, quod ipsis causa nulla rationabilis videretur, in hac tam insigni & periculosa rerum mutatione Imperium temerariè

rarie ad vacationem delabi &c. Et quis nescit primum Propositionis Imperatoriæ collegio Electorali exhibitæ caput fuisse de necessitate eligendi Successoris & consortis Imperii ad exterorum æmulationem excludendã & alia pericula avertenda, quæ ibi deliberanda prudentissimè proponuntur? *vide Propositionem in Actis Imp. publicis German. editis Ratisbonæ Anno* 1636. §. Als haben Jhre Kays. Majest. Quantum ad translationem Cadaviensem, aliud ea nihil, quam deliberationẽ, non autem peculiaria comitia, ante electionem requirit, per verba *tum demum ad electionem pergant*. Capitulationis verò articulus 34. Asterium non juvat, quippe qui nec ipse aliud vult, quam ut Imperator Electoribus Regis Rom. electionem liberam, quotiescunque ipsi illud necessariũ & utile invenerint, permittat. Deniq; neq; Aurea Bulla neq; ullæ, quas sciamus, leges fundamentales requirunt, ut in speciali aliquo conventu Electores antea de Electionis necessitate deliberent. Laudabiliter itaq; Electores fecêre, quod Electionem, utpote summè necessariam, adeoq; diutiùs non differendam, iisdem in comitiis peregerint, atq; ita temporis & sumptuum compendium fecerint. III. *Quia non omnes, sed quinq; tantum Electores, Trevirensi & Palatino præteritis, sunt convocati, quod est contra formam Electionis, quam Aur. Bull. c. 2. §. præterea, juncto jure communi in c. venerabilem: x. de Elect. & elect. pot. requirit, nec non contra observantiam, cujus exempla Saxones & Henricum Bavarum adducit, qui inaugurationem Conradi III. anno* 1139. *ex hoc capite impugnaverunt.* Resp. Thesis Asterii satis vera est, & convenit illi, quod nos ipsi supra *th.* 10. *lit. c.* asseruimus: De hypothesi verò hîc est quæstio, ubi certissimum, quod excepto Trevirensi omnes Electores Ratisbonæ aut per se, aut per nuncios fuerint congregati, quemadmodum ex *Actis Electionis & catalogo testium, qui in conclave fuerunt assumpti, Asterii examini pag.* 58. *&* 60. *subjunctis*, apparet. Quod autem Trevirensem (cujus causam dijudicare nostræ cathedræ non est) attinet, vel orbi notum est, quæ ejus tum temporis fuerit conditio, quod nim. propter fœdus cum Gallorum Rege, arma contra Imperium continuante, & ipse saltem ante sententiam & causæ dijudicationem pro hoste haberi, atq; adeò sedes ipsius eodem jure censeri potuerit, quasi omninò vacasset: Quanquam etiam omne id, quod Asterius tantoperè urget, per ipsius Archiepiscopi

p. 12. 15.

piscopi Trevirensis ratihabitioné (*quam etiam absoluta electione accedere*
p.19. *posse & nos supra th.10.lit.c probavimus, & ipse Asterius exemplis Ladislai Bohe-*
21. *mi & Mauritii Saxonis, ipseq; Electorum Senatus, qui Trevirensi eandem frustra reservasse non æstimandus est, dilucidè docet*) jam sit mutatum & largissimè suppletum, non secus atq; illud eidem à reliquis Coelectoribus plenissimè fuit reservatum, uti liquet ex *decreto Cæsar. Majest. ad declarationem Elect. dato & examini subjuncto. p.65.68.* Palatinum, quem Asterius autumat, exclusum dicere non potest, Bavarum enim Electoris Palatini officium, ut semper per investituram Cæsar. decretum Mülhus. *de anno* 1627. & pragmaticam Pragensis pacificationis sanctionem. *de anno* 1635. §. In der Pfältzischen Sach. &c. ita etiam in hoc electionis actu obiisse, ex supra allegato Catalogo & actis novimus. De cæteris, quæ pro causa Palatini Asterius tam disputat, quam allegat, nostrum non est disquirere, sed repetimus hîc, quod *supr. thes.* 11. *lit. d. ex Aur. Bull. c.* 20. retulimus scil. *ad illum spectare jus eligendi qui in reali Electoratus est possessione*, id quod æquè Trevirensi potest objici
p.14. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. n. 61. IV. *Quia ad mandatum Cæsaris, quemadmodum ipse Moguntinus fuit confessus, ea est instituta contra Capitul art. 24. & libertatem electionis.* Resp. aut intelligit hîc Asterius mandatũ *imperiosum* & negatur, quod citatio ad Imperatoris mandatum sit facta, neq; enim id ulla alia, quam Asterii autoritate probat: Aut mandatum *exhortatorium*, atq; hoc sensu concedimus, eam ex ipsius instar Providi patriæ Patris mandato peragi potuisse, imò omnino debuisse: Nam si Rex Rom. bono publico & necessitate exigente eligi debet, & verò nulli magis, quam Imperatori incumbit, maturè providere, ut ne detrimenti quid Resp. patiatur, & ea commodè expediantur, quæ è re Imperii sunt, ecquis sanus inficiabitur Imperatorem & potuisse & debuisse Electores necessitatis utilitatisque publicæ admonere? Longè prudentius Electorale collegium *Anno* 1611. *Norimb.* literis ad Imperatorem datis tantum non conqueritur, quod glorisissimæ memoriæ Rudolphus I. pro eo Imperii statu non dudum de successore & consorte cogitasset. Ut taceamus Ratisbonensia illa comitia non ad Electionem Regis Rom. sed principaliter ad consultationes de bono publico & inter ea de necessitate Regis Rom. fuisse instituta. Imperatori verò jus ad comitia convo-
candi

candi nemo sanus, adeoq; nec ipse Asterius, poterit denegare. *Bertram. de comitiis. th.17. Arum. de comitiis. c.3. Paurmeist. de jurisd. lib.2. c.7. n. 37. Reink. de Regim. sec. lib.1. class. 5. c.8.* Capitulatio Cæsarea impertinenter huic rei adducitur, quia ea nihil aliud, quam hereditariam Imperii successionem excludi & libertatem electionis non impediri debere, affirmat; *sicuti sub lit. b. n.1. diximus.* Hæc vero, quam etiam *ex gloss. c. venerabilem.* extruere velle videtur Asterius, probæ monetæ sequela non est: *Moguntinus ad Imperatoris admonitionem Electores convocavit de necessitate Regis Rom. consulturos: Ergo periit libertas Electorum & Imperator imperium sibi fecit hereditarium.* Contrarium gloriosissimus Imperator *in Propositione sua.* §. Jhr Churfürstl. Gnaden / heroicis & verè Germanicis verbis contestatus fuit, sese ad majorum exempla similibus in casibus referendo. *c*) Electionem ipsam nullam esse sequentibus probare allaborat Asterius I. *Quia non fuit libera, argumento eorum, quæ ex Onuphr. de Comit. Imp. c.5. §.22. disputat Carpzov. de Capitul. Cæsar. c. 11 p. 215. ubi ait: Electionem, quæ vivente adhuc Imperatore fit, omnino liberam non esse, cum suffragia in ejus gratiam dici præsumantur.* Resp. Asterius ex *Aur. Bulla, Capitulationib.* & *Recessibus Imp.* quibus innititur nostra Monarchia, intentionem suam probare debebat, non autem ex privato privati Doctoris discursu, quem nec ipsum tamen satis bene intellexit & allegavit, quia Carpzovii mentem ita absolutam & crassam non esse, ut ab ejusmodi electione omnem libertatem exulare censeat, vel inde liquet, quod alias nec, si invito Imperatori collega adjungitur, electio libera putari possit. Verba n. omnino sunt generalia, quorum interpretatione Asterius notabilē *à dicto secundum quid* fallaciam committit, dum *electionem hanc non ita liberam esse, atq; illam, quæ mortuo Imperatore fit, & electionem hanc plane non liberam esse*, pro uno eodemq; malè accipit. Et omninò frustrà sibique contrarius est in hoc arguměto Asterius, quia generali hac longèq; petita argumentatione non magis Ferdinandi III. quàm Rudolphi II. Maximiliani II. Ferdinandi I. aliorumq; gloriosissimorum Impp. electionem impugnat & nullam dicit, imò, omninò Regem Rom. vivo Imperatore eligi non posse, subinfert, quod tamen manifestè absurdũ & apertissimè falsum supra *in th. 7.* deductũ atq; ab ipso Asterio hinc inde *p.14.* est concessum. *vid. n.3. sub h. lit.* Nec est

C
p.16.

quod

quod nobis objiciat, *neminem Electorum voluntati Imperatoris audere contradicere:* Quoties n. quæso justas ob causas, &c, ne antiqua retrò secula evolvamus, nostrâ adhuc memoriâ est factum? omninò scire debebat Asterius ex monito Pomponii *in l. 2. §. Servius. ff. de* O. I. Principes Germaniæ ita servilis ingenii non esse, ut gratiæ aliquid contra bonum publicum dare velle præsumantur. II. *Quia non fuit unanimis propter absentiam Trevirensis & Palatini, cum tamen ex secretis Imperii constitutionibus id differentiæ subsit inter Imperatoris & Regis Rom. electionem, quod illa per majora, hæc verò non nisi omnibus Electoribus unanimiter consentientibus expediatur Panorm. & Canonistæ super c. bonæ. de postul. prælat. per observantiam Conradi II. Friderici I. VVenceslai, Maximiliani II. Rudolphi II. & Caroli V.* Resp. Differentia inter Electionem Imperatoris & Regis Rom. ratione majoritatis votorum *Aureæ Bullæ* est incognita, adeò, ut illa, etiam ubi de electione Regis Rom. verba facit, eam per majora velit expediri. Laudatas illas *secretas constitutiones* admodum *secretas* esse oportet, cum nec ipsius *Asterii astrum* earum aut diem aut Consulé potuerit investigare. Interea illud sibi habeat responsum, quod ferè in simili Pontifex Rom. à Venetis tulit, *ex altero scil. harum Constitutionum latere ipsarum abrogationem legi posse.* Observantia juris Canonici, quam *Panorm. & Canonistarum super c. bonæ, de postul. Prælat.* verbis adducit, nescio quî cum generali dispositione *c. quia propter. de Elect.* nec non cum ipsa in jure Gentium & sana ratione fundata majoritate votorum conveniat: Illud extra dubium est, *Aur. Bullam* & cum ea omnes *Dd.* hanc Asterii distinctionem ignorare. III. *Quia Electores non possunt eligere caput, nisi Imperium vacet, per Aur. Bull. c.* 1. & c. ℞. Negando totá assertioné, per ea, quæ jam aliquoties diximus & in *th. 7. lit. d.* deduximus. Nec hoc ipse Asterius diffiteri potest, dum non solum argumento præcedenti differentiam inter hanc Regis Rom. & Imp. electionem urget, sed etiam per totum examen diversas ejusmodi electionis conditiones inculcat, quæ omnia eam ipsam in thesi non possunt non præsupposuisse, ut *p. 14.* ubi ait: *Convocationem Collegii Elector.* ad DANDUM IMPERII CONSORTEM (ideoq; Imperatore adhuc vivo) *ad Moguntinum spectare cum adsensu tamen collegii* IV. *Quia Palatinus & Trevirensis sub ratione hostilitatis & quidem privatæ fuerunt exclusi contra Aur. Bull. c. 2. §. si qui verò. & §. si quis au-*

Marginalia: p. 17. (beside "tra bonum publicum"); p. 18. & seqq. (beside "cum ea omnes Dd." and following lines); p. 22. (beside "tamen collegii IV.")

quis autem. Resp. Allegati *Aur.Bull.* §§. de diversissimo casu inimicitiarum scil. inter Electores & Status loquuntur, is autem ad hunc nostrum minimè omnium quadrat, sed planè alienus est. Cęterum, si hostilitates dictorum Electorum inter privatas referri deberent, sane nos nesciremus, quid tandem inter publica posset recenseri. V. *Palatinus minimè omnium debuit excludi tanquam judex, num Rex legitimè sit electus. Spec. Saxon. lib. 3. art. 22. Spec. Svev. lib. 1. c. 30. Magdeb.* Weichbild *lib. 1. art. 8. & 9. junctâ observantia anni* 1300. *in accusatione Alberti Austriaci.* Resp. Palatinum non esse exclusum sæpe jam diximus & nobiscum ipsa Acta Maximiliani Bavari præsentiam testantia loquuntur. Neq; concedimus, quod is hoc casu Imp. electi sit judex. ut infra *Disp.* 6. dicetur. VI. *Trevirensis exclusus & carceri fuit inclusus, qui tamen adeò fuit innocens, ut nec Electores ejus causam voluerint judicare, sed jus ratihabitionis ipsi expresse reservarint per Respons. Cæs. examini subjunctum n.* 8. Resp. De Serenissimo Trevirensi ad argumentum 3. *lit. b.* diximus, quæ eâdem opera & huic satisfaciunt. VII. *Vota Electorum fuerunt corrupta & empta, dum Moguntino loca quædam & vectigalia inferioris Palatinatus, Coloniensi & Bavaro Palatinatus superior, Saxoni Lusatia, Brandeburgico Pomerania, utriq; ut & Moguntino, ingens pecuniæ summa ex Hispaniâ, & huic vicissim Palatinatus inferior cessit contra sinceritatem Aur. Bull. c. 2. & arg. l. un. C. de ambitu, & observantiam multorum.* Resp. Hæc quidem Alterius dicit, sed non probat, quod tamen in factis omnia jura *arg. l. in bello. § facti. ff. de capt. & postl. reversf. gl. in c. 1. de servit.* & sana ratio, & quidem tantò justius requirunt, quantò tanta Germanorum Principum integritas omnem sordidæ corruptionis suspicionem longiùs excludit. Literæ ex Saxoniâ datæ de cambio Antverpiâ Dresdam destinato, ut rem dicam, & mendacium & absurdum redolent: Omninò, quo autor examinis fuit, si quidquam ex illis pro sua sententia elici potuisset, id ipsum exprimere non supersedisset. Nos consequentiam inconsequentissimam miramur: *Quatuor millia Philippicorum & centum millia Regalium Antverpiâ Dresdam per cambium sunt destinata: Ergo tantâ scil. argenti vi potentissimus & integritatis laude conspicuus Saxoniæ Elector fuit corruptus, ut* FERDINANDO III. *Hungariæ & Bohemiæ Regi, Romani Imperii coronam venderet:* Idem de Moguntino est judicium. Non possumus, quin Scauri argentum hîc allegemus, qui

p. 22. & seq

p. 25. 26.

p. 27. 28. 29

M cum

cum corruptelæ accusaretur, in concionem progressus infit: *Varius Sucronensis Æmilium Scaurum mercede Regia corruptum ait: Æmilius Scaurus negat; utri creditis?* Ita & hîc, utrum ficto Asterio credamus, Electores mercede corruptos, asserenti, an Electoribus, qui per DEUM & sanctum ejus Evangelium jurarunt, se vota sua absq; omni pacto, stipendio, pretio vel promisso dedisse. *per Acta apud Aster. pag.* 57? Quo jure Moguntino loca quædam & vectigalia inferioris Palatinatus, Coloniensi & Bavaro Palatinatus superior, Saxoni Lusatia, Brandeburgico Pomerania &c. obediant notius est, quam ut cum Aste-
p.29. rio ita infeliciter de mercede Electionis hariolari velimus. IIX. *Quia vota non fuerunt collegialia sed privata Pirnæ concepta, & in arcanis Pacificationis Pragensis articulis reliquis Electoribus obtrusa.* Resp. Et hoc argumentum illud vetus redolet: *Calumniare audacter*: & contra charitatem proximi, jura naturalia, Gentium, Canonica & civilia tantæ dignitatis Magnates indignissima suspicione, sine umbra alicujus probationis, onerat, ut adeò sua ipsius vanitate ultrò evanescat.
p.30. IX. *Quia Electio Ratisbonæ est expedita contra Aur. Bull. c. 2. §. præterea. Decretum Svinfurtense de anno* 1532. *& observantiam Caroli V. Ferdinandi I. electionum ex hoc capite oppugnatarum. c causis. c. auditis. c. in Genesi. de Elect. ibiq; Dd.* Resp. Hoc argumentum loquitur de iis, quæ regulariter procedunt, nos verò hîc versamur in casu necessitatis & publicæ utilitatis, quo locum mutari posse supra *th.* 10. *lit. f.* probavimus, & ipsa *decreti Svinfurtensis* ab Asterio *pag.* 35. *allegati* verba finalia, ibi *gravibus de causis* &c. hoc evincunt. Imò ipse *p.*31. idem expresse fatetur, adducens exemplum Rudolphi II. qui Ratisbonæ, *Thuan. lib.* 60. Ferdinandi I. qui Coloniæ *Sleid. lib.* 7. *de stat. Relig.* ob pestẽ Francofurti
p.31. grassantem sunt electi. X. *Comitia fuerunt armata contra Aur. Bull. c. 2. §. injungimus. §. cives. §. præterea.* Resp. Nec in hoc passu à turbulento Imperii statu ad regulam *Aur. Bullæ* valet consequentia: Insuper ipsa Aureæ Bullæ verba de comitatu Electorum, non verò de numero præsidiariorum, inter ipsas belli flammas, atque ita de diverso lo-
p.32. quuntur. XI. *Quia Electio ad nutum legati Hispanici (qui contra Aur. Bull. c. 2. §. cives insuper. admissus, concilium Germanorum Ordinum domum suam coegit & Electores muneribus ac blanditiis corrupit) est peracta.* Resp. Mendacio admodum affine est, *Legatum Hispanicum inter ipsa Imperatoris & Germa-*

Germanorum Magnatum comitia in urbe Imper. Romani præsentem concilium Germanorum Ordinum domum suam coegisse, Electores corrupisse, usq; imperasse, Cæsarem decrevisse, Alemannis leges dictasse, & nescio quid non egisse; adeò ut Asterium nobis jure succensere non posse confidam, si fidem recusemus & factorum, præsertim ita inconvenientium, urgeamus probationem. Cum potius contrarium ex supra dictis Electionis actis & Theat. Europ. part. 3. sub Anno 1636. fol. 659. elucescat, siquidem ibi dicitur, quod omnes exterorum legati tempore Electionis urbe exire jussi sint. XII. *Deniq;, quia hac electione Imperium fiet hereditarium, argumento eorum, quæ de Electione Caroli V. anno 1519. disputat Trevirensis Sleid. com. lib. 1. p. 29. Carpz. de Capit. Cæs. c. 7. §. 24. p. 167. & Innocentius III. Pontif. Roman. c. venerabilem. de Elect.* Resp. Hæc est vetus illa cantilena, quam *Bodinus* jam dudum iteravit, & nos supra *thes. 5. lit. a.* explosimus. Imò per eam nec ipsa Ferdinandi II. & aliquot antecessorum Electiones validæ fuissent, quia ubivis videbatur metuendum esse, quod de Carolo V. Trevirensis disputabat. Innocentii III. vanus timor pro nobis est, eò, quòd Imperium nihilo magis Svevis hereditarium factum sit, utut Sanctissimus Pater de illo *in d. c. venerabilem* adeò fuerit solicitus. Quid novi ergo, si etiam Asterius falli possit, qui privilegium infallibilitatis non æquè habet, ac numen illud Vaticanum Romanorumq; Antistes, qui non solum ex adulatorum testimoniis omnia jura in scrinio pectoris sui recondita gerit. *gl. in c. præterea. 12. verbo fallat. dist. 23.* verum etiam sui ipsius infallibili scilicet sententia solus sapit & infallibilitatē etiam ipsis conciliis inspirat. *c. signific. de Elect.* & omnis veritatis est promus condus. *Bellarm. lib. 2. de concil. c. 10. & 16.* d) licet Asterius contrarium sine fronte scribat, qui ipse potius eo enormissimè peccat, dum non solum in *Exam. suo per totum* asserit *prædictam Regis Rom. designationem contra leges, decreta & instituta majorum, contra omnes & singulos Aureæ Bullæ articulos esse inceptam, tractatam & peractam*, verum etiam insuper *pag. 30.* falsissimè addit *nullā prensandi rationē vel ambiendi technam ab Austriacis fuisse omissam, sed per fasq; nefasq; adhibita esse munera, spolia, pecunias, investituras, affinitates & omnia conquisita, quæ favorem Electorum quocunq; modo conciliare, aut suffragia quocunq; pretio redimere potuerint.*

p. 34. ad fin.

D

tuerint. Imò ut Spartam suam satis ornet omnes & singulos Germaniæ Magnates nefandis aggreditur & proscindit injuriis. Imperatores *in Imperio gubernando negligentiæ, pag. 5. in Rege Rom. creando technarũ, obtrusionis & corruptionis arguit, p* 4. 9. ipsos Reges *ambitionis, imperii invasionis & prensationis, p* 4. 32. Electores *votorũ nundinationis. pag.* 14. 26. 29. Omnes deniq; Germanos ipse Germanus nõ Germanica fide *ignaviæ & socordiæ* incusat. *pag.* 9. Tandem, quò Galli ejus hactenus transire nequiverunt, etiam Pyrenęa juga calumniis suis transcendit, & scribit *pag* 29. 33. *Hispanũ Electorum suffragia pretio numerato conduxisse & sacrosanctam Sacramenti religionem largitionibus pervertisse*, & quidem omnia illa sine omni fundamento, adeò, ut citius corniculas in Africa, quam ullas rationes solidas in ejus scripto, reperire queas. Propterea illud constantiore fide negari & crassissimorũ mendaciorum argui potest, quam ipse id confingere ausus fuit: Qui dignus omninò esset, ut Lugdunum Gallorum abreptus ad aram Caligulę eadem excideretur pœnâ, qua olim frigidi Declamatores, qui vel scripta sua lingua delere cogebantur, aut proximo flumine submersi sterilis & noxiæ facundiæ pœnas dabant. *Svet. in vita Caligul. & Iuven. Satyr.* 1. Nos sane Alterius speciosis suis verbis non capiet, cum rationes & documenta quæramus: Et contrarium, ut confido, validiori ratione probatum dederimus adhuc concludentes, Electionem illam cum omnibus & singulis legibus, institutis & constitutionibus Imperii fundamentalibus in omnibus omninò convenire.

FINIS DISPVT. II.

DISPUTATIO III.

De

JURIBUS IMPERII, SIVE DE EJUS Dignitate & Majestate, tam Reali, quàm Personali, cum utriusq; Majestatis Juribus.

Respondente JOHANNE FRIDERICO Zierenberg *Bremensi.*

JUra Imperii, de quibus jam dispiciendum venit, *a*) sunt vel universalia *b*) vel subordinata & specialia. *c*) 1.

a) Præcedenti disputatione de Electione Imperatoris & sic acquisitione Imperii dictum est, necesse ergo est ut ulterius inquiratur quale illud jus sit, quod Imperatori per Electionem quæritur, vel non. *b*) Sicut enim capiti præeminentia, superioritas & imperium totius corporis, à natura est tributum cujus facultate sibi creditas gubernationis partes in universi corporis salutem perficit, quę non sine magna confusione reliquis membris tribui possunt; Ita & summum Imperii nostri Caput suis necesse est ut membris vigorem largiatur per universum Imperium. Istud enim, *ut ait Senec.1.de Clem.*, est vinculum per quod Resp. cohæret; ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura nisi onus & præda, si mens illa Imperii subtrahatur. Et salutē Reip. tueri nulli magis cōvenit quàm Augusto, nec alius ei rei sufficit quàm Cæsar *l.3.pr.junct l.1.§.fin.de offic.præf.vigil.* c) Licet enim summum corporis regimen Capiti omnino competat, ipsum tamen sine adminiculo cæterarum corporis partium illud, quod suo in Prætorio dijudicavit, exequi nequit; Ita nec Princeps (cùm magnæ res magnis adjutotibus egeant) solus obire omnia potest, neque omnibus civitatibus adesse valet, *ut est in l.7.C.de professor.* sed alios spectatæ authoritatis viros in solicitu-

(margin: A at "a) Præcedenti", B at "b) Si-", C at "c) Licet")

dinis ut vocet partem necesse est, quod & Reipub. utile & Principi consultum *Exod.18.v.17. & seqq.* Hinc est quod Besold. *lib.1. Polit.c.9. n.1.ex Paulo Busio lib.1. de Rep. c.5.* docet: Remp. omnem respectu Imperii duplicem esse; supremam seu universalem, quæ Imperio supremo sine alterius recognitione constat, & particularem quæ quidem jus Reip. habet, *arg.tot.tit.C.de jur.Reip.lib.11.tit.29.l.14.ad municipal.l.6.de administr.rer.ad civitat.pertin.* sed à superiori. Et illustria hujus rei exempla esse dicit, Besold. *ibid.num.5.* Principatus, Comitatus & liberas in Germania Respublicas, quibus jus territoriale (*vulgò* die Landsfürstliche Obrigkeit) concessum est, quę tamen nihilominus Imperatori atque Imperio, tam in aliis quàm ad simplicem jurisdictionem pertinentibus, subsunt, & unà simul Rom. Imperii remp. constituunt. Sed de his suo loco agetur prolixius.

2. Jura autem hæc tum in dignitate *a)* tum potestate *b)* consistunt. Et hæc Majestas dicitur. *c)*

A *a)* Justâ & acutâ simul indignatione Granuellano, nihil emolumenti ex Imperio ad Cæsarem redire, ad invidiam exprobranti regessit Philippus Landgravius Hassiæ: *At quanti est quod Carolo V. per Imperium autoritas super omnes concilietur reges? Sleidan. lib.* 17. Atq; hoc de eo Cæsare dictum est, qui jam ante Imperii Coronam plurimis regnis & opibus erat cumulatissimus; & tamen magnæ ipsius fortunæ sola Aquilæ Romanæ insignia deerant, quorum demum accessione ad omnium summum humanæ dignitatis & eminentiæ apicem atque fastigium, non solum prædicti Principis, sed & suo ipsius judicio pervenit; hoc enim ipsius circumfertur dictum; *In aliis regnis se dominari servis, sed in Germania Regibus.* Quippe apud omnes terræ populos nominatissimum Cæsaris nomen est N.30.*in fin.pr.* & ille præcipuus Princeps secularis *c.2.in pr.de sent.& re judic. in 6.* cujus fortuna omnes supereminet *l.7. in fin. C. de bon. quæ lib.* cui DEUS dedit plurima, & multorum Dominum esse N.7.*c.2.* §.1. *circ.pr.* Eademq; nominis Romani magnitudo *adhuc* prædominatur R. A. 1556.*in fin. pr.* ibi, das H. Reich bey seiner Præeminenz / Ehren / Stand und Würden erhalten. Et ne *domestica* hæc dicas testimonia & nomina, quæ quisque sibi, modò in alterius fraudem non sint, fingere liceat *l.unic.C.de mutat.nomin.* ut & insignia *Arum.in discurs.de Nobilit.concl.29. in med.*

in med. Videsis Turcam, & hostem capitalem & barbarorum omnium immanissimum, cujus ab omni aliàs abhorrentem humanitate animum non ita extrema obsedit barbaries, quin lucidus dignitatis Sol, quâ noster resplendet Imperator, ita sui in admirationem eundem emolliat, ut & hoc modo Imperatori nostro scribat: *Magno & potenti Christianorum Domino, uni electo Romanorum Imperatori*; & missis ab Imperatore nostro Legatis (quos solos *sedentes* audire solet) primum inter orbis universi Legatos locum attribuat, adeò ut & Persicum Legatum, licet Mahumetanum, loco, quem occupaverat, Davidi Ungnadio cedere Mahumetes Bassa Vezizazemes jusserit. *Arum. de jur. publ. discurs. 1. fol. 9.* Similiter satis *notum est Alphonsi Regis Neopolitani* elogium adulatores suos (cùm indignarentur Fridericum Imp. superiori sede à Rege locatum) increpantis: Vestrum non est judicare de Regibus; *nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori tanquam summo Regi qui est caput & dux Regum.* Sic & *Sigismundus I. Poloniæ Rex* literas ad Carolum V. Imp. datas ita finivit: Facit Majestas vestra rem suâ virtute & nostrâ in se observantiâ dignam. *Nec dedignantur Reges*, qui Imp. in literis his verbis (E. Keyserl. Majestät vnd Liebden) affantur, titulum (E. Liebden) ab ipso recipere. Quæ exempla Magnificus Dominus Cancellarius D. Reinking ex auhoribus allegatis probat *lib. 1. de regim. seeul. cl. 2. c. 7. n. 18. & 19. & lib. 1. cl. 3. c. 11. n. 14.* Et *si unquam adversarii confessio* quid momenti affert, habebit *hic Bodini*, cui capitali Germani nominis hosti ipse veritatis meridies hæc *lib. 1. de Rep. c. 9. fol. 227. in med.* expressit verba; *Etiamsi Principes omnes Christiani* post Pontificem max. Imperatori loco cedant vel quia Imperii Germanici caput est, vel quia diuturnâ possessione id consecutus videtur. Gratiam habemus Bodino, quòd boni hîc viri officio fungatur, & duas decidendi rationes afferat, sat robustas, quibus in superpondium adde quas habet *Dn. Reink. d. c. 7. n. 21. & seqq.* Et hanc modestiam, quam profitetur ipse Bodinus, & comem nostri Imper. observantiam licet nunquam vel alii vel Galliarum reges aut eorum legati apertè excutere ausi fuerint, & præcedentiæ, quod vocant, jus Imperatoriis adimere Nunciis, *Besold. discurs. de Maj. sect. 1. c. 4. n. 4.* nuperis tamen in nuptiis designati Regis Daniæ Christiani V. anno 1634. omnium fere, ex Europæ regnis,

Legatorum præsentiâ decoratis, novo, sed occulto ausu, ex humanitate & honore, quem hospites hospitibus debent, præcedentiæ fundamenta jaciendi callidum legatus Gallicus iniit consilium; sub officii enim & curialitatis aulicæ (*uti loquuntur*) specie Celsissimum Holsatiæ Principem Fridericum Ferdinandi II. legatum in conclavi suo se invisere velle annunciavit, seq; in congressu & discursu Celsitudinis titulum Principi Holsatiæ tributurum, modò sciret tum dextrum sibi à Principe locum, durante visitationis tempore, tributum, tum Excellentiæ titulo se honoratum iri. Verùm Celsiss. Princeps satis perspiciens has machinationes respondit; se nil mirari, si, vel ab alio, vel à Legato Gallico Celsissimus appellaretur, sed injuriam esse atrocem, si id non fieret; deinde se suâ sponte nôsse quid loci titulivé hospitibus sibi tribuendum esset, quamve itidem personam sustineret; proinde uti penes Legatum Gallicum esset, visitationem perficere vel omittere; ita & sibi omnino certum esse, nihil quicquam concedere, quod in ejusmodi solennitatibus aut festivitatibus Imperatoriæ Majestatis dignitati tantillum detrahere posset. *Vid. Triumphum Danicum in quo harum nuptiarum festivitates describuntur.* Eant ergò, & invidiâ se lancinent, qui decus Imperii nostri vident, sed dolent, quando id quod apertè sibi arrogare non audent, nec astu se obtinere posse intelligunt. *Aquila* utique non interruptam regii honoris possessionem semper *inter*
B *aves* sibi asseret fortiter. *b*) quæ est scilicet Reip. administrandæ, quamq; sine ulla alia confirmatione, approbatione aut coronatione ipso electionis jure Imperatorem nancisci dictum est *Disp. praeced.*
C *th.* 18. *lit.* C. de qua infra agendum nobis latius: *c*) Reprehendit Paurmeist. *de jurisd. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 6. & 7. Bodinum, quòd nullo veterum exemplo Imperium politicum Majestatem appellârit, cùm in genere omnis personæ eminentioris amplitudinem, potestatem & dignitatem significet. Receptum tamen hoc & aliis Politicis est vocabulum; & adducit ipse Paurmeist. locum Horat. 4. *Od.* 15.

Famaq; & Imperii porrecta Majestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

quo hoc significatu id sumi videtur. Majestas n. à magnitudine dicta quasi major status, hoc est, omnibus potestatibus & dignitatibus

bus jus & fastigium quoddam superius, quo post DEUM immortalē nihil in rep. majus, nihil excellius. Kirchner. *de Rep. D.2.th.2.lit.a.*

De hac potestate, sive Majestate *modestè* disputare licitum privatis credimus, *a)* licet non ad regulas juris privati. *b)* 3.

a) Imponi ab initio silentium nobis posset, uti fit à Dd. iis, qui summæ Majestati obganniunt, hoc dicto: Non licere Imperatori dicere, cur ita facis. Et certè Principis summi potestatem privati arbitrii viribus & legum decempedâ metiri, eorum est, qui nec Majestatem Imperialem agnoscunt, nec quantum inter privatam fortunam & regale culmen medium sit; ut ait Justin. in *l. ult. post pr. vers. hoc enim. C. quadr. præsc.* quique sacrilegi esse volunt. *l.3. C. de crim. sacril.* Sed hoc verum est, si quis ex nimia audacia & contemtu disputationibus jus Majestatis labefactare velit, non si ob causam necessariam & ad tutelam & conservationem tum ipsius Majestatis, tum (*arg. d. l. ult. pr. ibi, contra ærarium, cum l. præced. pr. in fin. C. de quadr. præsc.*) juris tertii id fiat. Imò licet in plerisque ad mandatum Principis nec mussitandum sit, sed paratissimum cujusvis adesse debeat obsequium, tamen de ejus scientia & voluntate (quæ licet regulariter quidem talis esse præsumitur, qualis esse debet de jure, nihilominus ob sortem humanam ab errore non semper immunis est) disquirere licitum est, *arg. tot. tit. C. si contr. jus vel util. l. 7. pr. ibi, si preces veritate nitantur. C. de divers. rescr. c. 1. pr. ibi, de justa tantum facta intelligitur; per quos fiat invest. 2. F. 3. Petr. Anton. de Petra de pot. Princ. c. 1. n. 6.* Et sic contra rescriptum Principis adversus rem judicatam in Camera pronunciatum meminit Geil. 2. *obs.* 58. *n.* 6. Et aliud est disputare de facto aliud de jure ejusdem. *Besold. de Iurisd. Imper. Rom. c. 1.* Limnæus verò de J. Publ. *lib. 1. c. 13. n. 39.* ita distinguit, quòd aliud sit disputare de *ipsa potestate* principi à populo data, non quidem an ea jure illi conferre potuerit, sed qualis ea quantáq;, tum olim ex l. Regia, tum hodie ex Capitulationibus sit (*quod nostri hic est instituti,*) de quo sine crimine sacrilegii disquirere liceat; Aliud disputare de eo qualiter *potestate sibi concessâ Princeps utatur*; nam si *legitimè*, & ut decet bonum Principem utitur, obganniens disputator non possit esse non sacrilegus; si verò A

illegitimè, tum secundum Dd. *certo in casu & certis personis* (*Vid. infr. Q. An Imp. removeri possit? th.30.*) non verbis solùm, sed & bipenni hastis & lapidibus disputare liceat. *b*) Verè, pro instituto nostro, tum

B de inferioribus, tum de summo Principe loquens, ait Bacchov. *ad Treutl. 1. Disp. 2. th. 3. lit. f. in voce: item huc*; Quòd quæcunq; aut subditos præstare, aut principibus præsertim extra ordinem, ab iis exigere jus est, jure scripto expressa non sint; neque jure scripto aut more principum Romanorum juri principum per se considerato terminus aut modus statui possit. Item Paurmeist. 1. *de Iurisd. c. 3. n. 9.* solo jure civili politica definiri posse negat. *Vid. Disp. 1. th. 8. 9. & 10.* Interim tamen negari non potest juris nostri argumenta ad Majestatem suis coloribus depingendam maximæ authoritatis momentiq; esse, exemplo maximorum JCtorum, huic juris fulcro ut plurimum hac in re innitentium, quos sequi culpâ vacat.

4. Estq; *a*) vel Realis *b*) vel Personalis. *c*)

A *a*) Duplicem hanc Majestatem *tum* indicat vulgaris formula in rescriptis Cæsarum: In unser und deß H. Reichs Stadt *Althus. in polit. c. 19. n. 3.* uns und dem H. Reiche *Bortius de natura Iur. Maj. c. 1. concl. 1. tum* autoritas Politicorum stabilit *Kirchner in rep. D. 2. th. 3. lit. A. & b. Bort. d. loc. Besold. disc de Majest. sect. 1. c. 1. n. 3. & ibidem* allegati; *Carpzov. de capitulat. c. 1. n. 25. tum* jus civile ei suffragatur. Nam & gloriosissimus Imp. Justin. Realem Majest. agnovisse videri potest, dum Ulp. responsum in ff. & in Instituta §. 3. *I. de publ. judic.* retulit, quo (*latâ jam l. Regiâ*) etiam in populum & Remp. crimen Majestatis committi dicit *l. 1. §. 1. ad l. Iul. majest. Besold 1. Polit. c. 3. n. 3.* qui in disc. *de Majest. sect. 1. c. 1. n. 4.* loqui ita hodie Impp. de criminis Majest. reis, notat: die wider uns und das H. Römische Reich gehandelt / *adde Vultej. in I. R. lib. 1. c. 47. pag. 254. §. In formam*; quanquam Bacchov. *ad Treutl. 2. D. 32. th. 1. lit. b.* magis putet, *d. l. 1. §. 1.* respicere *tum* connexionem populi cum principe, & utriusque securitatis, *tum* quòd Principes humani, licet omnis Reip. potestas penes ipsos esset, aliqua per conniventiam populo indulgebant. Et *ratio* duplicis Majestatis obscura esse non potest. Cùm enim, cum Aristot. *lib. 3. politic. c. 4.*, tradant Politici; Finem omnium Rerump. esse, *ut bene beateq; vivatur*; finis autem moveat agentem, & sit ejus, cujus finis est, perfectio. *Scaliger de*

ger de subtil. exercit. 254. *pag.* 744. *post med.* eâ potestate præditam necesse est remp. esse, quæ ad finem illum assequendum sit necessaria. *Paurm.* 1. *de jurisd. c.* 3. *n.* 15. Uti enim homini ad exercitium virtutum moralium (*in quibus hominis perfectio & summum bonum est Ethicis, Hornej.* 1. *Ethic. c.* 7. *n.* 3.) necessaria fuit voluntas, quæ est primum movens inter omnes facultates animæ quoad exercitium actuum. *Idem lib.* 2. *c.* 3. *n. fin.* & *c.* 4. *n.* 11. Ita & reip. corpori necessaria aliqua fuit causa, quæ singula membra, ad ea, quæ ad perfectionem reip. faciunt, impelleret. Perfectio autem illa *tum* in Reip. optima constitutione & conservatione, *tum* in constitutæ laudata administratione consistit. Confer Bort. *de nat. jur. Maj. c.* 1. *concl.* 1. & 2. & *c.* 2. *concl.* 1. Ex his *duabus* enim ille finis (quem Arist. Reip. facit; *Ut scil. bene beateq; vivatur*) exsurgit. Non sufficiet ergo alterutra potestas. *Non sola potestas administrandi.* & Personalis Majestas; Unde enim illa esse potest nisi à Majestate reali & fundante remp. ita, ut alios faciat parentes, alios imperantes: Et quid si imperantes, qui semel constituti fuerunt, extincti sint? non posset resp. novos sufficere. *Nec sola potestas fundandi remp.*; non sufficit enim constituere Imperantes, nisi his & potestas, eligendi administrationis media, tribuatur, quæ ab ipsa fundatione alia est, *Bort. d. c.* 1. *concl.* 1. *in med.* *b*) Uti Majestas Personalis B
Majestas Imperantis Politicis, ita Realis Imperii seu Regni Majestas dicitur. *Vid. Besold.* 1. *Polit.* 2. *n.* 3. 4. & 6. *c*) de hac infr. Obiter C
hîc notandum quòd eandem, vel parem qui habent in suos potestatem ac Majestatem, diversis tamen nominibus appellentur; alii enim Imperatores, alii Reges, alii duces &c. appellantur *Besold.* 1. *Polit c.* 5. *n.* 7. Et licet statui Aristocratico vel Democratico qui præsunt aliis Regibus non inferius in suos habeant imperium, non tamen usum obtinere, ut *illis* perinde atque *his* titulus Majestatis tribuatur, nonnulli asserunt. *Vid. Besol. d. lib. c.* 2. *n.* 7. *circ. fin.*

Realis Majestas *a*) est summa *b*) ipsius Reip. *c*) &, 5.
si de nostra quæris rep., adde; (*Romanæ d*), eidémq; coæva *e*) ac sub interregnis atq; gubernationum alterationibus persistens *f*) status & regiminis sui tum constituendi *g*) tum conservandi tuendiq; *h*) potestas.

a) Maje-

A *a*) Majestas *in genere* definiri potest; Quòd sit potestas *constituendæ & regendæ* Reip. Bortius *in discurs. jurispr. publ. Germanicæ. p. 1. c. 2. concl. 2.* ubi, ut & in *disc. de nat. jur. Maj. c. 1. concl. 2.* Majestatem describere mavult *per fasciculum* seu compagem potestatum seu functionum &c. eò quòd Majestas perfectè definiri nequeat, cùm non sit res simplicis & unius essentiæ, sed constans ex variis habitibus & potestatibus diversis, quæ simul sumtæ constituant non totum essentiale, sed, quod vocant, potentiale. B *b*) Utraq; Majestas tam Realis quàm Personalis summa est, sed in suo ordine & genere. Ordo ibi est *fundandi*, hîc verò ordo *regendi*. *Bort. de nat. jur. Maj. c. 6. concl. 2. lit. a.* Et ob Regni Majestatem rectè dici videtur Besoldo *lib. 1. polit. c. 2. n. 5. in fin.* Principem non esse majorem rep. totâ; & in discurs. de Majest. *sect. 1. c. 1. n. 6.* dicit, Majestatem Imperantis, Imperii Majestati tanquam superiori obstringi, & ab ea, tanquam fundamentum à fundamento distingui. Idem Carpzov. *de capitulat. c. 1. n. 25.* Fallit tamen hoc insigniter quoad ipsum regni regimen, in quo omnino superior est toto regno princeps. Uti enim Ulp. *in l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.* stultum est, ait, illud admonere à Principe appellare fas non esse, cùm ipse sit qui provocatur; Ita nobis in genere persuademus falsò credi legitimæ administrationis acta ab alio quàm à Principe pendere, firmari aut everti posse. Et huc omninò spectant quæ latè disputat Magnificus & Nobiliss. Dn. Reinking *lib. 1. de reg. sec. cl. 5. c. 9.* An Imperium sit majus Imperatore? ubi *n. 34.* docet; Si penes quem resideat Majestas, ejus effectum esse, omnibus dominari, mãdare, præcipere; omnibus modum & normam præscribere rerum etiam suarum proprietate utendi. Et *n. seqq.* ex Recess. confirmat, Imperatores ob id suam authoritatem præponere Imperii authoritati R. A. 1566. *fol.* 555. §. demnach / ibi, zu erhaltung vnser vnd deß H. Reichs Authoritat / *eadem verba sunt in Recess.* 1567. *fol.* 589. §. Aber doch & R. A. 1594. *fol.* 717. §. dieweil dann vorangezeigt / uti & aliàs in Recessibus & rescriptis Imperatoris nomen Imperio præponitur, vnser vnd deß Reichs Stadt &c. In iis autem quæ extra legitimam administrationem & gubernationem sunt omnino minor est Repub. Princeps, aliàs nunquam ullum jus deponendi tyrannum reip. competere posset, de quo infr. th. 30. Et hoc casu verè dicitur,

Imperan-

Imperantem homicidam propriæ Majestatis esse, si remp. convertere nitatur. *Besold.2.polit.c.2.n.5.* nec tanquam Imperatorem, sed fidei & juris temeratorem removeri *Dn.Reinking. lib.1.reg.sec.cl.2.c.2.n.189.* c) *subjectum* enim hujus Majestatis à *subjecto* Personalis diversum est, quæ in ipsis Imperantibus residet. In Democratia tamen realis & personalis Majestas Besoldo *2.polit.c.2.n.4.& de Majest.sect.1.c.1.n.5.* in eodé esse videtur subjecto, non tamen ita, ut contra eam aliquid statuere queat populi pars major, sed in abrogatione legum fundamentalium, singulorum (si jus inspiciatur) requiratur consensus, *arg.c.quod semel.21.c.quod omnes.29.de R.I. in 6.* Et licet dubitet Bort. *in disc.de Iurisp.publ.Germ.c.2.concl.8.* an omnes Resp., præcipuè Dominatus, *Realem* Majestatem habeant; de unaquaque tamen id affirmat Carpzov.*de Capitul.c.1.n.15.in pr.*& Besold. dd. loc. quòd & Dominatus *aliquam* habeat. Certè si non aliis, saltem hoc casu, quo populus Dominatui subjectus vel pro derelicto habetur vel morte omnes Imperantes amisit, quin novam sibi reip. formam constituere possit, nullus dubito. Cùm autem *hæc Majestas* in ipsa Rep. tanquam *subjecto* sit, patet ejus jura *propriè* ad dispositionem Imperatoris non pertinere, *Bort.d.c.2.concl.11.in med. Bodin. de Rep. 8.p.139.* nisi quando de iis populus quid remittit, uti solet nonnunquam in gratiam carorum sibi Principum, judicium atque pacta eorum de successoribus (*quos ipsis aliàs nominare fas non fuisset*) rata habere. Exempla vide apud *Bort. de N. Iur. Majest. c. 2. concl. 5.* d) *subjectum* Majestatis Realis in nostra *Romana* Rep. investigatu difficile videtur; Bortius *in discurs.de Iurispr.publ.Germ.p.1.c.2.concl.4.& 9. Electores* genuinum Majestatis Realis *subjectum* esse arbitratur. Pro qua sententia facere videtur, *tum* quòd Electores *in A.B.c. 12.* vocentur *Bases Imperii & columnæ immobiles, tum* quòd omnia illa, quę Majestate reali comprehendi infr.th.6. dicimus, videantur iisdem competere. *Primò* enim satis notum est quòd illis competat jus eligendi Imperatorem *c. 1.pr. c.4.§.2. Aur.Bull.* (in quo consistit fundatio Reip. Germanicæ *Bort. d.loc. concl. 10.*) & quidem id non amplius precariò aut mandati nomine sed jure proprio. *Bort. ibid. concl.11. in fin.* Et tum ob hanc tum alias Majestatis Realis partes videtur Imperatori Electores conjungere decretum Cæsareum *de dato 27.Iulii Anno* 1590. quod refert

O Dn.Bru-

Dn. Bruning *de var. univers. speciеb. concl.* 10. Daß der Churfürsten Hoheit vnd Authorität mit eines Römischen Keysers Gewalt vnd Hoheit daher sie auch fleust dermassen verbunden daß eine ohne die ander nicht verschmehlert werden auch ohne die ander nicht bestehen kan / ja daß die höchste Würde der Churfürsten / damit sie vor andern Königen vnd Potentaten gezieret/eben die ist/daß sie einen Römischen Keyser / dessen hoheit vnd Gewalt alle andere vbertrifft / von der auch alle andere herfleußt/zu wehlen haben. Sic & in abolitione Aureæ Bullæ, quæ de fundatione Reip. ferè tota agit, omne videntur ferre punctum Electores, *per c. 12. circ. fin. ibi, hâc nostrâ ordinatione ad nostrum ac ipsorum duntaxat beneplacitum duraturâ. Aur. Bull. Limn. lib. 1. de I. Publ c. 11. n. 128.* *Secundò* ipsorum est jus committendi Imperatori Imperii, & pro statu Reip. alias atque alias conditiones & leges novo Romanorum Regi præscribendi. *Vid. Carpzov. de Capitulat. c. 1. n. ult.* Nec minus, quem meritum investiendi, eundem immeritum Imp. devestiendi jus habent, uti dixit Elector Moguntinus. *Arnis. 1. de Maj. c. ult. vid. th.* 30. Et *Tertiò* circa alienationem Imperii hoc habent Electores, ut illorum suffragium alienanti Imperatori sufficiat. §. zu dem 8. *Capitulat. Ferdinandi II. &* §. 9. *Capitulat. Ferdinandi III. Carpzov. de capitulat. c. 7. n. 3.* Veruntamen si non populus, saltem reliqui Principes & status Imperii in Majestatis Realis societatem ab Electoribus omnino recipiendi videntur. *Pro populo* facit *Nicol. Cusan de concord. Cathol. lib. 3. c. 4. & Babenberg. de jure regn. & imp. Rom. c. 6.* opinio; quòd quicquid Electores agant in electione nomine reliquorum Principum & totius populi agere videantur, acsi à tota universitate principum & populi agerentur; prout dd. authores citat Carpzov. *d. tr. c. 1. n. ult.* *Pro Principibus* Jus hoc regni sive Majestatis Realis evidentius apparet. Pro his enim militat Alberti Electoris Moguntini ad Collegas Electores oratio (*quam ex Melancht. in histor. Elect. Carol. V. refert Carpzov. d. n. ult.*), habita in Electione Carol. V.; Conciliabit, *inquit*, & benevolentiam principum, qui vobis tantæ rei arbitrium solis commiserunt, ut custodem publicæ salutis, ut Ecclesiæ orbis terrarum propugnatorem eligeretis. Deinde *tum* ex Aur. Bullæ princ. *tum* ex d. c. 12. apparet, illam non solùm Electorum sed omnium statuum consensu & approbatione factam, adeoq; ipsis jus

per

per hanc Reip. fundationem quæsitum esse; & quod de lege ad placitum Cæsaris & Electorum duratura *in d.c.12.* dicitur, saltem ad locum (*nam de hoc d.c. agit.*), ubi congregatio Electorum habenda, pertinere videtur. Ut ut sit, certè Electores integrum Majestatis Realis assem obtinere non videntur, quibus, fidei suæ virtute (*ut dicit. c. 1. §. cum autem. A.B.*), quâ sacrum tenentur Imperium prosequi, *necessitas* imponitur Imperatorem eligendi. *Magnif. Dn. Reinking. lib. 1. Reg. sec. cl. 5. c. 9. n. 27.* atque sic novam Reip. formam inducere nequeunt; quod intellige, si soli sint, nam si reliquum reip. corpus eis suffragetur illam immutandi jus habebunt *Limn. lib. 1. de I.P. c. 11. n. 130. in fin.* quod tum aliæ mutationes in nostra Rep., tum illa Lex Regia, quâ Principi populus omnem potestatem concessit, §. *6. I. de I. G. & C.* luculenter ostendit, quæ aliàs nulliter facta fuisset. *Secundò* hîc facit quòd tempore interregni non *Electores*, sed duo *ex illis* ex *lege* Imperii, non *jussu vel nomine Electorum*, administrant, *ut Disp. 5. dicetur*; *Vide quoq; Disp. 2. th. 8. lit.* C. & D. Et *tertiò* in Comitiis, ubi de sum̄a rei consultatur, principes & *Status suffragia sua cum Electoribus*, hanc solam ob caussam, comportant. Quando autem *non alieno sed proprio nomine* jus eligendi Electores habere dicuntur, id ambiguè dici videtur. Non enim *ob d.c. 1. § cùm autem Aur. Bull.* ita id suo nomine habent, ut possint, si ipsi soli velint, electionem omittere & Remp. transformare. Sed ideo, Vel quia (*stante scil. eâdem Reip. formâ*) nulli alii jus eligendi sibi arrogare possant, ac Electores non ex mandato, & jussu aliorum, sed ex lege Imperii (*vi scil. Aur. Bull.*) electionem omnem faciunt; Vel quia, *etiamsi ad jus mutandi remp. & ab electione recedendi respectus habeatur*, nihilominus suo nomine eam facere dici possunt, quia nec reliqui Principes sine Electorum suffragio Electionem tollere queunt. Rectè enim dico meum esse, quod mihi cum alio commune est *arg. l. 46. de R. Nupt. l. 5. §. ult. de leg. 1.* e) *Carpzov. de capitul. c. 1. n. 25. Besold. de Majest. sect. 1. n. 4.* licet ejus effectus non semper & quovis Reip. tempore appareant, sed ferè durante Majestate Personali, dormiat. Et licet Paulus *in l. 169. §. 1. de R.I.*; quod pendet, inquiat, non est pro eo quasi sit; tamen Majestatis Realis si nondum venit, certè cessit dies, uti de obligationibus loquitur JCtus *in l. 213. de V.S.* & sunt hujus non leves effectus casu existente *vid. th. seq.* f) licet E

 enim

enim mutationes Imperii corpus afficiant & alterent, ſubſtantiam
G tamen & ipſum τὸ εἶναι non evellunt *Limn.d. n.*130. *g*) Eleganter Juſtinus libr. 1. hiſtor. à princ., Principio rerum (ait,) *gentium nationumq́; Imperiū penes Reges fuit; quos ad faſtigium Majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provexit, fines imperii tueri magis, quàm proferre, ſolitos. Primus omnium Ninus Rex Aſſyriorum, veterem & quaſi avitum morem novâ Imperii cupiditate mutavit, &c.* Et rectè; cùm enim nemo Rex naſcatur, nemo per ſe rex eſſe, nemo abſque populo regnare poſſit: Populus verò contrà, & per ſe eſſe queat, & Rege prior tempore ſit: Reges omnes á populo primùm conſtitutos fuiſſe certiſſimè conſtat. Sic ipſe Deus *Deuter* 17.*v.*14. & 15. hanc regis eligendi legem populo Iſraëlitico ſanxerat: *Tum enim Regem conſtitues quem Dominus tuus elegerit è medio fratrum tuorum &c.*, quâ apertè *electio* Regis Deo, *conſtitutio* populo tribuitur. Quod & poſt aliquot ſecula, cùm ad creationem regis ventum fuit, ita obſervatum eſt. Seniores enim populi Iſraëlitici, qui populum univerſum repræſentabant, conveniunt in Rama ad Samuelem, Regem à Samuele poſtulantes 1.*Sam.*8. *v.*5. Conſulenti Samueli retegit Deus ſe Saulem elegiſſe, qui populum regeret. 1. *Sam.* 9. *v.*16. Samuel itaq; Saulem ungit. 1.*Sam.*10.*v.*1. (*quæ omnia ad electionem Regis poſtulante populo factam pertinent*). Ac ſatis fortè fuiſſe videretur, ſi Samuel electum à Deo populo adduxiſſet, & ei parendum eſſe monuiſſet. Nihilominus tamen ut ſe Rex à populo conſtitutum ſciat, Samuel indicit Comitia in Mitzpa 1.*Sam.*10.*v.*17. & *ſeqq.*, ibíque quaſi re adhuc planè integrâ, & quaſi nondum conſtaret Saulis electio, ſors jacitur, quæ à tribubus, tribum Benjamini, è gentibus, gentem Metri; à gente Metri, Saulem, eum ipſum, quem Deus elegerat, ſeligit; tum verò demum, populo univerſo acclamante, Saul *Rex nominatus* eſt. 1. *Sam* 10. *v.*24. Ac tandem ne ſorti omnia tribuat, poſtquam liberatis Hammonitarum obſidione Jabeſchanis, ſuæ virtutis ſpecimen quodammodo edidit, nequicquam ſecedentibus quibuſdam à populo, ab univerſis in Gilgal coram Domino rex confirmatur 1. *Sam.* 12.*v.*2. (*qui aliàs eſt v. ult. c.*11.) *Ut hæc doctiſſimè* deducit Junius Brutus *in vindic. contr. tyran. q.*3 *pag.*61. Cùm ergo nullus Regum magis de immediata Dei ad ſceptrum vocatione, quàm Saul, jactare poſſit,

ſemper

ſemper hoc inſigni exemplo recordabuntur Reges, ſe à DEO quidem, ſed per *populum* & propter *populum* regnare; Id quod Brutus *pag. 4. ſeqq.* in Davide, Salomone, Roboamo, Ozia, Ochozia, Joachane, eodem modo oſtendit, nec non Ethnicorum exemplis. Nimirum, poterat quidem DEUS ſine ullis ſuffragiis populi (quemadmodum Reges ſolent Prætores, Præſides, Legatos mittere in provincias non expectatâ provincialium ſententiâ) Reges conſtituere, ſed nō niſi iſto accipiendi ordine ſervato pro ſua benignâ providentia reges eſſe voluit, uti ex Barclajo *lib. 3. contra Monarch c. 2. p. 316.* dicit Bort. *de nat. jur. Maj. c. 5. concl. 2.* adde his quæ infra de cauſa Majeſtatis th. 6. dicuntur. Hinc fit, quòd, ſi alibi unquam fallendis hominum animis *Virtutis* ſpeciem mentiri, ejúſque tegumento, juxta Æſopi fabulam, ſe occultare cogitur *Vitium*, hîc maximè id ei neceſſarium ſit. Si qui enim libertatis oppreſſores, regnorumq́; malæ fidei poſſeſſores ſunt, nunquam tamen euſque eorum proceſſit immanitas, ut tyrannidi ſuæ ſceptrum aſſerere, & ex *l. 12. de petit. hered.* ſe ideo *poſſidere quia poſſident,* dicere audeant. Id enim eſt, quod de Cæſare ſcribunt hiſtorici; licet vi imperium invaſerat, tamen ut aliquo ſaltem juris prætextu imponeret, imperium à populo ſenatuque accepiſſe videri volebat. Sic licet Rex erat Cæſar, Regnumque tenebat, Cæſarem tamen ſe, non regem eſſe, dicebat. *Sueton. c. 79.* Plura ejuſmodi glaucomata vid. apud Beſold. *lib. 1. polit. c. 5. n. 6. Non ſatis reverenter ergo* de Rebuſp. ſcripſit Bodin. *lib. 1. de rep. c. 6. circ. pr. pag. 72.*; Eò nos ipſa ratio deducit (*etiamſi ab hiſtoria deſeramur*) Imperia ac Reſpub. vi primùm coaluiſſe; & *pag. ſeq.*; Libertas ſine vi maxima nec ſine perruptis naturæ legibus eripi potuit. Nam, non ſolùm reſpectu DEI tanquam primæ cauſæ legitima ſunt Imperia (*In manu Domini, inquit Ecclesiaſtic. c. 10. v. 4. eſt poteſtas hujus terræ, & eum qui utilis eſt in ea ſuſcitabit ſuo tempore. vid. theſ. 16. lit. a.*) ſed & ipſius hominis, qui naturâ *arg. Gen. 2. v. 18.* eſt ſociale & civile animal, longè magis, quàm apes formicæ grues & ejuſmodi genera quæ gregatim aluntur & gregatim ſe tuentur. Quod ſi autem in vitæ ſocietatem homines coire oportuit, tanta multitudo hominū confuſa eſſe non potuit, ſed ſymmetriâ aliquâ ſubordinationis, ſive parentium & imperantium, adunari & conjungi debuit. Eleganter Althuſ. *c. 1. polit. n. 34. & ſeqq.* or-

 dinis

dinis politici necessitatem, ut & in praecedd. naturales ad cohabitationem stimulos depingit. *Adde Besold.1.Polit.c.1.n.24. Quamvis item alii duplicem* Rerump. constitutionem faciant, voluntariam & violentam. *Kirchner. de rep. D.1. th.4.* nondum tamen videtur ab una specie recedendum. Certum quidem est propter injustitiam & dolos *Ecclesiastic. 10. v.8.* regnum de gente in gentem transferri DEI authoritate *Esa.45.v.1.* minimè tamen hoc DEI consilium (*qui & malis hominibus utitur castigandis aliis, exemplo Schimbi Davidi maledicentis 2.Sam. 16.v.10.&11.*) ejus & avaritiam & latrocinium excusabit, qui populos sibi non molestos solâ Imperii cupiditate conterere nititur. Et quia poena DEI in hoc consistit, ut armis oppressus non tam nolens quàm non volens Imperio victoris se subjiciat, *ex subjectione demum ista, & sic consensu quodam, Imperii jus nascitur*, tum enim fide datâ poenitentiae non est locus. Sic Senacheribo Palaestinam invadenti jure resistunt Judaei. *2.Reg.c.19.v.32.33.& 34.* at damnantur & puniuntur qui post fidem ritè datã, nullâ injuriâ lacessiti à Nabuchodonozore deficiunt. *Ezech.17.v.12.13.14.& 15. Vid. Brut. in vindic. q 3. pag. 147. Besold. 1. polit. c.1. n.33. Bort. de jur. nat. Maj. c.5. concl. 3. lit. b. & c.* Imò etiã ex justis causis (*quas vid. apud Grot. lib.2. de jur. bell. c.1 n.2.*) gens gentem sibi bello subjicere (*arg §. fin. ibi, captivitate. I. de jur. person.*) ejusq; Imperium ad se transferre possit. *Grot. d. tr. lib.3. c.8 n.1.* tamen cùm iidem belli sint fontes, qui actionũ forensium. *Grot. d. c.1. n.2.*, hae autem omnes in id quod debetur (*pr. I. de act.*) atque sic non nisi in *obligatos* (licet *impropriè, Bachov. ad §.1. I. de act. n.10.*) competant; sequitur & nostro in casu populum jam ab eo tempore, quo belli justam occasionem alteri populo dedit, *suâ se voluntate* conditioni victoris obligâsse, perinde ut aliàs qui delinquunt licet non *directè* tamen per *consequentiam* ad poenam se obligare voluisse censentur. *l.34. ibi, ipse te huic poenae subdidisti. de jur. fisc. l. ult. pr. ibi, exinde suâ mente punitus. C. ad l. Jul. majest.* Quinimo hoc jus belli, quo Victori in victos Imperium acquiritur, ita limitat Grot. *d. tr. lib. 3. c. 15. n. 1. & 2.* ut procedat *tum* quatenus fert aut poenae nascentis ex delicto aut alterius debiti (*videl. quorum gratiâ bellum gestum fuit*) modus, *tum* quatenus id exigit caussa securitatis & vitandi, *quod à devictis justè timeri posset*, periculi summi. *Licet ergo concedere cogeremur* aliquam Rerump. constitutionem violen-

tam esse, esset tamen illa valde anomala & irregularis. *Vt ut sit circa fundationem nostræ Reip. Romano-Germanicæ* minus de hoc laborandum est, quæ se in ipsis natalibus justissimo *titulo tum defensionis, tum electionis transactioni conjuncta*, defendit, per gloriosiss. Carolum Germanis quæsita. *Vid. Disp. 1. th. 21. lit. c.* b) Hinc est quod ex Cramer. *lib. 2. Polon.* scribit Carpzov.. *de capitulat. c. 1. n. 25.* Quòd possit Cancellarius Regni ea quæ contra Majestatem Regni esse videntur Regi jubenti & flagitanti denegare *vid. th. seq. lit. c.* H

Jura Regni, seu Majestatis realis, *a)* in tribus *b)* consistunt, 1. in jure constituendi, vel electionis vel successionis modo, Imperantes *c) (uti in nostro Imperio est Imperator. Spectat item ad hoc jus tota ferè Aur. Bulla & §. ins sonderheit. 28. Capit. Carol. V. d)* 2. Jus vel absolutè vel sub pactionibus committendi Imperantibus regni *e) (circa quod Capitulatio in Imp. Rom. ferè occupatur f)* 3. Jus disponendi de dominio Regni (*de quo loquitur. §. 9. & 10. Capit. Carol. V. Ferdin. II. & III.*), quod tum in alienandis terris Imperii, tum in jure obligandi successores Regum è pactis & legibus antecessorum consistit. *g)* 6.

a) Uti jura Majestatis Personalis *jura Regia vel simpliciter Iura Majestatis*, ita jura Realis *jura Regni* Politicis appellantur. Et sicut Majestas Personalis certis in negociis vim suam exserit, ita & Reali nonnulla relinquenda sunt; cujus cùm *ex th. praced.* sit *constituere & tueri Remp.*, quæ huc conducunt illi tribuenda sunt. *b)* Ad constituendam & tuendam Remp. tum causam efficientem (*quò 1. jus Regni spectat*) tum formam (*quò 2.*) tum materiã (*quò 3.*) requiri dicit Bort. *disc. de Nat. Iur. Maj. c. 2. concl. 2.* Jura hæc tria Imperii occasionem dederunt Privilegiis iis, quæ sunt deß Landes Majestätbrieff *Besold. de Majest. sect. 1. c. 1. n. 5.* sive Legibus Regnorum fundamentalibus, quas Majestatem Realem comprehendere dicit Besold. 1. *Politic. c. 2. n. 4.* Fundamentales autem juxta Bort. *d. loc. concl. 17.* dicuntur, non quòd sint de substantia Imperii vel regni, ita ut abesse non possint sine subjecti sui corruptione, sed quia in eas in constituenda certa Reip. A B

forma

forma sic unanimiter consensum est, etsi sine illis stare possit Resp.; licet hoc nomine Besoldus reprehendat *d. loc.* Althusium, eò, quòd omnis Resp. Majestatem aliquam Realem habeat; quod quidem verum est, nondum tamen inde efficitur, quòd Lex fundamentalis, quæ (*v.c. de Electione*) in hoc vel illo Regno viget, ita *sola* illud sustineat, ut, si pro electione inducatur successio, &c., id *omnino* corruat. *Vid. th. praced. lit. F.* quod tamen fieret si omnis Majestas Realis conculcaretur. Interim tamen status Reip. alteratur, atque ejus *quodammodo* salus labefactatur, vel *unius* Legis fundamentalis violatione. C *Vid. Besold. d. sect. 1. c. 1. n. 5. c)* Omnium enim Regnorum quæ non *vi*, sed *propriè* consensu constituuntur, proprium est, ut eligere sibi quilibet populus possit Regem vel ad vitam Imperantis vel etiam lege successionis & jure hæreditario, quod jus, quousque vel vita vel posteritas durat, in suspenso est, ne de novo Rege sibi despicere possit, nisi vel rege vel ejus posteris extinctis *Bort. de nat. jur. Maj. c. 2. concl. 3. & 4.* quo casu omnis potestas ad populum revertitur, ita ut ab ea vetus Reip. forma annullari possit. *Limnæus. 1. de I. Publ. c. 11. n. 130. in fin.* Neque enim ultimus Regum, *Exempla vid. apud Bort. d. loc. concl. 5.* successorem sibi (*nisi permissu populi*) designare potest, etsi absolutum jus habeat. Rationem pete *ex th. praced. lit. C. adde tamen th. seq. lit. a.* In regno autem successivo ea de causa exhæreditationes liberorum sine assensu Ordinum Regni fieri nequeunt. Licet enim aliàs sibi suísque jus dicere possit Princeps *arg. l. 41. de hared. Inst.*, tamen hoc in casu jure Regni prohiberi videtur; cùm enim filius hæres regni sit, ejusq;, ob successionem, quodammodo dominus habeatur, *per l. 11. de liber. & posth.*, par ob id cum patre dignitate censetur; uti de immediatè summi Principis jurisdictioni subjecti filio *ex Decian. & Modestin. Pistor. quæst. illustr. 169.* docet Matth. Stephan. 1. *de jurisd. 1. n. 73. & 2. seqq.*, & in casu nostro Bort. *de nat. jur. Maj. c. 2. concl. 12. lit. a.* Et non tantùm quæ ex testamento, sed & quæ intestatò circa successionem regni inter hæredes oriuntur, controversiarum judex est populus *Bort. ibid. lit. 6.* d) D *qui est §. 34. Capitulat. Ferdinand. 2. & §. 38. Ferdinandi III.* ubi agitur de non inducenda Imperii successione hæreditaria. E *Vid. Carpzov. de Capitulat. c. 11. n. 2. & D. praced. th. 5.* e) quibus scil. modus & forma Regiminis præscribitur. Ex hoc jure liberum

rum est populo & regni ordinibus, si regnum rursus extinctâ familiâ Regum aperiatur, Remp. quovis modo & pacto constituere, formare & mutare atque novis pactis Principem adstringere; Princeps verò servatâ eâdem Reip. formâ *per se* successoribus leges ponere & eorum potestatem coarctare nequit *arg. l. 4. de recept. l. 15. §. 4. ad SC. Trebell. l. 14. pr. de manum. Bort. de Maj. c. 2. concl. 14. & 15.* Adde *th. 8. lit. a.* Ad hanc sedê revocanda est Quæstio; An & quatenus tyrannidi imperantiû sive aliqui sive omnes resistere possint subditi: quam hîc prolixius non excutiemus. Celebris quidem illa vox *Trajani* suo Præfecto prætorii gladium tradentis: *Hoc gladio contrà me utitor si in remp. peccavero.* Veruntamen hæc sententia ita crudè accepta non solùm Principibus sed & Rebusp. exitiosa est, quas non uno Principe sed omni ferè stirpe regiâ orbare, aut aliàs in anarchiam detrudere solet. *Vide Magnif. & Nobil. Dn. Reink. 1. de R. S. cl. 1. c. 5. Besold. 2. Polit. c. ult. n. 43. Iunium Brut. de vindic. cont. Tyran. Arnis. tr. de auth. princ. inviol. Bodin. 2. de rep. c. 5. p. 326. & seqq. Grot. 1. de jur. bell. c. 4. & c. 3. n. 8. & 9. Ant. Fabr. de regend. relig. lib. 3. c. 5.* Prolixû catalogû Authorû de bello religionis ergò gesto habet *Coler. de jur. Imp. Germ. sect. 74. & 75.* Piè & cordatè Nobil. & Amplis. Dn. Præses Fautor & Præceptor omni observantiæ genere colendus *de Vicar. Imp. concl. 49. circ. fin.* tolle tuum potius, inquit, quàm ut maledicas Principi; pro eo preces fundito *Act. 23. v. 5.* in his terris judicem non habet, superior est omnibus, etiam toto Regno. De nostro quid dicendum Imp. *vid. th. 30. f)* Nostri Imperii Maje- F
statem realem ex lege fundamentali, Capitulatione scil., dijudicandam ait Carpzov. *de Capitulat. n. 15.* & hanc ejus esse fundamentum; quod quidem est, modò Aurea Bulla non excludatur. *g)* de his G
in 2. thes. seqq.

Regulariter *a)* (*maximè in Imperio nostro*) *b)* Impe- 7.
ria regnaq; aut eorundem opes *c)* ab Imperantibus sine suffragio populi (*ne quidem ubi modica d) est læsio*) alienari *e)* infeudari, oppignorari, testamẽto relinqui aut præscribi *f)* possunt; (*nisi fortè tunc infeudationes tolerantur g) quando aliàs ditio Imperii ab incubatoribus difficilis recuperata esset.*) In alienatione partis regni *h)* (*sub qua non in-*

telligimus i) partem territorii & agrorum) hoc plus est, ut ipsa, ne quidem reliquis membris consentientibus, invita alienari possit. An autem *ipse princeps k,* alienationem illegitimè à se factam revocare possit, non dubitandum.

A *a)* Subditorum enim interest non mutare dominos *arg. l. 34. pr. ubi Gotofr. l. 24. §. ult. vers. quinimo. de fideicom. libert.* Et hinc Bachov. *ad Treutl. 1. D. 2. th. 3. lit* F. omnino necesse putat ita dicere, *tum* ob causam effectivam principum, quæ populus est, *tum* officium ac finem eorundem, qui est omnia ad salutem populi dirigere; *quod si autem ad hypothesin descendas,* modum acquisiti imperii, qualitatẽ subditorũ, & usu moribusq; firmatum principum jus & alia id genus in considerationem venire, quòd pleriq; principum ob continuatam successionem & sibi & subditis persuaserunt pleniorem & magis absolutam potestatem. Sic non inscitè Grot. *1. de jur. bell. c. 3. n. 12. contra Hotom. cent. ill. q. 1.* disputat, quædam imperia esse in pleno jure proprietatis, id est, patrimonio seu marsupio Imperantis, ut non quidem subditi, *quà homines liberi sunt*, sed jus perpetuum eos regendi, *quà populus sunt,* in commercio sit; *v. g.* si quas terras ex privata sua substantia, aut etiam ex fructibus regni (*qui ipsius tanquam ex usufr. proprii sunt arg l. 25. §. 1. vers. præterea. de usur. nec tam proprietati regni quàm ipsi rei acceptò feruntur arg. l. 18. §. 2. ad SC Trebell.*) exercitum alendo comparaverit. Sic Rex Salomon dedit Chiramo regi Tyri urbes viginti terræ Cabul, quas partim Rex Ægypti devictas Salomoni genero in dotem dederat, partim ipse Salomon subegerat 1. *Sam. 9. v. 11. & seqq.* Sic & populus Romanus à pluribus Regibus multorum regnorum institutus est hæres, ut ab Attalo Regis Eumenis filio, Nicomedæ Bithyniæ rege, Apione rege Libyæ, & Alexandrino rege Ægypti. *Vid. Grot. d. loc.* Sed Bott. *de nat. jur. Maj. c. 2. concl. 11. lit. e.* in regnis hæreditariis testandi quidem jus circa regni successionem admittit, sed ita ne extra familiam Principatus conferatur; regnorum autem per testamentum Romanis acquisitorum hanc rationem fuisse, quòd hi de consensu subditorum parùm curarent, nec populus hiscere auderet, vel etiam moderatum eorum Imperium non aversaretur,

B *b)* Si enim Imp. dominus haberi vult, tutelam imperii administrare

ministrare, non id spoliare debet *arg. l. 7. §. 3. pro empt.* R. A. 1559 *pr. ibi*, die Verwaltung deß H. Reichs. Seneca 1 *de clem. circ. pr.* ita quidem loquentem facit Neronem; quas nationes funditus exscindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumq; capiti Regiũ circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quę oriantur, mea jurisdictio est. Nec non in vetustissimis multarum urbiũ privilegiis teste Vict. *de caus. exemt. concl. 13.* hæc verba inveniuntur: *Hanc urbẽ pro nobis & Imperio duximus retinendã: Hanc urbem à nobis & Imperio nullatenus separare, alienare, oppignorare promittimus* &c. Magis tamen est, ut existimari possit Senecam vel in gratiam vel de *facto* non de *jure* Imperatorum locutum, maximè cùm ipse de Nerone subjiciat, illum in hac tanta facultate rerum potentiæ gloriâ non moveri. Privilegia item illa *vexam* potius quàm *jus* redimunt; de quo tamen ista intelligit Victor *d. loc.* Licet n. Augustus Tiberium, & Nerva Coccejus Imp. exclusis propinquis Trajanum Hispanum hæredem scripserit, & Constantinus M. uti & Carolus M. testamẽto condito inter filios Imperium diviserint & successorem Imperii designârint, Conradus item Hinricum I. & Hinricus Ottonem, Otto verò Ottonem II. consortes & successores delegerint, *tamen id precariò non proprio jure* ab eis factum, & actorum robur à consensu procerum vel expresso vel præsumto pependisse, ostendit Bort. *de Maj. c. 2. concl. 5. lit. b. concl. 9. lit. b. & 11. lit. e.* & concedit Grot. 1. *de jur. bell. c. 3. n. 13.* Et certè tum veteres tum moderni Impp. glorioso *Augusti* titulo (sive ad imitationem *Augusti Imp.* verè Augusti & nutritii Aquilæ Romanæ; sive ad originem vocabuli, quod ab *augendo* derivatur, sive ad aliam ejusdem significationem, quâ *magnificum* & gloriosum quid sonat, alludentes), vnd als Mehrer deß Reichs / semper se commendare voluerunt; unde *Impp. non sibi & suo nomine acquisita regna nacti sunt*, sed Reip. duntaxat operam commodârunt, eidemque & possessionem *arg. l. 1. §. 20. l. 18. pr. de Acq. Poss.* & per hanc illorum dominium *arg. l. 20. §. fin. de A. R. D.* quæsiverunt. Hodie ex Capitulat. *Carol. V. artic.* wo wir auch. 25. *& Ferdin. II. §. 31. & Ferdin. III. §. 35.* non solùm id, quod de communi Electorum & Ordinum assensu debellatum est ab Impp., Imperio cedit, sed & id quod sine illorum *suffragio* & etiam *opibus* recuperatum est, modò id olim ad

P 2 Imperium

Imperium pertinuerit. Deinde feuda, quæ semel concessa sunt, adimere quidem Imp. nequit, sed iis, quibus competunt, conferre tenetur. §. vnd in alle weg. 4. Capit. *Caroli V.* §. 3. *Capit. Ferdin. II & III.* sine ulla mutatione investituræ §. wir sollen vnd wollen auch allen. 39. *Capit. Ferdin. II.* & §. 42. *Ferdin III.*; Attamen *contra arg. ex Aur. Bull. c. 7. circ. fin. & vetusta exempla*, Feuda principalia (*vulgò* Fürstenlehen) *hodie* Imperio aperta non reinfeudantur (*exceptis Electoralibus vid. th. 21. lit. g.*) sed in usum Imperii salutari instituto vertuntur, ad labescẽtes Imperii vires nonnihil restaurandas; §. wann auch Lehen. 24. *Capit. Carolin.* §. 28. *Ferd. II.* & §. 32. *Ferd. III.* Hinc cùm Electores Imperatoriâ dignitate Wenceslaum privarent, formulæ inseruerunt, Als der den Herrn zu Meyland zum Fürsten / vnd zu Paphey zum Graffen gemacht vff deß Reichs Stätte Schloß vnd Güter. *Arum. ad Aur. Bull. tit. 7. concl. 16 in med.*, *Carpzov. de Capit. c. 7. n. 4.* ubi Bocetum *de Regal. c. 2. n. 61. & 4. n. 15.* reprehendit, quòd *dd.* §§., in quibus hæc partic. eroffnet / non de feudis *apertis*, sed *vacantibus* bonis, accipiat, deceptus à Sleidan. lib. 1. qui de *vacantibus* bonis loquitur. *Quid ergo de fabulosa Constantini donatione Sylvestro Papæ* facta dicendum? Eam, licet fabula sit *vid. Magnif. Dn. Reinking. 1. reg sec. cl. 2. c. 8. Daniel. Otton. de Iur. Publ. c. 4. pag. 77. & ibid. allegatos*, ut maximè facta esset, tamen facti merè injusti & inofficiosi potentiâ victam *potentem* infirmitatem suam nullatenus effugere unquam potuisse patet, hoc solo valitura, quòd æternâ debilitate ægrotaret. Ut tamen actionem ex *tit. C. de inoffic. donat.*, quam timent, avertant ejus Patroni, præter *domestica* testimonia in *c. Constantinus 13. cum seq. distinct. 96.* deploratæ causæ deplorata remedia quærunt, 1. Si Domini, *inquiunt*, est terra & plenitudo ejus *Psal. 24. v. 1.* E. & Papæ, qui est vicarius Christi *c. quanto 3. circ. pr. de transl. Daniel. Otto d. loc.* 2. Quòd quidem donatio Principis in diminutionem regni etiam Ecclesiæ facta non valeat, sed excipiendam putant Romanam, quia universalis. *Petr. Ant. de Petra de potest. Princ. fol. 558. n. 224.*; 3. non donatio, sed remuneratio potius, fuit Constantini à lepra sanati. Sed, & largos nimis amant remuneratores, *nec* solidam diversitatis reddunt rationem, & argumentis invicem se evertentibus, non sine suspicione falsi *arg. l. 27. pr. ad l. Corn. de fals. l. 16. de testib. & l. 13. in fin. C. de non num. pec.*, utuntur. Denique qui

que qui vicarius Christi haberi vult, ei sine instrumento credere prohibemur. *arg. l.1. C. de mand. princip.*; & ipse Salvator noster negat regnum suum esse de hoc mundo *Ioan.18.v.36.* ergo & vicarii *arg. l.1. §.2. C. de eo qui vic. alt.*, uti concludit Nobiliss. & Ampl. Dn. Præses *de vicar. Imper. concl.3. in med. Vid. Carpzov. de capitulat. c.7. n.11. & 6. seqq.* c) quæ ad tuendam & Principis & Imperii dignitatem destinatæ sunt, eóque æquè commercio Imperantium exemtæ, *arg.* R. A. 1556. *in fin. pr. ibi*, das H. Reich bey seiner Præeminentz / Ehren / Stand und Würden erhalten. Hinc est quòd nec ususfructus (*qui & ipse alienatio est l. fin. C. de reb. al. non alien. Gœdd. ad l.28. de V.S. n.6*) patrimonii principalis à Principe constitui neqneat *Carpzov. de Capit. c.7. n.3. in fin.* d) Hanc alienationem ne quidem in alienatione patrimonii, de qua lit. præced., admittit Grot. 2. *de jur. bell. c 6. n.11.*, quâm tamen videtur innuere *l.39. §. ult. in fin. de leg. 1. l.3. §.4. quod vi aut clam*, & concedit modicam alienationem Bortius *de nat. jur. Majest. c.2. concl.16. lit. a.*; Grot. verò hanc affert rationem; quòd meum non est ejus nec exiguam partem alienare mihi jus est, *arg. l.76. de R. V.*; cui accedit & hoc, quòd aliàs sensim per minimas particulas perveniretur ad alienationem totius, totum dividendo per frusta. Hoc tamen largitur Grot., in rebus modicis facilius, quàm in magnis, consensum populi ex scientia & silentio præsumi; minores item functiones & jurisdictiones civiles quò minus princeps ex consuetudine, qualis nunc passim viget, jure hæreditario possit concedere, nihil obstare putat *ibid. n.10.*, cùm eæ corporis summique Imperii integritatem nihil imminuant. e) *c. intellecto. 33. de jurejur.* ne quidem juramento interposito *d. c.33. & c. quanto 18. eod.* debuit enim potius augere, quàm minuere opes & dignitatem Imperii *arg. l.19. §.1. in fin. de off. præs.*; conspirante tamen *tum Principis tum populi* consensu alienari imperia possunt. *Vid. Grot. 2. de jur. bell. c.6. n.1.2. & 3.* f) *Grot. d. loc. n.11. & fin.* Est enim & infeudatio (*tit.3. in pr. F.2.*) & oppignoratio (*l. ult. C. de reb. al. non al.*) & relictio per testamentum (*l.8. §. ult. C. de sec. nupt. Adde tamen Gœdd. ad l.28. de V.S. n.16.*) ut & usucapio (*l.28. de V.S.*) &c., alienatio. De alienatione regni agit & P. Ant. de Petra *de potest. Princ. fol. 555. à n.196. ad n.225.*, sed confusè. De præscriptione vide infra Corollarium *th.31.*, ubi in 1. D. promissa est hæc Q. g) hæc exceptio,

C D E F G

si sata est, niritur arg. c. ex parte. 2. de feud. Petra d. loc. sed hactenus tantùm,
H ut infeudatio licita sit. h) non sufficit enim hîc Principis & reliqui Populi voluntas, nisi & pars, de qua alienanda agitur, consentiat; eò quòd corpus Reip. voluntate contractum sit, ac propterea jus ejus in partes ex primęva voluntate metiendum sit, quæ minimè credi debet talis fuisse, ut jus esset corpori partes & abscindere à se & alii in ditionem dare; adeò ut & in casu publicæ utilitatis & necessitatis vix id licitum sit, nisi quòd tunc facilius ex silentio etiam non longi temporis consensus & populi & partis intervenisse videri possit. Grot. 2. de jur. bell. c. 6. n. 4. & 8. An auté contrà parti jus sit à corpore recedere, si evidenter aliter servare se non possit Q.? Vid Affirmantem
I Grot. n. 5. & 6. i) Partem enim territorii (puta, non habitatam aut desertam) à rege suffragante populo alienari, nihil vetat; licet enim populi pars, quia liberam habet voluntatem, jus quoque habeat contradicendi sui ipsius alienationi; tamen territorium & totum & ejus partes sunt communia populi pro indiviso, & sic sub ejusdem arbi-
K trio. Grot. d. c. 6. n. 7. k) Hæc Q. tam in casu alienationis (ubi de rebus reip. illegitimè non alienandis agitur) quàm in injusta alienatione rerum, quæ singulorum & privatorum sunt, locum habet (licet in his minor favor sit); ut in casu, quo quidem aliter Pax haberi potuit, & Princeps nihilominus sine urgenti causa damna subditorum, ex bello nata, remiserit, nam tum via juris (licet miserrima) ad ablata privatis relinquitur arg. l. 6. C. de reb. al. non alien Geil. 2. obs. 57. n. 7. Quod ergo ad ipsam Q. attinet, videtur dicendum, quòd, sicut alienatio rei alienæ, quæ in se nulla, valet tamen contra vendentem l. 28. de contr. emt.; ita, & nostro casu illicitè gesta à Principe non valeant quidem cōtra Remp.; valeant tamen contra Principem arg. l. 5. C. de serv. pig. dat. manum. l. 25. pr. de adopt. junct. l. pen. ibi, his quæ pro se &c. C. de pact. l. 21. C. mand. ut ipse non possit ea retractare, arg. c. diversis 5. in fin. ibi, nisi fortè tu talibus scienter contuleris Ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos &c. de cleric cognat. Sic in N. 48. in fin. pr. dicitur; Quòd nullus eidem sibimet edicat reluctari, & quod dixit atque juravit ratum esse, hoc nolle valere, sed contra proprios reluctari sermones. Veruntamen ipsi Principi ea, quæ gessit, revocare permittit c. intellecto. 33. ibi studeat revocare; & ibi, penitus non servandum,

de jure-

de jurejur. Et Magnif. Dn. Reink. *lib.1.de reg.sec. cl.3.c.10.n 13. & 14. ex Bald. & Cacheran.* docet, quòd quando contractus dici possit nullus ratione culpæ, tunc per *contrahentem* possit allegari nullitas, & contractus revocari; quod videtur & innuere Grot. *2.de jur.bell.c.14. n.2.pr.* Neque hoc casu *vel is, qui contraxit* cum Principe, potest dici fraudatus, quia scivit, vel scire debuit, juris authoritate contractum istum improbari, & legem jam positam super conditionibus ejusmodi contractuum *arg.l.7.§.2.pro emt l.9.§.1.in fin. ibi, quia hec evenire posse prospicere debuit, locat.*; *Vel Principem* (licet aliàs fidei debet esse observantissimus. *arg.c.1.de donat.*) illicitas sive promissiones sive alienationes revocantem impedire potest *Regiæ fidei authoritas*, cùm *lex Regni* naturalisque æquitas huic astipuletur revocationi; nec perjuret qui legis authoritate venit contra juramentum *per l.fin.qui satisd.cog.* & in malis promissis fidem fallere non sit malum *c.in malis.5.,22.q.4.* Varius in hac Q.est P.A.de Petra *de pot.princ.fol.559.à n.229.usq; ad n.235. fol.565.n.258. Sed quis præter ipsum Principem* res alienatas repetere potest? Sanè successorem hoc posse patebit juxta distinctionem thes. seq; qui in nostro Imperio tenetur vi Capitulationis inquirere in res alienatas, etiamsi ipse possideat. §.31 Dem. *9.& §.seq.Capit. Carol.V.§. 8 & seq. Ferdin. II. & §.9. & seq. Ferdin. III.* ita tamen, ut justæ exemtionis causæ non rejiciantur. *vid.verba fin.dd.§§.9.&8.Carpzov.de capitul.c.7.n.9.in fin.& 10.* Præter Imperatorem oppida & Dominia Imperii à Cæsaribus oppignorata reluendi jus habet Palatinus *Limn. 3. de I.publ.c.9 n.81.Vid.Victor.de caus.exemt. concl.35.* De I. Canonico bona Ecclesiæ à Papa alienata quibuslibet Ecclesiasticis personis licet reposcere *c. non licet 20., 12.q.2.*, quod nescio an Rebuspub. accommodari possit?

Successor leges sui antecessoris, *a)* nisi simul & Imperii sint, *b)* servare non tenetur. Ejusdem autem contractibus *c)* omnino omnibus *d)* (*modò justis, e) tam quoad Deum, quàm f) quoad homines obligantes*) obligatur, si vel regni & bonorum, vel solùm bonorum hæres sit; *g)* quod si nulla ex parte hæres sit, sed vel ex lege & jure sanguinis, vel electione, regnum nanciscatur, pacta antecessoris, 8.

ſoris, niſi de natura regii officii ſint *b*), ad eum non pertinent; qui tamen ſi modici ſit præjudicii contractibus his venerationem *i*) præſtabit. At invaſorum imperii contractibus, niſi locupletes *k*) facti ſucceſſores, & niſi aliter ex uſu *l*) reip. ſit, non obſtringuntur.

A *a*) Juſtititiæ ac rationis ordo ſuadet, ut qui à ſucceſſoribus de-
ſiderat mandata ſervari, deceſſoris ſui procul dubio voluntatem &
ſtatuta cuſtodiat *c. juſtitiæ* 15., 25. *q.* 1.; Interim tamen ſucceſſori *qui e-
andem numero Majeſtatem* habet leges immutabiles anteceſſor præſcri-
B bere nequit. *b*) quales hodie ſunt Aurea Bulla, Conſtitutiones de
pace religioſa & prophana, multique alii Receſſus qui ſe fundant
in Capitulationibus Imperii vel ſimilem cauſam publicæ utilitatis
continent. *Magnif. Dn. Reinking* 1. *de R. S. cl.* 3. *c.* 10. *n.* 4. quos ſucceſſor in
Imperio ſervare tenetur §§. wir ſollen 2. *Capit. Carol. V. Ferdin. II. &
III.* non ſolùm ex pacto, tanquam citra hoc nihil ipſum authorem
ejúſque ſucceſſorem ab earum mutatione prohiberet, ut vult Carp-
zov. *de Capitul. c.* 3. *n.* 2. & 3. ſed etiam, quia hiſce legibus Reip. funda-
menta innituntur, & per eas Princeps Reip. unitur. *Dn. Reink. d. loc.*
C *n.* 6. *c*) diſtinguit in ſequentem modum ferè Bachov. *ad Treut.* 1. *D.*
D 6. *th.* 7. *lit.* B. *d*) In eo enim, qui vel regni vel ſimul regni & bono-
rum *hæres* eſt, hoc dubium non habet *arg. l.* 24. *de V. S. & l.* 149. *de R. I.*
neque hæres poteſt venire contra factum, licet in ſe invalidum, de-
functi, cujus hæreditatem agnovit *l.* 24. *C. de R. V. l.* 3. *C. de reb. al. non a-
lien. l.* 7. *C. de liber. cauſ.* cùm una ſit perſona hæres cum defuncto *N.* 48.
E *in fin. pr.* *e*) Secus enim eſt, ſi contractus omnino ſit intolerabi-
lis & inofficioſus, ac cum deſtructione regni conjunctus. *Magnif. Dn.*
F *Reink.* 1. *de reg. ſec. cl.* 3. *c.* 10. *n.* 12. *f*) Pertinet hæc limitatio ad contra-
ctus juratos, quibus hæres etiam *citra publicum detrimentum* liberari
poteſt. Licet enim hi *reſpectu Dei*, qui teſtis eſt invocatus, ſemper ſint
juſti, & ſtringant etiam promittentem ad implendum id, quod *ho-
neſtè nec turpiter* promiſſum eſt, tamen *ſi reſpectu ipſius ſtipulantis*, propter
violentiam adhibitam, metum incuſſum, &c:, ſint injuſti, horum
obligatio in hæredem jurantis non æquè tranſit, quia ad hæredem
ſicut bona tranſeunt, ita & bonorum onera, non item alia quæ quis
ex oſti-

ex officio pietatis, gratiæ & fidei debuit, siquidem hæc ad illud, quod strictè jus dicitur inter homines, non pertinent. *Grot. 2. de jur. bell. c. 13. n. 17.* Confer Geil. 1. O. 27. *per tot.* ubi tractat, quatenus juramentum defuncti ejus hæredem ab agendo repellat, *g) l. 62. de R. I.* pro qua G parte ergo hęres est, pro ea parte tenebitur. *l. 2. C. de hær. act. Phil. Math. ad l. 74. de R. I. n. 36. & seqq. h)* Qui enim lege *Regiâ vel pactis gentilitiis*, H ipso sanguinis & non hæreditatis jure succedunt, *directò* per defunctum obligari nequeunt *per l. 3. vers. quæ verò non à patre sed à genere &c. de interdict. & releg.* cùm, quod lege datum est liberum, privatus modis omnibus auferre non valeat. N. 22. *c. 33. arg. l. 22. §. 1. de adopt. Magnif. Dn. Reink. 1. de reg. sec. cl. 3. c. 10. n. 18. & seqq.* Magis adhuc hoc dicendum in iis, qui sunt *ex Electione* Principes, cùm in hos nullum jus à prædecessore transeat, sed per electionem novum illis semper formetur, *per c. dilecto. 25. in med. de præb. ibi, intelligitur ad jus quoddam eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur, & cum electo in Canonicum nascitur, & definit cum defuncto.* Certum autem est neminem alterius, à quo sui juris causam non habet, pacto contractuque gravari posse *l. 31. in fin. de pignor. l. 9. pr. ibi, si dominus non patitur, locat. l. 9. C. de fideicomm. Adde arg. ex tit. 9. in fin. ibi, non obligatur successor illius. F. 1. Pet. Ant. de Petra de potest. Princ. fol. 554. n. 195. & fol. 563. n. 251.* Nihilominus uterque tam ex *lege* quàm ex *electione* succedens antecessoris contractu, in negociis Reip. facto, obstringitur (*per c. 1. ibi, prædecessores tuos, de probat. c. abbate. 3. in med. vers. Sed ad hæc pars vestra, ibi; nomine regni facta, de sent. & re judic. in 6. & arg. c. quoniam 14. de off. & pot. deleg.*), non quidem *directè*, quà talis, *per text. suprà allegatos*, tamen *mediatè* & per interpositam Civitatem seu remp. obligantur; quod sic ostendit Grot. 2. *de jur. bell. c. 14. n. 11.*: quòd cùm cœtus quilibet non minus quàm singuli jus habeat se obligandi per se aut per majorem sui partem, hoc jus transferre possit, tum expressè, tum per consequentiam necessariam, puta, imperium transferendo. Hinc scil. illud axioma natum: *Regia Majestas semper eadem est & nunquã moritur. arg. l. 56 de leg. 2.* & hęc ipsa causa est, quare hæc latius hoc loco circa *Realem Majestatem* fuerint explicanda. Sed, ut dictum, in iis tantùm, quæ pro *ratione officii* geri debuere, successor tenebitur *arg. l. 7. §. 3. pro emt.* inter quæ & feudi concessio numeratur, *Magnif. Dn. Reink. d. cl. 3. c. 10. n. 43.*; quod tamen juxta *th. præced. lit.*

ced. lit. c. d. & f. ità intelligo, si infeudatio vel ex consuetudine permissa Principi, vel non tam novi sit concessio, quàm veteris renovatio feudi. Ista autem *ratio officii* non ita videtur hîc ponderanda, ut tum demum hi successores, de quibus agimus, obligentur, si inutilitatem & commodum, non in grave damnum, Reip. cesserint obligationes, quas de iis quæ ad Remp. pertinent sine consensu populi fecerunt antecessores, uti censet *Bodin. 1. de rep. c. 8 fol. 166. circ fin.* Vid. rationem ex Grot. adductam, quam exceptionis loco ponit *Dn. Reinking. ibid. n. 25.* his verbis: nisi sub nomine *dignitatis* contractum sit.

I *arg. c. si gratiose. 5. de rescr. in 6.* *i*) Nec enim ad angustas negociorum gestorum regulas Reip. Princeps sine periculo Reip. redigi potest, ut tum demum contractus ratus sit habendus, si utiliter gestus sit, sed potius in re dubia valebit semper, nisi indubitatè gratiam & ambitionem Principis Reip. nocuisse appareat *arg. l. 12. C. de transact. junct. arg. l. 14 de pact. Grot. 2. de jur. bell. c. 14. n. 12.*, scil. quòd aliàs miserrima foret conditio Principum, si vel omnino non contraherent, vel id cum metu rescissionis semper facerent. *Dn. Reink. d. c. 10. n. 34. & seqq.*

K *k*) Per *successores* abusivè intelligo veros Imperantes & Principes, post tyrannum sceptra tenentes; hos non nisi de *in rem verso*, seu quatenus locupletes facti, teneri dicit Grot. *d. c. 14. n. fin.*

L *l*) Sæpissime enim tyrannorum acta non modò utilia, sed etiam iniqua quæ sunt, rata esse oportere, si salvam Remp. velimus, putat Bodin. 2. *de rep. c. 5. pag. 335.*, exemplo M. Tullii Romanis, occiso Cæsare, suadentis legem Amnestias, seu omnium injuriarum oblivionem. *Vid. Bod.*, *facit l. 3. de off. prat.*

9\. Majestas Personalis *a*) non est reverenda quædam amplitudo ob meritum virtutis & rerum affinium; Sed est *b*) summa, & perpetua, legibusq; soluta potestas, competens in res & personas suæ ditionis.

A *a*) Hanc Lipsii 1. *polit. c. 4.* definit: rejicit cum Kirch. *de rep.* D. 2. *th. 2. lit. a.* Besold. *de Majest. sect. 1. c. 2. n. 1.* Hoc enim sensu & inferioribus magistratibus, ut prætori *in l. 9. de jurisd.* (quanquam de hoc, tanquam de reip. officiali, etiam per metonymiam prædicari potest *Besold. 1. pol. c 2. n. 29.*) aut etiã privatis virtute claris cõpetit. Kerckerm.

quidem

quidem 1.*polit.c.4.circ.fin.*, hanc Majestatem *primam* vocat, alteram autem, quæ est potestas gubernandi, *ortam*. Sed utut unus vel alter virtutis singularis opinione aut famâ sceptra sibi acquisiverit, & augusta authoritas ac celsitudo principis maximi momenti sint, subditorum animis ad obedientiam impellendis, non tamen propriè & per se summæ potestatis illa causa est, sed potius ad aptitudinem ejus, cui sceptra credi debent, spectat, ita tamen ut Majestatem quis habere possit, qui istâ sublimi existimatione aut admiratione destituitur, sic Agesilai imperium Majestatis refertum, persona verò dignitatis expers erat *Plutarch. in Agesil.*; & contrà summa nonnunquã est personæ gloria & dignitas, sed sine *vera* Majestatis possessione, cujus Majestatis *impropriæ* exempla vid. apud Valer. Max. *lib.2.c.10.* Imò *veræ* Majestatis fructus ista est personæ veneratio, quæ etiam *ad exteros se extendit* (*quæ qualis nostri Imperatoris sit nonnihil dictum th.2.lit.a.*), & quam post legitimæ potestatis adeptionem ferè solet largiri DEUS, Althus. *polit.c.19.n.97.* Et hinc est, quòd non injuriâ *Numen*, & *Oraculum* Principibus tribuatur, iidemq. *Dii Psal. 82.v.6.* & sacratissimi, &c., appellentur, quo ipso officii sui *arg.Sapient.6.v.7.&* 8. admonentur *Besold.1.pol.2.n.8.* Est enim *vera* Majestas *divinæ* succedanea, & DEI vicariatus, ob quem qui in Comitatu Imperatoris sunt, *ipsam propemodum Majestatem* pulsare dicuntur in *l. 7. C. de malef.*

b) Potestas hæc jus Dominationis *l.9.ad l.Rhod.de jact.*, Regia manus. B *l.2.pr.de Orig.jur.* Majestas Imperialis *l.fin.pr.C.de ll.*, Imperatoria Celsitudo. *l.5.C.de consul.lib.12.tit.3.* Principalis Majestas. *l.91.de hæred.inst.* augusta Majestas. *l.4.C.de jur.fisc.lib.10.tit.1.* regimentum. *l.unic.pr. de off.præf.prat.* & hodie plenitudo potestatis vocatur, seu, die Römische Keyserliche Macht und Vollkommenheit *Aur.Bull.tit 3.* R.A. zu Speyer *anno 1529.sub tit.* Keyserl. *Constitution* wie Brüder oder Schwester Kinder *&c.& aliis Recessib.passim.* Et hæc ista Majestas potestasq; est, quæ Lege Regiâ in Impp. Romanos à populo translata fuit. *§.sed & quod principi. I.de Iur. N.G. & C.l.1.pr.de const.princ. junct.l.unic.pr.ibi, regimentis reip.ad Impp.perpetuò translatis.de off.præf.prætor.* Hæc definitio in th. seqq. pleniùs explicabitur. *Vnicum hoc addo, hanc definitionem* ideo Majestati *Personali* propriam esse, quòd ipse Populus, quatenus ante constitutionem & fundationem reip., seu ante ele-

ctos sibi Imperantes consideratur, legibus solutus dici non possit; cùm omnis legum sanctio naturâ ab Imperantibus sit, *ut ex Aristot. Top. lib. 6. c. 4. docet Paurmeist. 1. de jurisd. c. 3. n. 22.*

10. Dicitur autem Majestas Personalis 1. *summa*, quòd in ordine *administrandæ* Reip. *a)* nulla post DEUM eâ sit superior, non verò *comparativè* ad vasallos, seu se inferiores *b)* potestates, nec *exclusivè* ad exteras *c)* Resp., nec ratione protectionis *d)*, nec deniq; ob pactum annuæ *e)* pensionis.

A *a)* Dictum est *th. 5. lit. b.* quatenus utraq; Majestas tam *Realis* B quàm *Personalis* summa sit *b)* quasi hæ itidem legibus solutæ essent, quod falsum. Sed sine comparatione Majestas dicitur *summa*, uti DEUS *summus* maximusque dicitur, licet unus sit *Kirchn. de rep. D. 2. th. 3. lit. C.* Hinc alterius Vasallus, nisi alias etiam ditiones habeat, in quibus superiorem non agnoscat, Majestate omnino destituetur. *Dieter. de summa Imper. potest. concl. 13. & 14.* Alii distinguunt inter Vasallum Ligium & simplicem: Illum nunquam Regem absolutè fieri aut esse posse, modò Ligius propriè juxta consuetudines feudales accipiatur; Simplicem autem vasallum fieri posse, si inter regnum & personam regis distinguatur; ut enim regnum absolutum sit, quod ex persona regis deterius fieri non possit: tamen persona regis, qui homagium fecit alteri, Majestatem illibatam non retinet. C *Vid. Arnis. de jur. Maj. c. 5. & præcipuè n. 17. & 18. c)* quasi necesse esset totum terrarum orbem unius subjici Majestati, ut hanc qui habeat ejusdem territorium eisdem, quibus Solis cursus, finibus circumscribatur *Besold. lib. 1. Polit. c. 2. n. 22. & de Majest. sect. 1. cap. 4. n. 1.* qualis nondum extitit ulla, nec etiam Romana, cujus quidem imperium sub Trajano florentissimum latè patuit, neque antè aut postea majus extitit, nec tamen totum mundum, imò ne dimidium quidem trium notissimarum orbis partium occupavit; *(limites hujus imperii describit Bodin. method. histor. c. 7.)*: pro quo nil facit *l. 9. ad l. Rhod. de jact. l. 1. pr. C. de summ. trin. l. 6. pr. ibi: per omnia loca C. de his qui ad Eccl. N. 50. circ. fin. pr. l. 4. vers. quæ enim differentia. C. de quadr. præscr. c. in apibus 41., 7. q. 1.*; falsè enim regerunt exteri, quòd in re sua, nec testimonii dicendi

cendi *l.10.C.de test.* nec judicandi *t.t. C.ne quis in sua cauſ. judic.* facultatem ulli jura concesserint; Verùm cùm ipse Imp. alios liberos populos esse fateatur *arg.l.4.pr.C.de commerc.l.7.§.1. de captiv. & d.l.1.pr. ubi Gotofr.C.de summ.trin.* & ipse se ab arrogantia & iniquo finium regundorum arbitrio egregiè vindicat, & nobis *dd.ll.* non de *terrarum*, sed *Romano* orbe *arg.l.17.de stat.hom.l.fin.ibi, urbibus R.Imperii, C. de ædif. priv.* intelligendas relinquit, synechdoche certè non nimis hyperbolicâ *Viet. de cauſ. exemt. concl.* 1. *tum* ob immensam latitudinem Imperii, si prisca respicias tempora, *tum* si hodierna, ob gloriam & dignitatem quà omnes Reges mundi antecellit; Imò propter tremendas adhuc universo orbi Imperii vires; Coite solùm viri Principes, *ait Vietor de exempt. concl.* 3. *in med.*, & trepidabunt vires vestras exteri, qui ob intestinas liticulas vilescere cepistis. Nec subsistere hîc potest *Hispanorum* opinio, salutare orbi universo statuentium, si unius teneatur Imperio; quod impossibile esse omnia secula, maximè conatus Alexandri M. frustra totius orbis imperium invadentis, usque huc demonstrârunt. Sic grues & apes ducem sibi eligunt semper, non plures, nec tamen ex toto orbe confluunt apes & grues, ut regē unum eligant, sed suis alvearibus aut catervâ contenti sunt, singuli apum gruúmq; reges *d)* non n. in clientes & fœderatos, licet non æquo fœdere in amicitiam venerint, statim Majestas porrigitur. *l.7.§.1.de captiv. & postl.rev.Besold.de Maj.sect.1.c.4.n.9.* *e)* neq; n. hujus præstatione suam quis sibi consumit Majestatem, qui illâ hostis excursiones & devastationes redimit, qualis & à Turca præstatur Regi Æthiopum. *Dieter.de sum.Imp.pot.concl.17.Besold.d.loc.n.fin.* D E

Dicitur 2. *perpetua* Majestas, quia est irrevocabilis *a)* nec temporanea; unde Dictatori, cujusvis Regis Tutoribus, aut nostri Imperii Vicariis nulla *b)* competit Majestas; Imò nec legato regis, cui ad vitam *c)* summa potestas permissa. Potest tamen Princeps ex causa vel deponi, vel ipse Majestate se exuere *d)* sponte, (*quod Imperator noster facit e) de consilio Electorum*), adeò ut in regno *hæreditario f)* Princeps etiam præjudicet liberis, ubi II.

 verò

verò ex lege *successio est linealis*, ibi renunciatio Patris *assentiente populo* g) *& agnatis* h) solùm non natis i) liberis jus succedendi aufert.

A a) Ratione scil. intentionis conferentium, *arg. l. 1. de jur. dot.*; perinde ut nuptiæ, propter votum matrimonium ineuntium, individuam vitæ consuetudinem continere dicuntur §. 1. *I. de patria pot.*, licet præter spem divortium nonnunquam graves ob causas patiantur. Unde labuntur qui dicunt, Populum Romanum, *si velit*, adimere seu revocare Principis imperium posse; Eo ipso enim, quòd Populus in Principem transtulit Majestatem, ex suâ naturâ *perpetua* illa existit, *regimentis Reip. ad Imp. perpetuò translatis*, ut dicitur *in l. unic. pr. de off. præt. prætor. Besol. 1. polit. 2. n. 30. Magnif. Dn. Reinking. 1. de reg. sec. cl. 2. c.*
B *2. n. 55.* b) quia enim his ad tempus tribuitur summa potestas, non Majestatem, sed potius ejus custodiam & curatelam ac summum Magistratum non Principatum accipiunt. *Bodin. 1. de Rep. c. 8. pr.*; aliter ac sentit Grotius 1. *de jur. bell. c. 3. n. 11.* quòd ad summã rei nihil intersit potestas temporanea an perpetua sit, modò *summa* sit, nec ejus
C actus ab alio irritus reddi possit. c) Licet enim in regibus, qui suffragio populi creantur, ideo Majestas perpetua sit, quia ad vitam ipsorum durat; non tamen ob id legato regis aut præsidi Majestatem inesse dicemus, si summa omnino potestas ad vitam permittatur illi *à Principe* (puta, per prorogationem summi Magistratus, aliàs temporarii) cùm hanc nihilo magis retinere diutius possit, quàm quoad principi videbitur, cui voluntatem mutare integrum. *arg. l. 22. pr. de leg. 3. A populo* si id fiat secus esse putat Bod. 1. *de rep. c. 8. fol. 128.* nisi summum imperium vel expressè, vel sub magistratus, curatoris, legativé appellatione, vel precariò, alicui ad vitam tribuatur, quòd populus alteri omnia jura Majestatis sine conditione donans, suâ se sponte imperio spoliâsse præsumatur *arg. l. 4. C. de donat. quæ sub mod. Ratio diversitatis* ex *l. 2. §. 11. de Orig. Iur.* hęc dari posse videtur, quòd cùm difficiliùs in magna turba hominum Reip. consulatur, atq; ob id necessitas ipsa ejus curam ad pauciores deducat, faciliùs præsumatur populus *imperio se privâsse*, si per unum necesse sit Reip. consuli
D d) De depositione aliorum regum alii disputant, vid. allegatos *th. 6. lit. E.*

lit.E. De nostri Imp. infr. th. 30. De renunciatione Imperii non quidem legem expressam (*uti de Pontifice est c. quoniam. 1. de renunc. in 6.*) sed exempla habemus in Imp. Rom. plurima *vid. Limn. 2. de jur. publ. c. 11. n.* 8.; inter quæ est Caroli V. *anno* 1558., R. A. 1559. *inpr.*, *Vel anno* 1556. (*quo primam Imperii cessionem à Carolo Ferdinando factam patet ex Rescripto Suburgi in Zelandiæ facto, quod extat apud Goldast. 2. Constit. Imper. fol.* 201.) ad omnem posteritatem memorabile. Non tamen ejusmodi renunciatio fieri debet *in manus Pontificis*, sed Electorum, uti Carolum V. fecisse constat. Qui actus Carol. V., & admissus & approbatus ab Electoribus Imperii Romani, vim legis obtinet, ita ut sequentibus Impp. Rom., volentibus renunciare Imperio, *hoc in manus Electorum* facere perinde permissum sit, acsi hoc Constitutione Imperiali constitutum esset, *ut ex Schrad. de feud. p. 10. sect. 3. n. 177. dicit Matth. Steph. 2. de jurisdict. p* 1. *c. 1. in princ. n.* 150. Inaudita quidem tunc temporis in novi Romanor. Imperat. Ferdinandi I. Legatum Martinum Gusmannum fuit Pontificis morositas, quem ab Imp. missum, ut de Caroli fratris abdicatione, & sua in Augustum inauguratione Pontificem Paulum IV. edoceret, simulque antiquam majorum erga Sedem Romanam officio consueto observantiam testaretur, non antè admittere voluit Pontifex, quàm intra tres menses à Ferdin. I. mitteretur procurator cum plenis mandatis, quibus declararet, se iis, quæ tum circa Caroli V. ejerationem, tum suam inaugurationem Francofurti acta essent, tanquam nullius momenti, eò quòd non intervenisset in iis S. Sedis authoritas, renunciare, rémque omnem Pontificis arbitrio permittere. Verùm, cùm Legato suo rescripsisset Imperator, ut, nisi post triduum ab accepto mandato à Pontifice admitteretur, Româ discederet, ad humanitatem redüt Pontificis arrogantia, à quo tandem Gusmannus, non publicè sed privatim *tanquam legatus Cæsareus* (*non enim aliter voluit*) auditus est coram 7. Cardinalibus, ubi Pontifex ob causæ gravitatem prolixè se excusavit, quòd nō prius petitioni ejus satisfecisset. *Vid. Thuan. lib.* 21. *historiar.* Nec injuriâ tam sublimis & nullo jure affectati juris spem deposuit Pontifex: Nec enim Imperator Imperium à Pontifice, sed ab Electoribus accepit. *c. 1. pr. c. 4. §. 2. Aur. Bull. Daniel Otto de jur. publ. c. 10. fol.* 300. Non tamen superioritatem eam, cujus inferior

non

non est capax, Imp à se abdicare potest, retentâ scil. dignitate Imperatoriâ. *Hillig.ad Doneil.* 17.*c*.2.*lit.b.in fin.* Aliter se res habet cum magistratibus inferioribus *per l.ult.C.de defens.civit.l.pen.de off.præs.* e) *Vid.*
E R.A.1559.*pr.ibi:* Mit vorwissen deß H. Reichs Churfürsten verlassen/
F resignirt vnd übergeben. *Add.Limn.d.c.*11.*n.*14. f) distinguit ita Grot.
G 2.*de jur.bell.c.*7.*n.*26. g) Linealis successio est, ubi juxta linearum ordinem in infinitum admittuntur, ob transmissionem futuræ hæreditatis, etiam qui ab ultimo possessore remotissimo gradu distant, dum à primo rege descendant *Vid.Grot.ibid.n.*22.*&* 23. Bortius *de nat. jur.Maj.c.*2. *concl.*13. linealem successionem videtur explicare; quòd sit successio ex lege, quâ quilibet ex propria persona succedit, non *ut hæres defuncti sed jure sanguinis*, exemplo feudi ex pacto & providentia. Est ergo hæc successio, quod ad parentes attinet, necessaria non voluntaria.
H h) Conspirante & patris & populi voluntate jus nondum natis præcidi statuit. Grot. *d.loc.*; quod tamen quoad omnimodam eorum exclusionem non videtur, nisi vel pater ultimus familiæ nomen sustinuerit, vel eorum, qui præter parentes adhuc de genere & familia supersunt, accedat suffragium; quæ enim non à patre, sed à genere filiis tribuuntur, ea manent eis incolumia non obstante facto patris, *ut est in l.*3.*de interd.* Et ut parentis interest successionem ad liberos transmitti, ita & familiæ interest, ad omnes qui de familia sunt eam pervenire. Hactenus tamen parentum consensus cum populo hîc videtur officere nascituris, ut ad successionem non antè aspirare queant, quàm reliquis omnibus, qui tempore hujus abdicationis de familia erant, eorumque descendentibus præmortuis, illi eorumque descendentes soli supersint, qui supremum tumulis familiæ inducturi sint nomen, *pro quo elegans videtur arg. in l.*77. §.27.*pr. ibi, qui non vendidit, cæterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, integras petet, de leg.* 2.*junct. l.*7. §.*ult. de senator., ubi qui avum habet senatorem, licet ob id, quòd ejus pater ante ejus concessionem dignitatem senatoriam amiserit, non nascatur filius senatoris, nascitur tamen senatoris nepos.*
I i) Qui enim jam nati, eis cum ipso ortu jus proprium quæsitum est lege irrevocabile.

32. Dicitur 3. *Legibus soluta Majestas*; quo ipso satis excluditur Jus divinum, naturæ & gentium a) Unde Princeps

non

non minus delinquendo *b)* quàm contrahendo *c)* ***tum*** ipſe: *ſed non civiliter* *d)* obligatur, ***tum*** alios ab horum jurium obligatione ſolvere *e)* nequit. Solutum autem legibus eſſe eſt non tantùm, legibus, ſed & imperio alterius, non teneri *f)*; quâ poteſtate ita uti debet Princeps, ut legibus vivat *g)*, niſi quòd jure earum minutias ſpernit, *h)* & ubi neceſſitas poſtulat, extraordinarium, *i)* ſed liberum *k)*, habeat ſtatuendi arbitrium.

a) Obſervandum enim eſt Leges hîc non abuſivè & largo modo accipi, ſed prout in politica & juriſpr. ſemper ſibi annexam habent *δύναμιν ἀναγκαστικὴν* *l. 1. 2. & 7. de ll.* Hinc rectè ex Sen. Arniſ. *1. Polit. præf. de rat. ord. n.* 13. Leges ſunt virtutes ſed armatæ pœnis. *l. 7. de ll. c. facta. 1. diſtinct.* 4. citra quas non leges, ſed præcepta ſunt, uti hæc in jure contradiſtinguuntur *l.* 114. §. 14. *de leg.* 1. *Riem. ill. qq. dec.* 1. *q.* 7. Licet ergo juri divino, N. & Gent. ſubjectus ſit Princeps, tamen illi ſub *ſolius conſcientiæ & honeſtatis* vinculo; non autem ut legi, *ſub obligatione civili* ſubjicitur, etſi ipſum naturæ & gentium præceptū lege civili approbatum ſit, cùm illa neceſſitas, ſeu civilis obligatio, quæ præcepto Naturæ per legem approbantem accedit, in ordinem cogere non poſſit eum, qui ipſe in Reip. ſedens puppi clavum Imperii torquet *arg. l.* 13. §. 4. *ad SC. Trebell. l. 4. de recept. l.* 40. § *ult. in fin. de fideic. lib. l.* 7. § . *8. in fin. de donat. int. vir. & uxor. l. 8. de O. & A. l.* 22. *pr. de leg.* 3. quis enim tantæ autoritatis eſt, ut nolentem principem poſſit cogere; *ut dicitur in c. anteriorum.* 29. *poſt pr. verſ. quod enim.* 2. *q.* 6. *& à Iuſtin. in N.* 23. *c.* 2.: & ſcitè Bort. *de nat. jur. Maj. c. 3. concl.* 15., legibus, *inquit*, quæ communi hominum naturæ immutabiliter impreſſæ ſunt, ſubjectus eſt Princeps, verùm non *ut privatus* cui ſat eſt parere, ſed *tanquam Rex qui alios adigat* ad obſequiū. Et licet contra Riem. *d. loc.* cum *Grot. 2. de jur. bell. c.* 20. *n.* 38. *& ſeqq.* diſputes, populum alterius populi ſcelera bello vindicare poſſe, tamen id nec ſubditis concedit, nec ex juriſdictione civili, ſed ex jure naturali id tribuit, nec ſine ſuſpicione injuſtitiæ id ab ullo fieri poſſe fatetur. *n.* 43. *b)* Fœda iſta vox Anaxarchi eſt, quâ Alexandro blandâ oratione perſuaſit: Juſtitiam ob id Jovi aſſidere, ut intelligeretur nihil à Principibus injuſtè fieri poſſe: Unde

A

B

rectè Bodin. 1.*de rep.8.pag.*153., Capitalis, inquit, Anaxarchus; & certè dignus, qui crudelissimo supplicii genere plecteretur, ac principum *justitiam illam* in se ipso experiretur; cùm enim in potestatem Cypri Regis, cui omnium infensissimus erat, incidisset; Rex illum incudibus superpositum malleis contundi jussit. Veriùs Seneca, *Cæsari cùm omnia licent*, inquit, *propter hoc minus licet*. Et Psalmistes Ps. 2.v.10: Reges animadvertite, eruditionem percipite ô judices terræ: Colite Jehovam cum reverentia, & exultate cum tremore &c. Unde, *licet vera sententia* sit, Davidem adulterii pœnis à nemine subjugari potuisse, non tamen hæc verba Davidis *Psal. 51. v. 6. Tibi Domine soli peccavi & malum coram te feci*: ita explicanda censet Besold. *de Majest. sect. 1. c. 8. n. 11. (uti fit in c. totum. 24. de pœnitent., & frequenter à Politicis)* quasi dixerit; Rex cùm sim, tutus sum regiâ potestate, Tibi, Domine, soli *peccavi*, tuus reus sum, à te solo aut damnandus aut absolvendus. Neque enim sequi putat, Princeps à subditis puniri nequit; E. illos injustè offendens, in eos haud peccat; quod omnino facit, cùm reciprocum cognationis, quam inter homines instituit natura *l.3, de I & I.* vinculum violet. Sic Saul peccavit in Gibhonitas, & fuerunt ii expiandi sanguine posterorum Saulis. 2. *Sam.* 21. *v.3.* Sic Pharao dicit Mosi & Aharoni, subditis suis: Peccavi in Dominum Deum vestrum & in vos *Exod.* 10. *v.* 16. Idem arguit apologus Nathanis 2. *Sam.* 12. *v.* 7. *& 9.*, quo adversus Davidem utitur. Credit ergo Besold. Christianæ fidei convenientius, si hîc sit sensus Davidis; Tibi, Domine, soli cœcum domus scelus retectum erat, cùm adhuc nondum palàm esset; Vel cum Savonarola hoc modo; Cùm tu, Domine, solus diligendus sis *propter te* & creatura amanda *in te & ad te*, equidem tibi *soli* peccavi hactenus, quòd *propter se* creaturam amavi.

C c) Quid n. tam congruum fidei hominum, quàm ea, quę inter eos placuerunt, servari. *l. 1. pr. de pact. l. 1 pr. de const. pec.*, pręsertim à principe, cujus fides publica præ cæteris inviolabilis servanda *arg. l. 5. § . 1. de pact. l. fin. in med. ibi: jure igitur perpetuo publici contractus firmitate. C. de locat. præd. lib.* 11. *tit.* 70. & sub authoritate Principis aliquem in contractu decipi nefas est *per l.* 14. *C. de omni agr. desert. lib.* 11. *tit.* 58. vel principali authoritate circumscribi, *per l.* 1. *in fin. C. de his qui ven. ætat.* Et aliàs nemo cum principe esset contracturus, & exul esset

qui

qui est omnibus præsul. Hominum enim carere commercio inter maximas reputatur calamitates, *arg.l.24.§.1.de minor. P.Anton. de Petra de pot.princ.fol.528.n.66.& fol.529.n.72.* Et hæc ratio est, quòd Dd. omnes contractus, qui alioqui sunt stricti juris, cum Principe initos naturam bonæ fidei habere scribant, *Gotofr.ad N.105.c.2.in fin.*, scil. ut privatis ad contrahendum cum Principe lubentiam adferant majorem. Unde & Bodin.1.*de rep.c.8.fol.156.*vult, in judiciis, cùm fides Principis agitur, privatis potiùs, quàm Principi, consulendum.

d) Utut enim delictis etiam de I. naturæ suæ præstitutæ sint pœnæ in flagitiosos, nondum tamen inde efficitur, & Principem iis subjici, cùm hunc ordinem Deus & natura esse voluerit, ut ipse esset *scelerum vindex*, & pœnas, quas natura dictat, civili sanctione in civitatem receptas *exequeretur*, non autem ab alio pateretur, ne sum̄a imis, periculosâ ob malitiam hominum confusione, miscerentur. *Vid. lit. A.* Quò respicit illud Aurelii: *Magistratus de privatis, de Magistratibus Princeps, de Principe solus Deus judicat.* Et licet apud Hebræos Regi peccanti non quidem â lictore sed â læso inflicta verbera; ea tamen apud illos infamiâ caruisse & â rege in signum pœnitentiæ sponte suscepta, modo iis ab eodem statuto, dicit Grot. 1.*de jur.bell.c.3.n.20.in med.* Ut *delicta*, ita nec *contractus Principum* necessitati civili seu vinculo juris suppositi esse possunt, eâdem ratione. Plurimi quidem Interpp. ut & *Cluten.in syll.rer.quotid.concl.18.lit.D.cum Vasq.& Pruckm.* civilem obligationis nexum in Principis contractu agnoscunt, & Grot.2.*de jur.bell.c.14.n.6.*, non tamen eo sensu, ut etiam in foro actio inde detur; quam videtur & concedere Bodin.1.*de rep.c.8.fol.156.& seq.* ob duplicem obligationem, quarum altera sit naturalis *l.1.pr.de pact.* altera, propter principis dignitatem; ubi ob id Canonistas reprehendit. Unde nonnulli dicunt, Principem in contrahendo considerari ut privatum, cùm & bona ejus quoad quædam dicantur privata *l.2.§.4.ne quid in loc.publ.* & correlativorum idem jus sit *arg.l.fin. pr.C.de indict.viduit.toll.*, nec contractus debeant claudicare *arg.l.5.pr. de resc.vend. P.Ant.de Petra de potest. Princ.fol.527.n.61.& fol.528.n.65.* Verùm communiter aliud placuit, teste Grot. *d.loc.* Cùm enim debitor non intelligatur, nisi *à quo invito* exigi possit *l.108.de V.S.l.8.de O.& A.* & *sola* obligatio *civilis* sit mater actionum *arg.l.1.§.2.ibi: man-*

dati actionem parit, de procurat. junct. pr. I. de oblig. Bacchov. *de Action.* D. 1. *th.* 13. *Wesemb. in* π. *de O. & A. n.* 8 *in fin.*; nulla autem coactio sit in Principem N. 23. *c.* 2.; apparet nec obligationem civilem in eum cadere posse. Et *Ratio* manifesta est; cùm enim civilis contractuum obligatio omnem suum nexum á legibus habeat, *d. pr. ibi, juris vinculum. I. de oblig.*, legibus autem superior sit princeps *l.* 31. *de ll.*, non possunt contractus catenas Principi injicere, quas leges in eum fabricari nequiverunt. Ea tamen est indoles laudati Principis (nam, *Qui rectè faciet non qui dominatur erit Rex*, ait ex Auson. Arnis. 1. *de Majest. c.* 3. *n.* 9.) ut, non omne quod citra legum metum ipsi licet *arg. l.* 144. *de R. I.*, sed legibus Principatum submittere *l.* 4. C. *de ll.* honestum arbitretur; Unde cùm judicium non nisi *in invitos* reddi soleat *l.* 83. §. 1. *de V. O.* ipse imitatione quâdam judicii *vel ipse* in propria causa (*secus ac fit in veris actionibus & judiciis t. t. C. ne quis in sua caus. judic.*) jus dicit *arg. l.* 41. *ubi Gotofr. de hered. inst.* §. *fin. I. de vulg. & pupil. subst. l. pen. de his quæ in test. delentur*; *Vel etiam* inferiorum de se (*exemplo Dei Esa.* 45. *v.* 20. & 21.) sententias audire non abnuit, uti indicat *l.* 2. *C. si advers. fisc.*, non quòd per se æquitatis non sit cupidus, sed ut adversario omnem de se, quantum sine violatione Majestatis licet, querendi causam adimat, *sponte* judicatum soluturus. *De nostro Imperatore* an conveniri possit? alibi dicetur.

E *e*) Ejus enim est solvere (vulgò *dispensare* dicitur) cujus est ligare. Princeps ll. divinarum & naturæ non autor, sed executor est, & Judex, *Bort. de nat. jur. Maj. c.* 3. *concl.* 15., quem convenit secundum ll. judicare, nec illis clementiorem esse N. 82. *c.* 10. nihil ex arbitrio suo facere & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta leges & jura pronunciare, sicut se habet negocii natura, decernere, obsequi legibus, non adversari, examinare causæ merita, non mutare, *ut dicit c. judicet.* 4., 3. *q.* 7. Declarare quidem eas ll. & mitigare ob justas & legitimas causas potest, sed hoc propriè non est dispensare contra jus divinum vel naturę, quod istas circumstantias non respuit.

F *f*) Fieri enim potest, ut quis omnibus civitatis suæ legibus, ac magistratuum omnium imperiis solutus sit, qui jura Majestatis non habet; uti Pompejus lege Gabiniâ solutus est legibus, cùm imperium ei extra ordinem datum esset in annos quinque, ut adversus piratas bellum gereret, *ex Plutarch. in Pompejo Bodin.* 1. *de rep.* 8. *pag.* 132.

Legis

Legis ergo verbo *imperium* significatur ejus in quo Reip. majestas inest. Argutè id significavit Tiberius his verbis ad Senatum: *Non aliter ratio constat quàm si nulli reddatur.* g) Uti de I. Naturæ Princeps ratione *honestatis naturalis* obligatur ut homo, ita licet invitus juris merè positivi nexibus princeps innodari nequeat *l.31.de ll.Nov.105.c.2.in fin.*, nihilominus *Civilis honestas & ipsum regis officium*, quod in aliis damnat, nec Principi, quoad *ordinariam* ipsius potestatem *Besoid.1.polit.2.n.32.33.& 34.* licere permittit. *l.4.C.de ll.l.3.C.de testam.l.4.C.ad l.Falcid.l.23.de leg.3.l.ult.qui test.fac.poss.l.6.7.C.eod.l.pen.de hæred.inst.arg.l.60.§.1.de cond.& dem.l.6.pr.l.22.§.2.de I.fisc.l.2.& 3.C.ne fisc.vel resp.* Justa enim tum est vocis principalis authoritas, si quod populis prohibet, sibi Princeps licere non patitur *c.justum 2.distinct.9.* Et, malus est, qui ex magna fortuna præter licentiam usurpat nihil. *Tacit.4.annal.* Contrà autem, facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet, cúmq; sit imperio maximus exemplo major est, *Paterc.lib.2.ad fin.* h) *solennitates* enim optimâ ratione etiam ex *ordinaria potestate* neutiquam dignari exemplo suo debet, *per l.3.ibi, licet.C.de testam.arg.l.pen.C.de donat.int.vir.& uxor.l.34.in fin.pr.& auth.seq.item.C.de donat.N.52.c.2.*, *§ ult.I.de usuc.*; imò insuper alia ordinario jure privilegia habet *arg.tit.C.ne rei domin.vindic.temp.&c.& tit.C.de privil.dom.Aug.lib.11.tit.74.*, quæ quia & Augustæ tribuit *l.31.de ll* à plenitudine potestatis differunt *Besold.d.n.34.in fin.* Qui enim suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborat, quare non habeat dignam suâ prærogativâ fortunam, uti est in *l.3.circ.fin.C.de quadr.præsc.* i) Tempora scil. incidunt, quibus aliud ex ll. & receptis moribus, aliud ex salute & utilitate publica dicendum est, cùm reciprocus humanarum rerum æstus sursum deorsum omnia vertat, *Leo in N.procœm.post pr.*; his ergo ut servire possit Principi jus esse debet. *Extraordinarium* autem illud est, quia ut ipse DEUS, non nisi rarò naturæ ordinem à se constitutum transgreditur & *miraculosè* agit, ita & Principi in rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est. *l.2.de const.princ.* Imò prudens princeps licet prosit subditis plenitudinem usurpari potestatis, id tamen haud facit nisi iisdem sit gratum, exemplo Henrici Magni Galliarum Regis *Besol.de Maj.sect.1.c.7.n.14.*

G H I

Princeps enim quærat amorem apud populum, metum apud hostes, *Tacit. 11. annal.* In hoc denique à tyranno differt bonus Princeps, quòd ille extraordinariâ seu absolutâ potestate utitur, cùm non debet *Besold. 1. pol. 2. n.* 40. Hinc quæcunque princeps etiam largiter concedit, secundum jus commune concessa videntur. *l. 35. pr. de inoff. test. arg. l. 6. pr. ibi: etsi Imperator fuerit qui injunxerit. de excusat.* & ad id reducuntur, etiam contra verborum proprietatem *arg. c. causam quæ. 18. de rescr.*, facit. *l. 11. de in jus voc. Geil. 1. obs. 33. n. 6.* ut quàm minimum alteri obsint *c. super eo 15. de off. deleg. l. 2. §. 10. & 16. ne quid in loc. publ.; prolixè P. Ant. de Petra fol. 625. & seqq.* Non enim semper Princeps velle censetur quod potest, *arg. l. 40. pr. de judic.* Hinc *Primò*, si non exprimat in rescripto Imperator, se ex *plenitudine potestatis* statuere, illa non præsumitur. *Geil. 2. O. 56. n. 13.* (uti nec *reliquæ clausulæ*, demonstrantes voluntatem Principis, *Petra de potest. Princ. fol. 627. n. 5., de quibus paulò post*), nisi fortè sit casus, qui sine illa ex ordinaria potestate explicari nequeat *arg l 109. pr. de leg. 1. Geil. ibid. n. 16.* (*quam tamen limitationem post alios impugnat Fachin. 8. contr. 63. vers. tertia deniq; sententia.*) Verùm Amplifs. Dn. Grævæus *ibid. consid. 3. n. 4. 5. & 8.* sublimitando eam admittit; si 1. Princeps de jure tertii sit informatus; 2. sciverit: *quod tamen in dubio præsumunt arg. l. 19. pr. ibi: quod in nostris est scriniis. C. de test.*) se ex ordinaria potestate actum illum facere non potuisse; 3. non solùm actus iste, remotâ plenitudine potestatis, sit nullus, sed & defectus sit expressus. 4. ne quidem pro parte actus de jure communi sustineri queat. Neque *Secundò*, clausulâ (*motu proprio*, de qua *in l. 1. circ. fin. C. de petit. bonor. sublat. c. si motu proprio 23. cum seq. de præbend. in 6.*) rescripto, licet publicã cõcernenti utilitatem, adjectâ rescriptum ad præjudiciũ tertii extenditur *arg. l. 7. C. de prec. Imp. off.*, sed saltem contra ipsum Principem explicatur, *per l. 3. de const. princ.*, ut dicatur derogatum legi & juri fisci. *Vid. P. Ant. de Petra de potest. Princ. fol. 633. & seqq.* Imò *Tertiò*, licet Princeps per clausulam (*ex certa scientia arg. l. 57. verb. fin. de re re judic. & clem. unic. de probat.*) vel hanc (*de plenitudine potestatis*) vel denique hanc (*non obstante tali lege, & facto*) præsumatur velle tollere jus alterius, tamen cùm hæ clausulæ etiam preter mentem Principis ex styli consuetudine literis Imperialibus passim inseri cõsueverint, parùm illas operari notat Petra. *d. tr. fol. 645. col. 2. in med., ubi & in seqq.*

in seqq. de his clausulis latè agit. Illud verum est, licet *Extraordinaria* sit hæc potestas, tamen, si quid Princeps *pro absoluta* potestate *expressè* faciat, præsumi in dubio justam causam *arg. l. 3. C. de crim. sacril. l. 2. §. 16. ne quid in loc. publ.* k) Liberum dico, quia nullis juris publici (*nisi ejus quod realem Majestatem concernit; Besold. 1. polit. 2. n. 4. in fin.*) regulis limitatur *arg. l. 16. de ll. & l. 3. C. de primipil. lib. 12. tit. 63.*, & internè *conscientiæ*, externè *pudoris* sepimentis solùm coercetur. *Besold. de Maj. sect. 1. c. 7. n. 11.* Conscientiæ ratio cùm hîc haberi debeat, meritò Bodin. 1. *de rep. c. 8. pag.* 160. illos improbat, qui absolutâ potestate principis quidlibet ferè fieri posse volunt; verùm hæc non est plenitudo *potestatis*, sed *tempestatis*. Quia verò liberè aptat Princeps Reip. leges secundum naturæ varietatem N. 73., *in præf.* §. 1. N. 74. *in pr.*; hinc aliquid 1. in leges (*eas vel abrogando, vel iisdem derogando sive partem legis tollendo, vel subrogando sive iis adjiciendo, vel obrogando sive mutando in legibus, per l. ult. de constit. pr. junct. l. 26. 27. & 28. de ll.*) 2. præter leges (*omnia, quæ lege & jure certo definita non sunt, regiâ manu gubernando, arg. l. 2. §. 1. de O. Iur.*) 3. contra leges (*actus suos iisdem non confirmando arg. l. 32. §. 1. ibi, quid interest, de ll.*) decernere potest. Si in leges, *expressè*, si præter vel contra leges aliquid statuit, *tacitè & implicitè* se dominari legibus ostendit. K

Hodiernus Imperator leges Imperii fundamentales & Recessus servare tenetur *a*), reliquis solutus legibus manet, *b*); Unde adhuc sine insinuatione donare, absque solennitatibus testari, & dispensare *c*) de jure communi, &c., potest. 13.

a) *Tum* per §. wir sollen vnd wollen auch 2. *Capit. Carol. V. Ferdin. II. & III.* quo disertè id promittit Imp., *tum* per communem in fine omnium Recessuum adjectam clausulam *in* §§. Solches alles vnd jedes / so obgeschrieben stehet / vnd vns als Römischen Keyser betrifft / gereden vnd versprechen wir bey vnsern Keyserlichen Würden vnd Worten / stet / fest vnd vnverbrüchlich zuhalten / vnd zuvollenziehen / dem stracks vnd vngeweigert nachzukommen vnd zugeleben / quâ tanquam ex contractu obligatur, uti id explicat *Magnif. Dn. Reink.* 1. *de reg. sec. cl. 2. c. 2. n.* 107.; & probatur ex R. A. anno 1500. in fin. §. vnd wir Churfürsten / &c. bekennen daß obgenanter vnser allergnädigster A

ster Herr der Römische König / die obgeschriebene Ordnung / Satzung/vnd Articul/mit vnsern Raht / Willen/ zugeben vnd annehmen gesetzt vnd gemacht/vñ sich auch dero mit vns vnd wir mit seinen Königlichen Gnaden/in Contractsweise verpflicht vnd verschrieben haben. *Add.* R. A. 1512. *in fin.pr.ibi*, gegen vnd mit einander vereinigt/
B verpflicht vnd vertragen. *b*) quod enim mutatum non est, quare stare prohibetur. *l.27. C. de testam*; nec exceptionis natura est, ut o-
C mnem destruat regulam *arg.l.1.de R.I. Arum.in disc.7.de I.publ.* c) *Vid. Magnif. Dn. Reink. 1. de reg.sec.cl.3.c.12.n.32. & seqq. Carpzov. de capitulat. c.12.n.8.*

14. Dicitur 4. Majestas *competens in res & personas suæ ditionis*. Hinc extra ditiones suas Majestas nihil *a*) potest. Similiter in territorio suo de exteris non *b*), nisi ibidem vel contrahentibus *c*), vel delinquentibus *d*), vel bona possidentibus *e*), statuere potest. Civibus autem, eorumq; bonis an etiam extra territorium leges dicere possit dubitatur? quoad collectas *f*) & actuum solennitates, uti testamenti, &c, *g*) hoc quidam volunt. Sic & quædam civium privilegia etiam in aliis *h*) regnis valent.

A *a*) Non enim licet cuiquam supra jurisdictionem suam jus dicere *l. fin. (ubi Gotofred.) de jurisdict.* nec potestatem fascium extra metas territorii extollere *l. 53. C. de decurion. lib. 10. tit. 31. add. arg. l. 30. §. 1. ibi: præsidis ac prætoris, de excusat. junct. l. 27. pr. de tutor. & curat.*; sicut enim limitatur potentia causæ, sic etiam limitatur effectus *arg. l. 22. §. 1. de adopt. Geil. 2. O. 124. n. 6.* Et hoc est, quod dicitur *in l. 1. pr. C. de summ.* cunctos populos, *quos clementiæ nostræ regit* imperium, volumus &c.; neque enim *Romanæ ll.* alios quàm *Romanos cives* obligare possunt, secus ac quidam sentiunt, *Treutl. 1. D. 1. th. 5. lit. a.*, licet earũ frequens usus sit apud alias gentes; verùm non tanquã *legum*, sed tanquam *juris*, ut distinguit Bodin. 1. *de rep. c. 8. fol. 159.*, id est, tanquam *præcepti & moniti* politici. Hinc est quod Sigismundus Imp. Lugdunum cùm transiret, prohibitus fuit privilegia Ducis tribuere Comiti Sabaudo *Besold. de Maj. sect. 1. c. 4. n. 3.*, quod tamen est contra arg., quod ducitur

ex l. 36.

ex l.36.§.1., ubi Gotof., de adopt. b) *Regulariter Princeps nihil in præjudicium* B
exterorum etiam ex certa causa disponere, *arg. clem. pastoralis. 2. in med. vers. ut illud, de sent. & re judic.*, nec in eos jura Majestatis exercere potest, *d. clem. pastoralis. 2. in med. vers. rursus, ibi: Imperatori eo modo non subfuit quòd in eum crimen læsæ Majestatis commiserit* &c. licet in se delinquentes punire possit, sed non ut Majestatis verè reos *Arnis. 3. de jur. Maj. c. 6. n. 12. Treutl. 2. D. 32. th. 1. lit. b. ibiq; Bacchov.* Hinc P. Anton. de Petra *de pot. Princ. fol. 393 n. 253. & 2. seqq. fol. 535. n. 103. & fol. 550 n. 171. cum 7. seqq.* statuit, etiam privilegium à Principe concessum *non subdito* non posse, ne quidem ex causa publicam utilitatem (*sed solùm ex causis, quæ veniunt ex natura actus, puta, ingratitudinis, &, si non subditus haud faciat id, ob quod privilegium meruit*) concernente, revocari; ideo, quia in *non subditum* non potest transire *privilegium*, nisi tanquam *contractus*, ex quo acceptatum est,' & sic habet instar donationis, etiamsi per publicam legem collatum sit; cùm lex ubique & semper loquatur, & sit quasi organum, quo mediante contractus cum ipsa Rep. & legis conditore contrahatur., uti idem docet *fol. 534. n. 92.*; fortius autem esse putat *contractus* & publicæ fidei vinculum (*etiam quoad subditos, per l. 16. C. de omni agr. desert. lib. 11. tit. 58. junct. l. 1. in fin. C. de his qui ven. æt. imp., nedum extraneos*), quàm utilitatis publicæ rationem. Sic & Grot. 2. *de jur. bell. c. 14. n. 8.* non tantùm in hoc jus subditorum à jure exterorum separat; quòd horum jus vi supereminentis dominii nullo modo subsit; sed & *d. lib. 2. c. 8. in fin.* scribit: si vel jure gentium impropriè dicto (*quod ipse in ejusdem cap. n. 1. mutabile dixerat*), vel unius etiam populi lege introductus sit modus acquirendi sine discrimine civis & peregrini, jam inde quoque exteris jus nasci, &, si juris executio impediatur, injuriam etiam talem esse, quæ justam belli causam præbere possit. c) *arg. l. 3. de reb. aut. jud. possid. l. 19. §. 1. & 2. de jud.* d) *l. 7. §.* C D
pen. l. ult. de accus. l. 1. & auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi oport. arg. l. 3. de of. præsid. Num v. hoc ita verũ est, ut & Reges & Principes in alterius regno delinquẽtes plecti possint? Negat hoc Limn. 4. *de jur. publ. c. 8. n. 102.* cum Oratore Gallico pro Regina Scotiæ intercedente, quòd sat sit hanc legem (*ut in loco delicti quis sortiatur forum indeclinabile*) cæteris hominibus, non Regibus, extra commune hominum commercium à DEO in sublimi dignitate constitutis, positam esse. Contrarium

rium defendit Arnis. 3. *de Majest. c. 6. n.* 12., ubi probat factum Reginæ Angliæ Mariam Stuardam Scotiæ Reginam, quòd contra Angliæ Reginam & Regnũ conjurâsset, post novendecim annorũ captivitatẽ capite mulctantis; quasi aliàs malè ageretur cum Rep., si extraneo liceret impunè illi *suis in terris* injuriam facere; nec nefas sit in ejus corpus animadvertere, in quem si tale quid *in sua Rep.* contra te commisisset, exercitum ducere jure possis. Distinguit ergo personam â Majestate, quòd hæc Reip. & subditorum terminos non excedat, illa, ubi *alienam Remp. ingressa* in illam peccavit, alienâ Majestate quoq; coerceri possit. *e*) Circa forenses territoriorum, qui communem habent Remp., & uni subsunt, hæc apud Interpp. recepta est distinctio, quæ & ad forenses diversarum Rerump., de quibus hîc agitur, transferri potest: Quòd Munera sint vel merè Personalia, vel merè Patrimonialia, vel Mixta quæ partim personæ, partim bonorum & patrimonii respectu, imponuntur. *Circa priora* communiter placuit; quòd, uti civis vel incola non tantùm quoad bona sed & quoad personam subjectus est reip., apud quam incola vel civis est *arg. l. 29. ad munic.* (*id enim est, quod in d. l. dicitur: non tantùm eorum jurisdictioni subjectus est, sed & omnibus publicis muneribus fungi debet*); Ita contrà, qui nec originarius nec incola est, ob solam domus vel possessionis, licet ex substantia civis acquisita sit, causam, publica juris authoritas personalibus muneribus eum subjugari nõ sinat, *arg. l. 4. C. de incol. lib.* 10. *tit.* 39. *Geil.* 2. *O.* 52. *n.* 8. *junct. precedd.*; qui tamen *d. O.* 52. *n.* 18. valere consuetudinẽ arbitratur, ut onera etiam *merè* personalia imponantur forensibus *per l. unic. C. de aur. coronar. lib.* 10. *tit.* 74. *l.* 6. *in med. ibi: apparitores sive curiales consuetudine servatâ regionum. C. de exactor. tribut. lib.* 10. *tit.* 19. *l.* 1. *§.* 2. *in fin. ibi, consuetudo longa l. fin. §.* 27. *ibi: ex lege civitatis vel more, de munerib. l.* 4. *§. ult. ibi: consuetudo. de public. l.* 11. *ibi: longa consuetudo. de decur. l.* 2. *pr. de vacat. muner. l.* 12. *in med. ibi: quibus ex more. C. de excus. mun. lib.* 11. *tit.* 47. *l.* 13. *in fin. de pollicit.* Verùm hi textus partim de oneribus *personalibus* non agunt, partim de consuetudine ejúsque vi loquuntur, sed an *exteris* ea officiat nihil exprimunt, & arg. *l.* 1. *§.* 2. *l.* 3. *de tutor. & curat.* (*quam ipse Geil.* 2. *O.* 124. *n.* 15. *in simili adducit*) lex vel consuetudo loci personas forenses quoad munera personalia (*add. l.* 1. *§. ult. ibi: tutela. de munerib.*) afficere nequit. *Patrimonialia verò Munera* quæ

ra, quæ merè talia sunt & principaliter rei cohærent & possessionibus sive rebus imponuntur (*quæ intributiones in l.6.§.ult.de munerib.vocantur, sive tributa, vulgò* steweren; *ac cùm ordinaria sint ex legis provisione certam habent præstationem*), non solùm incolis & civibus, sed etiam extraneis & forensibus imponi possunt; ratio est, quia principaliter possessionibus & patrimoniis indicuntur, quæ subjecta sunt; *per l. 6. §. fin. l. ult. §.21.cum seq.de muner.l.2.&10.C.de annon.& tribut.lib.*10. *tit.* 16. Facit *l.4. §. 2.de censib.*, adeò ut ne pactionibus quidem illud onus patrimoniis demi, & persona substitui possit, *per l.1.2.& 3.C.sine cens. vel reliquis &c. Geil. 2.O.52.n.11.& 12. ibidemq; Dn. Græv us in pr. n.1. 2. & 3.* Quod si denique *Munera sint partim personalia*, partim realia (*quæ in specie munera patrimoniorum vocantur in d.l.6.§.ult. de muner. & mixta in l. ult.§.26.eod., ac extraordinaria sunt, nec certam habent præstationem, nec singulis annis recurrunt*) ea tantùm incolis & civibus imponuntur, ad exteros non spectant *d.l.6.§.ult.&§.21.de munerib.&arg.l.4.C.de incol.lib.* 10.*tit.*39.*cum l.17.§.5.&§.13.ad municip.* Ratio, quia principaliter personis, rerum contemplatione, indicuntur *Geil.2.O.52.n.9.&10.* Ubi hinc *n.13.* negat *Collectis* extraneos constringi; Consentit Myns.*cent.* 5.O.22.*n.2.* limitationibus aliquot subjectis, inter quas videtur maximè referenda, quam ponit ipse Geil.*d.O.52.n.16.& ibid.Dn. Græv. in pr.n.*15., quòd forenses obligentur *Collectis*, si pro tuitione loci & periculis avertendis erogentur. Sic & Hartm. Hartm.*tit.*52.O.5.*n.*5.*&6.* ita limitat *l.17.§.5.de munerib.*; quòd si res, propter quam imponitur collecta, pervenerit de manu subditi ad manus alterius non subditi, licet tunc non possit imponi personæ, quia non est subdita *per l. 6. §. fin.de munerib.* possit tamen imponi ipsi rei, quæ, cùm sit in territorio imponentis, reputatur subdita, vel ideo, quòd pro onere *Collectæ* illa res obligata sit fisco & possit conveniri possessor, per *l.46.§.3.de jur. fisc.* facit *l.ult.§.25.de munerib. Vltimò circa exteros & hoc notandum*, quòd respectu rerum (*arg.c.sanè 3.& c.ex parte 15.vers.mandamus.de for.compet. modò res, & bona non solùm in territorio, sed & de territorio principis sint arg c. ex transmissis 6. c. verum. 7. de for. compet.*) quas exterus in alieno regno possidet, *etiam extra dicta Munera*, aliis ejus reip. legibus subjiciatur, puta, si domum quis habeat in quadam Rep., non potest forensis vigore legis, certam ædificiis formam & mensuram præscribentis, ul-

tra eam domum attollere; quando enim quæstio est de aliquo jure descendente ex re ipsa, tunc debet servari consuetudo, vel lex loci, ubi res est, *per l.3.C.de ædif.priv.l.13.§.1.comm.præd.Harrm.Hartm.c.1.miscell.O.12.Geil.2.O.52.n.23.* Conf. P.Ant.de Petra *de potest.Princ.fol.548.*
F *n.164.usq.ad n.178.* f) Geil. 2.O.53.*n.*10. docet, posse cives ratione domicilii, etiam de bonis extra territorium sitis, collectari, dummodo tamen in loco territorii à collectis immunes sint. *Myns.d.Cent.* 5.O.22.*n.*2. Negativè autem hoc resolvit Ernest. Cothm. 1.*cons.*11.*n.* 18.*& multis seqq.* Ubi *n.*36. expressè scribit; Communem istam opinionem de collectis pro bonis, quæ in diverso tentorio sita sunt, præstandis, à plerisque magni nominis Interpp. (*quos ibid. à n.66. usque ad n 87. recenset*) ita temperari, ut tum procedat, si utrumque territorium sub ejusdem regis dominive, collectas indicentis, potestate sit. Facit *arg. l. 41. §. 5. de leg.1.* Quòd autem *in genere* subditos *extra imperium* leges ejusdem non stringant, videtur probari *arg.c.ut animarum. 2. de constit. in 6. ubi statuto episcopi fures excommunicante non ligantur*
G *subditi, qui extra diœcesin furtum committunt* g) Concludit *Geil.2.O.124. per tot. Myns.cent. 5.O.19.* legem bona civis extra territorium legislatoris non attingere, sive lex sit in ipsam rem, sive personam scripta *Geil.d loc.n.15.Myns.d.loc.n* 3. Aliud tamen Geil. 2.O.123.(*ubi vid. & Dn. Græveum*) decidit in testamentis & donationū insinuationibus, &c., cùm, quoad solennitates, attendatur consuetudo loci in quo actus celebratur *arg.l. 6.de evict.l.34.de R.I. l.1.C.de emanc.liberor.l.2. C.quemadm.test.aper.* Unde & Sichard. *ad d.tit.C.quemadm.test.aper.n.8.circ.fin.* Baldum probat, qui contra Bart. in causa testamenti, à quodam cive Anconitano, apud Soldanum Babyloniæ mortuo, conditi, consuluit; Quòd scilic. illud testamentum, licet destitutum solennitatibus I.Civilis, in Imperio Romano valeret, eò quòd inspiciendus esset locus testamenti. Sic & decretum, super actu voluntario à judice ordinario interpositum, valere super rebus extra territori-
H um sitis, tradit *Geil.2.O.123.n.ult.arg.l.5. §.12. de reb. eor. qui sub.tut.* h) Improbat enim Limn. 4. *de I.publ.c.1. n.fin.* eos, qui scribunt, Nobilem uno in Regno non statim habendum pro Nobili in Regno alio; eò quòd materiā injuriarum id suggerat & mutuam Regnorum reverentiam enervet, cùm tamen gentium hoc ex jure sit, ut regna se

invicem

invicem comiter habeant, & observent, ne quem honorem aliis regnis eorumque privilegiatis negant, ipso rursus cum suis apud exteros careant. *arg. l. 1. & t. t. quod quisq; jur.* Quod ut verisimile sit, hoc tamen *ex l. 7. §. 1. de captiv. & postl. reverf.* (*etiam ex mente Limnai, vid. fin. n. pen.*) adjiciendum videtur, quòd, uti hæc Resp. ab altera comiter observari debet, ita & hujus vel illius Reip. Nobiles Nobilibus alterius Reip. ob dignitatem suæ Reip. præferantur.

Quid ergo *a) circa se & actus suos* Majestas Principis potest?, *Verbi causâ:* Num se adversus contractum suum *b)* restituere? Num juramentum suum *c)* rescindere? Num spurios suos *d)* legitimare? Circa subditorum *personas* hæc duo *insignia e)*, quòd eis munera, etiam vitæ cum periculo, injungere *f)*, & deserentes Remp. nonnunquam *g)* retrahere possit. Res & bona privatorum *h)*, licet ex titulo juris civilis *i)* quæsita, non in dominio habet, sed imperio. *k)* 15.

a) Dictum est *th. praced.* quid vel extra territorium vel in exteros posset, nunc agendum est de rebus & personis quæ & Reip. sunt, & in ejusdem territorio existunt. *b)* puta, quem errore, dolo, metúve &c. circumventus iniit. Ab indistinctè restitutionem hîc concedente Bodino *lib. 1. c. 8.* recedit Grot. 2. *de jur. bell. c. 14. n. 1. & 2.*, distinguens inter actus Regis, *quà regii sunt*, seu nomine dignitatis regiæ fiunt, & actus ejusdem privatos; eò, quòd de restitutione (*quam ex jure civili esse dicit*) factæ leges in ipsos actus regios (*qui eo loco habentur, quasi Communitas ipsa eos fecisset*) nullam vim habeant, tanquam supra legem positos, nisi fortè populus certis legibus, circa hos actus, jus restituendi in integrum sibi servârit: secus ac in *privatis* Regis actibus, qui considerantur, non ut actus Communitatis, sed ut actus partis, ac proinde facti eo animo ut communem (*modò, non in pœnam contrahentis, rescissio legibus mandetur*), de rescissionibus contractuũ, legũ regulã sequantur. *c)* Planè nulliter quidem princeps jurare potest, ut privatus, si se ipse potestate, tale quid jurãdi, privaverit priore juramento, *per c. intellecto. 33. ibi: quia & in sua coronatione juraverit. &c. de jurej.*; at juramentum, quod per se validum præstitit, non potest ex A B C

causa irritum ipse facere. Quæ enim juramenta rescinduntur, jam antè exceptionem in se habent, *nisi superior noluerit, arg. l. fin pr. ad munic. l. fin. qui satisd. cog. c. venientes. 19. circ. fin. ibi: in quo debet intelligi jus superioris exceptum; junct. c petitio. 31. de jurej.* At ita jurare, ut tenearis, *nisi ipse nolis*, perabsurdum est, arg. *l. 8. de O. & A.* & naturæ jurisjurandi
D contrarium. Grot. 2. *de jur. bell. c. 14. n. 3.* *d)* de Rege Galliarum hoc affirmat *c. per venerabilem. 13. in med. vers. insuper; qui filii sint legit.; ibi: in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis) potuit dispensare.* De Papa, propositis jocosè rationibus affirmantibus, negativè videtur concludere AntiMachiavell. *lib. 3. de Politia. fol. 371. & 4. seqq.* At Bort. *de nat. jur. Maj. c. 3. concl. 17. in med.* hanc limitationem in Imperatore addit; nisi capacitatem Imperii importet, ut ad id habilitetur, tum enim hoc pertinere ad *jus Regni*, nec sine consensu populi fieri posse. Convenire etiam
E hîc videtur distinctio Grotii, de qua lit. B. *e)* nam & pœnis subditos ob delicta coërcere, & privilegiis ob virtutes ornare, & multa alia eis in vita communi præscribere potest; de quibus alibi.
F *f)* de Munerum generibus *th. prac. lit. e* dictum, hîc saltem Personalia intelligimus, quæ rursum Publica vel Privata *l. 14. §. 1. de munerib.* Quanta verò horum Munerum & officiorum in rep. sit necessitas, docet Esa. *c. 3. v. 2. & seq.*; *Ecce, inquiens, Dominus ille Iehova, amoturus est Ieruschalaimis omnem potentem & bellatorem, judicē & prophetam, sagacémq; ac senem; præfectum quinquagenis, & honorabilem, consiliariumq; ac peritum artificē, & intelligentē eloquentiæ, &c.* Ut meritò horum cura pars solicitudinis Principalis sit; cui ob id jus est, etiam in vitæ discrimen adducere ejusmodi officiales, *ut teneatur quilibet exire in prælium post Saulem & Samuelem, uti dicitur 1. Sam. 11. v. 7.* *g)* Arnis. *1. de Repub. c. 5. sect. 8.* & exemplis, & rationibus, propugnat, civem regulariter (*nam ex causa id concedit n. pen. & ult. arg. l. 25. C. de decur. lib. 10. t. 31.*) ab invita Rep. secedere non posse. Impius enim dicitur *in l unic. C. si curial. relict. civit. lib. 10. tit. 37.* qui patriam vitat, quæ mutari nequit *l. pen. & ult. C. de munic. lib. 10. t. 38. l. 37. pr. ad munic. arg. l. 26. C. de decur. lib. 10. t. 31. & l. 17. C. de resc. vend.* Contrà Grot. 2. *de jur bell. c. 5. n. 23.* fatetur quidem tales Resp, & esse & ita constitui posse, ne sine venia emigrent cives; interim, tali lege non exstante, civibus, non quidem gregatim, sed singulis id lice-

id licere vult; nisi fortè intersit societatis civilis *arg. l. 65. §. 5. pro soc.* non abire civem, puta, si magnũ contractum sit æs alienum, aut fiduciâ multitudinis bellum sit susceptum, aut obsidio immineat. Ad *d. l. pen. & ult. C. de municip., cum similibus*, respondet Grot., quòd constitutæ fuerint de iis, qui manserunt *intra fines* Romani Imperii. Et præterea, consuetudine dictas ll. abrogatas esse, testatur Geil. 2. O. 36. n. 7. *h*) Ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas, *ait Senec. 7. de benef. c. 4.*; &, *c. 5.* sub optimo rege omnia rex imperio possidet, singuli dominio; *§. singulorum. I. de D. arg. Deut. 11. v. 24. Exod. 13. vers. 11. Psalm. 115. v. 15.*; Et scitè Tertullian. aulicorum insaniam, bona subditorum in Principis peculio esse affirmantium, ita eludit; Quid erit, *inquit*, DEI, si omnia Cæsaris. *Gotofr. ad l. 3. circ. pr. C. de quadr. præsc.* Quod si tamen quis hoc *Imperium* malit *Dominium* ex *l. 9. ad l. Rhod. de jact.* appellare (*quod & th. 9. lit. B. illi tributum est*), non quidem repugnabo, modò meminisse velit, & eos appellari *dominos*, qui verè tales non sunt, ut *tutores l. 7. §. 3 pro emt.*; &, licet plus juris *Imperiũ* quàm *Tutela* in se contineat, adhuc tamen id *à dominio privatorum* differre. Donare enim agros meos Reip. possum, *ait Sen. d. c. 4.*, quamvis illius esse dicantur, quia aliter illius, aliter mei. Facit *l. 56. ibi: quod principi relictum, de leg. 2.* Unde est, quòd quilibet privatus suæ rei maneat moderator & arbiter *l. 21. §. 1. C. mand.*, nec Princeps alienis opibus manus afferre, potestatis ex plenitudine, possit, *Dn. Grav. ad Geil. 2. O. 56. cons. 1. Bodin. 1. de Rep. c. 8. fol.* 160. sive eas planè eripiendo *arg. l. 2. in fin. l. pen. & ult. pr. de natal. rest. l. 17. qui & à quib. man. l. 6. de I. & I.*, sive saltem minuendo *arg. l. 76. de R. V. & l. 3. ibi: aut evertere aut minuere jus electionis. qui & à quib. man.*; Et hinc est, quòd nec â Principe quis *cogi possit*, etiam favore libertatis, servum suum *vendere*, *l. 5. §. 4. de his quæ ut ind. add. l. 11. & ibid. Gotofr. C. de contr. empt.* Confer exemplum Achabi & Nabothi *1. Reg. 21. v. 2. & 3.* Malè igitur nõnulli, *arg. l. 9. de act. rer., amat.* opinantur, Principem, *interesse soluto*, â contractu suo *licitè*, *arg. l. 2. de oper. nov. nunc.*, recedere, de quibus P. Ant. de Petra *de pot. Princ. fol. 525. n. 50. & fol. 581. n. 40.* Quòd ergo *in l. 2. pr. & 3. C. de quadr. præsc.* contra Principem rem alienam alienantem actio post quadriennium non datur; id non ex *sola potestatis plenitudine*, sed & propter concurrentem *bonam fidem*, *quâ possederat*, id sibi tribuit Princeps; H

maximè cùm, juxta Bald., cum solennitate & per subhastationē (*quæ fit per edicta & præconia, & habet tacitum consensum partis*), & quidem, juxta Fulgos., etiam *bonâ fide accipienti* alienatio in dd. ll. fuerit facta; prout Bald. & Fulgos. allegat & sequitur P. A. de Petra *d. tr. fol.* 357. *n.* 69. *&* 71. Sic in (*l.* 1. *C. pro quib. caus. serv. lib. acc., Clem. quia contingit.* 2. *pr. ibi: salva quidem S. Apost., de relig. dom. c. ex multiplici.* 3. *circ. fin. ibi: nisi de ipsa contineatur in eo, de decimis. l.* 1. *in fin. ibi: si quam quam pœnam irrogavit, de constit. princ. l. unic. C. de vendit. rer. cum fisco comm.*) aut summa & justa causa in Principe, alterius jus deminuente, præsupponitur; aut subfuisse, licet non exprimatur, intelligitur & præsupponitur, uti etiam in *l.* 1. §. 16. *ne quid in loc. publ. & c. ex parte.* 13. *de off. deleg.*; hoc enim & æquius, & honestius Principi, quàm si in dd. ll. vel leviter, vel in quæsitis de jure positivo, nocendi facultatem Principi concedi arbitremur cum aliis. Denique *l.* 11. *pr., ubi Gothofr., de evict. l.* 15. §. 2. *de R. V. l.* 11. §. 1. *de publican.*, exaudiuntur de hostium agris, quos deditiis relinquebant Romani, non jure mancipi, sed jure possessionis; hosce expellere & prædia militibus assignare vel publicare ex jure belli licebat *Besold.* 1. *polit.* 2. *n.* 46.: præterea (*ut respondet Petra fol.* 587. *n.* 1.) ob publicas necessitates, ubi Principi scil. non est parata pecunia, ista prædia in dd. ll. militibus loco stipendii tributa fuisse (*quatenus hoc liceat alius quæstionis est*) credi potest; licet n. *præmia* vocentur in *d. l.* 11. *pr. de evict.*, tamen & stipendia præmia appellantur *arg. l.* 4. *ibi, stipendia. C. de exec. rei*
I *judic. junct. l.* 5. *ibi; præmiorum. C quæ res pign. obl. poss.* *i)* Non hîc urget, quòd Princeps horum causa esse videatur. Non enim statim æquum est, ut quod *meo facto, etiam solo*, alteri quæsitum est, illi ad lubitum possim tollere *arg. l. fin. de pact. c. ab eo.* 31. *de elect. in* 6. Et in utrumvis, tam quod ex I. naturali, quàm quod ex civili, quæsitum est, par jus est Regis; ne enim id, quod legitimo modo partum, alicui auferatur, juris est naturalis. *Grot.* 2. *de jur. bell. c.* 14. *n.* 8. Nec huic contradicit, quòd in restitutione damnati etiam bona in tertium â fisco alienata nonnūquam repetantur *arg. l.* 1. *& l. fin.* §. *ult. C. de sentent. pass. VVesemb. in π. ff. ad ad d. t. n.* 3.; cùm his bonis talis lex dicta sit, ut restituto damnato nonnunquam restituantur, & ob id non nisi *revocabiliter* â fisco alienari
K. queant. *k)* Videl. cùm Princeps sit custos publicæ salutis, etiam pro hujus ratione bonis privatorum legem dicere, & privatorum domini-

dominium vel tollere, vel imminuere potest, *c. fin. pr. ibi: cum necesse fuerit, 9. q. ult. l. 13. §. 1. comm. præd.* etiam illud dominium, júsve aliud, quod ipse vel remunerando donavit, *arg. l. 3. de obseq. parent. præst.* vel aliàs contrahendo transtulit *arg. l. 8. C. de fund. patrimon. lib. 11. t. 61. l. 9. C. de omni agr. desert. &c. lib. 11. t. 58. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. t. 59.*

Majestatis hujus autor & causa est DEUS *a*), cujus providentia per liberum populi consensum *b*) in eligendo rege *ordinariè c*) declaratur. Causa dirigens jura Majestatis est Prudentia *d*) & Justitia *e*) politica. Adscititiæ causæ sunt Pacta & Capitulationes *f*), cum novis Regibus initi solitæ. 16.

a) Per me, *inquit Sapientia æterna*, Reges regnant, & dominatores decernunt justitiā; per me Principes gerunt Principatum & ingenui omnes judices terræ. *Prov. 8. v. 15. & 16. Vid. D. præc. th. 4. lit. a.*, quod & veteres Impp. (*Civilium legum potestatē nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, dicitur in N. 173. pr.*), & hodierni agnoscunt; R. A. 1548. *pr. ibi.* haben wir auß tragenden Ampte darzu wir vom Allmächtigen GOtt beruffen seyn.; & quidem ita modestè, ut in Reformatione *Anno 1442. in pr.* addatur, unverdienster Sachen. Ac ut perpetua haberent Modestiæ incentiva, nec suis crederent viribus tantum potentiæ consecutos, aut contra DEUM immortalem se possessores sceptri sui facerent, *quia sunt possessores* (ut est in *l. 12. de petit. hæred.*), his verbis titulos suos ornant; Wir von Gottes Gnaden; quæ simul ebullientem animi fastum *quoad Deum autorem* reprimunt, & insuper negatoriam actionem Rom. Pontifici aut aliis diffamatoribus *jure* opponunt, suo tempore & Confessoriâ & indebiti Condictione adversus injustos detentores instituendâ. Contra Pontificis diffamationes jam præced. D. *th. 4. lit.* C. disputatum est. Et ob posteriorem hunc finem Ludovicus II. phrasin illam, von Gottes Gnaden/ suis rescriptis eximere jussit Franciscum Armoricorū Ducem, *Bodin. 1. de rep. c. 10.* Principes autem Germaniæ hunc titulum ex privilegio usurpant, quod, ut maximè non expressis verbis, tamen tacitè, ex longissimi & immemorialis temporis observantia, illis datum est *arg. l. 3. §. 4. de aq. cotid. Limn. 4. de I. publ. c. 6. n. 31.*, & id non ad A

despectum Imperatoris, sed ad amplificandam Majestatem ejus, & dignitatis regalis sibi clementer concessę defensionem, *Vid. Matth. Stephan. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 42. & seqq.* Aliam rationem reddit Carp-
B zov. *de capitul. c. 1. n. 23. in fin.* *b*) hunc quòd elegerit DEUS in constituendis regibus *th. 5. lit. g.* satis dictum; & hactenus *ratione causæ*, quam eandem immediatè habent, Majestas Realis & Personalis differunt, quòd illa sine tubulis & canalibus in populum à DEO fluat, hæc non nisi per populi manũ tradatur. Nec tamen hic cõsensus facit, quò minus ista potestas, quam novo Regi nomine populi conferunt electores, *immediatè* sit à DEO, quia *illam ipsam potestatem arg. § sed & quod principi. I. de I. N. G. & Civ.*, quam populus eligens, suam *administrandi* Remp., ante electionem factam habuit, quæque immediatè à DEO fuit, in electum Regem *transfert*, & tanquam causa instrumentalis à se in alium derivat. *Besold. 1. Polit. c. 2. n. 31. Cluten. in syll. rer. quot. th. 4. lit. b. Vid. D. præc. th. 4. lit. b.*; quanquam *Bort. de nat. jur. Maj. c. 5. concl. 3.* consensum populi *causam secundam Majestatis* Personalis esse putat, ita ut nihilominus rectè dicatur regnum à DEO esse, quia hic immediatè concurrit cum causis secundis; Ubi & aliam rationem vid. In nostro Imperio quomodo iste consensus per justam E-
C lectionem declaretur *vid. D. præced.* *c*) ut scil. non excludatur popu-
D li, justo bello victi, subjectio, quæ initio inspecto libera non est. *d*) Ægyptii simulachrum Principis ita repræsentabant, ut *Oculum* pingerent cum *sceptro*, indicantes quod oculus in corpore, id verus Princeps esset in Rep., quod sol in cœlo, id Princeps in populo, (sol oculus mundi, Princeps oculus multitudinis); q. animus in homine, id Princeps in civitate: animus sapit, corpus obtemperat. *Gail. 1. de pac.*
E *publ. c. 3. n. 12. l. 3. pr. de off. præf. vig.* *e*) non n. ita solutum legibus Principem diximus, ut Justitiæ repagula perrumpere possit, cùm ipse sit *lex animata*, quam DEUS misit hominibus *N. 105. c. 2. in fin.* Justitia ergo modum, quem circumstantiis accommodatum præscribit Prudentia, ad juris & æqui regulas exigit. Indignum enim est Ma-
F jestate, si per scelera sapiat. *f*) quæ formant reformantque Jura Majestatis, eo fine adjecta, ne excedere Principi terminos justitiæ liceat; de quibus *Disp. seq.*

Forma

Forma Majestatis est, quòd sit summa, perpetua, & legibus soluta *a)*; Vel, consistit in partium apta & convenienti unione & connexione in principiis, objecto, fine & subjecto. *b)* 17.

a) Quæ tria supra aliquot thesibus latiùs exposita sunt. *b)* ita Bort. *de nat. jur. Maj. c. 4. concl. 1.* formam describit, ubi dicit, quòd Jura regni & Jura Regia seu Majestatis connectantur *principiis* comunibus (*Deo, jure gentium, justitiâ & prudentiâ politicâ*), & conspirent in idem *objectum* pro adeptione *communis finis*, salutis nimirum *Reip:*. Jura verò regia arctiori nodo adhuc colligentur, non tantùm in istis tribus verùm etiam *in uno subjecto, quod vel naturâ tale est*, vel, analogiâ unum sit, necesse est. Licet enim & jura regni unum *analogiâ* subjectum, corpus scil. reip., habeant, vix tamen est, ut & unum, quod *naturâ* tale sit, habeant. A B

Finis Majestatis hujus *internus* est, animare *a)* imperio summo universali Remp:, ut *tum inter se* 1. honestè & justè, 2. præclarè, 3. piè *b)*, *tum adversus hostium* injurias securè *c)* degat totus civitatis cœtus. Externus verò est salus populi *d)*, quæ in fruitione utilium & necessariarum rerum consistit. 18.

a) Verè enim ex *August. 19. de Civit. Dei c. 15.* Althus. *c. 1. polit. n. 13.* Imperare nihil aliud est, quàm aliorum utilitatibus inservire. Quippe imperialem decet solertiam ita reip. curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, *ait Imp. Frider. in tit. 55. pr. F. 2.* qui nisi ab alio adjuti imperio (*quod Reip. arcem tenet, omnia ejusdem movens membra,*) sibi sufficere non possent. *b)* Hæc tria non nisi studiis *justitiæ, contemplationis* & denique *religionis* obtinentur. His tribus autem *perfectionem Reip.* absolvi, patet ex eo, quòd ad perfectionem hominis ea necessaria sint. Qui enim finis est hominis & singulorum, idem est universorum & Reip:; licet eò diverso *modo* tendant, & *scopo*. Virtutibus enim hominis privati *moralibus* appetitus & affectus ita diriguntur, & ut, erga se internè, & erga cives *totius* A B

despectum Imperatoris, sed ad amplificandam Majestatem ejus, & dignitatis regalis sibi clementer concessę defensionem, *Vid. Matth. Stephan. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 42. & seqq.* Aliam rationem reddit Carp-
B zov. *de capitul. c. 1. n. 23. in fin.* *b*) hunc quòd elegerit DEUS in constituendis regibus *th. 5. lit. g.* satis dictum; & hactenus *ratione causæ*; quam eandem immediatè habent, Majestas Realis & Personalis differunt, quòd illa sine tubulis & canalibus in populum à DEO fluat, hæc non nisi per populi manũ tradatur. Nec tamen hic cõsensus facit, quò minus ista potestas, quam novo Regi nomine populi conferunt electores, *immediatè* sit à DEO, quia *illam ipsam potestatem arg. §. sed & quod principi. I. de I. N. G. & Civ.*, quam populus eligens, suam *administrandi* Remp., ante electionem factam habuit, quæque immediatè à DEO fuit, in electum Regem *transfert*, & tanquam causa instrumentalis à se in alium derivat. *Besold. 1. Polit. c. 2. n. 11. Cluten. in syll. rer. quot. th. 4. lit. b. Vid. D. prec. th. 4. lit. b.*; quanquam *Bort. de nat. jur. Maj. c. 5. concl. 3.* consensum populi *causam secundam Majestatis* Personalis esse putat, ita ut nihilominus rectè dicatur regnum à DEO esse, quia hic immediatè concurrit cum causis secundis; Ubi & aliam rationem vid. In nostro Imperio quomodo iste consensus per justam E-
C lectionem declaretur *vid. D. praeced.* *c*) ut scil. non excludatur popu-
D li, justo bello victi, subjectio, quæ initio inspecto libera non est. *d*) Ægyptii simulachrum Principis ita repræsentabant, ut *Oculum* pingerent cum *sceptro*, indicantes quod oculus in corpore, id verus Princeps esset in Rep., quod sol in cœlo, id Princeps in populo, (sol oculus mundi, Princeps oculus multitudinis); ꝙ animus in homine, id Princeps in civitate: animus sapit, corpus obtemperat. *Gail. 1. de pac.*
E *publ. c. 3. n. 12. l. 5. pr. de off. pr. ef. vig.* *e*) non n. ita solutum legibus Principem diximus, ut Justitiæ repagula perrumpere possit, cùm ipse sit *lex animata*, quam DEUS misit hominibus N. 105. c. 2. *in fin.* Justitia ergo modum, quem circumstantiis accommodatum præscribit Prudentia, ad juris & æqui regulas exigit. Indignum enim est Ma-
F jestate, si per scelera sapiat. *f*) quæ formant reformantque Jura Majestatis, eo fine adjecta, ne excedere Principi terminos justitiæ liceat; de quibus *Disp. seq.*

Forma

Forma Majestatis est, quòd sit summa, perpetua, & legibus soluta *a)*; Vel, consistit in partium apta & convenienti unione & connexione in principiis, objecto, fine & subjecto. *b)* 17.

a) Quæ tria supra aliquot thesibus latiùs exposita sunt. *b)* ita Bort. *de nat. jur. Maj. c. 4. concl. 1.* formam describit, ubi dicit, quòd Jura regni & Jura Regia seu Majestatis connectantur *principiis* communibus (*Deo, jure gentium, justitiâ & prudentiâ politicâ*), & conspirent in idem *objectum* pro adeptione *communis finis*, salutis nimirum *Reip:*. Jura verò regia arctiori nodo adhuc colligentur, non tantùm in istis tribus verùm etiam *in uno subjecto, quod vel naturâ tale est*, vel, analogiâ unum sit, necesse est. Licet enim & jura regni unum *analogiâ* subjectum, corpus scil. reip., habeant, vix tamen est, ut & unum, quod *naturâ* tale sit, habeant. A B

Finis Majestatis hujus *internus* est, animare *a)* imperio summo universali Remp:, ut *tum inter se* 1. honestè & justè, 2. præclarè, 3. piè *b)*, *tum adversus hostium* injurias securè *c)* degat totus civitatis cœtus. Externus verò est salus populi *d)*, quæ in fruitione utilium & necessariarum rerum consistit. 18.

a) Verè enim *ex August. 19. de Civit. Dei. c. 15.* Althus. *c. 1. polit. n. 13.* Imperare nihil aliud est, quàm aliorum utilitatibus inservire. Quippe imperialem decet solertiam ita reip. curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, *ait Imp. Frider. in tit. 55. pr. F. 2.*, qui nisi ab alio adjuti imperio (*quod Reip. arcem tenet, omnia ejusdem movens membra,*) sibi sufficere non possent. *b)* Hæc tria non nisi studiis *justitiæ, contemplationis* & denique *religionis* obtinentur. His tribus autem *perfectionem Reip.* absolvi, patet ex eo, quòd ad perfectionem hominis ea necessaria sint. Qui enim finis est hominis & singulorum, idem est universorum & Reip:; licet eò diverso *modo* tendant, & *scopo*. Virtutibus enim hominis privati *moralibus* appetitus & effectus ita diriguntur, & ut, erga se internè, & erga cives *totius* A B

mundi, rectè habeant; *Intellectualibus* autem seipsum homo oblectat, & *religiosis* DEO se rectè parat. Respublica verò & civilis societas actiones *morales* in *civiles* commutat, accommodatas ad certas circumstantias temporum locorum & personarum, ne invicem se lædant; Contemplatio item Reip. necessaria, tum ad Justitiam & vitam practicam, tum ad religionem. Virtutes denique Theologicæ eatenus huc pertinent, quatenus iis ad obligandum populum exemplo Numæ & aliorum opus est, & societati sine scandalo & offendiculo inter se religionis usum imperari necesse est. *Bort. de nat. jur. Maiest. c. 3. concl. 1.* Quando autem *voluntas* potissimum homini in exercitio suarum virtutum inservit, necesse est, ut & *ejus vice* aliquid *potestatis* Reip. tribuatur, quæ ejusdem membra moveat. *Vid. Bort., & quæ dicta sunt th. 4. lit. A.* Ne tamen cum Pontificiis ea fundamenta jaciamus, quibus illi & *parricidia* & *ejectiones* Principum hæreticorum superstruunt, si vel *contemplationes* vel *religio* in rep. *vera* non vigeant, *Besold. 1. Polit. c. 1. n. 22.*; ex dictis apparet, quatenus eas ad *absolutum reip. finem* spectare credamus. Nec enim verum est illas Resp., in quibus honestè & tranquillè vivitur, *veras absolutè Resp.* non esse, nisi etiam in iisdem vivatur secundum *contemplationem* aut secundum *purissimæ religionis præscripta*; qualem Remp. dari, quatenus humana, impossibile est: Cives enim *honestos* facere quidem politica potest, *pios verò* & verè Christianos, & quidem *omnes* faciet nunquam, sed potius hypocritas & simulatores. *Keckerm. in præcog. polit. fol. 23. & seqq.* Si tamen *finem Reip. cum gradu eminentiæ*, seu ejus non tam *esse*, quàm *præclarè & piè esse*, consideres, id demum Resp. *Contemplationibus* & *Religione verá* assequetur. Unde est quòd pro Regibus orandum jubet *Apost. 1. Tim. 2. v. 2.*, ut *tranquillā vitam* degamus cum omni *Pietate* & *Honestate*. Nam aliàs Christus non venit destructum Regna, quatenus bene se habebant, sed perfectum. *Besold. d. loc.*

C c) Cùm enim hostium machinationibus ea, quæ salutariter domi constituta, destrui soleant, necesse est ut & domesticum iis avertendis robur opponere valeat Majestas, &, si quid ab amicis per Confœderationes subsidii haberi potest, conquirat; quanquam hoc minus tutum; Unde Althus. *polit. c. 9. n. 15.* requirit, ut consociatio universalis & corpus politicum habeat sufficienriam universalem, propriam & plenam

potentiam

potentiam, facultates & vires, quibus sustentetur & innitatur, ut alium superiorem, cui aliquid debeat, aut à quo ea, quibus eget, exspectet, non agnoscat. *d*) Finis internus, *ut dicit* Keckerm. 1. *syst. log. c.* 18. *fol.* 170. *in fin.*, *est opus*, externus autem *istius operis usurpatio*. Ergo & Majestatis finis internus est administratio, & dispositio mediorum saluti publicæ servientium; externus autem hujus administrationis usus; qui est *salus populi*, quam eleganter Cic. ita illustrat: *Ut gubernatori cursus secundus, medico salus, Imperatori victoria, sic moderatori Reip. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, gloria ampla, virtute honesta sit Resp.* Et hunc finem intendit ipse Deus (*Ideo Iehova imposuit te Regem, ut exerceres judicium & justitiam; dicitur* 1. *Reg.* 10. *v.* 9.) in communicatione suæ potestatis *vid. th.* 5. *lit. G.*; eundem populus in commissione & cessione regni, etiam lege successionis delati. Jus enim ab electione familiæ cæptum succedendo continuatur; quare quantum prima electio tribuit, tantum defert successio, *Grot.* 1. *de jur. bell.* 3. *n.* 10. *in fin.*; qui tamen ibid. *n.* 8. *post med.* asserit, quædam regimina *per se esse cause regentis causâ*, ut victoriâ parta. Verùm, hæc *tum* anomala sunt, *tum* non semper libertatem victores victis eripiunt, aut statum eorum immutant *vid. Grot.* 3. *de jur. bell. c.* 15., *tum* si quid istorum factum, progressu temporis pristina jura populus recuperare sæpe solet. Bort. *de nat. jur. Maj. c.* 5. *concl.* 8. In nostro imperio nulli *de hoc fine Majestatis* dubitationi propter capitulationē locus, *vid.* §. Und in alle weg. 4. *Capit. Carol. V.* & §. 3. *Ferdin. II.* & *III.*; imò & per primam potestatis in Principem translationē populus *sibi consuli* voluit. *l.* 2. §. 11. *de O.I.* D

Effecta Majestatis partim ex suprà dictis *a*) explicationem recipiunt, partim ex natura Jurium Majestatis, quæ cognationem quadantenus *b*) cum iis habent, perfectius cognoscuntur. Jura hæc Majestatis sunt, vel Pacis vel Belli *c*), seu quæ statui Reip. vel optimè dirigendo & efformando, vel eidem adversus hostes conservando, serviunt. Illa rursum triplicia. *d*) 19.

a) uti ex *th.* 12. 13. 14. & 15.; ubi dictum, qualis & quanta Majestatis vis, & circa quos versetur, & quid operetur. *b*) quia uti hæc pro diversis Reip. negociis distinguuntur, ita simul suos in iisdem A

habent effectus. Jura Majestatis alii vocant Materiale seu partes potentiales Majestatis Bort. *de nat. jur. Maj. c.* 1. *concl.* 4. Limn. *l. de I. publ c.* 10. *n.* 45. Arnis. *l.* 2. *de Maj. c.* 1. *n.* 1. ubi *n.* 3. ea definit; Quòd sint potestates summæ, quibus is, qui superiorem non cognoscit, Remp. absolutè moderatur, & publici ad eam rem tributi reditus. Arumæus autem *disc.* 7. *de I. publ. fol.* 78. & Dan. Otto. *c.* 9. *de I. publ. fol.* 206. *& c.* 15. *in pr.* illa â Majestate tanquam effecta â causa distinguunt, unde hæc (*quædā tamen excipit Otto fol.* 310.), non a. Majestatē, communicari posse Principibus inferiorib. asserunt. Utrumq, diverso cōsiderandi modo defendi posse videtur; quatenus enim *actu* exercentur *effectorum locum* obtinebunt. Unde eâdem operâ utraque consi-
C deratio absolvi potest. *c)* Eleganter hæc duo summa Majestatis capita complectitur Justinianus *in princ. Proœm. Instit.* dum dicit: *Imperatoriam Majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportere armatam esse.* Quibus verbis ad duplicem illum finem Majestatis internum, qui *in th. præced.* propositus est, digitum intendit; nec enim per *leges* solùm edictorum quorundam sanctionem, quàm omnium illorum, quæ *domestica seu togata* beatitudini serviunt, procurationem intelligit, circa quam cùm frequentiùs, quàm circa res bellicas, *leges* ferantur, maluit eam per *adjunctum occupatum* significare, non sine ipsius *adjuncti, sive legum*, commendatione. Patet hoc ex verbis seqq., ubi *legibus dicit gubernari tempus Pacis, h. e., pacis negocia*: quod certè solis legibus sine reliquis administrationis instrumentis, ut magistratibus, *&c.*, vix obtinebitur. Ut autem mutuum horum Jurium amplexum & coextensionem indicet Justin.; dicit Imperatorem & armis *decorari*, & legibus *armari*; Videl: quia nec belli negocia *foris* facilem exitum habent, nisi, & ipsa legibus muniuntur, nec *domi* justa consociationis viget forma, aut pacis munia, sine armorum adminiculo (*per l.* 31. *ibi: armari leges gladio ultore. C. ad l. Iul. de adult. l.* 68. *ibi: manu militari. de R. V.*), rectè obeuntur. *Vid. Schneidevvin. ad proœm. I. n.* 2. Cum his duobus autem, quia *sine sumtu* Majestas illa exsequi nequit, subsidiarium quoddam Jus Fisci seu Ærarii curandi complicatur. Unde illa nata Dd. distinctio Jurium Majestatis & Regalium, in *Majora*, quæ supremam Principis authoritatem & præeminentiam respiciunt, (*de quibus hic agendum est*), & *Minora*, quæ Fiscum, de quibus alibi. Alii aliter Jura Majestatis distinguunt. Bortius *de nat. jur. Maj. c.* 3. *concl.*

c. 3. concl. 2. ad jurisdicundi & Religionis potestatem eâ revocat, & sub illa potestatem belligerandi comprehendit *concl. seq.*, ac deinde *concl. 6.* distinguit hæc jura, quæ *essentiam* Majestatis directò vel obliquè spectant, ab iis, quæ sunt *de existentia* ejusdem & ex illis pendent, ac *Regalia* appellantur. Paurmeist: *1. de jurisd. c. 3. n. 21.* in Pacis quidem & Belli jura illa dividit, sed ita ut & leges & Magistratus non directè ad Pacis jura, sed ad subdiarium jus referat, cùm sine illis Resp. quædam & esse & consistere possit, *per l. 2. §. 1. de O. I.* Quod quidem verum videtur, ita tamen ut hęc duo meritò â Jure subsidiario Fisci segregentur, cùm in iis & major emineat Principis potestas, & in non ampla Rep. necessaria sint. *arg. l. 2. §. 2. de O. I.* *d)* Jura Majestatis, quæ tempus Pacis, seu statum Reip. bene formandum spectant, necesse est pro triplici fine, quem Cœtui *inter se* degēti propositum esse *th.* 18. dictum est, triplicia esse: Ut enim honestè & justè vivat, *Potestate juris dicendi*; ut præclarè, *Academias erigendi potestate*: ut piè, *Potestate religionis administrandæ* opus est. Belli autem jus alterum Reip. finem attingit, & eam adversus hostes securam præstat. Hoc notandum connexionem quandam habere hæc jura, ut diverso respectu alterum ad alterius caput nonnunquā possit trahi. D

Ad Potestatem jurisdicendi *a)*, quæ est *primum togati juris Majestatici caput*, pertinet *b)* 1. potestas legum ferendarum *c)* & interpretandarum *d)*. Unde & hodiernus Imperator leges universales *e)* in Comitiis cum approbatione statuum *f)* edicit *g)*, pœnamq́;, procerum voluntate *h)* determinatam, præfigit *i)* & exequitur. *k)* 20.

a) Jurisdictio latè nonnunquam accipitur ab authoribus pro quolibet Imperantis jussu, ut in illo Senecæ 1. *de Clem.* *Quæ ruant urbes mea jurisdictio est.* A Paurmeist. *1. de Jurisd. c. 3.* opponitur potestati belligerandi: â Bortio verò *de Maj. c. 3. concl. 2.*, non huic quidem, sed potestati religionis administrandæ: cujus exemplo ego etiam Academiarum jus (*quod ipse sub Religionem refert*) ab ea excludo; ut præter hoc, & belli, atque religionis curam, reliqua Imperii Politici omnia contineat. *b)* Summam enim hanc Jurisdictionem dicit Bort. *d. c. 3.* A B

concl. 3.

concl.13. versari vel *circa universam* Remp., & tum perfici instrumento regendi, eóque vel inanimato, (*ut Legibus*), unde jus condendi Leges: Vel animato (*Consiliariis*), unde Jus Comitiorum: *Vel circa partes ejusdem* regendas (*quò opus imperio*), unde creatio Magistratuum: *Vel circa singulos* (*juredicundo*), unde jus ultimæ cognitionis, (*vel commercio juvando*), unde emergit jus nundinarum & Monetę cudendæ.
C c) Leges Reip. sustentaculum atque fundamentum *N.L.36.pr.*
D quas condere soli Imperatori concessum *l.fin.* §.1. *C.de ll.* d) Ænigmata legum solvere & aperire solo dignũ Imperio, *d.l.fin.*§.1. *ad d.l. 1.C.de ll.N.143.pr.*, de quo etiã egregia Justin. verba sunt in *N.159.in pr.* Verùm *solius* quidem principis est leges ferre & interpretari *d.l.1. & ult.*§.1.*C.de ll.*, sed non *solùm*, quia & aliis suâ authoritate solet concedere, ut prudentibus *d.l.ult.*§.1.*in fin.*, etiam hodie *l.unic.C.de Profess. qui in urb. Const. lib.12. tit.15.* Deinde, cùm benignâ interpretatione voluntas legum conservetur *l.18. & 17. de ll.*, hactenus judicibus permissa est interpretatio *l.8. C. de judic.*, si aliquâ ratione rigor juris ita temperari possit, ut *tamen non planè tollatur totum*, quasi totum & planè injustum. Nam (*ut subtiliter Donell. 1.comm.c.13.id explicat*) si interpretatio inter jus & æquitatem (*ut est in l.1.C.de ll.*) *interponi* debet, *hoc est, si interpretatio, æquitatem à jure separando, dicit, ideo jus mutandum, quia iniquum, nec verba legis solùm, ut in l.17. de ll., dura, sed & sententia*) soli Imperatori relinquenda est interpretatio *l.1.C. de ll.*, ne sibi legislationem sumant, sed obsequii gloriam servent JCti *l.12.*§.1. *in fin. qui & à quib. man.* Similiter tum ad Imperatorem redit interpretatio, quoties opus pragmaticis sanctionibus dirimere conflictum communium & magis communium opinionum, *Bort. de Maj.c.3.concl.16.*, uti â Carol. V. factum in Q., An fratrum filii in capita succedant. *Vid.* ℜ. 𝔄. *1529.fol.189.* Interim tamen donec emanet decisio Imperatoria jubentur judices, sublatis relationibus ad Imp., quod eis justum &
E æquum videtur decernere *N.125.c.1.* e) quæ ad omnes cives Romanos pertinent: Nam & inferiores Magistratus leges speciales seu provinciales condere possunt *c.vestra 2.ibi: statuto contrario, de locat. & cond. arg. c. si quis. 2. de majorib. & obedienð. & l. 2. C. de offic. præf. or. Daniel Otto de Iur. Publ. cap.11.fol.329.* §. vnd in alle weg. 4. *Capit. Carol. V. & §.3. Ferdin. II. & III. ibi:* Gebrauch vnd gute Gewonheiten.

ten. *f*) ita enim de approbatione sua communiter testantur sub finem Recessuum: Vnd wir Churfürsten &c. bekennen offentlich mit diesem Abschiede / daß alle vnd jede obbeschriebene Puncten vnd Articul mit vnsern guten wissen/willen vnd Raht fürgenommen vnd beschlossen / willigen auch dieselbe sampt vnd sonderlich vnd in krafft dieses Brieffs *&c.* *g*) non solùm his initialibus Recessuum verbis absque Procerum mentione: Wir N. von Gottes Gnad bekennen vnd thun kund jedermänniglich; sed & ubi ipsa capita Recessuũ proponuntur & sanciuntur, R. A. zu Nürnberg 1542. *fol.* 286. §. vnd damit/ibi: So haben wir &c. mit den Ständen vergliechen: Setzen vnd ordnen auch auß Römischer Keyserl. vnd Königlicher Macht &c. & R. A. 1576. §. derhalben auff beschehen vergleichen mit den Ständen ordnen vnd wollen wir *h*) *Vid.* R. A. 1544. §. Wir haben vns auch. *fol.* 301. *i*) R. A. 1521. *sub. tit.* Ordn. deß Landfrieden zu Wormbs / §. vnd drauff befehlen wir allen vnd jeden Churfürsten. R. A. 1529. *sub tit.* Constitution oder Mandat wider die Widertauffer. §. deßgleichen *fol.* 190. *ibi*: hierauff gebieten wir. R. A. 1530. §. vnd dieweil *fol.* 201. *ibi*: demnach gebieten wir. *k*) R. A. 1530. *fol.* 194. §. weiter nachdem; *ibi*: als ein Christlicher Keyser gebürliche execution zuthuen.

(Right margin letters beside the lines above: F, G, H, I, K)

Inter leges *a*) referuntur & *privilegia*, quæ publicæ utilitatis ergò *b*) constituuntur, & ob id nec *c*) â successoribus *temere* revocantur; imò Statibus in Capitulatione *d*) expresśè confirmantur. Ad hæc pertinent Jus Nobilitandi *e*) & dignitates conferendi; Unde Imp. Romanus creat Reges *f*), Electores *g*), Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Pfaltzgravios, Burggravios, Comites, Barones, Equites, Nobiles *h*), Comites Palatinos, Doctores, Licentiatos, Magistros, Notarios. Pertinet huc & Jus Civitatis condendæ *i*), Jus salvoguardiæ *k*), Jus & venia ætatis *l*), Jus famæ *m*), Judæos recipiendi *n*), Induciarum Moratoriarum *o*), spurios legitimandi *p*), dispensandi *q*), & infinita *r*) alia. 21.

A *a*) quemadmodum Leges â Principe hoc habent, ut imperent universis, vetent, puniant, permittant *l.7.de ll.*; Ita, si principi placuit sigillatim quid jubere, vetare, punire & permittere, jure singulari potest. *Vid. Bort. de Maj. c.3. concl.*17. Privilegium enim antiquo verbo quasi privata lex dicitur: quia veteres priva dixerunt, quæ nos singula. *Calvin. in lexico, in voce, privilegium.* Unde fortè, ex ratione *th. praced. lit. B.* proposita, inter ea, quibus circa singulos summa versatur Jurisdictio, de his privilegiis agendum esset: Verùm occasione Legis, cujus privilegium quædam species est *l.1.§.1. & 2. de const pr.*, placet hæc connectere. Quòd autem & Privilegiorum concessio Majestatis Imperatoriæ sit, patet ex texx., *ut arg. l. 1. C. de immun. nem. conc. lib.10. tit.25. junct. l. unic. C de his qui vacat. accep. lib.*10. *tit.*44., tum ex ratione; derogare enim juri communi, quod fit per privilegia *l. 1. §. ult. de const. princ.*, præter principem nemo potest *Bodin.* 1. *de Rep. c. ult.*, cujus solius etiam est pericula, quæ reip. causâ subeuntur, remunerari & præmiis hortari. *l. 5. §. 3. de jure immun.* Sic & interpretatio & declaratio horum privilegiorum solius principis est *arg. l.* 43. *de vulg.*

B *subst.* *b*) Est enim privilegium jus singulare, certæ personæ vel causæ tributum *l.196. de Reg. J.*, quod *in l. 16. de ll.* contra tenorem rationis propter *aliquam utilitatem*, *insignem scilic.*, introductum dicitur: Hinc Calvinus *in lexico, in voce, Privilegia, dict. l.16. ita explicat*, quòd quoties cunque de alicujus privati, vel corporis seu universitatis privilegio tractatur, ante omnia perpendendum sit, num *Utilitas* subsit, non ejus tantùm, cui conceditur, sed *quæ in publicum inde reditura sit.* Et Bortius *d. c. 3. concl. 18. cum Hortleder. in D. sing. ad l. non omnium. de ll.* semper privilegiorum rationem reddi posse arbitratur, non adversante *l.20. de ll.*, quam de privilegiis accipit, & voculam ([illegible]*onem*) in *d.l.* non de *quavis ratione*, sed de ratione & *regula* juris interpretatur, quæ in privilegiis si reddi posset, non essent *privilegia l.16. de ll.*, *sed leges l.8. de ll.* Pertinet huc ista Q.; An Imper. ex Plenitudine potestatis, alterius in præjudicium, immunitatem â Collectis Turcicis, & similia privilegia, alicui concedere possit? Si *ex certa scientia* & *plenitudine potestatis* concedantur, ea nec absentis ignorantiam nec præsentis morari contradictionem opinatur *Cluten. in syll. rer. quot. concl. 22. lit. g.* Verùm quòd suspectæ sint istæ rescriptorum Principalium clausulæ (*ex*

læ (*ex Plenitudine potestatis, certa scientia, &c.*) monitum est supra *th.12. lit.l.in fin.* Rectius ergo id negat *Michael* Schiferer *de Electorib.concl ult.* & *Thom. Michael. de Iurisd. Rom. Imp. concl.* 27., ubi in fin. præjudicium Cameræ allegat. Nec enim quod â principe impetratur cum incommodo alterius conceditur *arg.l.43.pr.de vulg.subst.c.super eo.15.de offic.deleg.* nisi fortè justissima de causa; nam ita accipiendam *l.2.§.16.ne quid in loc.publ.* docent multa jura. Licet enim virtutum præmia tribui merentibus conveniat, tamen aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri non oportere, rescribunt Impp. *in l.4.C.de statuis & imagin.cui adde l.4.C.de emanc.lib.l. 6.pr.C.und.vi l. 2.,ubi Gotofr., & l.4.de natal.rest.& arg.l.7. C.de prec. Imp.off.* c) Id scitum est, inquit *Bodin.1. de Rep.c.8. fol.*133., non modò privilegia, sed ne leges quidem aut edicta mortuo principe vim retinere suam, nisi consequentium principum authoritate, vel consensione tacitâ sanciantur. Aliter Carpzov. *de Capitul.c.3.n.*33., qui privilegia, etiam ex mera liberalitate data, non tamen tollenda dicit, quòd Regiâ Majestate indignum factis antecessoris contravenire; unde de Carolo IV. dubitat, an rectè privilegia, ab antecessoribus & â se ipso concessa, sustulerit in *Aur. Bull. c.* 13. Certè licet revocatio naturæ privilegii non repugnet *arg.c.conquestus* 8.*in fin.,9.q.3.c.frater.* 52.*in med.,16.q.1.N.15.c.1.pr. ibi:neq; si proferat privilegium*, tamen concessa auferre Majestatis imperialis proprium non est N.10.*in præf.med.* & N.81.*c.2. in fin.arg.l.fin. C. de divers.præd lib.11.t.69.l.unic.in fin.C.de pistor.lib.11.t.15. l.5. de decret. ab ord. fac.* d) *tum in universum* hoc Nationi Germanicæ & Romano Imp, *tum nominatim* Statibus hoc promitit Imperator. §. 4. *Capit. Carol. V.* & §.3.*Capit. Ferdin II. & III.* e) Nobilitas, cùm in posteros propagetur, non videtur privilegium appellari posse, quod, quando personæ tribuitur, in hæredes non transmittitur *l.*196. & 68. *de R.I.* Verùm, vel dicendum, non solis primis acquirentibus, sed & ipsis posteris, in diem quo nascerentur, datam esse Nobilitatem, vel, eam privilegium causæ esse, quale est *quod familiæ* tribuitur, ut docet Phil. Matth. *ad l.68.n.29.de R.I.*, argumento Civitatis, de qua *in l.4. §.3.de censib.* Nobilitandi autem jure Imperator *sanctissimus & nobilissimus l.3.de natal. rest.* ut virtutis præmio utitur, *arg. l. 3. in fin. de off. præt.*, aliàs ob inverecundiam appetentium sub- & obreptitia præsumitur nobilitas C D E

despectum Imperatoris, sed ad amplificandam Majestatem ejus, & dignitatis regalis sibi clementer concessę defensionem, *Vid. Matth. Stephan. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 42. & seqq.* Aliam rationem reddit Carpzov. *de capitul. c. 1. n. 23. in fin.* b) hunc quòd elegerit DEUS in constituendis regibus *th. 5. lit. g.* satis dictum; & hactenus *ratione causæ*; quam eandem immediatè habent, Majestas Realis & Personalis differunt, quòd illa sine tubulis & canalibus in populum à DEO fluat, hæc non nisi per populi manũ tradatur. Nec tamen hic cõsensus facit, quò minus ista potestas, quam novo Regi nomine populi conferunt electores, *immediatè* sit à DEO, quia *illam ipsam potestatem arg. §. sed & quod principi. I. de I. N. G. & Civ.*, quam populus eligens, suam *administrandi* Remp., ante electionem factam habuit, quæque immediatè à DEO fuit, in electum Regem *transfert*, & tanquam causa instrumentalis à se in alium derivat. *Besold. 1. Polit. c. 2. n. 11. Ciuten. in syll. rer. quot. th. 4. lit. b. Vid. D. præc. th. 4. lit. b.*; quanquam *Bort. de nat. jur. Maj. c. 5. concl. 3.* consensum populi *causam secundam Majestatis* Personalis esse putat, ita ut nihilominus rectè dicatur regnum à DEO esse, quia hic immediatè concurrit cum causis secundis; Ubi & aliam rationem vid. In nostro Imperio quomodo iste consensus per justam Electionem declaretur *vid. D. præced.* c) ut scil. non excludatur populi, justo bello victi, subjectio, quæ initio inspecto libera non est. d) Ægyptii simulachrum Principis ita repræsentabant, ut *Oculum* pingerent cum *sceptro*, indicantes quod oculus in corpore, id verus Princeps esset in Rep., quod sol in cœlo, id Princeps in populo, (sol oculus mundi, Princeps oculus multitudinis); ꝙ animus in homine, id Princeps in civitate: animus sapit, corpus obtemperat. *Gail. 1. de pac. publ. c. 3. n. 12. l. 3. pr. de off. præf. vig.* e) non n. ita solutum legibus Principem diximus, ut Justitiæ repagula perrumpere possit, cùm ipse sit *lex animata*, quam DEUS misit hominibus N. 105. *c. 2. in fin.* Justitia ergo modum, quem circumstantiis accommodatum præscribit Prudentia, ad juris & æqui regulas exigit. Indignum enim est Majestate, si per scelera sapiat. f) quæ formant reformantque Jura Majestatis, eo fine adjecta, ne excedere Principi terminos justitiæ liceat; de quibus *Disp. seq.*

Forma

Forma Majestatis est, quòd sit summa, perpetua, & legibus soluta *a)*; Vel, consistit in partium apta & convenienti unione & connexione in principiis, objecto, fine & subjecto. *b)* 17.

a) Quæ tria supra aliquot thesibus latiùs exposita sunt. *b)* ita Bort. *de nat. jur. Maj. c. 4. concl. 1.* formam describit, ubi dicit, quòd Jura regni & Jura Regia seu Majestatis connectantur *principiis* communibus (*Deo, jure gentium, justitiâ & prudentiâ politicâ*), & conspirent in idem *objectum* pro adeptione *communis finis*, salutis nimirum *Reip:*. Jura verò regia arctiori nodo adhuc colligentur, non tantùm in istis tribus verùm etiam *in uno subjecto*, *quod vel naturâ tale est*, vel, analogiâ unum sit, necesse est. Licet enim & jura regni unum *analogiâ* subjectum, corpus scil. reip., habeant, vix tamen est, ut & unum, quod *naturâ* tale sit, habeant. A B

Finis Majestatis hujus *internus* est, animare *a)* imperio summo universali Remp:, ut *tum inter se* 1. honestè & justè, 2. præclarè, 3. piè *b)*, *tum adversus hostium* injurias securè *c)* degat totus civitatis cœtus. Externus verò est salus populi *d)*, quæ in fruitione utilium & necessariarum rerum consistit. 18.

a) Verè enim *ex August. 19. de Civit. Dei. c. 15.* Althus. *c. 1. polit. n. 13.* Imperare nihil aliud est, quàm aliorum utilitatibus inservire. Quippe imperialem decet solertiam ita reip. curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, *ait Imp. Frider. in tit. 55. pr. F. 2.*, qui nisi ab alio adjuti imperio (*quod Reip. arcem tenet, omnia ejusdem movens membra,*) sibi sufficere non possent. *b)* Hæc tria non nisi studiis *justitiæ*, *contemplationis* & denique *religionis* obtinentur. His tribus autem *perfectionem Reip.* absolvi, patet ex eo, quòd ad perfectionem hominis ea necessaria sint. Qui enim finis est hominis & singulorum, idem est universorum & Reip:; licet eò diverso *modo* tendant, & *scopo*. Virtutibus enim hominis privati *moralibus* appetitus & effectus ita diriguntur, & ut, erga se internè, & erga cives *totius* A B

mundi, rectè habeant; *Intellectualibus* autem seipsum homo oblectat, & *religiosis* DEO se rectè parat. Respublica verò & civilis societas actiones *morales* in *civiles* commutat, accommodatas ad certas circumstantias temporum locorum & personarum, ne invicem se lædant; Contemplatio item Reip. necessaria, tum ad Justitiam & vitam practicam, tum ad religionem. Virtutes denique Theologicæ eatenus huc pertinent, quatenus iis ad obligandum populum exemplo Numæ & aliorum opus est, & societati sine scandalo & offendiculo inter se religionis usum imperari necesse est. *Bort. de nat. jur. Maiest. c. 3. concl. 1.* Quando autem *voluntas* potissimum homini in exercitio suarum virtutum inservit, necesse est, ut & *ejus vice* aliquid *potestatis* Reip. tribuatur, quæ ejusdem membra moveat. *Vid. Bort., & quæ dicta sunt th. 4. lit. A.* Ne tamen cum Pontificiis ea fundamenta jaciamus, quibus illi & *parricidia* & *ejectiones* Principum hæreticorum superstruunt, si vel *contemplationes* vel *religio* in rep. *vera* non vigeant, *Besold. 1. Polit. c. 1. n. 22.*; ex dictis apparet, quatenus eas ad *absolutum reip. finem* spectare credamus. Nec enim verum est illas Resp., in quibus honestè & tranquillè vivitur, *veras absolutè Resp.* non esse, nisi etiam in iisdem vivatur secundum *contemplationem* aut secundum *purissimæ religionis præscripta*; qualem Remp. dari, quatenus humana, impossibile est: Cives enim *honestos* facere quidem politica potest, *pios verò* & verè Christianos, & quidem *omnes* faciet nunquam, sed potius hypocritas & simulatores. *Keckerm. in præcog. polit. fol. 25. & seqq.* Si tamen *finem Reip. cum gradu eminentiæ*, seu ejus non tam *esse*, quàm *præclarè & piè esse*, consideres, id demum Resp. *Contemplationibus* & *Religione verâ* assequetur. Unde est quòd pro Regibus orandum jubet *Apost. 1. Tim. 2. v. 2.*, ut *tranquillam vitam* degamus cum omni *Pietate* & *Honestate*. Nam aliàs Christus non venit destructum Regna, quatenus
C bene se habebant, sed perfectum. *Besold. d. loc.* c) Cùm enim hostium machinationibus ea, quæ salutariter domi constituta, destrui soleant, necesse est ut & domesticum iis avertendis robur opponere valeat Majestas, &, si quid ab amicis per Confœderationes subsidii haberi potest, conquirat; quanquam hoc minus tutum; Unde Althus. *polit. c. 9. n. 15.* requirit, ut consociatio universalis & corpus politicum habeat sufficientiam universalem, propriam & plenam

potentiam

potentiam, facultates & vires, quibus sustentetur & innitatur, ut alium superiorem, cui aliquid debeat, aut à quo ea, quibus eget, exspectet, non agnoscat. *d*) Finis internus, *ut dicit Keckerm.* 1. *syst.log.c.* D
28. *fol.* 170. *in fin.*, *est opus*, externus autem *istius operis usurpatio*. Ergo & Majestatis finis internus est administratio, & dispositio mediorum saluti publicæ servientium; externus autem hujus administrationis usus; qui est *salus populi*, quam eleganter Cic. ita illustrat: *Vt gubernatori cursus secundus, medico salus, Imperatori victoria, sic moderatori Reip. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, gloria ampla, virtute honesta sit Resp.* Et hunc finem intendit ipse Deus (*Ideo Iehova imposuit te Regem, ut exerceres judicium & justitiam; dicitur* 1. *Reg.* 10. *v.* 9.) in communicatione suæ potestatis *vid. th.* 5. *lit. G.*; eundem populus in commissione & cessione regni, etiam lege successionis delati. Jus enim ab electione familiæ cæptum succedendo continuatur; quare quantum prima electio tribuit, tantum defert successio, *Grot.* 1. *de jur. bell.* 3. *n.* 10. *in fin.*; qui tamen ibid. *n.* 8. *post med.* asserit, quædam regimina *per se esse esse regentis causâ*, ut victoriâ parta. Verùm, hæc *tum* anomala sunt, *tum* non semper libertatem victores victis eripiunt, aut statum eorum immutant *vid. Grot.* 3. *de jur. bell. c.* 15., *tum* si quid istorum factum, progressu temporis pristina jura populus recuperare sæpe solet. Bort. *de nat. jur. Maj. c.* 5. *concl.* 8. In nostro imperio nulli *de hoc fine Majestatis* dubitationi propter capitulationē locus, *vid.* §. vnd in alle weg. 4. *Capit. Carol. V. &* §. 3. *Ferdin. II. & III.*; imò & per primam potestatis in Principem translationē populus *sibi consuli* voluit. *l.* 2. §. 11. *de O. I.*

Effecta Majestatis partim ex suprà dictis *a*) expli- 19.
cationem recipiunt, partim ex natura Jurium Majestatis, quæ cognationem quadantenus *b*) cum iis habent, perfectius cognoscuntur. Jura hæc Majestatis sunt, vel Pacis vel Belli *c*), seu quæ statui Reip. vel optimè dirigendo & efformando, vel eidem adversus hostes conservando, serviunt. Illa rursum triplicia. *d*)

a) uti ex *th.* 12. 13. 14. & 15.; ubi dictum, qualis & quanta Majestatis vis, & circa quos versetur, & quid operetur. *b*) quia uti hæc pro diversis Reip. negociis distinguuntur, ita simul suos in iisdem A

habent effectus. Jura Majestatis alii vocant Materiale seu partes potentiales Majestatis Bort. *de nat. jur. Maj. c.* 1. *concl.* 4. Limn. *1. de I. publ c.*10.*n.*45. Arnil. 2. *de Maj. c.* 1. *n.* 1. ubi *n.* 3. ea definit; Quòd sint potestates summæ, quibus is, qui superiorem non cognoscit, Remp. absolutè moderatur, & publici ad eam rem tributi reditus. Arumæus autem *disc.* 7. *de I. publ. fol.* 78. & Dan. Otto. *c.* 9. *de I. publ. fol.* 206. *& c.* 15. *in pr.* illa â Majestate tanquam effecta â causa distinguunt, unde hæc (*quædā tamen excipit Otto fol.* 310.), non a. Majestatē, communicari posse Principibus inferiorib. asserunt. Utrumq, diverso cōsiderandi modo defendi posse videtur; quatenus enim *actu* exercentur *effectorum locum* obtinebunt. Unde eâdem operâ utraque consi-
C deratio absolvi potest. *c*) Eleganter hæc duo summa Majestatis capita complectitur Justinianus *in princ. Procem. Instit.* dum dicit: *Imperatoriam Majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportere armatam esse.* Quibus verbis ad duplicem illum finem Majestatis internum, qui *in th. præced.* propositus est, digitum intendit; nec enim per *leges* solùm edictorum quorundam sanctionem, quàm omnium illorum, quæ *domestica seu togatæ* beatitudini serviunt, procurationem intelligit, circa quam cùm frequentiùs, quàm circa res bellicas, *leges* ferantur, maluit eam per *adjunctum occupatum* significare, non sine ipsius *adjuncti, sive legum*, commendatione. Patet hoc ex verbis seqq., ubi *legibus dicit gubernari tempus Pacis, h. e., pacis negocia:* quod certè solis legibus sine reliquis administrationis instrumentis, ut magistratibus, *&c.*, vix obtinebitur. Ut autem mutuum horum Jurium amplexum & coextensionem indicet Justin.; dicit Imperatorem & armis *decorari*, & legibus *armari*; Videl: quia nec belli negocia *foris* facilem exitum habent, nisi, & ipsa legibus muniuntur, nec *domi* justa consociationis viget forma, aut pacis munia, sine armorum adminiculo (*per l.* 51. *ibi: armari leges gladio ultore. C. ad l. Iul. de adult. l.* 68. *ibi: manu militari. de R. V.*), rectè obeuntur. *Vid. Schneidvvin. ad procem. I. n.* 2. Cum his duobus autem, quia *sine sumtu* Majestas illa exsequi nequit, subsidiarium quoddam Jus Fisci seu Ærarii curandi complicatur. Unde illa nata Dd. distinctio Jurium Majestatis & Regalium, in *Majora*, quæ supremam Principis authoritatem & præeminentiam respiciunt, (*de quibus hic agendum est*), & *Minora*, quæ Fiscum, de quibus alibi. Alii aliter Jura Majestatis distinguunt. Bortius *de nat. jur. Majest.*
c. 3. *concl.*

c. 3. concl. 2. ad jurisdicundi & Religionis potestatem eã revocat, & sub illa potestatem belligerandi comprehendit *concl. seq.*, ac deinde *concl. 6.* distinguit hæc jura, quæ *essentiam* Majestatis directò vel obliquè spectant, ab iis, quæ sunt *de existentia* ejusdem & ex illis pendent, ac *Regalia* appellantur. Paurmeist: *1. de jurisd. c. 3. n. 21.* in Pacis quidem & Belli jura illa dividit; sed ita ut & leges & Magistratus non directè ad Pacis jura, sed ad subdiarium jus referat, cùm sine illis Resp. quædam & esse & consistere possit, *per l. 2. §. 1. de O. I.* Quod quidem verum videtur, ita tamen ut hęc duo meritò â Jure subsidiario Fisci segregentur, cùm in iis & major emineat Principis potestas, & in non ampla Rep. necessaria sint. *arg. l. 2. §. 2. de O. I.* *d)* Jura Majestatis, quæ tempus Pacis, seu statum Reip. bene formandum spectant, necesse est pro triplici fine, quem Cœtui *inter se* degēti propositum esse *th.* 18. dictum est, triplicia esse: Ut enim honestè & justè vivat, *Potestate juris dicendi*; ut præclarè, *Academias erigendi potestate*: ut piè, *Potestate religionis administrandæ* opus est. Belli autem jus alterum Reip. finem attingit, & eam adversus hostes securam præstat. Hoc notandum connexionem quandam habere hæc jura, ut diverso respectu alterum ad alterius caput nonnunquã possit trahi. D

Ad Potestatem jurisdicendi *a)*, quæ est *primum togati juris Majestatici caput*, pertinet *b)* 1. potestas legum ferendarum *c)* & interpretandarum *d)*. Unde & hodiernus Imperator leges universales *e)* in Comitiis cum approbatione statuum *f)* edicit *g)*, pœnamq;, procerum voluntate *h)* determinatam, præfigit *i)* & exeqnitur. *k)* 20.

a) Jurisdictio latè nonnunquam accipitur ab authoribus pro quolibet Imperantis jussu, ut in illo Senecæ 1. *de Clem.* *Quæ ruant urbes mea jurisdictio est.* A Paurmeist. *1. de Jurisd. c. 3.* opponitur potestati belligerandi: â Bortio verò *de Maj. c. 3. concl. 2.*, non huic quidem, sed potestati religionis administrandæ: cujus exemplo ego etiam Academiarum jus (*quod ipse sub Religionem refert*) ab ea excludo; ut præter hoc, & belli, atque religionis curam, reliqua Imperii Politici omnia contineat. *b)* Summam enim hanc Jurisdictionem dicit Bort. *d. c. 3.* A B

concl. 13.

*concl.*13. versari vel *circa universam* Remp., & tum perfici instrumento regendi, eóque vel inanimato, (*ut Legibus*), unde jus condendi Leges: Vel animato (*Consiliariis*), unde Jus Comitiorum: *Vel circa partes ejusdem* regendas (*quò opus imperio*), unde creatio Magistratuum: *Vel circa singulos* (*juredicundo*), unde jus ultimæ cognitionis, (*vel commercio juvando*), unde emergit jus nundinarum & Monetę cudendæ. *c*) Leges Reip. sustentaculum atque fundamentum *N.L.*36.*pr.*
C
D quas condere soli Imperatori concessum *l. fin.* §.1. *C. de ll.* *d*) Ænigmata legum solvere & aperire solo dignũ Imperio, *d.l.fin.* §.1. *ad d.l.* 1.*C.de ll.N.*143.*pr.*, de quo etiã egregia Justin. verba sunt in *N.*159.*in pr.* Verùm *solius* quidem principis est leges ferre & interpretari *d. l.* 1. & *ult.* §.1.*C.de ll.*, sed non *solùm*, quia & aliis suâ authoritate solet concedere, ut prudentibus *d.l.ult.* §.1.*in fin.*, etiam hodie *l.unic.C.de Profess. qui in urb. Const. lib.* 12. *tit.* 15. Deinde, cùm benignâ interpretatione voluntas legum conservetur *l.* 18. & 17. *de ll.*, hactenus judicibus permissa est interpretatio *l.* 8. *C. de judic.*, si aliquâ ratione rigor juris ita temperari possit, ut *tamen non planè tollatur totum*, quasi totum & planè injustum. Nam (*ut subtiliter Donell.* 1.*comm.c.*13.*id explicat*) si interpretatio inter jus & æquitatem (*ut est in l.*1.*C.de ll.*) *interponi* debet, *hoc est, si interpretatio, æquitatem à jure separando, dicit, ideo jus mutandum, quia iniquum, nec verba legis solùm, ut in l.*17. *de ll., dura, sed & sententia*) soli Imperatori relinquenda est interpretatio *l.*1.*C. de ll.*, ne sibi legislationem sumant, sed obsequii gloriam servent JCti *l.*12.§.1. *in fin. qui & à quib. man.* Similiter tum ad Imperatorem redit interpretatio, quoties opus pragmaticis sanctionibus dirimere conflictum communium & magis communium opinionum, *Bort. de Maj.c.*3.*concl.*16., uti à Carol. V. factum in Q., An fratrum filii in capita succedant. *Vid.* R. A. 1529.*fol.*189. Interim tamen donec emanet decisio Imperatoria jubentur judices, sublatis relationibus ad Imp., quod eis justum &
E æquum videtur decernere *N.*125.*c.*1. *e*) quæ ad omnes cives Romanos pertinent: Nam & inferiores Magistratus leges speciales seu provinciales condere possunt *c. vestra* 2. *ibi: statuto contrario, de locat. & cond. arg. c. si quis.* 2. *de majorib. & obediend. & l.* 2. *C. de offic. praef. or. Daniel Otto de Iur. Publ. cap.*11. *fol.*329. §. vnd in alle weg. 4. *Capit. Carol. V.* & §. 3. *Ferdin. II. & III. ibi:* Gebrauch vnd gute Gewonheiten.

tem. *f)* ita enim de approbatione sua communiter testantur sub finem Recessuum: Vnd wir Churfürsten &c. bekennen offentlich mit diesem Abschiede / daß alle vnd jede obbeschriebene Puncten vnd Artickul mit vnsern guten wissen/willen vnd Raht fürgenommen vnd beschlossen / willigen auch dieselbe sampt vnd sonderlich vnd in krafft dieses Brieffs *&c.* *g)* non solùm his initialibus Recessuum verbis absque Procerum mentione: Wir N. von Gottes Gnad bekennen vnd thun kund jedermänniglich; sed & ubi ipsa capita Recessuū proponuntur & sanciuntur, R. A. zu Nürnberg 1542. *fol.* 286. §. vnd damit/ibi: So haben wir &c. mit den Ständen vergliechen: Setzen vnd ordnen auch auß Römischer Keyserl. vnd Königlicher Macht &c. *&* R. A. 1576. §. derhalben auff beschehen vergleichen mit den Ständen ordnen vnd wollen wir *h)* *Vid.* R. A. 1544. §. Wir haben vns auch. *fol.* 301. *i)* R. A. 1521. *sub. tit.* Ordn. deß Landfrieden zu Wormbs / §. vnd drauff befehlen wir allen vnd jeden Churfürsten. R. A. 1529. *sub tit.* Constitution oder Mandat wider die Widertauffer. §. deßgleichen *fol.* 190. *ibi*: hierauff gebieten wir. R. A. 1530. §. vnd dieweil *fol.* 201. *ibi*: demnach gebieten wir. *k)* R. A. 1530. *fol.* 194. §. weiter nachdem; *ibi*: als ein Christlicher Keyser gebürliche execution zuthuen.

F G H I K

21\. *Inter leges* *a)* referuntur & *privilegia*, quæ publicæ utilitatis ergò *b)* constituuntur, & ob id nec *c)* â successoribus *temere* revocantur; imò Statibus in Capitulatione *d)* expresse confirmantur. Ad hæc pertinent Jus Nobilitandi *e)* & dignitates conferendi; Unde Imp. Romanus creat Reges *f)*, Electores *g)*, Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Pfaltzgravios, Burggravios, Comites, Barones, Equites, Nobiles *h)*, Comites Palatinos, Doctores, Licentiatos, Magistros, Notarios. Pertinet huc & Jus Civitatis condendæ *i)*, Jus salvoguardiæ *k)*, Jus & venia ætatis *l)*, Jus famæ *m)*, Judæos recipiendi *n)*, Induciarum Moratoriarum *o)*, spurios legitimandi *p)*, dispensandi *q)*, & infinita *r)* alia.

A *a*) quemadmodum Leges à Principe hoc habent,ut imperent
univerſis, vetent, puniant, permittant *l.7.de ll.*; Ita,ſi principi placu-
it ſigillatim quid jubere , vetare,punire & permittere, jure ſingulari
poteſt. *Vid.Bort.de Maj.c.3.concl.*17.Privilegium enim antiquo verbo
quaſi privata lex dicitur: quia veteres priva dixerunt,quæ nos ſingu-
la. *Calvin. in lexico, in voce, privilegium.* Unde fortè , ex ratione *th.praced.
lit.* B. propoſita , inter ea, quibus circa ſingulos ſumma verſatur Ju-
riſdictio, de his privilegiis agendum eſſet: Verùm occaſione Legis,
cujus privilegium quædam ſpecies eſt *l.1.§.1. & 2. de conſt pr.*, placet
hæc connectere. Quòd autem & Privilegiorum conceſſio Ma-
jeſtatis Imperatoriæ ſit, patet ex texx., *ut arg.t.t.C.de immun.nem.conc.
lib.10.tit.25.junct.l.unic.C de his qui vacat.accep.lib.10.tit.*44., tum ex ra-
tione ; derogare enim juri communi , quod fit per privilegia *l. 1. §.
ult.de conſt.princ.*, præter principem nemo poteſt *Bodin. 1. de Rep. c. ult.*,
cujus ſolius etiam eſt pericula, quæ reip. causâ ſubeuntur, remune-
rari & præmiis hortari. *l. 5. §. 3. de jure immun.* Sic & interpretatio &
declaratio horum privilegiorum ſolius principis eſt *arg.l. 43. de vulg.*
B *ſubſt.* *b*) Eſt enim privilegium jus ſingulare,certæ perſonæ vel cau-
ſæ tributum *l.196.de Reg. I.*, quod *in l. 16. de ll.* contra tenorem ratio-
nis propter *aliquam utilitatem* , *inſignem ſcilic.*, introductum dicitur:
Hinc Calvinus *in lexico , in voce, Privilegia , dict. l.16. ita explicat* , quòd
quotieſcunque de alicujus privati, vel corporis ſeu univerſitatis pri-
vilegio tractatur , ante omnia perpendendum ſit, num *Vtilitas* ſub-
ſit, non ejus tantùm,cui conceditur,ſed *quæ in publicum inde reditura ſit.*
Et Bortius *d. c. 3.concl. 18. cum Hortleder. in D. ſing. ad l. non omnium. de ll.*
ſemper privilegiorum rationem reddi poſſe arbitratur, non adver-
ſante *l.20.de ll.*,quam de privilegiis accipit , & voculam (*rationem*) *in
d.l.* non de *quavis ratione* , ſed de ratione & *regula* juris interpretatur,
quæ in privilegiis ſi reddi poſſet, non eſſent *privilegia l.16.de ll.*, *ſed le-
ges l.8.de ll.* Pertinet huc iſta Q.; An Imper.ex Plenitudine poteſtatis,
alterius in præjudicium , immunitatem â Collectis Turcicis , & ſi-
milia privilegia , alicui concedere poſſit ? Si *ex certa ſcientia* & *plenitu-
dine poteſtatis* concedantur , ea nec abſentis ignorantiam nec præſen-
tis morari contradictionem opinatur *Cluten.in ſyll.rer.quot.concl.22.lit.
g.* Verùm quòd ſuſpectæ ſint iſtæ reſcriptorum Principalium clauſu-
læ (*ex*

læ (*ex Plenitudine potestatis, certa scientia, &c.*) monitum est supra *th.*12. *lit.l.in fin.* Rectius ergo id negat *Michael* Schiferer *de Electorib.concl ult.* & *Thom. Michael. de Iurisd. Rom. Imp. concl.* 27., ubi in fin. præjudicium Cameræ allegat. Nec enim quod à principe impetratur cum incommodo alterius conceditur *arg.l.*43.*pr.de vulg.subst.c.super eo.*15.*de offic.deleg.* nisi fortè justissima de causa; nam ita accipiendam *l.*2.§.16.*ne quid in loc.publ.* docent multa jura. Licet enim virtutum præmia tribui merentibus conveniat, tamen aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri non oportere, rescribunt Impp. *in l.*4.*C.de statuis & imagin.cui adde l.*4.*C.de emanc.lib.l.* 6.*pr.C.und.vi l.* 2.,*ubi Gotofr.*, & *l.*4.*de natal.rest.& arg.l.*7. *C.de prec. Imp.off.* c) Id scitum est, inquit *Bodin.*1. *de Rep.c.*8. *fol.*133., non modò privilegia, sed ne leges quidem aut edicta mortuo principe vim retinere suam, nisi consequentium principum authoritate, vel consensione tacitâ sanciantur. Aliter Carpzov. *de Capitul.c.*3.*n.*33., qui privilegia, etiam ex mera liberalitate data, non tamen tollenda dicit, quòd Regiâ Majestate indignum factis antecessoris contravenire; unde de Carolo IV. dubitat, an rectè privilegia, ab antecessoribus & à se ipso concessa, sustulerit in *Aur. Bull. c.*13. Certè licet revocatio naturæ privilegii non repugnet *arg.c.conquestus* 8.*in fin.*,9.*q.*3.*c.frater.* 52.*in med.*,16.*q.*1.*N.*15.*c.*1.*pr. ibi:neq; si proferat privilegium*, tamen concessa auferre Majestatis imperialis proprium non est *N.*10.*in præf.med.* & *N.*81.*c.*2. *in fin.arg.l.fin. C. de divers.præd lib.*11.*t.*69.*l.unic.in fin.C.de pistor.lib.*11.*t.*15. *l.*5. *de decret. ab ord. fac.* d) *tum in universum* hoc Nationi Germanicæ & Romano Imp, *tum nominatim* Statibus hoc promitit Imperator. §. 4. *Capit. Carol. V.* & §.3.*Capit. Ferdin II.* & *III.* e) Nobilitas, cùm in posteros propagetur, non videtur privilegium appellari posse, quod, quando personæ tribuitur, in hæredes non transmittitur *l.*196. & 68. *de R.I.* Verùm, vel dicendum, non solis primis acquirentibus, sed & ipsis posteris, in diem quo nascerentur, datam esse Nobilitatem, vel, eam privilegium causæ esse, quale est *quod familiæ* tribuitur, ut docet Phil. Matth. *ad l.*68.*n.*29.*de R.I.*, argumento Civitatis, de qua *in l.*4. §.3.*de censib.* Nobilitandi autem jure Imperator *sanctissimus & nobilissimus l.* 3.*de natal. rest.* ut virtutis præmio utitur, *arg. l.* 3. *in fin. de off. præt.*, aliàs ob inverecundiam appetentium sub- & obreptitia præsumitur nobilitas C D E

bilitas *arg l.1.C.de petit.bon.lib.10.t.12*, quam qui meruerunt, ab illa vicissim repelluntur *l.6.C.de dign.lit.12.t.1. & arg l.1. de natal.rest.Kirchn.de Rep.D.2.coroll.5.lit.b* Non ignoratâ tamen nobilitandi cõditione cum indignis moribus dispensâsse Imp. creditur, *per l.57.in fin. de re judic. l.3.C. de crim.sacril. Nolden in tr. de nobil.c.7.n.22.usq; ad fin.*; nam, si alibi unquam, hîc locũ habet, quod vulgò dici notat Calvin.*in Lexic.,in vo-*

F *ce,Privilegium*; Omne jus habet annexam gratiam. *f)* Sicut antiquitus Imperium Rom. Reges dabat Judæis, Syris, Parthis, Albanis, Colchis, Iberis & aliis; ita posteaquam illud ad Germanos est devolutum, eadem reverentia mansit, ut Impp. nostri Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueciæ Principes Regalibus dignitatibus decoraverint *Limn.2.de I.publ.c.9.n.17.& 5.seqq.* Unde Kirchner. *d.D.2.th.5. lit.d.* Regnorum alia, *inquit*, diversos & plerunque minorum gentium nobiles habent, solum Imp. Romanicum fert etiam Reges. De quo tamen dubitari potest, cùm Imperator suam creandis Regibus non cedat Majestatem, multo minùs aliam *arg.l.54.de R.I.*, quæ non nisi â DEO per populi consensum constituitur, *vid.th.16.lit.a.* Ut proinde vel, *in Regibus nulli subjectis*, de reverentia & comi observãtia nostri Imperii *ex l.7.§.1.de capt.& postl.reversf.* id accipiendũ sit, vel, ut Dieter. *de sum.pot. concl.23.* de Rege Bohemiæ sentit, arbitrandum, non ideo *quem Regio nomine* indignum, quòd Vasallus Imperii sit, siquidem *dignitas hæc sit*, quæ Majestatem non augeat nec minuat: cui si obstaret, quòd plerunque Reges Majestatem habeant, nec Duces nec Principes (*quorum quidam olim summã potestatẽ habuerunt, & adhuc hodie,*

G *ut Dux Moscoviæ, habent*) essent, qui superiorem venerantur. *g)* Electores ab Ottone III. institutos esse dictum est *D.praeced. th.6. lit.b.* Si quem autem ex Principatibus Electorum Imperio S. vacare contingit, Imperator de ipso providere *debet & potest Aur. Bull. tit.7. circ.fin.*, id est, sibi quidem eum non potest retinere *arg.c.fin.ibi: cùm inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis: de institutionib.* sed tamen cui velit (*etiam suis cognatis, & cognatis defuncti Electoris neglectis:* facit arg. *c.24.F.1.Gul.2.O.148.n.3.*), absque consensu Electorum concedere. *Arum.ad Aur.Bull.tit.7.concl.16.adde & seq.* Quod jus, quantum ad Electores, per Capitulationes mutatum non est: ne scil. nume-

H rus Electorum minuatur *Arum. d. loc. Carpzov. de capitul. c.7.n.4.* h)

Non

Non dubitandum, quin Princeps ad ludos Equestres, ob priscarum imaginum defectum, minus idoneum restituere possit *Cluten. in syll. rer. quot. concl. 20. lit. f.*; Formulam talis privilegii refert Dan. Otto. *de jur. publ. c. 11. fol. 335.* i) *arg. l. unic. C. de Metrop. Beryt. lib. 11. tit. 21.* Quò pertinet vulgatum illud Imp. Maximil. *anno* 1514. ad Albertum Comitem Mansfeldiæ, vico cuidam propè Islebiam vitam & spiritum (das Stadt-Recht) concedere volentem, mandatum; in quo hæc verba: wan nun dir noch Jemand anders nit gezìemet &c. Vid. Dn. Bruning. *de jur. univers. concl. 13.* k) seu jus absolutæ & plenæ securitatis *arg. l. 4. in fin. de pœn.* l) *arg. t. t. C. de his qui ven. æt. impetr.* Ab hoc jure distinguit *Cluten in syll. rer. quotid. concl. 20. lit. q.* Jus impetrantem ætatis veniam in justam & legitimam ætatem ponendi: hoc enim majus, illud minus statuit: Quæ distinctio, si vera est, nescio an fundetur in conjunctione *l. 10. C. de appell. & l. ult. C. si maj. fact. sine decret. rat. hab.* Nam *in d. l. 10.* veniam ætatis impetrans appellationem exercere potest, nec tamen idem rem immobilem in *d. l. ult.* validè in alium donationis titulo transcribere potest. *m*) & honoribus restituendi *arg. l. 1. l. 10. & t. t. C. de sent. pass. arg. l. pen. pr. de decur. §. 1. in fin. I. quib. mod. jus pat. pot.* R. A. 1525. §. vnd ist derhalben. Hoc jus Carolus V. cuilibet Magistratui in seditione rusticorum specialiter indulsit R. A. zu Speyer 1526. §. vnd wiewol. *n*) *Vid. Reformat. anni 1548. tit.* von Juden vnd jhrem Wucher. *o*) Vulgò Anstands Brieffe oder Quinquennel/nemblich vff gewisse Zeit zu zahlen. arg. Reformat. guter Policey *anno* 1548. *sub tit.* von verdorbenen Kauffleuten §. vnd nachdem. *adde l. 4. de precib. Imp. off. l. 45. §. 10. de I. fisc.* p) *t. t. de natal. rest. N. 89. c. 9.* Vid. apud Geil. 2. O. 142. quatenus id Imperator possit. *Adde th. 15. lit. d.* q) seu remittendi pœnas capitales, *arg. l. 31. de pœn.* R. A. 1526. §. vnd wiewol der gemeine Mann *pag.* 167. Quod obtinet in pœnis *arg. l. 10. de minor.* politicâ, non æternâ, lege inductis. Verùm ad id rarò Princeps procedat, monet præclarè Wesemb. *in π. ex quibus causis maj. n. fin.*, nisi in suis injuriis remittendis, quâ nulla ipsi laudabilior venia, quam Impp. in *l. unic. C. si quis Imp. maled.* planè regio animo Imperatorii nominis obtrectatori tribuunt. Quæ sint Dispensandi causæ probabiles negat præcisè posse definiri Grot. 2. *de jur. bell. c. 20. n. 24.*, hoc tamen tenendum, majores esse debere post

I
K
L
M
N
O
P
Q

 legem

legem, quàm quæ ante legem spectabantur: Ubi *n.* 27. rectè reprehendit Vasq., statuentem, eam tantùm justam dispensandi causam esse, de qua legis author consultus dixisset, extra mentem suam esse legem observari; cùm relaxatio hæc sæpe liberè dari & omitti possit,
R aliúdque sit, legem ex causa tollere, aliud, declarare factum ab initio mente legis non fuisse comprehensum. *r)* quia non omnia privilegia recenseri possunt, tenendum pro regula: quòd, quæ aliàs jure non subsistunt, auctoritate suâ princeps summus confirmet *l.* 38. *de adopt. l. ult. pr. de Senator. l.* 10. *de his qui not. inf. Coler. de jur. Imp. Rom. concl.* 25.

22. Pertinet huc 2. Jus Comitiorum *a)*: Unde Imp. Romanus, consensu & approbatione Electorum *b)*, comitia indicit *c)*, & deliberationis capitula *d)* proponit. *e)*

A *a)* seu Jus publicè deliberandi de publicis & arduis Reip. ne-
B gociis, indicto conventu publico. *b)* R. A. 1576. §. Als haben wir mit Raht vnd beliebung obgemelter vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen eine gemeine Reichsversamblung außzuschreiben. R. A. *de anno* 1555. *fol.* 406. §. vnd so abermahls / ibi: vnd da es auff anzeig vnd gutachten der Churfürsten die Notturfft erfodern solte / ohne allen verzug eine gemeine Reichsversamblung haben fürzunehmen vnd außzuschreiben. Add. R. A. 1582. §. derhalben zu nohtwendiger. R. A. 1598. §. Als aber dazwischen / *Bertram de Comitiis Imper. concl.* 17. ubi *concl. seq.* concludit, non minùs hunc Electorum
C consensum in translatione, Comitiorũ ab uno loco in alium, prorogatione item ac reassumtione necessariũ esse. *c)* R. A. 1544. *fol.* 501. §. wir haben vns / *versic.* wir laden vnd heischen auch alle vnd jede Churfürsten / Fürsten vnd Stände von vnsers Keyserl. Ampts vnd Obrig-
D keit wegen wissentlich / &c. *d)* R. A. 1564. §. haben sie / *ibi*: vnser *proposition.* R. A. 1566. §. Als wir nun hierauff nach eröffneter vnser Keyserl.
E *proposition &c.* *e)* Decisio deliberatorum in Comitiis quomodo fiat, pete ex *th.* 20. *lit. e.* & *seqq.*

23. Et 3. creatio Magistratuum. Quò aliquatenus *a)* in Imp. nostro referri possunt *primò*, *tum universalis* Jurisdictionis exercitium (quod vel Imp. mandat Curiæ

suæ,

suæ, dem Reichshoff Raht / vel cum Consilio Procerum Prætorio seu Cameræ Spirensi tributum est, Judice & Præsidibus tribus â solo Imperatore *b)*, reliquis Assessoribus partim ab Imp. partim â Statibus *c)*, constitutis), *tum particularis* in districtu Rotwilano *d)*. *Secundò*, feuda regalia, quibus Status solus Imperator *e)* investit, & ex justa causa *f)* devestit.

a) Nam *nec Camera Spirensis* propriè Magistratibus Romanis, quorum creatio olim populo reservabatur, assimulatur, quia quoad contentiosam præcipuè jurisdictionem Imperatorem & universum Imperium repræsentat, unde etiam non Cameræ Magistratus, sed judicium dicitur. *Magnif. Dn. Reinking. 1. reg. sec. cl. 2. c. 2. n.* 152. *nec Status Imperii, tum quòd* eorum jurisdictio ob præsentiam Imperatoris in ipsorum territoriis non conquiescat *vid. Magnif. Dn. Reinking. d. lib. 1. cl. 5. c. 7. per tot. Thom. Mich. de Iurisd. R. Imp. concl.* 134. (*de quo fortè alibi*), cùm tamen aliàs regulariter si supervenerit Majestas nullus Magistratus jurisdictionem suam retineat non impeditam *arg. l. 58. de judic. l. 5. C. de off. rect. prov. Besol. 1. Polit. c. 2. n. 28. Bort. de Maj. c. 3. concl.* 23., *tum quòd*, licet olim Duces, Marchiones, Comites non alii fuerint quàm Judices suæ cujuslibet provinciæ, & hodie Status Imperii proconsulum & præsidum locum obtineant, non tamen hodie in eorum jus succedant, sed jure patrimoniali perpetuam habeant jurisdictionem, ad hæredesq; transitoriam, nec pro lubitu Imperatorum constituantur & dimittantur. *Bort. d. concl. in fin. Carpz. de capit. c. 1. n.* 24. Possunt tamē nihilominus Magistratus vocari Imperii Status, hoc ipso n., quòd Imperator iis Regalia, Jurisdictionalia & alia jura Magistratus per investiturā confert, Magistratus creare cēsetur, quāvis diversimodè *Magnif. Dn. Reink. d. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 149. & 171.* Sic Status Imperii vocantur Magistratus in Recessibus, *ut in* R. A. 1530. *fol.* 201. §. Damit auch / *ibi:* der Obrigkeit in deß Churfürstenthumb / Herrschafft oder Gebiet die Auffrhur entstanden / *& passim in Recessib.*, in quibus tamē *abusivè* id accipi, inde apparet, quòd in iisdē inveniatur, Kayserl. Obrigkeit. R. A. 1544. *fol.* 310. § wir haben vns. v. wir laden. *Deniq; cùm universalis sit Curia* Imper., & Cameræ Spirensis, jurisdictio, A

& sic

& sic universale regiminis Majestatici instrumentum, *sub primam ejus classem*, ex ratione *th:20.lit.b.* proposita, refertur, & â Feudis regalibus & judicio Rotwilensi, quę certarum Imperii sunt partium, seu provinciarum, segregari potest. *b) Vid. Ordin. Camer. anno* 1555. *p.1. tit.1.* §. Nemblich wollen die/ junct. R.A. 1570 *fol.611.* §. dieweil dan & §. Nemblich wollen wir. *Vide & Concept* deß Cammergerichts *de an.* 1613. *p.1. tit.1.* §. Nemblich wollen wir. Ubi nota in supplicationibus *solum Iudicem* præmisso honoris titulo appellari: Römischer Keyserlicher Majestät CammerRichter: nec minus ipsum Judicium *Cæsareum Iudicium*, seu Keyserlich Cammergericht/vocari, *ut in Inscriptione Ord. Cam., & passim*; atque Imperatoris nomine, authoritate atque sigillo omnia mandata pœnalia & alios processus expediri, *d. Ord. Cam.* 1555. *p.3. tit.12.* §. vnd so solche Citation vnd andere Gerichtsbrieffe &c. *c) Vide dd. Recessuum & Ord. Cam. texx.*, quibus conjuge R.A. 1576. *fol.664.* §. Neben diesem. Quæstiones, quæ circa Jurisdictionem Curiæ Imperialis & Cameræ Spirensis moveri solent, fortè alibi explicabuntur. *d)* Quod est Collegium Judicum, qui loco Cæsaris in districtu Rotwilano jurisdictionem exercent, cujus reformatio ac constitutio, & correctio personarum judicialium, omnis penes solum Imperatorem est. *Daniel. Otto de I. publ. c.9. p.353.* Privilegiorum eidem concessorum formulam *vid. apud. Limn. 9. de jur. publ. c.3.* *e)* R.A. zu Wormbs/ *de an.* 1521. *sub tit.* Römischer Königlicher May. Regiment *fol.106.* §. vnd behalten vns vor die Belehnung der Lehen vnd Regalien der jenigen / die sie vnter den Fahnen offentlich mit Solenniteten pflegen zuentpfahen/ zuverleihen. *& Aur. Bull. tit.5. in med.* *f) d. R.A. d. tit. fol. seq.* §. Ob auch Sachen; ibi: derselbigen Erkantnuß wollen wir vns vorbehalten haben. *& Ord. Cam.* 1555. *p.2. tit.7.* De judice verò horum Feudorum, regalem dignitatem annexam habentium, *pluribus agetur inferiùs.*

24. Item 4. Jus ultimæ Cognitionis & Provocationis *a)*. Hæc in Imperio ultima est ad Imperatorem, neq; ab eo vel ad Pontificem *b)*, vel ad Imperium seu omnes Imperii status *c)*, vel ab Imperatore malè informato ad melius informandum *d)*, ulli provocationi locus. In iis Electori-

jectoribus, qui privilegium de planè non appellando habent, loco appellationis est querela denegatæ Justitiæ *e*), & Nullitatis. *f*)

a) Cùm enim ipsi Reges justitiæ ergò constituti sint, eam aliter conservari non posse, & saluti suæ consuli, existimant subditi, nisi de jure suo Principem cognitionem tandem suscipere videant. *Bort. de nat. jur. Maj. c. 3. concl. 22.* *b*) Stultum, *ait ICtus in l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.*, admonere à Principe appellare fas non esse, cùm ipse sit qui provocetur. Quod tum quoad alios tum quoad Pontificem verissimum. Unde Conradus Romanorum Rex Trajectenses, quòd à se ad Pontificem provocâssent, *pro reis Majestatis* habuit; & hodie contra Delegatos Pontificis, qui contra *p. 3. tit. 51. Ord. Cam.* appellationes recipiunt, mandata avocatoria frequenter decernuntur, & provocare qui ausus est, centum auri puri marcis mulctatur. Præjudicium hac de re vide apud Limn. *2. de jur. publ. c. 9. n.* 102. c) *per d. l. 1. §. 1. à quib. app. non lic. Vid. Magnif. Dn. Reink. 1. de reg. sec. cl. 5. c. 9. n. 40. & 6. seqq. Limn. d. loc. n.* 111. d) *d. l. 1. §. 1.* Distinguit tamen Dn. Reink. *d. loc. n.* 53. quòd hoc verum sit, si Imper. causâ pleno judicio ventilatâ ac cognitâ, & auditis hinc inde partibus in sacro auditorio sententiam protulerit *arg. l. 8. C. de ll.*; secus si extrajudicialiter ad relationem alterius partis summus Princeps rescripserit aut judicârit. Limnæus autem *d. loc.* refutatis Melandri argumentis concludit *n.* 120.; hujus Appellationis, *à Principe nondum satis informato ad meliùs informandum*, nulla in Jure nostro exstare vestigia; multa tamen pietatem, humanitatem, liberalitatem, justitiam, fidem exigere, quæ omnia extra publicas tabulas sint. *e*) *Aur. Bull. tit. 11. ibi: quam diu querulantibus non fuerit justitia denegata.* Ad supremæ námque Majestatis officium pertinet, ut cuivis justitia æqualiter administretur R. A. zu Augspurg 1530. §. *Item wie hiebevor & §. præced.* Ideóque tali casu causam avocare potest Imp., quæ avocatio est loco appellationis. *Magnif. Dn. Reink. d. cl. 5. c. 7. n. 48. & 49.* Nihil item hoc privilegium cum causis, in prima instantia ad Cameram pertinentibus, commune habere, præjudicio Camerali confirmat Thom. Mich. *de jurisd. concl. 26. in fin.* f) *Mich. d. loc.* Neque enim *Privilegia de non appellando* ob nulli-

tatis processum elusoria fiunt, quia sententia, quæ in rem judicatam transiit, statim executioni mandatur, quam nullitatis processus non impedit, nisi evidens & notoria foret *per l.ult.C.si ex fals.instr.l.75.de judic.Geil.1.O.135.n.6.in fin.*, quanquã ipse *n.* 8. non solùm *iniquitatis*, sed etiam *nullitatis* ratione privilegia de non appellando ab Imp. impetrari posse innuat.

25. Denique 5. Jus Commerciorum, sub quo Jus Nundinarum *a)*, Stapulæ *b)*, & Monetæ. *c)*

A a) *arg.l.1.de nundin.l.unic.C.eod.* Nundinæ tamen hebdomadariæ sive vulgares, Wochenmarckte / sine ullo privilegio rectè
B instituuntur. *Cluten in syll.rer.quotid.concl.22.lit.e.* *b)* Staffelrecht *vid.*
C *VVehner.in Obs.practic.in voce*, Staffelrecht. *c)* R.A.1570.*fol.*619.§. Alßdann auch die Müntzgerechtigkeit kein Mercantz / sonder unser Keyserl. Regal &c. Et monetam de Consilio Statuum se curaturum, nec illius jus inscientibus Electoribus alicui se concessurũ promittit Imp. §. und nachdem 32.*cum seq.Capit.Ferd.II.* & §.36.*cum seq.Ferdin.* III.

26. Sequitur Potestas erigendi Academias *a)*, cui videtur famulari Jus Typographiæ. *b)*

A a) *arg.l.unic.C.de stud.lib.urb.Romæ.* Sic Privilegia Academica plurimis Imp. in Germania, sine Pontificis approbatione, concessit.
B b) *de quo* R. A. 1570. *fol.* 622. §. dieweil dan.

27. Succedit Religio; quâ, quatenus est Reip. vinculum, ad exigendum Fidelitatis *a)* juramentum Princeps uti potest; quòd verò è contrà solvere juramenta subditorũ possit *b)*, vix dicendum. Quatenus verò finem Reip. eminentiorem includit Religio, præter externam ejus gubernationem & defensionẽ, nihil in ea potest Princeps.

A a) Non enim hoc Juramentum obligationem solùm firmat, sed Principes per juramentum tale *utuntur ipsâ religione*, ut metum divini numinis incutiat, ne novis rebus & seditioni studeant. *Bort. de*
B *Maj.c.3. concl* 34. *b)* licet declarare & examinare possit an sit contra pietatẽ, jus & bonos mores *l.*112.§.*ult.de leg.*1. Unde hactenus Jus absolvendi à juramento inter Regalia esse censet Bort. *d. loc. concl.*55.

Vel,

Vel, *ut Grot. 2. de jur. bell. c. 13. n. 20.* hoc exprimit: In jusjur., *quod verè est obligatorium*, Superior nihil potest, sed quia actus nostri non solùm a nobis, sed & â Superioribus, pendent *c. venientes. 19. circ. fin. ibi: in quo intelligi debet jus superioris exceptum. de jurej. arg. c. 1. pr. ibi: ut regni utilitas incorrupta. 2. F. 55.*; ideò Superior, *tum circa personam jurantis* aut irritum reddere (quatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur, *arg. l. 112. §. fin. de leg. 1.*), aut postquam juratum est vetare potest ne impleatur (*l. fin. qui sat. cog. l. fin. pr. ad munic. l. fin. de re mil. l. 1. §. 1. C. qui mil. pos. lib. 12. tit. 34. l. 6. §. fin., ubi pro, permittere, legndum cum Halo., remittere, de jur. patr.*), *tum circa personam ejus*, cui juratur, sive in pœnam *c. si verò 8. in fin. de jurej.*, sive in publicam utilitatem *d. l. fin. pr. ad munic.*, quod partum est, tollere potest. Contrà Hilliger. *in D. E. lib. 21. c. 13. lit. p.* disputat, injustè juramentum exigentem puniendum quidem, *arg. l. 37. in fin. de minor.* nec actionem ei dandam, nondum tamen, *etiam districtè Principe juramentũ vetante*, eum satis suæ consulere consciẽtiæ, *Ps. 50. v. 14. Matth. 5. v. 33. Ezech. 17. v. 12. 13. & seqq.*, qui id, quod juratò promisit, etiã citra judicii metũ, ex sola numinis reverentia, sponte non offerat, si peccatũ id non foveat. Conf. tamen *Num. 30. per tot.* Illud hîc addendũ, quod contra *Hartm. Hart. pr. O. 2. tit. 25. n. 2., & Dd.*, notat Bort. *d. c. 3. concl. 25.*, nullâ ratione super juramẽto dispensandi *jus Papæ esse*, atque hanc *capitalem* opinionem subditorum animis penitus eximendam. Illud autem in Camera sæpe conclusum refert Myns. *3. O. 99. n. 5.*, quòd, cum Status Imperii banno Imperiali subjicitur, subditis illius Juramentum Fidelitatis ab Imp. relaxetur.

Ultimum Majestatis, Jus Belli est, &, quæ eò pertinent, Pacis ineundæ, Fœderũ *a*), atq; Legatos mittendi. 28.

a) Suscipiendi enim belli authoritas atq; consilium apud Principes est *c. quid culpatur 4., 24. q. 1. arg. l. 3. vers. eadem lege, ad l. Jul. Maj.* Hodiernus Imperator nec bellum suscipere, nec fœdus inire, sine suffragio vel Statuum, vel ad minimum Electorum, potest *§. wir sollen. 7. & §. 11. Capit. Car. V. & Ferd. III. & §. 6. & 9. Capit. Ferd. II. Carpzov. de Capit. c. 4. n. 2. & c. 6. n. 2.* A

Dicendum jam esset de Capitulatione *a*), sed quia de hac in Disp. seq. tractabitur, id hîc omitto. 29.

a) utpote quæ causa est, quòd jura illa, quæ aliàs absolutæ sunt A

Majestatis, temperamentum quoddam in Imperatore nostro acceperint, uti passim supra in nonnullis Majestatis capitib. indicatũ est.

30. Violans Imperator Capitulationem *a)* in Commissoriam Imperii *b)* committit legem; quod tamen in uno vel altero capite, & quidem leviori *c)*, fieri credendum non est. Depositio autem Imperatoris non ad omnes Imperii Status; sed ad solos *d)* spectat Electores, eósq; omnes, non ad solum *e)* Palatinum; nullo autem modo *f)* ad Pontificem.

A *a)* aliud ergo si simpliciter contra jus gentium & adversus *privatos* delinquat, stupra, adulteria, homicidia, &c., committendo.
B *Confer. th. 12. lit. d. & 1. Pet. 2. v. 13. 17. & 18.* *b)* Quia enim *totius Reip.* pestis & parricida esse incipit, cujus perniciem, non salutem, impio & scelerato animo meditatur, eo ipso *conditionem* facit existere, quâ jus Imperii illi resolvitur *arg. l. 1. de leg. commiss.*, & diademate Imperiali fulgere ipse desinit, & jure deponitur *Magnif. Dn. Reink. 1. de R. S. cl. 2. n. 183. & seqq. Carpzov. de Capit. c. ult. n. 6.*, exemplo Adolphi & Wencesslai. Neque putandum est, hæc exempla esse *facti*, non *juris*: qualia non attenduntur *l. 13. C. de sentent. & interloc.*; cùm facta sint deliberatione accuratâ, & ab iis, qui sunt columnæ imperii & libertatis custodes, ut meritò casu contingente (*quem* DEUS *avertat*) sequenda sint, *arg. l. 6. §. 1. ibi: sed multa exstant exempla &c. de pœn.* Nec mirum, cùm Capitulatio Cæsarea sit quasi *conditionalis stipulatio*, cujus *conditio si deficit ipsa stipulatio committi* dicitur §. 4. *I. de V. O.*; ut non opus fuerit expressis verbis jus deponendi in Capitulationibus sibi reservare, cùm ex natura contractus satis id appareat *arg. l. 3. de reb. cred.* Cautè ergò quidem Imperii Germanici proceres, cùm de cæteris rebus in Aur. Bulla prospexissent, hunc *amittendi Imperii* scopulum prætererunt, scil. ne viderentur votum gerere suos deponendi Imperatores, &, quòd potiùs tam funestum casum nec sperarent, sed seriò abominarentur; non tamen ideo, quòd nunquam contingere posse crederent, ut Princeps indignum se faceret Imperio, uti sentit Anton. Fab. *3. de regend. relig. c. 5. n. 96.*, qui licet ibid. *n. 100. & seqq.* Capitulationum vim, quoad effectũ removendi Imperatoris, infringere videatur, earum

rum tamen æquitas *in seq.D.* pluribus demonstrabitur. *c*) non enim C
cuilibet transgressioni pœnam commissi præstituisse, aut saltem eâ uti velle, videri possunt Electores, cùm hoc motuum plenum atque ipsis Impp. nimis miserum esset, qui sæpe non sponte, sed vel ignorantiâ, vel ab Aulicis persuasi, licentius agunt, nec medelam interpellati abnuunt. Unde cordatè Nobiliss. & Ampliss. Dn. Præses *de vicar. concl.7. lit.c.*; erubescit, *inquit*, lex castigatores genitoribus filios constituere N. 22. c.24.; pater enim, licet improbus & contemtor legum sit, pater tamen est N.12. c.2.; Imperator a. omnes subditos filios ac nepotes habere existimatur *l.si quis 34. in med.C.de inoff.test.* Absit tamẽ ut cum parasitis in contemtũ aut vilipendium vel unius articuli, Capitulationi inclusi, Imperatores animare atque impellere cogitem, quin potiùs firmiter opiner, sanctam Electorum stipulationem *ad omnium & singulorum articulorum observationem* Imperatorem obligâsse *arg.l.56.& 29.pr.de V.O.l.53.vers.cum verò, & ibi Gædd.n.10.de* D
V.S. d) *Bertram de Comit.n.11.in med.Besold.2.polit.c.9.n.50.Nobiliss.Dn. Præs.de vicar.concl.8.lit.b. Carpzov.de Capit.c.ult.n.ult.*; argumento formulæ privationis Wencesslai & Adolphi. *e*) textum enim *tit.5.A.B.* E
accipiunt de Palatino, causas Imperatoris civiles & pecuniarias judicante, *Carpz.d.loc.n.pen.* Nobiliss. Dn. Præs. autem *d.concl.8.* Palatinum quidem etiam in criminalibus causis Imperatoris judicem facit, sed iis, quæ non tendunt ad depositionem. Cujus cognitio, utpote totum Imperium concernens, toti Collegio Electorali relinquenda est. *f*) *Pontificis deliria*, sibi depositionem sacrilegè tribuentis, operosè removere ociosum esset, cùm hæc sententia *Culinæ Pontificiæ* non egrediatur parietes, *cujus odor*, non veritas, plurimorum non quidem *animis*, sed *linguæ*, dominatur. F

Corollarii loco 1. hoc sit: Præscriptionem ab omnimoda *a*) Imperii subjectione nullam *b*) esse. 31.

a) Verius enim est, quòd contra immediatam subjectionem A
præscriptio valeat, *per* R. A. 1548. *fol.*324. §. wann auch ein außgezogener. *Vid.Victor.de caus.exempt.concl.12.& adde Grot.2.de jur.bell.c.4.n.13.*
b) Fatendum equidem est, hanc Q. non nisi ad Martis tribunal pertinere, qui non sine tristi & infinita hominum cæde litigantibus jus dicere solet, & ob id, ob non levem, conscientiæ qui hîc injicitur, B

laqueum, non temere præscriptionis vis hîc rejicienda videtur. Veruntamen si omni jure legitimum habetur bellum, quod pro rebus repetundis suscipitur. *c.1.& 2., 23.q.2.arg.l.68.de R.V. & l.2.C.de his qui latr.* minùs cruenta Belli actio, etiam post multorum annorum instituenda seriem, movere quempiam poterit, modò quis certus sit, lapsura tanti temporis nihil justitiæ vel detentioni violenti possessoris, vel jactationi civis fugitivi, attulisse. Ubi quidem contrariū sentientes se non fundant in præscriptione *civili*, quâ concedunt subjectionem contra Imperium præscribi non posse *arg.l.6.in fin.C.de præscr.30.vel 40.annor.c.inter corporalia.de translat.Episc.*, quò minus pro hostibus habendi sint deficientes *arg.l.amissione 5.§.1.de cap.minut.*, sed in ea, *quæ est juris gentium*, ut dicit *Besold.de Maj.sect.1.c.4.n.2.*; Nam si non illa in odium Imperii, cujus creatura est, retorqueri potest, hæc certè contra id valebit. Nervus ergo rei in eo est, an aliqua præscriptio juri gentium sit cognita? In quo communiter Negativa placuit, quę nec hîc deserenda est. Nec urget, quòd, si quietis publicæ ergò lites *privatas* tempore enecari æquum est, lites *armatas bellicásq;* eodem emori longè æquius sit. Rectè enim Bort. *de Maj.5.concl.4.* negat, eandem rem diverso jure censendam, cùm, juxta Ant.Fabr.1.*Jurisp.tit.2.pr.2.& pr.4.ill.1.*, positâ ratione naturali vel civili non protinus ponatur Jus vel naturale vel civile. Sit ergo juris naturæ vel gentium *lites commodo remedio minui*, non statim tamen modus præscriptionis erit juris gentium, quem juxta *l.6.de I & I.* jus civile *dictæ* naturali rationi addidit. Nec Jiphtach *Iudic.11.v.28.* præscriptionem allegare videri debet, qui potiùs *v.23.& 4.seqq.* juris sui titulum â D E I donatione repetit, quando autem in *d.v.28.* dicit, *quare non eripuistis tempore illo?*, non tam temporis lapsui jus suum asscribit, quàm jus suum, quod olim â D E O ipsi tributum erat, tempore oblitterari posse negat, ut, si prioribus temporibus Hammonitæ divinæ ordinationi refragari ausi non fuerint, nec nunc audeant. Nec ex *arg §.21.ibi:longo tempore l. de R.D.* præscriptio juris gentium exstrui potest, quippe ibi non tam longū tempus, quàm causa naturalis visq; fluminis perpetua, translationem dominii operatur; uti patet ex conjunctione *§.23.& 24.l. eod.*, ubi inundatio, quia non stabilis, agros dominio alicujus non eximit, alvei mutatio, quia perpetuam naturalium causarum connexionem

nexionem habere videtur, eosdem eximit. Quod autem Grot. 2. *de jur. bell. c.* 4. *n.* 3. *& seqq.* ex connivventia spontaneam derelictioné saltem, si non præscriptionem, argui posse putat, id â nostro Imperio alienum est, ubi Imperii Ordines, imò & Electores, per omnibus Capitulationibus adjectam Clausulam de recuperatione alienatarum provinciarũ, contra alienationes perpetuò *protestati* sunt, quod sufficere ipse Grot. *n.* 6. concedit, licet ipse *n.* 9. provocationem ad arbitrum interponi insuper exigat. Quod tamen in casu nostro difficillimum, ubi arbitri Juris dari nequeunt, nec compromissarii facilè inveniũtur. Ad id deniq;, quòd durum sit, si, qui tutores se dicunt, damno pupilli litigare velint; Respondeo, Impp. tutelam quidem Imperii administrare, sed ea non tam ex commodo hujus vel illius provinciæ, quæ se separare vult à Corpore Imperii, quàm ex totius Reip. salute, cujus Imp. tutor est, æstimanda est.

2. Ob Imperatorem *a*) dicendum & de Augusta 52
b), quæ legibus quidem, *l.* 31. *de ll.*, soluta non *c*) est, Princeps tamen eadẽ illi privilegia tribuit, quæ ipse *d*) habet.

a) rationem pete ex *Gen. c.* 2. *v.* 24. *l.* 4. *C. de crim. exp. hær. l.* 1. *de R. N. l.* 22. §. 7. *in med. sol. mat. l.* 28. *C. de nupt. l.* 13. *C. de dign. lib.* 12. *t.* 1. *N.* 105. *c.* 2. *pr.* A
b) Sic Imperatrix ad imitationé nominis Imperatorii dicitur, quasi *gloriosa*. Unde Justinian. Theodoram suam *reverendissimam* N. 8. *c.* 1. *pr.* & *venerabilem* §. *fin. I. de usuc*, item *serenissimam l. ult. C. de quad. præscr.*, appellat; scil. non tam sui, quàm subditorum nomine. Ferente enim ita more seculi sui passim præsides quoq;, sibi subjectos, *clarissimos, illustrissimos, gloriosissimos*, *&c.*, nominat tum in ll. Cod., tum in Nov. *Hillig. ad Donell.* 23. *c.* 2, *lit. ij. fol.* 1031. Sic non minus Leo & Anthemius suas conjuges vocant *venerabiles* in *l.* 3. *C. de præpos. sacri cub. lib.* 12. *tit.* 5. Imò non uxorii mariti (*uti ob id immeritò Iustinianum vocat Bodin*), sed honesti & conjugalis amoris vox fuit Romanis, si qui uxores suas *dominas*, & quidem *sanctissimas l.* 19. §. 1. *de ann leg.*, appellarent *arg. l.* 41. *pr. de leg.* 3. *l. ult.* §. 1. *de auro*, *&c.*; nec solùm à maritis, sed & ab aliis matronæ vocabantur *dominæ arg. l.* 38. §. 4. *ibi: Iuliam dominam, ubi Gotofr., de leg.* 3.: quanquam, & impotentioris affectus appellationem hanc fuisse, autor sit ipse Justin. *in N.* 74. *c.* 4. *pr. ibi: dominam; & ibi: quæ eis non*

per

per blandimenta conferunt. AUGUSTÆ verò nomen & Matri Principis *Sueton.in Claudio c.11.* & Filiæ *Alex.ab Alex.1.genial.dier.2.*& sorori *l.fin.*
C *D.Th.de lustrat.collat.Calv.in lexic.in voce (Augusta)*, datum est. *c*) Quid sit *ll.solutum esse*, expositum est, *th.12.lit.f.*, videl., *nulli subesse*; quod cùm disertè Imperatrici in *d.l.31.de ll.* denegetur, nec Majestas, & quæ ejus propriè sunt consectaria, illi tributa esse, videri possunt. Neq; id colligi potest (*secus ac sentit Riemer. ill. qq.dec.15. q.1.*) ex his verbis *d.l.31.*: *Princeps tamen eadem illi privilegia tribuit, quæ ipse habet*. Differunt enim omnino *Privilegia* & *Majestas*; illa & privatus possidere potest, hanc non item. Nec *propriè* Princeps privilegia habere dici potest, cùm Princeps, *quà Princeps vid.th.15.*, Majestatis (*cujus est privilegia dare vid.th.21.*) objectũ nõ sit. Hic ergo sensus *d.l.31.de ll.* planus & perspicuus est: Quòd, si quando Imp. ob fortunæ eminentiã *arg.l.ult.in fin.C.de quad. præsc.* contra morem *l.4.C.de ll.* legum privatarum regulas in actionibus suis *jure suo & proprio* non sequitur, *vid.th.12.lit.h.*, atq; adeò id facit, quod, si à privato fieret, sine privilegio tentandũ non esset; tum scil., eadem faciendi facultatẽ, privilegiorum concessione, tribuat Augustæ Augustus. Unde facile dijudicatu est, An in Augustam *per se* crimen læsæ committatur Majestatis? quod propugnat quidem *d. loc.Riemer.*, sed omnino id negandũ: quî enim Majestas lædi potest
D ubi nulla est? *d*) Hinc enim ipsa gaudet privilegiis fisci *§.ult.I.de usuc.l.ult.C.de quadr.præs.l.6.§.1.de jur.fisc.*, & filio pleno jure *l.7.C.de bon. quælib.* & Augusto constante matrimonio validè *l.26.C. de donat. int. vir.& uxor.* & cuivis alii sine insinuatione donat, & ab alio donationem accipit *l.34.in fin.pr.cum auth.item et.C.de donat.l ult.circ.fin.vers.cùm enim C.de quadr.præsc.*; nec non cubicularii Augustæ eadem cum Principis cubiculariis habent privilegia *l.3.C.de præpos.sacr.cubic.lib.12.th.5.* Sic & sine solennitatibus testari potest Augusta. *Vid. Besol. Consil.*, *An Principes German. sine solennitatib.test. queant.* Ex eodem fonte est, quòd & coronetur Augusta *D.præced. th.21.lit.a.*, & post Imperatorem immediatè procedat *A.B.c.26.in fin.* Quid si mater Imperatoris adsit? Utiq;, si prioris Imperatoris vidua sit, præferetur *arg.l.8.in fin.de senat. Arum. 6.Disc.ad A.Bull.th.39.* Nec his omnibus obest *arg.ex l.57., junct.l.præced., de leg.2.* Vid. *Gotofr.ad d l.57.*, & confer *l.20.§.1.de ann.leg.*

FINIS DISPVT. III.

DISPUTATIO IV.

De

CAPITULATIONE CÆSAREA.

Respondente HERMANNO Altfeld *Hammonâ Westphalo.*

DICTUM est *disp. praced. th.* 6. jura Imperii ex Capitulatione etiam esse dijudicanda, ratione ordinis igitur specialiùs de ista dicendum quid erit: Est autem ea *a)* Lex Regia *b)* Germanorum, *c)* quâ Imperium in Regem Romanorum & Imperatorem designatum *d)* certis conditionibus *e)* transfertur, per quas tamen Majestati ipsius nil detrahitur. *f)* I.

a) Ab iis, quibus constat, capitulis variis ita dicta; unde etiam id nomen ei non peculiare, sed cum aliis id genus legibus ac pactis, capitula vel articulos varios in se continentibus commune esse passim legitur; Ut cum capitulatione sequestrationis Ducatus Brunsuicensis & aliis, quas refert Hordleder *tom.* 1. *de bell. Germ.* Ita etiam Imp. Justinian. *in l. fin. § fin. C. de jur. delib.* se diversis capitulis derogasse & in *l.* 2. *pr. C. de bon. qua lib.* novæ Constitutionis capitulum clariore interpretatione sancivisse affirmat. *b)* Non quasi à Rege sit lata, ut in *l.* 2. *§.* 2. *&* 36. *de O. I. l.* 2. *de mort. inf.* sed quæ à potestate Regia sic dicta, de Regno sive Imperio Principis agit: Ab Alexandro Lex Imperii dicitur. *l.* 3. *C. de testam.* Ab aliis Lex fundamentalis, utpote cui tanquam fundamento (Aureâ Bullâ non exclusa) Imperium nostrum innitatur, *Carpz. de capitulat. c.* 1. *n.* 8. *c)* Differt enim in quibusdam, uti sequentia dabunt, à Lege Regia Romanorum, de qua actum *disp.* 1. *th.* 9. *lit.* C. *& seqq.* minimè tamen hæc per nostram abrogata, sed tantùm limitata, *vid. d. th. lit.* F. Sed quid de jure Regio, quod Israëlitis Regem sibi dari postulantibus 1. *Sam.* 8. proponitur? Carpz. quidem ait, hîc *c.* 1. *n.* 10. capitulationem nostram juri isti A B C

non esse contrariã, cum secundum quosdam magni nominis Theologos ac Politicos jus illud non de jure & privilegio, sed de injuria & tyrannide accipiatur, ac Regis futuri mores, non qui ipsum deceant, sed qui Monarchis ut plurimùm sint familiares, ibi describantur: Verum refutata etiam hac opinione *disp.1.th* 8 *lit.B.* capitulatio juri isti, effectu considerato, nihilo magis *vid.disp.praeced.th.*30. *lit.C.* contraria erit; præsertim si verum illud Lutheri, referente *Carpzov. d. loc.* ea quæ sunt Cæsaris *Matth.* 22. esse quoq; jus illud Regis, quod à Samuele describitur, dicentis, *in Postil.domest.super Evang.* 23. *post Trinit.* tum enim aliter statuere, ab homine Christiano longissimè absit. *d*) quod per nudam electionem non consequitur, cum teste Carpz. *d loc. n.*19. quod Septemviri in eligendo Rege Romanorum & Imperatore agunt, prius ratum non habeatur, quam conditiones in Capitulatione designatas acceptaverint, easq; se servaturos jurati promiserint, & sic antè in effectu Rex Romanorum & Imperator dici nequeunt; quod verò inter Regem Rom. & Imp. alias sit discrimen, dicetur *disp.seq.* Undè & nos ob præcavendam confusionem de persona Imp. hîc tantùm tractabimus. *e*) Ut Proceres Imperii intelligere possint, se non in cujusdam acerbioris, sed in patris ejusq; perbenigni potestatem venire *Iul. Pflug. de rep. Germ. curanda*: Cum enim difficile sit in summa illa fortuna non abripi licentiæ ventis *Lips.in praef.polit.* ideò Majores nostri diligenter perpendentes optimo quidem Principi tutò permitti posse omnia, at mediocri non omnia, malo autem nihil. *Erasm.in lib.de instit. Princip.* absolutam Imperatoris potestatem salubriter definiendam & injecto Legis Regiæ quasi freno moderandam esse existimaverunt, ita ut non solus omnia sine consensu Procerum & consilio agere possit. *Pflug.de rep. Germ.* Sapientèr autem id esse constitutum, nemo facilè inficias ibit, quippe quod etiam Impp. veteres Romanorum circa concernentia statum publicum in salutem communis patriæ à jure suo, quo plenaria potestate agere poterant, recedentes, non omnia proprio consilio dirigere, sed multa potiùs publicè deliberanda, referente Carpz. *d cap.n.*11. proponere voluerunt, satis gnari, multitudinem ferè melius, quam singulos de rebus omnibus judicare: Singuli enim habent quasdam virtutum particulas, quæ simul collatæ

collatæ unam excellentem virtutem conficiunt. Unde etiam non tantum in nostro Imperio, sed & in aliis regnis modus iste pedetentim ita est introductus, ut nullus ferè hodiè in toto orbe Christiano summus Princeps reperiatur, cujus potestas non sit certa aliqua pactione cum ordinibus initâ moderata & compressa. Cominæus inquit *lib.* 10. *Nemo est omnium Principum, qui jus habeat vel teruntium unum exigendi à suis præter constitutum annuum censum, nisi populus adsentiatur*; quia autem singulorum Regum Capitulationes hîc recensere non licet, videantur Arum. *de jur. publ. tom.* 4. *disc.* 1. *&* 2. Norderm. *de jur. princ. con.* 5. & Carpz. *hic cap.* 1. *n.* 12. *usq; ad* 18. ex historicis id ipsum luculenter probantes. *f)* nam aliâs nulli Monarchæ Christiano juxta dicta *lit. praeced.* Majestas competere posset. Et probè considerandum, inquit Arum. *tom.* 4. *Disc.* 2. omnibus rebusp. & regnis plenissima Majestatis jura competere, quæ in Principum suorum electione interdum indefinitè, prout utilitas publica suadet, subinde definitè ipsis conferri solent, si indefinitè & sub hac forma reip. administratio Principis sit permissa, haud dubiè majestatem habet, quia ejusdem omnes partes tenet, si verò Electus definitas & certas Majestatis particulas, juxta quas remp. instituere debet, accepit, Majestatem nihilominus, quæ totâ ex partibus concessis resultat, habet: Est enim in arbitrio Reipub., aut eorum, qui vice ejusdem Principem eligunt, quam velint regiminis formam & ex ea resultantis Majestatis jura Electo constituere, sive enim plura sive pauciora fuerint, ex concessis tamen intereà exsurgit Majestas; qualis autem & quanta ea sit, non ex speculativis imaginationibus, sed prudentum hominum secundum cujusq; regni conditionem institutis est metiendum, sic etiam Imperatoris nostri Majestas, non aliundè quam ex Capitulatione dijudicanda, quæ etsi non liberam ei concedat potestatem, attamen quia summa est, nec aliam sibi parem aut superiorem habet, rectissimè cum Majestate verâ coruscare & præfulgere dicendum, & quomodocunq; definitio Majestatis ab aliis formetur, nihil obstabit. Sed quid de Capitulationis origine dicendum? Hordleder apud Goldast. *in polit. Imper. part.* 12. inquit, *quo tempore cæperit Capitulatio, nemo est, qui docet* putat tamen eam sub turbulento Henr. IV. Imperio primò natam, deinde tractu tem-

poris magis magisq; esse auctam : *Limn.lib.1.c.12.n.17.* tempore Caroli M. *Arum.tom. 4.disc. 4.& Carpz.c.1.n.18.* quod veriùs, tempore Conradi I. Negari quidem non potest, veteres Romanorum Reges etiam juramentum quoddam (cujus vestigium in speculo Saxonico *lib.3.art.54.* quod longè ante Caroli M. tempora, utpote à quo confirmatum fuit, adhuc extare dicitur) præstitisse: Verum si consideremus Legem Regiam Romanorum per Capitulationem nostram in quibusdam esse mutatam, approbandum potiùs eam stirpe Carolina in Ludovico Arnolphi filio extincta, utpote tum rursus Imperio electitio facto, tempore Conradi I. ut antea dictum, primitus natam & tractu temporis magis magisq; auctam esse, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoria, quoad in eam, quæ hodiè in usu est, amplitudinem excreverit, ita ut de omnibus membris, articulis & capitulis, quo tempore adjecta fuerint (cum ea quæ paulatim irrepere solent, vix unquam percipiantur, nec nisi conversione sequuta sentiantur *Bodin.2.de rep.c.6.*) nō certò constet, imò adhuc pro statu præsenti aliæ atq; aliæ conditiones adduntur, vel quædam mutantur: Quod cum etiam in moderni Gloriosissimi Imperatoris Ferdinandi III. Capitulatione sit factum, operæ pretiū duximus, istius articulos breviter percurrere & pro re nata generali tamen ista protestatione, (præsertim ob ingenii mei imbecillitatem judiciiq; exiguitatem) *disp.1.th.1.lit.D.* & dictis *disp.præc.th.3.in pr.* huc repetitis, ordine sequenti explicare.

2. 1. Imperator Rempub. Christianam & Apostolicam sedem *a)* defendat, ipsiq; sit curæ, *b)* ut justitia, pax & concordia conservetur & vigeat.

A *a)* Jure Regiæ potestatis à Deo concessæ (non ex privilegio Papæ, ut vult gloss. *in c. in synodo in fin. dist. 63.*) defensio Ecclesiæ Imperatori quidem incumbit, R. A. *de A.*1544. §. Erstlich der streittigen Religion ibi: in massen dann wir in krafft unsers obliegenden Keys. Ampts/zubefördern schuldig & ibidē, §. derhalben. *De A.*1545. § dieweil aber auß sonderm. *Arnis.lib.1.c.6.n.10. Reink.3.class.1.c.1.n.14. & seqq.* Unde etiam Reges nutritii, Reginæ verò nutrices Ecclesiæ appellātur. *Esa.49.* & Imperator noster in hoc art. *Ecclesiæ Advocatus* & in recessibus

cessibus Imperii passim, der gantzen Christenheit Schutz vñ Schirm Herr / ein Obrister Vogt der H. Christlichen Kirchen. *vid. disp.* 1. *th.* 22. *lit.* D. & de his & quo jure quantamvè potestatem Imperator & Magistratus politicus circa Ecclesiastica habeat, pluribus dicetur in disp. *de Administ. Ecclesiast.* Verùm quia non solùm æterna, sed & temporalis felicitas à religione dependere dicitur, R. A. *de Anno* 1566. §. Wiewohl wir nun auff solches rc. *ibi*: daran alle zeitliche vnd ewige Wolfahrt hänget. Et sublata Religione, omnis publica honestas corruit R. A. zu Regenspurg *de Anno* 1532. *rubr. Concilium* betreffend / *in fin. pr. ibi*: darneben erfolgen würde / daß alle Zucht / Ehr / Gehorsamb vnd andere gute Tugend / in geistlichen vnd weltlichen gäntzlich fallen werde. non absque ratione, ut Imperator, Apostolicam sedem, ipsumq; Pontificem & Ecclesiam Romanam sartam & rectã conservare debeat, Electores Pontificii hîc apponi curant: Electores autem Protestantes sedulò secum perpendentes, per insertionem istius clausulæ non solùm libertati Imperii, (utpote Imperatoribus vigore illius bona Imperii repetere, & Pontifices injustos possessores iisdem dejicere perpetuò prohibitis) maximum præjudicium inferri, sed & eam clausulam transactioni Passaviensi, (qua tam Augustanæ quàm Papisticæ religionis exercitium permissum, Pontifices autem Romani nihil aliud quàm totalem Augustanę confessionis extirpationem meditantur) repugnare videri, mutationem quidem istius clausulæ à Ferdinando I. statim petierunt, sed frustrà, & demum in Capitulatione Maximiliani II. & sic deinceps huc usque protestationem sequentem addi obtinuerunt; Gleichwol so viel diesen / auch den nachfolgenden 18. Artickel gegenwertiger obligation *versiculo*: Das sollen vnd wollen wir / mit jhrer der Churfürsten rc. belangt / haben vorgemelte vnser Oheimb / die weltliche Churfürsten / sich außtrücklich gegen vns erkläret / was daselbsten von dem Stuel zu Rom auch der Bäpstlichen Heyligkeit vor meldung geschicht / daß Ihr Liebd. darein nicht bewilligen / noch vns darmit verbunden haben wollen. *b*) Cum Principis officium postulet, B
ut non solùm ipse justè vivat, sed etiam subditis sine respectu personarum justititiam administret. *Sapient.* 6. & remota justitia regna nihil aliud sint, quàm magna mera & vera latrocinia, *August. lib.* 4. *de*

Civit. Dei. Difficile etiam & impossibile sit, pacem in Rep. conservari, ubi justitia æqualiter non administratur. R. A. *de Anno* 1570. §. Weiter nach dem / *ibi:* bey allen Regimenten die tägliche experientz beweiset / wie beschwerlich oder vielmehr vnmöglich sey / beständig / friedlich Wesen zuerhalten / da kein förderlich gleichmässig Recht einem jeden administrirt vnd vollnzogen wird. (Undè & non immeritò inter præcipua Regni Kleinodia refertur. R. A. *de Anno* 1567. §. wiewol wir *in fin. verbis*: die justitia, als das einige grösseste Kleinod im Reich.) Quantum etiam ex concordia & aurea pace utilitatis, è discordia verò belloq; damni in Remp. redundet, præterquam ut ex disp. 1. *th.* 18. *lit.* F. videre licet, tristis clamitet experientia, rectè sequens clausula inseritur: Darzu insonderheit / in dem H. Reich / Frieden / Recht vnd Einigkeit pflantzen / vffrichten vnd verfügen sollen vnd wollen.

3. 2. Auream Bullam, *a)* pacem religiosam *b)* & profanam *c)* firmiter servet; aliasq; Imperii leges *d)* Recessui Augustano non contrarias confirmet; nec non eas *e)* pro ratione temporis cum consilio Statuum Imperii emendet. 3. Jura ac privilegia *f)* Statuum Imperii & quorumcunq; confirmet & conservet. 4. Legatis Electorum deputati exterorum Principum loco cedant. *g)*

A *a)* Cum enim hæc à Carolo IV. ob graves dissensiones tempore electionis novi Imperatoris, ingenti sanè Reip. damno, oriri solitas (quibus occurrere boni Principis officium) sit promulgata *Carpz. c.3. n.* 8. unde & unicum illud atq; adamantinum vinculum, quo qualescunque hæ Imperii Romani reliquiæ, illiq; ferreoluteì pedes, utcunq; continentur, & à dissolutione & ruina adhuc conservantur, esse perhibeatur. *Buxt. ad A. Bull. conc.* 1. (Quid sit, an etiam,

B & quatenus mutari possit, dicitur *disp.* 1. *th.* 10. *lit.* A. *b)* De hac vide propriam disp. Notandum tamen, quod hic articulus cum Capitulatione Ferdin. II. Imp. etiam quoad literam planè concordet.)

C *c)* Cum etiam in tranquillitate Romani Imperii totius orbis salus conquiescat; *tit.* 1. *in Extravag. in pr.* nulli autem salutem Reip. tueri magis, quàm Imperatori conveniat *l. nam salutem ff. de off. praef. vig.* Ideò

sanctè

sanctè Impp in Capitulatione se præterdicta in thesi, *pacem publicam ejusq; manutentionem, qua in Comitiis Augustæ habitis Anno 1555. sancita, & repetita fuit, firmiter & constanter servaturos, manutenturos, neminemq; contra eam gravaturos aut per alios gravari permissuros*, promittere tenētur. *d*) Resp. interest ne crebris Legum mutationibus jus incertum reddatur; quod ambulatorios Magistratus improbantes objicere solent, cum dicunt, *novum Regem, novam esse legem*; & Liv. ait *lib.5.* omnia repentè mutaverat Imperator mutatus. *Arn. de jure maj. c.3. n.5.* hoc ergo ne Imp. noster imitetur in Capitulatione provisum. Hîc tractari quidem posset, an & quatenus Imp. legibus sit solutus; & an leges & Antecessoris sui facta servare obstrictus; verum illo *disp. praced. th.* 12. *& seq.* hoc *th.8.* sat elaborato, & cum crambe bis cocta mors sit, ego hoc supersedebo. *e*) Potestas ferendi leges pertinet quidem ad jus Majestatis, ita ut soli Imp. leges condere olim concessum fuerit, *vid. disp.3. th.20.* sed hæc potestas in hoc art. aliquo modo limitata, nec sufficit præsentia & consilium (ut olim quidem) sed & consensus accedat necesse est, vid. *præter d. th. lit.* F. Recess. Maximiliani I. *de Anno* 1497. *in fin. pr.* Wir als Römischer König mit sampt unserer. Ordinat. Regimenti *An.* 1500. *pr.* mit einmühtigem zeitigen Raht. *f*) Imò in *Aur. Bull. tit.* 2. expressè sancitum, ut Electus in Regem Romanorum prius omnia Electorum Privilegia, Literas, Jura, Libertes, Concessiones, antiquas Consuetudines & dignitates, absq; dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat, quam unicum actum administrationis virtute Sacri Imperii exerceat, & licet hic textus A. B. tantùm de Electoribus nec de aliis Statibus loquatur, horum tamen eandem hoc in casu esse rationem ex subsequentibus Impp. Capitulationibus patet. An autem privilegiorum confirmatio sit necessitatis, ita, ut si ab Imperatore succedente non sint confirmata, privilegia non valeant, eaq; is convellere possit disputatur: vid disp. præced. *th.* 21. *lit.* C. De privilegiis Electorum *disp.* 7. & aliorum Statuum *disp. seqq.* g) *Si nempè in aula Cæsarea concurrant, nisi ab exteris Regibus, Regumq; viduis, vel pupillis hi sint ablegati*; hic articulus prioribus capitulationibus non fuit insertus, de quo *disp.*7.

D E F G

4. 5. Collegiales Electorum Conventus *a*) non impediat, horumq; Confœderationes *b*) ratas habeat. 6. Incom-

Incompetentes ac odiosas subditorum confœderationes *c)* tollat. 7. De rebus Imperii cum exteris, vel etiam in Imperio, nullum fœdus sine consensu Electorum *d)* contrahat. 8. Ut injustè Statibus ablata iisdem restituantur, procuret.

A *a)* Electoribus non solùm pro eligendo Rege vel Imperatore Romanorum, sed etiam pro salute & incolumitate Imperii peculiares congressus vigore *A.B.tit.12.* celebrare permissum; (hi Churfürsten Tage / illi Wahltage vocantur) *vid. disp. 7.* Ne autem Impp. prætendere queant per dict. *tit.* vers. *hac nostra ordinatione*, hanc conveniendi licentiam ipsis non in perpetuum, sed tantùm usq; ad Imperatoris beneplacitum indultam esse, art. hunc Electores inseruisse videntur.
B *b)* quæ à prioribus Impp. non solùm licitæ & permissæ judicatæ, sed & Imperio, utpote ad conservandam unionem & abolendam omnem discordiam spectantes, maximè commodæ & necessariæ visæ fuere referente Carpzov. *cap. 6. ex Goldast.* von Teutschen Reichshändeln *part. 8. plura disp. 7.*
C *c)* Cum enim Magistratui incumbat, ut subditos suos ab omni injuria defendat, rectè promittit Imperator, quod tales confœderationes & coitiones subditorum, Nobilium & plebeiorum insuper motus, vim injustam & seditiones in Electores, & cæteros Status jam institutas aut in posterum instituendas tollere, & consilio & auxilio Statuum Imperii, competentibus legitimisq; modis compescere, & ne in futurum fiant providere velit. Vide etiam *tit. 15. in A. B.* ubi de licitis & illicitis confœderationibus dicitur.
D *d)* Soli quidem, qui Majestatem habent, fœdera contrahere possunt. *VVarem. ab Erenb. lib. 1. de fœder. c. 2. & vol. 2. disp. propr.* Verùm cum multum intersit Imperii, cum quibus qualia & quâ de causa fœdera percutiantur, *Carpz. hic cap. 6. n. 1. & seqq.* consultum & necessarium Electores esse autumant *ut Imp. tanquam Rex Romanorum nullum fœdus nullamvé ligam cum Externis*, quid? quod etiam *in ipso Imperio nisi prius consultis, atq; ob id in loco commodo tempestivè convocatis Electoribus & omnium pariter vel saltem majoris eorum partis voluntate & consensu obtento, tractare aut inire debeat & velit*; imò expressis verbis, cum superflua non noceant, in moderni Imp. Capitulatione

tulatione superadditum est, *quod necessariò in Collegiali Conventu & non seorsim* (addita tamen hac limitatione, *nisi publica salus & utilitas aliud suaderet & periculum in mora esset*; quâ clausula tamen non Consensum Electorum, sed tantùm Collegialem conventum excludi puto, imò satius fuisse, cum hac limitatione omnes ferè nullitates commissæ salvari possint, eam planè non fuisse additam, non nemo diceret) *voluntatē ac consensum suum accommodare debeant, unde etiam modus ist. in nupera tractatione pacis Pragensis ex certis & prægnantibus causis servatus in consequentiam non sit trahendus, nec ab eo ad alia imposterum argumentandum.*

9. Bona Imperii non alienet vel aliâs deteriora faciat, *a*) sed potius ab aliis occupata recuperet *b*) 10 Si quid etiam ipse aut ipsius familiæ quispiam, quod sit Imperii illegitimè acquisitum, possideat, ab Electoribus interpellatus reddat. 5.

a) Fertur Carolus IV. referente Carpz. *cap* 7. *n.* 1. ex Historicis, Regnum Arelatense ab Ottone I. Imperio adjectum, pro uno solemni prandio in villa novâ propè Avinionem Galliæ Regi dedisse; sedecim liberas civitates Imperii vicinis Principibus vendidisse, & ut filium suum Wenceslaum sibi successorem constitueret, cuiq; Electorum centum millia aureorum promisisse, quibus cum solvendis non fuisset, vectigalia Imperialia & alia jura illis pignori obligasse; ne igitur Impp. Caroli IV. vestigiis insistant, putat Carpzov. *d.cap.n.*2. Capitulationi esse insertum, *quod nihil quicquam de Imperio* (sub quo etiam ususfructus comprehenditur, vid. *disp.* 3. *th.* 7. *lit.C.*) *diminuere aut id, quocunq; modo fiat, alienando vel oppignorando, gravare debeat*, jure verò ad hoc Electores esse motos, de eo *d.th. lit.B.* & *F.* & aliis, quæ hîc tractari possent, *ead. th.* amore brevitatis videatur. *b*) Cum enim hoc boni Principis sit officium *Instit. in proœm.* §.1. *Nov.* 8. *c.*10. nullo etenim jure totaliter exemptus, sive divino, sive humano se tueri possit, cum illo, sese eximens non tribuat Cæsari, quæ sunt Cæsaris, secundùm præceptum Christi & concupiscat alienam jurisdictionem contra præcepta Decalogi. *Reink.*1. *cl.*2. *c.*9. *n.*133. hoc, ab Imperio dicatur deficere R. A. *de Anno* 1570. §. da nun die anwesende Churfürsten / *ibi*: so viel die entzogene oder abgefallene A B

Stände vnd Lande anlanget; deficiens verò hostis judicetur Imperii *l.14. ex quib. caus. maj. l.3.§.fin.ad L. Corn. de Sic.* & adversus hunc æterna sit auctoritas *Viet. de Exempt. concl. 7. in fin.* nec ullum titulum isti detinentes sive donationis, de qua *disp. præced. p.110.* sive præscriptionis (cum ex veriori Dd. sententiâ, obedientia & superioritas in æternum non sit præscriptibilis. *Reink. d. c. n.* 140. & ubi materia omninò impræscriptibilis, ibi nulla etiam immemorialis præscriptio locum habeat per tradita *Mynſ. obſ. 28. n. 6. cent. 6.* imò maxima sit vanitas præscriptionem pro Imperii salute inventam Imperii hostibus in pestem substernere *Viet. dict. loc.* & plura d. disp. *th. 31. lit. B.*) sive quemcunq; alium *Reink. d. loc. n. seqq.* excepto tamen bello justo, allegare possint; (quod enim hoc & in sequenti totius populi expresso consensu amissum, jure ab aliis possidetur *l. 20. de capt. & postlim. §. item ea Inst. de R. D.* vid. Nobiliss. Dn. Præs. *in Exercit. ad Instit. 1. th. 2. l. d.*) Cur igitur præterductum arg. *ex l. fin. C. de quad. præscript.* Imperatori Romanorum in subditos sese ab Imperio eximere volentes, tanquam servos fugitivos, non sempiterna maneret manus injectio, ut pulchrè Viet. *d. loco* deducit? illud Besoldi, *DEUS transfert regna de gente in gentem*, aliâs ex Sacris desumptum, certè nihil movet; Vulgata enim ista Theologorum distinctio, inter DEI permittere & agere, isti refutando sufficere potest: multa siquidem fiunt DEO permittente, sed non statim & DEO volente: DEUS sæpissimè permittit regnare Tyrannum propter peccata populi. *Prov. 28. v. 2.* ipsam tamen tyrannidem non probat *Habacuc. 1. & seqq.* Sic DEUS vult, ut Cæsari tribuantur, quæ sunt Cæsaris, non igitur vult, ut ipsi injustè auferantur, licet id quandoq; permittat, DEUS enim non vult iniquitatem: Si igitur titulus translationis justus est, DEO volente, si verò injustus, DEO quidem permittente, sed non volente, regnum translatum dicemus. Nec quicquam virium isti sententiæ suppeditat regula hæc generalis: *Unumquodq; eodem modo tollitur, quo est colligatum. l. nihil tam naturale ff. de R. I.* quippe quod Imperium nostrum non per sola arma sed & devictorum populorum insequentem consensum est colligatum, *disp. 1. th. 21. lit. C.* Nisi ergò & arma id est occupatio violenta, & Populi, id est Capitis, Imperatoris & Procerum consensus concurrant, etiam jus Imperii in bonis istis detractis dissolu-

dissolutum dici non potest: Nunc autem, toties, quoties Imperator eligitur, ipse & Electores, & per hos universi Status huic alienationi & occupationi contradicunt & dissensum suum declarant. Quæ etiam de præscriptione & aliâs objici solent, iis *in disp. præced. th.31. lit.B.* satisfactum. Hinc igitur satis constat, Imperatori nostro jus non obstare, quin bona ab aliis occupata repetere possit: Sed an etiam ipsi ad hunc finē sat virium? Bodinus illud maximè omnium in dubium vocat, dum Imperii autoritatem extenuando, Germaniam non habere, quod Turcæ agros ejus populanti opponat, scribere non erubescit, cujus scommata juvat Cassanus, *en la recherche des droicts de France. Part.2.chap.1.* cum *de la decadence de l' Empire*, uti ipse vocat, de Imperii decremento verba faciens, unico remedio imputat, quod Majestas nostra adhuc spiritum trahit, & non planè splendore suo exuta est. *N' eust esté* inquiens, *qu'il y a eu plusieurs de mesme maison, qui ont relevé la Majesté Imperiale, Les Empereurs seroient maintenant reduits aux pieds des Ducs de Venize. Nisi plures ex una eademq́; domo Majestatem Imperialem sublevassent & erexissent, jampridem Imperatores ad pedes Ducum Venetorum redacti essent.* Verùm hæc invidiosa & mendax Imperii extenuatio non magni est facienda, præsertim cum alii Galli veritatis candore aliud nobis encomium tribuant:

Fulva Jovis volat altè ales non arva sed astra
Sublimi attingens, spernit declive, volatu.

Quinq; vocales consonantes vincunt. Aquila Electa Iustè Omnia Vincit. *vid. disput.1. thes.24. circa fin.* Dicant nobis Imperii Hostes, quando Imperatorum vires adeò attritæ fuerint, ut opus habuerint unius domus subsidio ex agone revocari? Lamentari quidem possumus cum Poeta Claud.

Hei mihi quo Latiæ vires, urbisq́; potestas
Decidit?

Sed qua ratione id factum sit, *in disp.1.* est demonstratum; & non quidem ob hoc, quasi Germanis defecissent vires, sed quoniam hi ipsi, in sua propria sævierunt viscera. Si coirent Principes Germaniæ, nec totus terrarum orbis, nec cunctæ conglobatæ gentes Imperium movere vel contundere possent, ut Crisp. *in orat. ad Cæs.* prędixit. Qui moveant, qui contundant Imperium hodiernus dies la-

mentabilis oculis nostris dolenter proponit. Et posito quod Imperator vel Rex Romanus unus vel alter infeliciter belligerasset, non tamen ideò Majestas Imperii exspiravit, vel victa dici potest. Titulus & axioma est magis Imperii quàm Imperatoris: Vitiosa sanè est argumentatio à Rege aliquo victo vel minus felici ad Regnũ devictum vel imbecille facta. Ita Scipio Africanus milites in Hispania rebelles est alloquutus, putatisne, me mortuo, etiam Imperium Romanum extinctum, ejusq; potentiam unâ mecum sepultum iri? Dii avertant, gloriam statumq; Romanum in fragili unius hominis corpore uniusve domus potentiâ terminari. *Liv. lib.* 28. Consideret cum Bodino suo Cassanus Imperatorem Carolum V. Regem suum Franciscum cum Exercitu cæpisse, propterea ne status Regni Galliæ fuit eversus? vel an hoc factum putat, cum Rex Johannes cum filio Philippo ab Anglis viribus longè inferioribus, trucidata nobilitatis Galliæ maxima parte, in Angliam captivus deduceretur, ibique post septem annos finiret vitam? Nec Imperium Ottomannicum capto à Tamerlane Bajazete, nec Romanum à Persa Sapore, vincto Valeriano devictum fuit. Hoc de Imperio nostro vaticinatus est Daniel Propheta *cap.* 2. quod partim forte partim imbecille sit futurum. Omnium rerum vicissitudo, nec quicquam sub sole stabile, si unquam, certè in bello, fortuna anceps est. Eleganter ille ait: Die Eminentz vnd Herrlichkeit deß Römischen Reichs stehet nit bloß auff einer armatur; es heisset / quod Victores prælio interdum sint victi bello. Der Römische Adler hat Gottes allgemeine vnd special promission für sich/die Schrifft sagt: gebt dem Keyser was deß Keysers ist. Deß Engels Weissagung beym Daniel wird wol wahr bleiben. Der Adler ist vorhin von wilden Vögeln mehr gestützet vnd gerupfft worden / hat sich aber jederzeit wider erjünget / vnd alßdann mehr schaden gethan als zuvor; vnd ist also vnüberwindlich blieben.

6. 11. Pacem cum omnibus colat, nec externum exercitum, nisi Imperium aut ipse propter illud bello petatur, in Imperium adducat, neq; à Statibus Imperii id fieri permittat *a)* 12. Exercitum in Imperium conductum

vel

vel imposterum ære conducendum extra ejus limites sine consensu Electorum non abducat. *b*)

a) Ordo quidem naturalis mortalium paci accommodatus poscit, ut suscipiẽdi belli autoritas atq; consilium Principibus committatur. *c. quid culpatur* 23. *q.* 1. Unde etiã autores certatim jus indicẽdi bellum inter jura Majestatis reponunt. *Arnis. de jur. Maj. major. c.* 1. *n.* 10. *& seqq. Ant. Coler. de jur. Imp. Germ. sect.* 28. *Carpz.* 4. *n.* 1. *&c.* Verùm cum non omne bellum, sed justum saltem & legitimum sit permissum, nec facilè, nisi summa efflagitante necessitate (testante proh dolor experientiâ & fructus hodierni belli, quod profectò minimè bellum, nobis ob oculos ponente) ad judicium martis sit decurrendum, è re Imperii maximè fore Electores existimarunt, si Imp. sanctè promittat, quod pacẽ etiam cum exteris colere, nullas discordias aut bella intra vel extra Imperium nomine ejus movere aut instituere, extraneum exercitum absq; consensu Statuum Imperii, sin minus omnium, saltem Electorũ in Imperium non adducere, neq; si ab aliis Statibus fiat, permittere, sin v. ipse ob Imperium, aut hoc, bello petatur, quavis ope & auxilio uti velit. Articulus hic est notabilis, ut & 7. sed utinam res observata fuisset, forsan præsentes regionũ devastationes non videremus. *b*) *Verum hisce copiis Imperium defendat, vimq; injustam repellat. Sin verò commodo Exterorum Principum in Imperio miles quidam colligendus esset, videat Cæsarea Majestas, ne hospitiis præbendis, diribitoriis, aliisve oneribus Ordinum quis gravetur: Largiente etiam Omnipotente DEO exoptatam nobis pacem, copias militares sine cujusquam detrimento dimittat.* Hic art. in Capitulatione Ferdinandi II. & aliorum Impp. non habetur, & verosimile est ob, tempore electionis moderni Gloriosiss. Imp. grassantes, & adhuc continuatos motus bellicos eum huic Capitulationi fuisse insertum. A B

13. Comitia legitimè indicat *a*) & Contributiones decretas in legitimos usus convertat. 14. Urgente necessitate nõ prius collectas, quam à Statibus, vel in extremis tamen ab Electoribus approbatæ fuerint, imponat. *b*) 7.

a) Verba art. hæc sunt, ibi: auch in zugelassenen (nohtdürfftigen unverzüglichen und unvermeydenlichen / verba hæc in aliis non A

reperiuntur, per quæ omnis exceptio, quæ excogitari posset videtur exclusa) Fällen/die Stewer / Aufflage vnd Reichstage ohne wissen vnd willen der sechs Churfürsten/wie obgemelt/nicht ansetzen noch außschreiben ꝛc. Ex his patet Imperatori nostro, tanquam summo Capiti, jus indicendi comitia adhuc competere, quamvis in hoc limitatum, ut prius Electores seorsim (non collegiater, utilitatis publicæ causâ) consulere, eorumq; approbationem, (verba clara sunt, ohne wissen vnd willen; aliâs actu existente ipso jure nullo) *Extrema etiam urgente necessitate* obtineat, quam ad actum convocationis prosilire possit. In Comitiis enim sive ad evertendum sive conservandum Remp. plurimum momenti esse situm scribit *Arnis. lib. 2. de jur. Maj. 4. n. 17.* igitur, *quid æquius, quid salutarius Reip.* inquit Bertram. *de Comit. th. 17.* quam ut membra ejus potiora iis cogendis consentiant. Plura de necessitate Comitiorum & utilitate inde in Rempub. redundante aliisq; huc pertinentibus, apud Bertram. Arum. & *disp. 10. de Comitiis* videri possunt. *b)* Cum impositio collectarum sit de
B regalib. & soli Imperatori competat deducēte Arnis. *de jur Maj. min. c. 7. n. 10.* provisum est hac capitulatione, ne pro libitu & sub cujusvis necessitatis prætextu collectas imponat, ut prius in Comitiis vel Circulorum conventibus approbentur, imò licet summum periculum in mora esset, Electores tamen consentire debeant; contra quod cum ipso Imperatore fatente turbulentis hisce temporibus multoties sit factum, sequens protestatio hic inserta; Vnnd dieweil die Zeit über dieses noch wehrendem leidigen Kriegswesens in ansetz- vnd einbringung gemelter Stewer deß H. Reichsfundamental Gesetz/vnd das alte löbliche Herkommen vielfaltig überschritten werden/ so soll dardurch gemelten Reichssatzungen gar kein Abbruch geschehen/noch das jenig/was also vorgangen ins künfftig zu einiger Consequentz / oder als were es also herkommen / angezogen werden. Diceret hîc quis turbulentus, si lapsus legum fundamentalium tam facilè restaurari earumq; violatio ejusmodi protestationibus excusari potest, quid jam sunt leges fundamentales & quidem juratæ? sed ego talem regulas, nō exceptiones earum, studuisse crediderim. An autem d. modus imponendi collectas Reip. expediat, de eo elegans discursus apud Barclajum *in Argenide lib. 4. pag. (mihi) 435 & seqq.*

15. Officia

15. Officia Imperialia togata & armata principaliora, ut & Consilium bellicum, viris spectabilibus, idoneis & quidem Germanis *a)* non exteris, cæteris paribus *b)* committat. 8.

a) Præcipuum enim regiminis caput est nosse Remp. & civium linguam ac mores habere perspectos; alias rationes vide apud *Arum. tom. 4. disc. 19. Carpz. 10. n. 4. & seqq. & disp. 2. th. 9. lit.* C. Hinc tamen non quibusvis Germanis officia ista committenda, ut patet ex textu, ibi: Mit keiner andern Nation dann gebohrnen Teutschen/die nit niderenstands noch wesens/sondern nahmhafftig/redliche Leute von Fürsten/Graffen und Herrn/vom Adel/und sonst dapfferens gutes Herkommens hohen Personen. Dicitur allegatis verbis gebohrnen Teutschen. Unde Carpzov. *d. loc. n. 6.* non sufficere patre quidem Germano sed extra Germaniam (ut in eligendo, in Imperatorem, *d. disp. 2. p. 55.*) prognatum esse concludit: Requiritur etiam, *ut nemini præterquam Imperatori & Imperio fide & officiis sint devincti dignitatemq; officii omnibus postea modis defendere velint & possint* *b)* Communis hæc est etiam Politicorum sententia, rationes videantur alleg. locis, dicitur hîc; insonderheit wañ bey bestellung gemelten Kriegsrahts vñ hohen Kriegsämptern mit den Außländischen Teutsche subjecta in gleicher qualification concurriren. Verba hæc in aliis capitulationibus non habentur; & verbum illud, *præsertim*, etiamsi Germanus cum peregrino qualitatibus non quaqua versum certare possit, nihilo minus eum huic præferendum esse, innuere quidem videtur, attamen observantiâ interdum docet contrarium; an verò tum tardi progressus huic sint asscribendi, judicent periti ores. A B

16. Omnia scripta & acta Imperii, lingua Germanica *a)* vel latina *b)* confici curet, exceptis iis locis, ubi alia in usu fuerit. 9.

a) Ex historicis quidem constat, inquit Wehn. *in præfat. ad observ. pract.* Germanicam linguam paulo post tempora Friderici II. Imp. Anno Christi 1251. sub Imperio Conradi IV. beneficio characterum literis designari ac scribi cæpisse, sed alia ut acta, pacta ipsosq; Imperii recessus & decreta Romano idiomate adhuc concepta A

cepta & conscripta fuisse, donec Rudolphus I. Imp. *Anno* 1273. *Goldast.tom.un. Constit. Imp. pag* 311. sanciret, ut instrumenta omnia Germanicè conscriberentur; idq; Maximil. I. Imp. in Recess. de Anno 1512. confirmavit; quo etiam pertinet constitutio Imperii, ne in Camera lites aliâ quam Germanica lingua intendantur: Neq; immeritò; hujus siquidem linguæ (præterquam quod subditos suos posse cogere, ut Imperantis lingua ac sermone utantur, maximum & certissimum Majestatis sit argumentum) tanta est majestas, tantaq; dignitas, lepor & gratia, ut cum aliis ferè omnibus non tantum de elegantia verum etiam de exquisitorum verborum circumductione & periodorum decenti amplitudine atq; tractu certare possit. alia & plura apud Limn. *de jur. publ.* 1. *c.* 6., *ubi à num.* 50. *usq;* 58. ex aliis authoribus latè & eleganter deducit; quod lingua nostra excellat. 1. Antiquitate, utpote originem ab ipsa ædificatione turris Babylonicæ trahens. 2. Puritate, ut sola virgo illibata dicenda sit. 3. Amplitudine, ut nullis terminis circumscribi, sed ubivis potius peregrinari videatur. 4. brevitate & copia, utpote multitudine primogeniorum, & quidem monosyllaborum ita ditescens, ut copiam in brevitate, & brevitatem in copia contineat: quid? quod etiam polysyllaba apud nos in monosyllaba transformare possimus.

B *Vid. Limn. d. loc.* b) Hic honos latinæ vocis ob veterem matris Romæ Imperiiq; Romani ad Germanos translati memoriam non immeritò studiosè recoli & servari debere videtur; neq; enim illa lingua peregrina videri debet Germaniæ, quæ in locum vicemq; omnium gentium domicilii, in quo latina lingua toti orbi imperitavit, successit, neq; minus nos Romani cives sumus, quam olim Latini fuerunt. *Carpz. c.* 10. *n.* 12. & alii ibidem allegati.

10. 17. Nullos Status vel subditos Imperii extra Germaniam citet, sed quemlibet coram ordinariis suis judicibus in prima instantia conveniri permittat. *a*)

A *a*) Ante hac quidem solis Electoribus vigore *A. Bull. cap.* 11. erat indultum, ut horum subditi ad nullum tribunal, præterquam ipsorum, evocari possent, verum hoc privilegium subseqq. Impp. indulgentia ad alios quoq; Status extensum; de privilegio primæ instantiæ, &

tiæ & ubi Status Imperii vel alii conveniri debeant, dicetur pluribus in *Vol. 2. disp. de Cam. Imp. & disp. de Austregis.* Notandum tamen interim verba ea, bevorab auch bey der ersten außtrücklichen instanß bleiben lassen/in aliis capitulationibus non haberi; comprehenduntur quidem ea sub aliis articuli verbis, abundans tamen cautela non nocet. De Electoribus additur, ne hi vel horum subditi processibus judicii Rotvvilensis (*de quo disp. de Cam. Imp.*) molestentur, casu verò quo istiusmodi processus insinuantes, admoniti, negotium facere non desistant, iis tales coercercere sit permissum, quod aliàs Electoribus licuisse, cum coram cōpetente judice conveniri possint, non videtur.

18. Det operam Imperator, ut pacta quondàm cum Pontifice ab Imperio inita serventur *a)* 19. Monopolia cum consilio Electorum & reliquorū Statuum tollat. *b)* II.

a) Cùm contra Concordata Principum & pacta cum Pontifice Romano ab Imperio inita in Episcopatibus, vacante sede, alisq; dignitatibus vel beneficiis Ecclesiasticis, in juris patronatus præjudicium successionis spem concedendo, Romæ quotidiè multa fiant: Promisit Imp. se apud Pontificem effecturum, ut *suprà dicta Germanicæ Nationis* Concordata *strictius observentur, omni abusu secundum Augustanum Imperii Recessum Anno* 1530. *factum, penitus sublato.* De Concordatis istis vide alios. *b)* Monopolia exerceri dicuntur, quando unus vel plures certas quasdam merces coemunt, & inter se in populi perniciem paciscuntur, ut merces istæ certo imposito pretio vēdantur. *Sichard. in Rubr. C. de Monop. n.* 2. quæ olim etiam tam odiosa & prohibita fuere, ut interveniente quoq; permissu Principis ea exercens, æquè ac ii, qui conspiratione quasi inter se facta in dictum finem coivere, bonis propriis spoliatus & perpetuitate exilii damnatus fuerit. *l. un. d. tit. Sichardus ad d. tit. inquit n.* 2. monopolia fieri tribus modis, aut in rebus vel mercibus, aut in personis, aut in certo loco; & *num.* 10. *& seq.* generaliter esse prohibita, nisi per privilegium & consuetudinem alicubi tolerentur, juxta Innoc. *in c. significata, extr. de appell.* quod cum contra textus expressos militet, præsertim P. O. de Anno 1548. tit. die Monopolia. Consuetudo etiam talis sit planè irrationabilis, *in nostr. art. ibi*: So bißhero mit jhrem Geld regirt/

A a

girt / jhres willens gehandelt/vnd mit Wuckrung/viel Vngeschicklichkeiten dem Reich / dessen Inwohnern vnd Vnderthanen mercklichen Schaden/ Nachtheil vnd Beschwerungen zugefüget/zufügen vnd noch täglich thun gebehren/ rectè Imp. noster se talia consilio Electorum, reliquorumq; Statuum Imperii (cur hoc *vid. th.* 1.) correcturũ & in hunc finem ante hac etiam deliberata ad effectũ perducturũ promisit. Ex istis nunc exsurgit, omnes sodalitates & Collegia, si quid contra utilitatẽ publicam, quò magis privatam promovere possint, concludant (aliâs secus) esse prohibita & illicita, eorumq; primates, imò & magistratus istius loci, debita pœna puniendos esse *d. l. un. in fin.* Adhuc magis videtur dicere *l. 3. §. 1. ff. de Colleg. illicit.* ubi Interpp. omnia Collegia & corpora, nisi permissa esse doceantur, illicita & prohibita præsumi, & talia usurpantes lege Julia Majestatis teneri, *arg. l. 2. d. t. & l. 1. ff. ad L. Iul. Maj.* concludunt. Quid hodiè circa ea observetur vid. *disp. 6. th.* 21. *lit. E.* Sed quid consilii eo casu, quo exteri talia adversus nos machinentur? si merces, quibus carere nequimus asportent & Domini istorum mercatorum requisiti id ipsum emendare & inhibere nolint: Patienter ferendum est, quia ob defectum jurisdictionis, mutari non potest, vel si exteri nostris mercibus indigeant, compensationi locum demus: sin verò merces, pompæ & luxui inservientes invehant, promulgandæ primò videntur esse leges, quibus eæ tam indifferenter emi vetentur; si hoc juvare non possit, quod cum facilè cõtingeret, cum hominibus ea sit insita vis & natura, ut nihil avidius expetant, quam quę sanctissimè vetantur, vectigalia, suadente Bodino, dictis speciebus imponantur, ita, ut idipsum, quod jam ùnico floreno æstimari solet, vectigalibus impositis, duobus vel tribus sit comparandum, & hac ratione subditi emendis istis abstinebunt, nec peregrini Mercatores istas species, tanta, sed potiùs merces necessarias majore copia advehi curabunt: si verò subditi emere pergant, ærarium locupletabitur, vide Bodin. *de Rep lib. 6. c. 2. pag.* (*mihi*) 975. & 977.

12. 20. Vectigalia *a*) sine consensu Electoralis Collegii nõ instituat, *b*) nec antiqua adaugeat. *c*) Alio modo sub quocunque prætextu impetrata, nullius planè sint valoris,

ris, d) & Electoribus, istiusmodi vectigalibus prægratis, iis proprio arbitrio se liberare liceat.

a) Quæ à vectura sic dicuntur, ideoq; si proprietas vocabuli spectetur, vectigalia sunt, quæ pro invectione & evectione mercium debentur. *Sixt. de regal. 2. c. 6. n. 1.* (aliâs vocantur telonia *in cap. un. quæ sint Reg.* & interdum gabellæ à Dd. Referuntur etiam ad ea, pedagia & guidagia *Sixt. d. cap. n. 11. & seqq.*) & accensentur Regalibus *cap. un. quæ sint Reg. Sixt. dict. loc. Vult. de feud. 1. c. 5. n. 7.* Sed an majoribus vel minoribus: si majora Regalia sunt, in quibus potissimum suprema potestas & dignitas Principis relucet. *Sixt. 1. cap. 2. n. 2. Vult. 1. de feud. cap. 5. n. 7.* Unde etiam à nonnullis Dd. potentiora, merè Regalia, ossibus Principis cohærentia & καθ' ἐξοχὴν sæpè Principis reservata, appellantur *vid. Sixt. 1. c. 2. n. 3* ibidemq; allegatos Dd. Minora autem, quæ potius utilitatem & proventus Imperii concernunt, *Sixt. d. loc. n. 45. & Vult. d. loc. n. 7.* Distinguendum erit inter vectigalia instituta & adhuc instituenda; illa ad minora, hæc verò, cum excellentius quid sit, nova instituere quàm jam instituta habere. *vid. lit. D.* ad majora referri poterunt *Sixt. de Reg. lib. 2. cap. 6. n. 42. Klock. de vect. concl. 8. R. A. de Anno 1576. §. weiters seynd / & §§. seqq.* Quod autem vectigalia antea instituta ex numero Regalium quidam planè exterminare conantur, id propter generalitatẽ *c. quæ sint Reg. &c.* defendi non posse videtur. *Sixt. n. 40. Klock. de vect. concl. 8.* b) Olim in Rep. Romana sub Coss. Ædiles exhausto ærario, nova vectigalia instituere sunt soliti, probante Klocken *de vectig. concl. 8.* translata autem populi potestate in Imperatorem, *§. 6. Inst. de jur. N. G. & C.* facultas hæc quoque in illum transiit. *l. 10. ff. de publ. & vectig. l. 5. C. nov. vect.* & hanc ob causam Fridericus I. Imper. jus instituendi vectigal *in c. un. quæ sint regal.* inter Regalia collocavit *vid. lit. præced.* Verùm cum vetus querimonia sit, rem eò devenisse, ut quivis pro libitu auctoritatem novis vectigalibus premendi transeuntes usurpet: & omnes Civitates Italiæ, Castellanosq; eam licentiam arripere, lamentetur *Ant. Quetta Cons. 3. n. 2.* referente Klocken *d. loc. concl. 4.* & *Ioan. Sichard. ad rubr. C. nov. vect. instit.* vereri se asserat, *ne titulus ille pejus in Germania quàm alibi servetur:* nec Imp. non nisi justa ex causa (quænam sit talis, deducit Sixtin. *de Reg. 2. n. 47. & seqq.*) summaq; necessitate urgente (quænam

hæc, apud Klocken *allegat. loc.*) ad hanc oneris impositionem descendere debeat: *l. fin. C. de vectigal. l. 1. C. nov. vect. Sixt d. loc. n. 35. Klock. dict. loc.* Prætereaetiam in modo imponendi summa sit adhibenda prudentia, ut potiùs res, quibus lucrum subditi sentiunt, quam victui & alimentis destinatæ huic oneri subjaceant, *allegati Dd.* (verba Bodini hîc asscribere placuit. *Quod si quis est qui scire de me velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratissimum, civitatibus pulcherrimum, Principibus honestissimum, plebi utilissimum videatur, illud est, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delitias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem spectant lib. 6. de rep. cap. 2. pag.* (*mihi*) 975.) Ante hac sæpissimè Impp. & Proceres Imperii ob prægnantes & notabiles rationes in R. A. de Anno 1576. §. Dardurch dann nicht allein die gemeine Gewerb/Commercien/Victualien/vnd alle Handthierung/ zu noch höherm auffschlag/Werth vnd Thewrung mercklich getrieben/auch leichtlich Vhrsach zur Vngedult vnd schädliche Empörung geben möchte/sondern wil auch das alles zu vnserer Kayserlichē besondern Hoheit vnd reservaten &c. de propria ista authoritate vectigalia instituendi & pro lubitu usurpandi penitus tollenda consultarunt, &, ut eò minus ad vectigalia nova instituenda deveniatur, ob rationes etiam suprà, vers. nec Imp. &c. allegatas, potestas Impp. si non ante Carolum V. tamen ab ipsius tempore, ut patet ex ipsius Capitulat. art. 18. huc usq; in eo fuit restricta, *ut nulli absq; consensu Electorum* (*collegialiter*, quod in reliquis capp. non habetur) *obtento, nova vectigalia concedere, nec etiam* quod hic additum, *in suis territoriis instituere*, imò ne quidem nova vectigalia petenti, vel impetrandorum ullam spem pro se facere, vel promotorialibus ad Electores datis adjuvare debeant, art. 23. Sed an propter hanc restrictionem potestatis, jus imponēdi vectigalia Electoribus cōmunicatum esse dicemus? minimè, ut n. jurisdictionis supremæ P.P.E.E. non sunt capaces, ita nec effectus ejusdē sc. inseparabilis, vectigaliū sc. imponendorū jus in eos cadit. Facit text. in d. R. A. § dadurch dan/*ibi*: will auch das alles/zu vnserer Kay. Mayt. besondern (notetur particula exclusiva) Hoheit vnd reservaten, so wohl auch zu vnserer Kays. vnd der Churfürsten reputation, Veracht: vnd Schmelerung de facto durchbracht werden; Ubi quidem reputationis EE. æquè ac Imperatoris fit mentio, sed

tamen præeminentia, & reservata sive Regalia, ad quæ jus istud vectigalium spectat *ut lit. A.* soli Imp. non etiam Electoribus tribuuntur, &, si privata aliqua authoritate ab aliquo nova vectigalia instituantur vel vetera augeantur in singularis præeminentiæ & reservatorum Imp. contemptum & diminutionem vergere dicitur. *Sixt. lib. 1. c. 2. n. 43. Klock. de vect. concl. 9.* *c*) Ibi: noch einige alte erhöhen/oder prorogiren lassen (auch für vns selbsten keinen erhöhen vnd prorogiren / ohne Collegial Raht/ hæc etiam in aliis Capitulationibus non habentur) wissen/willen vnd zulassen der sechs Churfürsten: concordat jus civile in *d. l. 10. ff. h. t.* ubi qui instituere nequit nova, nec vetera augere potest, cum in hac materia omnis innovatio pro novo vectigali reputetur *l. 9. §. 8. ff. h. t. ibiq; Dd.* Quæcunq; igitur ad institutioně novorũ vectigaliũ requiruntur & ibi dicuntur, ea etiam antiquis augědis applicari debent. Et sic æquè in augědis antiquis quàm in instituendis vectigalibus consensus EE. desideratur; jus augendi etiam Electoribus quàm instituendi æquè non communicatum, cum in allegato R. I. in Reservatorum Imp. contemptum, si quis augere velit antiqua, non minus vergere dicatur. Additum ulterius huic Cap. ibi: Gestalt wir dann alle die jenige so vmb newe Zölle/ oder der alten erhöhung/ oder auch solcher erhöhung prorogation anhalten werden/einer Collegial Versamblung zugewarten/erjnnern/ vñ sie vnderdessen zu ruhe weisen wollen/quibus adhuc magis confirmatur, quod Imp. nihil quicquã in vectigalibus, sive nova instituědo, sive instituta augendo, sive aucta prorogando sine consensu Electorum innovare debeat, sed si quis illorum quid petierit, Conventum EE. Collegialem (observandum quod ne quidem separatim amplius consentire sufficiat) exspectet, & sic omnis exceptio, qualiscunque etiam sit, remota videtur. *d*) Ibi: Dieweil sich aber zuträgt/daß zwar der Nahme deß Zolls bißweilen nit gebraucht/ sondern vnderm prætext einer Niederlage / Stappel Gerechtigkeit / oder sonsten von auff vnd abfahrenden Schiffen vnd Waaren / eben so viel als wann es ein rechter Zoll were / erhoben wird; So sollen alle vnd jede ohne ordentliche verwilligung deß Churfürstl. Collegii also außbrachte concessiones, vnder was Schein vnd Nahmen auch dieselbe jmmer erhalten worden/ null vnd nichtig seyn. Verba hæc quidem jam primò Ca-

C

D

mò Capitulationi fuerunt inserta, aliâs etiam idem & quidem clariùs in R. I. *de Anno* 1576. §. weiters seynd / *ibi*: Vnd dasselbig auch zum theil vnderm Namen Vngelds / Auffschlags / Brückengelds / oder Weggelts / vnd was deß Scheins mehr verantwortet werden wölle. *&* §§. *seqq.* prohibitum & ordinatum fuit. Secundum Beloldum *in th. pract. & VVehner. in obs.* est, Vngeld / gabella Cauponaria seu tabernaria, quasi Omengeld / quæ porulentorum nomine penditur, & ferè vom Wein / quemadmodum accisia etiam de cerevisia, Bierrecht / Biersteẘer. Secundum Wehnerum, etiam est impositio, quę communiter imponitur victualibus, ita ut ementes solvant certum quid ultra justum pretium. Staffel Gerechtigkeit oder freye Niderlag est jus cogendi & impellendi transeuntes, ut ibi subsistant, ibidemque merces divendunt: *Besold. in lit. S.* quale jus in Rheno de certis exponendis mercibus (ad alias trahendum non est) Colonienses, Moguntinos & Spirenses, (qui & inter alia nominatim ex suo privilegio, der dritten vnd letzten Staffel am Rhein / intentionem suam fundarunt in impetratione Mandati contra Churpfaltz / die zu Oppenheim angehaltene Speyrische Schiff vnd Meßgüter betreffend) in Danubio Ratisbonam, Ingolstadium & Passavium; In Visurgi Bremam, in Albi Magdeburgum, Hamburgum, &c. habere dicit *Besold. ib. Vide & VVeh. in lit. S* q. tamen distinguit inter Staffelgüter & Meßgüter & hæc ab hoc onere esse libera testatur. Cum autem hoc onus liberum usum commerciorum contra *l.* 14. *C. de Cont. Empt. & Vend. l.* 5. §. 3. *ff. de jur. Immun. Sixt. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 37. impediat, reliqua etiam onera vix imponi possint, ut non etiam forenses, ad Civitates mercatũ & contractũ euntes graventur. *VVes. consil.* 189. *n.* 1. *&* 7. Generaliũ a. legũ (aliud esset, si impositio istorũ onerũ exteros non tangeret, tum n. magis naturã Collectarũ quàm vectigalium saperet) ferendarum potestatem Civitates istæ & immediati superiorem recognoscentes non habeant, jure prohibentur dicta jura exercere, qui legitimè ea non acquisiverunt. Acquisitio hæc fit vel per concessionem vel præscriptionem; illa debet fieri modo in hoc art. expresso, aliâs dicitur ipso jure esse nulla. Notandum tamen hîc, Mynsingerum *observ.* 31. *n.* 1. Dominos Camerales censuisse, testari, quod in impetratione vectigalium, locum, pro quo impetratur

tratur vectigal, non esse gravatum aliis vectigalibus vel pedagiis, sit exprimendum, alias enim, si vectigalia ab antiquo ibi exigi sota, in novo privilegio nominatim non exprimerentur, privilegium illud de novo obtentum esse invalidum, & per obreptionem impetratum præsumi; *Conjectura enim est, Principem, si alia onera scivisset, novum vectigal non fuisse concessurum. Mynſ. dict. loc.* & aliâs generalis dicitur esse doctrina, in privilegii impetratione nihil subticendum esse, quod fortè, si dictum fuisset, Principem in diversam sententiam movere potuisset. *l.2.C.si cont.jus vel util.pub.* Vid. Mynſ. *d.loc.n.2. Sixt.2.cap.6.n.53.& seqq.Klock.concl.16.lit.A.* qui alia ad cautè impetrãdum hoc jus necessaria tractant: Hæc de concessione. Præscriptione etiam sola, non accedente scil. jussione Principis, jus exigendi vectigalia acquiri posse, cum ea, quæ sunt expresſè concessibilia, sint etiam tacitè talia, id est, præscriptibilia *disp.6.th.8.lit. D.* non est dubitandum, (copula enim, *Et,in l.4.C.vect.nov.inst.* non cõjunctivè sed disjunctivè propter *l.1.& 2. d.tit.arg.53.ff.de V.S.* accipienda) Sed quantum tempus ad id requiratur, graviter à Dominis Cameralibus suo tempore disputatum fuisse testatur Mynſ.*obser. 29.n.10.Cent.5.* jure Civili quidem nihil certi de hoc decisum, *sed c. super quibusdam §.præterea,de verb.sign.* tempus cujus initii memoria nõ extat, requirit; (quodnam verò tempus sit immemoriale, dicitur *alleg.disp.pag.262.*) Unde nec scientiam nec patientiam Principis ad præscriptionem eam perficiendam esse necessariam Dd. communiter concludunt. *Sixt.alleg.cap.n.56.& lib.1.c.5.n.*149.150.151.152.cum alleg. *Klock.de jure vect. concl.24.lit.F.* vid.& rationes *all.p.disp.6.* Plura ad acquisitionem regalium necessaria & modus ea acquirendi apud Sixtin. *dict. cap.* 5. videri possunt. Sed annon etiam jus imponendi æquè ac jus exigendi vectigalia præscriptione acquiri potest? Multum sanè differre videntur consuetudinem immemorialem exigendi vectigalia, & consuetudinem imponendi nova habere. (ponamus enim quem jus illud imponendi, aliis nempè jus exigendi concedẽdo, per multos annos usurpasse) Hæc potestas dominativa est, quæ ad plures actus, & novas impositiones faciendas porrigitur: altera jus est perpetuandi tantùm perceptionem vectigalis; Unde etiam plurimi Interpp. in isto casu, præsertim ob textum expressum

juris

juris vel solidam ejus rationem deficientem, præscriptioni locum esse negant. De altero casu scil. jure exigendi habemus textum expressum in jure Canonico supra allegatum, sed, ut dictum de præscriptione juris imponendi, in jure nostro est altum silentium, nec ab uno casu ad alterum, imò, si præscriptio sit odiosa & iniquissimum præsidium *Nov. 9. in pr.* ne quidem ex similitudine rationis juxta Dd., argumentari licet, quamvis igitur textus juris Can. præscriptionem juris exigendi, non subitò etiam imponendi permittit. Vulgatum quidem est: *Quæ privilegio sunt transmissibilia, præscriptione immemoriali quoq; transferri possunt*, verum trāsmissibilitas ista (si loqui sic licet) hoc in casu constanter neganda. Imp. enim nullo modo supremam jurisdictionem & Majestatem, cum nō sint in ejus marsupio, ut loqui amant Dd. nec superiorem vel parem in Principatu habere possit, ut constat, à se abdicare *disp.6.th.7.lit.*C. imò nec partem ejus alienare potest: cum de parte idem judicetur, quod de toto Klock.*de jur.vect.concl.*25 *circa med.* Jam verò vectigalia à solo Imp. instituuntur *l.*10 *de vect.l.*3. C.*nov. vect.* antiqua augentur, aucta prorogantur, mandata sine clausula decernuntur, sunt de ipsius Reservatis R.A. *de Anno* 1576 §. darduch. Eorundem erectio est maximi Imperii, & effectus universalis jurisdictionis *Thom. Michael. de jurisd. concl.* 11. *lit.* E. Lex generalis, quæ etiam ad non subditos porrigitur *Klock. concl.* 25. Quemadmodum igitur effectus nondum in actum deductus sine causa non est: Ita sine Majestate, tanquam substantiali fundamento, jus vectigalis imponendi esse nequit; unde per consequens efficitur, eum, qui vectigalia instituere velit, majestate coruscare debere, quam penes plures esse in nostro Imperio est absurdum *vid.disp.prac.* Dissentientes acriter contra pugnant & potissimum in argumento isto à concessione vectigalium ad eorum præscriptionem ducto fundamentum quærunt, & licet rarò fiat, tamen jus illud imponendi aliis communicari posse asserunt, in eumq; finem exempla aliquot, ut Caroli IV. Imp. qui translationi Regni Arelatensis in Regem Galliæ facultatem indicendi nova vectigalia adjecit, & Impp. quorundam quoad concessionem hujus juris Domui Austriacæ factam allegant. *Klock. allegato loco in fin.* inquit. *Ego hic subsisto in congressu disputationis an discrepantes hæ opiniones fœdere distinctionis*

conci-

conciliari possint, vel quæ sit verior, inquirenti dicturus: Quapropter nec ego quid certi, præsertim cum privilegium illud Domus Austriacæ tanquam verum *in disp. 8. p. 500. in fin.* (de quo alias propter hunc articulum; ibi: auch vor vns selbsten keinen vffrichten/ dubitaveram) allegari deprehendi, affirmare non ausim. Quid autem hæc verba: Auch einen jedwedern deß H. Reichs Churfürsten / welcher sich darmit beschwert befindet / frey vnd bevor stehen / sich solcher Beschwerung so gut er kan / selbsten zu entheben velint, mihi non liquet: Contra illicita vectigalia diversa juris remedia competere notum est, ex quibus & id, quod mandata inhibitoria sine clausula impetrari possunt. *Author præjud. Cameral. verb. vectigal. Myndan. de process. lib. 2. c. 42.* Et hoc jus commune est omnibus. An verò solis Electoribus contra ejusmodi illicita vectigalia quocunq; modo id fiat, fortè jure talionis, retorsionis, vel alia ratione & autoritate propria sese defendere sit concessum, reliqui verò via juris, ut dicta verba articuli quidem *arg. l. 12. de jud.* innuere videntur, uti debeant, non satis constat. Hoc certùm est, nullam Constitutionem Imperialem hoc in casu, ejusmodi potestatem vel prærogativam Electoribus indulsisse. Quidni ergò & aliis Principibus & Statibus Imperii, quocunq; modo possint, libertatem suam contra ejusmodi exactores tueri & defendere liceret. Nulla solida diversitatis ratio apparet: Nec hoc casu statim unius inclusio erit reliquorum exclusio. Verum quia mihi privato de sensu & dispositione verborum nihil certi constat, judicium meum non interpono.

21. Quibus antehac vel vectigalia nova data, *vel vetera augendi vel prorogandi facultas hac conditione concessa, ut Electores, horum subditi &c. aliæq; personæ privilegiatæ iis non graventur a) nec præscriptum modum iis utendi excedant; & hæc, interveniente scriptura, se servaturos promittant, Curet Imperator, ut obligationes istas Electoribus tradant, neq; is imposterum cuiquamquid eiusmodi prius indulgeat, quam instrumentum super eo confectum ediderit.* 13.

a) Ibi: Daß sie jetzgedachte Churfürsten / Jhre Vnderthanen / Diener / Zugewandten vnd andere gefreyte Personen / auch derselben A

Haab vnd Güter mit solchen von newem &c. an allen vnd jeden Orten Ihrer **Fürstenthumb** vnd Landen mit jhren Waaren vnnd Gütern Zollfrey durch passiren / verfahren vnd treiben lassen. Constat jam luculenter ex jure nostro unumquemq; propter res proprii usus causâ comparatas (quo venire solet, quod victus sui causa paratum est *l.*203. *de V.S.* Unde ne quidem domus suæ ædificandæ vel reficiendæ causa vehenda includuntur *Sixt.*2.*cap* 6.*n.*133. Extenditur tamen etiam ad usum suæ familiæ *arg.d.l. de V.S.Sixt.n.*130.) oneri vectigalium non esse subjectum *l.*5. C. *de vect.* juvante *l.* 4. *ff. eod.* Verum cum *hoc malè passim servetur, & in tota ferè Germania illud jus commune ab aula recesserit ac vix ad practicam deduci possit,* testante Sixtino ex aliis *d.cap. n.*128. forsan jus nostrum quoad nominatas personas pristino suo vigori Impp. restituere voluerant. Si verò jus illud quoad Electores in desuetudinem non abierit (*Klock* aliâs sic inquit, *si fortè aliquibus certa quantitas vini, maximè in Rheno flumine, liberè dimittatur, id potius ex curialitate, ut ita loquar, seu indulgentia quadam fit; si reciprocè eadem immunitate in alterius ditione, vel provincia frui queant concl.* 30.) & verba suprà allegata art. huic inserta potiùs quid operari quàm otiosa esse debent, Electores non tantùm quoad res victus causâ sed etiam in alium finem comparatas ab onere vectigalium immunes esse videntur, & idem de *personis privilegiatis* dicendum esset. Quæ autem personæ istæ privilegiatæ sint, & alia huc pertinentia, dicentur forsan *Vol.*2. mihi enim hîc omnia tam absolutè tractare non licet.

14. 22. Notum etiam omnibus cum sit, in inferiori Rheni tractu, occasione belli in Germania inferiore moti, *non tantum multa nova vectigalia esse instituta, verùm etiam diversas militares naves in Electorum ne semel quidem requisitorum territoria, immenso sanè Commerciorum damno invectas esse; det operam Cæsar, ut, deliberatione cum Electoribus habita, omnia in pristinum statum restituantur. a)* 23. Neq; nova vectigalia petenti, vel horum impetrandorum spem ullam faciat, vel promotorialibus eundem adjuvet. *b)*

A *a)* Vectigalia in proprio suo territorio nulli Statui Imperii propria

propria authoritate, imò Imperatori ne quidem, consensu Electorum non obtento, instituere, antiqua augere, vel aucta prorogare licere ad artic. 20. jam dictum; multò minus ergò in alieno territorio licebit *arg.l.fin.ff.de jurisdict.* Hinc quamvis Principes Imperii aliàs sint Regalibus muniti, tamen in alterius territorio quoad jurisdictionem contentiosam pro privatis habentur, *arg.l.fin.de off.præf.urb.* privatus autem jurisdictionem exercere non potest. Imò privatum jurisdictionem exercentem in crimen læsæ Majestatis incidere post *Guid.Pap.* tradit Gail.*lib.1.de P.P.cap.16.n.29.ex l.3.in fin. ad L. Jul. Maj.* Sed quid de Dominis dictarum navium dicendum, de quibus ita textus, ibi: Vber das auch bey kurtzer Zeit vnderschiedliche Außläger vnd Kriegsschiff vnersuchet vnnd vngescheuwet der Rheinischen Churfürsten in jhr hohes Regal vff dem Rheinstrom auß den Niderlanden geführet worden / dardurch der Kauff-Handels- vnd Schiffmann mit noch weitern exactionen vnd abnahmen beschweret wird / solche Außläger vnnd armirte Schiff auch bißhero vber alles anlangen / ersuchen / erinnern vnd vermahnen / der Churfürsten / bevorab der Rheinischen / nicht wollen abgeführet werden / an & ii pœnam alterius territorium violantium jure nostro expressam sustinebunt? Si sunt Status Imperii, vide *Reink.1.class.2.c.9.n.112.& seqq.* nullum est dubium: Si verò Imperio nostro subjecti non sunt, negare videtur Nobiliss. Dn. Præses *in Exercit. ad Instit. th.5. disp. ult.* *b)* dictum de hoc art. aliquid *th.11. lit. B.* & sensus aliâs est apertus.

24. Vectigalia nova propriâ authoritate instituta vel aucta, vel si imposterum fiat, quamprimùm Imp. resciverit, legitimis mediis exemplò tollat. *a)* 25. Si ratione vectigalium, alicui Electorum lis moveretur, vel hic alteri eam moveret, solus Imp. controversias exortas judicio Cameræ vel aliis exclusis decidat. *b)* 26. Vectigalia Electorum Rheno & Danubio imposita suis promotorialibus, ut huc usque factum, imposterum non diminuat. *c)* 15.

a) Cum non tantùm in Imperatoris reservatorum ipsiusq; A

& Electorum reputationis contemptum vergat, si quis propria authoritate nova vectigalia instituerit, sed & pretia mercium crescãt, imò ansa rebellandi per ea subditis facilè præberi, & sic Imperium labascere possit, hujus autem salutem tueri nulli magis, quàm Imp. conveniat, rectè is promisit, se quamprimùm resciverit, nulla etiam facta imploratione mandata inhibitoria sine clausula adversus utentes istis vectigalibus decreturum vel alio quovis modo ea sublaturum. Imò, generaliter hic modus quoad mandata ista in Camera Imperiali servatur, ut, quotiescunque casus omni jure sit prohibitus, vel factum tale, quod nullo jure justificari possit, mandata sine clausula ibi decernantur; quia enim actus iste altera parte etiam præsente & invita expediri, sic & ista absente, ignorante & non citata fieri potest *l.4.§.3. de fideicomm. libert. Gail.1.obs.13.n.3.* Cur ergò nec ab Imp. præsertim in tam odiosis servari deberet. B *b) Gail.1. obs.1.n.7.& 13.Thom.Michael.de jurisd.concl.31.lit.B.* tradunt hanc regulam: *Quotiescunq; de substantia & validitate privilegii alicujus à Cæsare concessi, controversia movetur, solus Imp. est judex c. cum venissent ubi glossa in verb. judicari. de judic. arg.l.novo C.de legib.* Addit Sixtinus ibidem *n.2.* & hunc casum, qui tamen cum priori ferè coincidit, si non de substantia quidem sed ejus sensu & interpretatione dubitetur, cum ejus sit interpretari, cujus est dare & condere. *l. omni innovatione C.de SS. Eccles. l.fin.C. de legib.* Si verò de dictis casibus non dubitatur, sed privilegium forsan alterius jus, (ut si quis ratione violati privilegii Imperialis, ad pœnas eidem privilegio insertas agere velit) non Principis tangit, *Michael.& Sixt.* Cameram Imperialẽ etiam cognoscere posse, *dd. loc.* concludũt. Ut a. processus ibidem, nimirũ citatio ad videndum se incidisse in pœnas privilegii, decernantur, privilegium prius Cameræ & parti ritè esse insinuatum, secundùm allegatos Dd. requiritur. Cameræ, ut ostendatur de fundata jurisdictione: Parti verò, ut privilegii quia id est facti alieni per text. *in cap.1.de constitut. lib. 6.* & sic ejus ignorantia præsumitur. *l. plurimum. ff. de jur.& fact. ignor. & l.fin.ff. pro suo,* sciẽtiã habeat. Sed quid ad hęc Imp. in nostro articulo? Verba sanè hæc; Demnach dann solche Zolls regalia vnd privilegia allein vom Röm. Keysern vnd Königen mit bewilligung der

sechs

sechs Churfürsten im Reich ertheilet vnnd gegeben werden / vnnd also darüber einfallende Streitenscheidung / vor niemand anders als vns gehörig / sollen solche rechtliche ansprachen vor vns außgeführt vnd erledigt werden: Priorem sententiam confirmant. Unde aliorum opiniones circa hæc hîc recésere vel latiùs refutare est super vacaneum. Martin. Magerus quidem *de advocatia armata*, causas privilegiorum à Cæsare datorum, quoties de substantia, sensu vel intellectu eorundem disceptatur, vel ea ipsius Imperatoris jus tangunt, in Camera Imperiali rectè intentari *cap.7.n.118.* asserit, verum *n.n.seqq.* in sententiam nostram descendere etiam videtur. Quis judex sit, quando, ob Regalia per investituram concessa, controversiæ suboriantur, & an differentia quædam constituenda, dicitur pleniùs *disp.6.th.25.lit.H.* c) In hoc articulo præter verba hæc, an der Thonaw/ quæ sine dubio Dux Bavariæ, qui in locum Electoris Palatini surrogatus, jam inseri curavit, nihil est additum.

27. Quoscunq; processus à Statibus Imperii, jam instituendos vel imposterum instituendos, vel alios quoscunque pendentes non impediat, nec cursum eorum sistat. 16.
a) 28. Ut Electores reliquiq; Status Imperii, Feuda, ubicunq; sita, & bona allodialia à vasallis & subditis suis cõmissa Fisco suo inferant, permittat, nec iis invitis alios vasallos obtrudat. b) 29. Contra quosvis ad ordinarium judicium provocantes, non via facti sed juris agat. c)

a) In articulo 1. promisit Imper. se justitiam æquabiliter administraturum, quod ut eò melius effectum sortiatur, quicunque processus pendentes vel adhuc instituendi, non sunt remorandi. Unde etiam Imp., se istorum cursum nullo modo impediturum, hic sanctè affirmavit & pollicitus fuit, ibi: dasselbe vnd auch alle andere ordentlich schwebende Rechtfertigungen nicht verhindern noch verbieten / sondern den freyen starcken Lauff lassen. De jure communi quidem Superior Dominus, causam ab inferiore jurisdictionẽ à se recognoscente, liberè avocare & ei mandare, ut judicare supersedeat potest, secundum Gailium 1.*observ.41. n.1.per l.58.ff.de judic.* & A

Berlich. *Decisione* 158. *n.*21. verum hæc potestas in nostro Imperio hodierno tempore, ut patet ex dictis verbis, tam quoad primã instantiã vid. *& th.*10. *& disp.*6 *pag.*259. quam Cameram Imperialem, testante etiam ordinatione Imperii *part.*2. *tit.*35. *ibi:* Daß dem Cammergericht kein starcker Lauff gelassen werden soll / est restricta. Avocatio enim sive evocatio, est litis pendentis coram inferiore ad superiorem absq; provocatione facta translatio *arg. cap. ut nostrum de appell.* sed Cameræ judicium, cum ipsum Cæsarem repræsentet, & cum eo jurisdictionem in causis justitiæ concurrentem habeat, superiorem habere Gailius negat *d. observ. n.* 8. quia igitur par in parem non habet Imperium *l.*4. *ff. de recep. arb.* avocationi hic locus esse non potest. Dissentit quidem Berlich. *allegata decisione*, sed huic *Vol.*2. *disp. de Cam. Imp.* sine dubio, refutando satisfiet, & qualem jurisd. Camera habeat,
B & alia deducentur. *b)* Totus hic articulus huic Capitulationi de-
C mum est insertus, & vide de eo *disp.*6 *th.*19. *lit.D.* *c)* Cum facilè cõtroversia quædam inter Imperatorem & Statum Imperii ex obligatione vel alia causa suboriri posset, promittere tenetur Imp. se plenitudine suæ potestatis non usurum, sed ordinaria via juris cum eo si modò velit acturum, ibi: Dieselb sampt vnd sonders / Auffruhr / Zwitracht vnd andere Vnthatim H. Reich zuverhüten / auch Fried vnd Einigkeit zu erhalten / zu verhör vnd gebürlichem Rechten stellen vnd kommen lassen / vnd mit nichten gestatten &c. (excipiuntur quivis casus), darin sie ordentlich recht leyden mögen / vnd das erpietig seyn / mit Raub / Nahm / Brand / Vehden / Krieg / sequentia verba, wie auch mit Durchziehen / vnnd Einquartirungen ohne höchste vnvmbgängliche Noht / vnd auch alßdann anderst nit als mit vorbewust der Crayß Obersten vnd deren nach vnd zugeordneten / wie auch der Crayß Ständen die darmit getroffen werden / zubeschweren / jam fuere addita, oder anderer gestalt / zubeschädigen / anzugreiffen vnd zu überfallen. An autem damna etiam in casu necessitatis subditis illata, iis sint refundenda? dicetur forsan *Vol.*2. *disp. de Pace.*

17. 30. Imperator *a)* sine consensu Electorum *b)* neminem inauditum *c)* proscribat: casu verò, quo factum est, notorium *d)* & adhuc actu permanens *e)* Ordinario

quidem

quidem non opus erit processu *f)* nec tamen ullum inconsultis Electoribus, in bannum declaret.

a) Cæsarem solum vel eo absente Regem Romanorum aut Cameram Imperialem Bannum Imperii irrogare posse dicitur in *Ord.Cam.part.2.tit.9.* §. vnd ob sich zutrüge; facit ad hoc textus in *l.1.* §. *si quibus. de legat.3.* Videtur & innuere noster art. qui solummodò de Imperatore loquitur, nec ullam mentionem Cameræ Imperialis facit. Gail. etiam in quibusdam locis, ut *lib.1. de p.p. c.6.n.9.c.11.n.3. &c.* soli Imperatori jus id competere; & *lib.1.observ.1.n.2. observ.3.n.1.* &c. causas fractæ pacis ad Cameram quoq; spectare scribit: An itaque Gail cum Autore *justitiæ Imperialis* inter casus notorios & alios, præsertim cum etiam multi Recessus Imperii generaliter loquantur, distinguendum putet, ita, ut Camera Imperialis non in casibus notoriis fractæ pacis, sed in iis tantum, quibus citatio & examinatio, requiruntur, Bannum Imperii declaret: Notorios autem vel simplici tantum Circulorum exequutioni, vel si opus sit, Cæsareæ Majestatis declarationi relinquat? Videatur *Vol.2.disput.2.* Hinc autem patet alios Status Imperii jus Banni, quod interdum eos usurpare scribit Gail. in subditos suos propriè exercere non posse. *Gail. de p.p. 1.c.6.n.12.* Siquidem Bannum quod ab Imperatore vel alio, ejus nomine irrogatur, est universale, propter universalem ejus jurisdictionem, quam in omnes in Imperio fundatam habet. *vid.disp.6.th.7.l.c.* ita, ut Bannitus in toto Imperio pro tali reputetur, & ab omnibus tanquam communis omnium hostis habeatur per textum *l. precario. ad l. Rhod. & l. benè à Zenone C. de quad. præscript.* At alia banna à Statibus irrogata, ultra eorum territoria non extenduntur *arg. l. fin. de jurisd. &c.* & ideò non Banna, sed proscriptiones, deportationes, & relegationes appellari debent *per text. in l.7.* §. *interdicere de interd. & Releg.* facit *l.fin. de off. præf. urb. l.3. de off. præsid.* b) *Ibi*: ohne vorwissen / Raht vnd verwilligung deß H. Reichs Churfürsten / welche sich deß wercks nit theilhafftig gemacht / & additur in fine art. were es aber sach daß die That an sich selbsten gantz notori vnd offenbahr / der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharrlich vnd thätlich fortführe / ob wol alßdann nicht eben eines sonderbahren Proceß vonnöhten / so wollen wir jedoch auch in diesem Fall mit zuziehung obgedachter deß Heyl. A B

Reichs

Reichs obgemelter massen interessirter Churfürst, ehe vnd zuvor wir zu der würcklichen Achtserklärung schreiten/communiciren vnd verfahren: Verba hæc in aliis Capitulationibus non quidem reperiuntur, ast juxta Serenissimorum Principum, Saxonis & Brandeburgici, Electorum sententiam in Capitulatione Ferdinandi II. etiam comprehensa fuerunt: Quippe horum Legati in Conventu Ratisbonensi, Anno 1623. celebrato, proscriptionem tam indifferenter & nullo habito respectu personarum, utpote rem arduam totum Imperium ob turbas & alias sequelas, inde oriri solitas concernentem irrequisitis Electoribus fieri non posse, & ex eo capite etiam proscriptionem Palatini utpote Sereniss. suis Dominis Saxone & Brandeburgico non consultis nulliter esse factam inter alia allegarunt. Ut in protocollo d. conventus videre licet. Adde & verba formalia in *disp.7 th.20. lit.I.* allegata. Sed cùm contra hæc à parte Cæsaris Ferdinandi II. exceptum fuerit, isti rursus replicando responderint, ita ut hoc in casu tum temporis in unum coire nequiverint: Electores forsan per adjectionem istarum clausularum, differentiis illis, quibus aliâs multum temporis consumi solet, & aliis periculis inde resultantibus *vid. d. disp.* obviam ire eaq; præcavere voluerunt. Sed quid de Camera Imperiali dicendum, an & ea consensum Electorum adhibere tenetur? dicitur hîc expresè, quod Imperator absq; consensu dictorum Procerum Imperii neminem in Bannum declararare debeat, rationes modò allegatæ etiam hic militant; nec ego Cameræ Imperiali hoc in casu, majorem potestatem quam Imperatori, cum hujus nomine judicet, concessam esse dixerim. Si etiam tali modo Bannitus restituendus foret, secundum regulam, nihil tam naturale est, quam eo modo, quicquid dissolvere, quo est colligatum *l. 35. de R. I.* æquè consensus Electorum non esset negligendus. Suboritur & alia quæstio; num Electores ut singuli, vel ut universi consentire debeant? nihil in hoc art. nobis certi; forsan Collegialis conventus ut & in omnib. aliis articulis ita generaliter conceptis, nisi quid expresè de Collegiali conventu instituēdo adjectū fuerit, utilitatis publicæ ergò non desiderandus; concors tamen majoris partis scitū sufficere videtur. Utrumq; eleganter juvant verba illa in art. 7. Jhren willen sämptlich / oder den

meh-

mehreren Theil auß jhnen / vnd zwar auff einer Collegial Zusammenkunfft / vnd nicht durch absonderliche Erklärung erlangt. *Vid. disput. 7. th. 22. lit. C.* c) sondern in solchem ordentlicher Proceß vnd deß H. Reichs vorauffgesetzte Satzung nach außweisung deß H. Reichs in bemeltem 55. Jahr Reformirter Cammergerichts Ordnung / vnd darauff erfolgter Reichsabschied / in dem gehalten vnd vollzogen werde / doch dem beschädigten sein Gegenwehr / vermög deß Landfriedens ohnabbrüchig. Hæc verba loquuntur de casu non notorio, ubi unanimis omnium est sententia semper à citatione, quæ est principium & fundamentum judicii. *§. fin. Inst. de pœn. tem. lit.* esse incipiendum, & servato juris ordine procedendum. De reliquis formalibus istius processus videatur allegata ordinatio Cam. & Gail. *de P. P. lib. 1. & 2.* d) Notorium hîc sumitur strictissimè, pro eo quod est plenè notũ: Cum factum nempè publicè constat tam judici, quam plurimis aliis, ita ut nulla tergiversatione celari possit; & omnes, alicujus judicii aliquamq; circumstantiarum & juris notitiam habentes, quod ei nulla defensio, propter quam cum ratione dubitetur, an sit tale vel tale crimen, competere possit, certò sciunt. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 3. n. 13.* Breviter itaq; notoriũ est, quando publicè notũ est factum & facti qualitates: Excluduntur sic hinc illa 1. Quæ quidem dicuntur notoria, revera tamen non sunt, habentq; rationem dubitandi. 2. Quæ tantùm uni parti, vel judici nota sunt. 3. Quæ quidem quoad factum sunt nota, non verò quoad qualitates. e) Verba hæc sunt, daß die That an sich selbsten gantz notori vnd offenbahr / der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharrlich vnd thätlich fortführe. *Vide lit. B inpr.* Hic duo conjunctim requiruntur, videlicet crimen notorium & delinquens à cepto delicto non desistens ut ordinarium processum ventilari non sit necesse, unde colligi posse videtur, si unum ex istis requisitis desit, ordinarium processum esse instituendum & sic à citatione incipiendum; nam quoties lex duo cõjunctim requirit, non sufficit alterutrum fieri, sed utrumque adimpleri debet, per textus expressos *in l. 129. de V. O. & l. 5. de condit. Instit.* f) Oritur hîc controversia de explicatione istorum verborum; an videlicet ita sint interpretanda, ut nullum processum neglecta etiam citatione & sententiâ declaratoriâ instituere sit permissum: Vel

C

D

E

F

Cc sententia-

ſententia declaratoriâ abſque citatione ferri poſſit : Aut ſummarius tantùm proceſſus prævià tamen citatione ventilari debeat? Reſpondent quidam Interpp. ſic diſtinguendo: Aut delictum eſt notorium ſtrictiſſimè ſumptum & ſimul actu permanens vel ſaltem ita recens fuit, ut adhuc quaſi flagrare videatur, & prima ſententia locum invenit, ut ex ſeqq. patebit: Aut ſaltem notorium eſt & non actu permanens, & ſtat ſecunda, in quem finem ex omni jure, tam naturali, Divino, gentium, quam Canonico, jure Civili veteri, ipſisq; pragmaticis Imperii Conſtitutionibus ſequentia proferunt argumenta. 1. jure naturali citatio & examinatio cauſæ ob nihil aliud requiruntur, quàm ut de facto & qualitatibus facti publicè conſtare poſſit, & hoc obtento judex ad declarationem ſententiæ progrediatur: Si jam idipſum dicto modo publicè notum eſt, quod aliâs per citationem & examinationem cauſæ requiri ſolet, citatio certè & examinatio cauſæ de neceſſitate hoc in caſu eſſe non videntur; hoc n. non conceſſo, nec adhibita citatione & examinatione cauſæ, quia non plus operantur, ut dictum, eſſet acquieſcendum, & ſic iretur in infinitum & litibus nunquam inveniretur finis, quod abſurdum: imò impoſſibile eſt id eſſe contrarium juri naturali, quod Divino, Gentium, Civili veteri, Canonico & Conſtitutionibus Imperii eſt conſentaneum; uti id, de quo quærimus, per omnia iſta jura ex ſeqq. allegatis licitum eſſe dicitur. 2. Jure Divino, præter alia, patrocinatur illud factum Joabi injuſtè Abner occidentis 2. *Reg.* 3. *v.* 27. quod fuit notorium: Hinc etiam Rex David, etſi eum tempore vitæ ſuæ debitâ pœnâ propter alia non affecerit, morti tamen proximus eam exequendam Salomoni commiſit 3. *Reg.* 2. *v.* 6. *&* 7. & quidem ita, ut *non deducat canitiem ejus ad inferos*; ſententia autem hæc fuit lata abſque omni citatione & proceſſu: Rex Salomon quoque eodem modo eam exequutioni mandavit *d. c. v.* 30. *& ſeqq.* Accedit & illud Apoſtoli Pauli 1. *Corinth.* 5. de quo ita in *c. cum ſit Romana, de appellat. Erat nimirum ſcortator manifeſtus, quem abſentem & irrequiſitum Apoſtolus excommunicavit.* In *c. de manifeſta* 2. *quæſt.* 1. *Omnes enim crimen ejus ſciebant, & non arguebant, publicè novercam ſuam loco uxoris habebat: in qua re neq; teſtibus opus erat, nec tergiverſatione aliqua poterat tegi crimen.* 3. Jure gentium ut bellum, ſic & eodem jure introductum, ut

quælibet

quælibet legitima resp. suos hostes, modò eos tales esse indubitato constet, perpetuis carceribus, vel servituti, vel ipsius vitæ supplicio licitè mancipare possit; modò velit, nec pacta cum hostibus de solvendo lytro pro captivis inita obstent: Cuilibet autem notum est, adversus tales non institui processum, in quo de ipsorum statu inquiratur, sed quia notorium est, tantum hæc vel illa pœna pro libitu decernitur. 4. Jure Civili veteri. 1. textus in *l. si vero §. qui pro rei ff. qui satisd. cog.* evidentiã facti & judicialem approbationẽ æquiparari demonstrat, unde rem aliâs evidentẽ examinatione non indigere facilè colligi potest. 2. *In Extrav. tit. qui sint rebell.* juxta quem quis infidelis & rebellis Imperii, moliendo, in isto textu prohibita etiam prius reputari debet, quam per Imperatoriæ Majestatis sententiam condemnatus appareat; videatur & tit. præc. 3. *Toto tit. C. quando lic. unicuiq. sin. jud.* Ubi Impp. contra criminum ibi nominatorum reos sine ulla citatione, examinatione, sententia vel sententiæ declaratione, aliis quibuscunq; exequutionem committunt: Multò magis itaq; argumento à fortiori desumpto sive ipsi, sive alii potestatem habentes, contra tales omissa citatione vel examinatione sententiam ferre aut declarare possunt. 4. Jus Civile hoc in casu jus naturale non limitavit, reliquit igitur in suo vigore & illud approbavit. 5. Concordat etiam jus Canonicum præter cap. *cum sit Romana de appellat. & cap. de manifesta. 2. q. 1. in c. Siclus. d. q. c. sua de coh. cler. & mul. c. quæsitum, ibidem:* Nec 5. jura illa per Constitutiones Imperii mutata: Textus in Constit. de An. 1495. ubi de conservatione pacis, reperitur expressus, tit. Declaration der Pên/ vber die Verächter deß Friedens. *ibi:* vnd dasselb offenbahr/ kündlich vnd vnleugbar were/ den oder dieselben erklären wir hiemit/ durch solche jhre Verachtnuß/ in die gemelt Pên gefallen/ soll auch deßhalben weiter fürforderung/ oder einiger weiterer Erklärung oder Vrtheil nicht noht seyn. Imò hîc non tantùm non citatione, sed ne quidem ulteriori declaratione opus esse dicitur. Verum propugnatores hujus sententiæ hunc & alios ita loquentes textus solummodò de criminibus notoriis & simul actu permanentibus, ut suprà explicatum intelligendos esse respondent, & non de iis, quæ simul actu permanentia non sunt, in quibus sententiam declaratoriam juxta jura communia, & cum

aliâs odiosa sint restringenda, esse necessariam ipsi largiuntur, & addit *Gail. de P.P. 2.c.3.n.2. & seq. licet verba legis vel constitutionis ipso jure, vel statim aut mox, aut omnibus modis, quod in idem recidit, denotent canonem latæ sententiæ, hoc est, includant privationem rei absq; alia sententia, ita ut non sit opus longo sufflamine litis, [illegible] tela judiciaria, vel longa procedendi ambagine per text. in c. fin. de præsc. in 6.* tamen ad hoc, ut pœna sortiatur suum effectum, necessariò super commisso crimine sententia declaratoria, qua crimen illud fuisse commissum declaretur, requiritur. *text. not. in c. cum secundum de hæret. lib. 6. in l. ejus qui delatorem ff. de jure fisci. & ibid. num. 9. ex Gramma. decis.* 18. *n.* 8. omnia jura mundi pro aliquo crimine, ipso jure pœnam imponi, disponentia d. modo intelligenda. Confirmatur autem d. Constit. in multis seqq. 1. Constit. pacis de Anno 1500. tit. Von Pön der Vberfahrer &c. ex quo textu multis rationibus inde depromptis d. Constit. de Anno 1495. non esse mutatam probari potest. 2. Integrum illum titulum ex Constit. de An. 1500. citatum Imp. Carol. V. in suis Constitut. pacis de An. 1521. & 1548. sub eodem sensu traduxit. 3. In Constit. de Anno 1559. §. Vnd dieweil wir & seq. pœna in Constit. de Anno 1555. §. wir setzen/ ordnen wollen &c. determinata, ita est aucta, ut præter eam transgressores istius præcepti in Bannum Imperiale, ipso facto incidisse declarentur & propterea absq; omni etiam ulteriori declaratione nunc prout tunc, & tunc prout nunc, proscribantur, atq; pro Bannitis Imperii habeantur; ubi etiam expressè additur, sententiam declaratoriam ne quidem esse necessariam, proinde nec citatio nec discussio requirentur; quin autem §. iste de factis notoriis sit intelligendus, sensu aliâs nimis rigido existente, non est ambigendum. 4. In Constitutionib. de Anno 1566. §. auff den fall dann/ Bannum contra reprobos monetarios ita declaratur, ut nulla præcedente sententia declaratoria sit opus: Nondum verò tantum delictum est falsam monetam cudere quàm publicam pacem violare: Plures constitutiones allegare non est necessum. Hinc nunc sequentem faciunt conclusionem: Fatemur quidem regulá esse generalem in jure fundatam, quæ hæc est; ab exequutione non est incipiendum, sed servato juris ordine qui à citatione incipit procedendum: Verùm regula tamdiu manet firma donec probatur exceptio, quæ

sanè

ſanè in hoc caſu, quoad notorium ſtrictiſſimè ſamptum tam per jura Divina quàm humana, præſertim Conſtitutionem de An. 1495. fuit demonſtrata, & tamdiu immota ſtabit, donec mutationem iſtius Conſtitutionis per aliam pragmaticam ſanctionem iſtius mutationis expreſſam mentionem facientem, vel ſanctionem ſpecialem contrarium indubitato ſignificantem aut ſaltem legem generalem, omnes omninò caſus & ſpecies comprehendentem factam eſſe probetur: At tantum abeſt hoc eſſe factum, ut potius per multas ſuprà allegatas conſtitutiones dicatur confirmata, nec ex aliis poſt eas promulgatis mutatio demonſtrari queat: Negari etiam non poteſt, in Conſtitutionibus Imperii interdum fieri mentionem criminis notorii, ubi citationem neceſſariam eſſe deciditur, ſed iſta loca ob vitandam legum diſſonantiam non de notorio in ſpecie ſed in genere ſumpto explicari debent. Tertiæ ſententiæ aſſertores non pauca etiam pro eâ manutenendâ argumenta producere ſolent; ſed ut verum fatear, quædam iſtorum parum aut certè nihil ſtringere videntur, meliora ergò ſaltem breviter proferam. 1. inquiunt: Citatio reſpicit defenſionē quæ eſt juris naturalis, quo jure cum Imp. etiā ſit obligatus, eam omittere nequit. *Clem. Paſtoralis de ſent. & re jud.* Imò Diabolo ne quidē deneganda. 2. Deus ipſe ut juſtiſſimus Judex Adamū inauditū, cujus lapſus tamē Deo ignotus eſſe non poterat, condemnare noluit, ſed ad ſe prius vocavit, Adam, inquiens, ubi es. *Gen. 3.* 3. Concordat jus Canonicum *in c. 20. cauſ. 2. q. 1. & in d. Clement. Paſtoralis.* Ubi Papa Clemens V. ſententiam Proſcriptionis ab Imperatore Henrico contra Robertum Siciliæ Regem decretam & evulgatam, ut temerariam, & à noverca juſtitiæ, voluntaria judicantis præcipitatione profectam damnavit, & de Cardinalium conſilio inanem invalidamq́; utpote ab incompetenti judice, contra non legitimè & ad locum nō tutum citatū, inauditū, & indefenſum promulgatam declaravit: Hoc addito: Facultatem defenſionis, & illa, Imperatori tollere non licere, quæ juris naturalis exiſterent. Et quidem in eo Imp. acquievit; quamvis crimen Regis notorium eſſe', & proſcriptionem exigente ita juſtitiâ & de Imperiali poteſtate decretā perhibebat. 4. *arg. l. 11. ff. de tranſact.* 5. Conſtitutiones quidē aliquot ſuprà allegatæ diſponunt, pacifragos ipſo facto in pœnam
 banni

banni incidere, &, præsertim v. illa de An. 1495. in casu notorii in specie sumpti citationē non esse necessariā; verùm illud cum micâ salis est intelligendū, & hac in ipsis constitutionibus expresâ interpretatione explicandū est: Ut nempe pœna illa tum demū locum habeat, cum Accusatus prævia citatione, in proscriptionē fuerit declaratus, & jure legeq; denuntiatus, sicut dilucidè præter alias constitutiones patere dicitur *in Ord. Cam. part. 2. tit. 9. §. 1.* Ubi decisum, requiri citationem etiamsi factum notorium & manifestum, per quod & d. Const. de An. 1495. est mutata. Adhuc alii Dd. inter quos *Mascard. de probat. Vol. 2. concl.* 1107. *n.* 10. cum multis ibidem allegatis, aliá videntur tueri opinionem eo ipso, dum delictum non posse dici notorium, (cum non omnis vis publica sit fracta pax, licet vice versa procedat, & proinde multa dicantur notoria quæ tamen non sunt. *c. consuluit de appellat.*) ni prius fuerit super eo cognitum & per judicem reo citato declaratū defendere conātur; quamvis ego hanc ab altera in effectu nó multū differre crediderim: Sed utut sit judiciū meū utpote impar ejusmodi quęstionibus, quæ maximi pręjudicii, decidendis hic suspendo & nó ineptè huc illud Ovidianū referri posset:

Elige cui dicas tu mihi sola places.

18. 31. Collectas Imperii Civitatum aliosq; reditus, *qui in aliorum manus per oppignorationem vel alio modo sine justa approbatione Electorum paulatim devenerunt, repetat,* a) *& quænam istæ personæ sint, intra sex menses, nisi tempore cepti regiminis jam fuerit factum, Moguntinæ Cancellariæ indicet.*
32. Feuda Imperio aperta Coronæ attribuat, neq; de his, salvo tamen cujuslibet jure, alium investiat. *b)*

A *a)* Bona Imperii non esse diminuenda nec quicquam Imp. sine consensu Electorū alienare, quocunq; modo id fiat, posse, Capitulationis nostræ artic. 9. asserit. *vide & disp. 3. th. 7.* Unde rectè in fine hujus articuli ibi: vnd nicht gestatten/ daß solches dem Reich vnd gemeinen Nutzen wider Recht vnd alle Billichkeit entzogen werde / es were dann daß solches mit rechtmässiger bewilligung der sechs Churfürsten beschehen were / adjicitur. Ratio impulsiva habetur in princip. art. Vnd nach dem dasselbig Röm. Reich fast vnd höchlich in abnehmung

nehmung vnd ringerung kommen. *b*) Additur in fine hujus art. ibi: bis so lang dasselb Reich wider zu wesen vnnd auffnehmen kommet. Hinc & Politici de eo, quomodo deplumata Imperii Aquila rursus vestiri, & honestus Imperatori census, ex ipsius Imperii proventibus (præter eos ex ditionibus hæreditariis obvenientes) constitui possit, ante hac in varias ivere sententias? Quidam restitutionem publicorum vectigalium ad Principes quondam perventorum urgẽdam, alii, ad bona Ecclesiastica regressum faciendũ esse, inter quos Waremund ab Ehrenberg *de fœd. c.* 1. *n.* 34. existimaverunt: Sed illud consilium, cum vectigalia benignitate Impp. concessa, & virtute præstantissimorum Heroum promerita, multisq; lustrorum cursibus quietè & rectè possessa, parum justè auferri & rursus Imperio vindicari possent, & mos fidelissimæ vetustatis non facilè mutandus *l.* 18. *C. de testam. l.* 11. *de Decurion. l.* 13. *in fin. de pollicitat.* nec sine motu & turbis id fieri posset, aliis displicuit: Ita nec hoc, cum semel ad sacrum usum destinata & consecrata, neglecta religione, profanis usibus applicari non debeant R. A. *de Anno* 1530. §. Etliche haben die Klöster ꝛc. *& de Anno* 1544. §. Vnd damit der Kirchen Güter halben ꝛc. approbatum. Commodissimum itaq; esse modum in art. nostro expressum, Wann auch Lehen dem Reich ꝛc. so etwas mercklichs ertragen/als Fürstenthumb/Graffschafften/Herrschafften/Stätt vnd dergleichen heimbfallen/die sollen vnd wollen wir ferrner niemand leihen ꝛc. sondern zu Vnderhaltung deß Reichs/ vnser vnd vnserer Nachkommen/der König vnd Kayser behalten/einziehen vnd incorporiren (Maximilianus I. Imp. in investitura Eberhardi Ducis Würtenbergici sub hac conditione facta, eum primò approbasse dicitur) conclusum est, quem etiam Capitulationes Cæsareæ à Caroli V. electione huc usq; extantes approbarũt referente Reinking *lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 9. *n.* 156. *& seqq.* Plura de hoc art. vid. *disp. præced. pag.* 110. *in pr.* & quod feuda Electoralia hîc excepta, *disp.* 7. *th.* 17. *lit. B.* satis deductum. B

33. Ut omnia feuda Imperii conserventur & justo tempore renoventur, curet *a*) 34. Imp. onera & jura de bonis sibi obventis Imperio præstãda præstet. *b*) 35. Non tantum, auxilio Statuum, sed & sponte propriisq; viribus 19.

acqui-

acquisita, Imperio, si modò hæc ejus sint, attribuat. *c)*

A *a)* Cum conservatis feudis, Imperii etiam majestas & dignitas ejus conservetur, Imp. ratione salutis publicæ ad feudorum aliorum conservationem & renovationem procurandum est obstrictus. Imò Imp. ipse devolutis ad se quibusdam feudis Imperii, investituram eorum petere tenetur: Verba sunt clara, ibi: Da auch wir nach Erhebung zum Römischen König / deren eins oder mehr Uns angehend befinden / sollen und wollen wir das oder dieselbe unweigerlich empfangen lassen / oder wo das nit bequemlich geschehē könte / deßwegen den Herrn Churfürsten zu sicherung deß Reichs gebührende revers

B und recognition zustellen. *b)* hic usu venit ista regula: res transit cum onere. Sive enim Principatus, Comitatus, Baronatus, sive pignora & alia bona fuerint, quæ S. Imperio, Servitutibus, Contributionibus, vel aliis quibuscunq; oneribus, obnoxia, & ad Imperatorem quocunq; modo sint devoluta, vel adhuc devolvantur, de iis sic noster art. in fin. ibi: Davon soll dem H. Reich sein Recht / Gerechtigkeiten / Anlagen / Stewer und andere schuldige Pflicht / wie darauff herbracht / hindangesetzt aller prætendirten exemption, geleist /

C abgericht und erstattet werden. *c)* vid. *disp. 3. th. 7. lit. b. circa med.*

20. 36. Curet Imp. *a)* ut incommoditates ob monetā *b)* (quæ à monendo *c)* dicta & ex jure *d)* gentiū) in Imperio ortæ cum consilio Electorū reliquorumq; Statuum tollantur ac certa & constans ordinatio *e)* super moneta fiat.

a) Majestatis enim est prospicere ne quid Resp. detrimenti

A patiatur; neve pacata ejus gubernatio perturbetur; quod autem difficile erit obtentu, nisi moneta (utpote generaliter omnes res æstimans, non vice versa. *l. 42. in fin. de fidejuss.* Unde etiam robur patrimonii dicitur. *l. 22. in fin. C. de admin. tut.* & tam pacis quàm belli tempore summè necessaria; *latè Arum. tom. 5. disc. 1. cap. 17.*) conservetur, & omnia incommoda ob monetam nata tollantur. Quantæ autem & quæ in specie incommoditates & damna exinde in Superiores ipsorumq; subditos redundent, latissimè plurimis exemplis, ex legibus, ut *l. 2. C. de vet. num. potest. l. 63. ad* L. *Falcid. Nov. Leo. 52. &c.* & multis JCtis demonstrat Kitzelius *de jure monetarum class. 5. quæst. 2. sect. 2. n. 1. & seqq.*

& seqq. b) Vocabulum hoc interdum denotat officinam monetalem. *l.6.§.1.ad L.Jul.pec.* interdum appellatur nummus. *l.24.§.1. de pignor. act. & l.1. de contrah empt. & vend.* qui in specie minutissimā monetam denotat, ut quoties quæritur ? an uno nummo facta venditio subsistat. Numisma, quod idem est ac nummus, quamvis nusquam in jure nostro, quam *in Rubr. de vet. num. potest.* usurpatum inveniatur. Pecunia, quatenus pro ære signato, auro vel argento accipitur. *l. 222. & l. 178. ibi: non solùm numeratam pecuniam. de verb. signif. Bocerus de jure monetarum cap.1 n.6. & seqq. item n. 13. & seqq. Arum. d. loc. cap.1.* Germanicè Müntz. R.A. *de Anno* 1548. *tit.* Von wucherlichem *contract. vers. item* daß etliche. Dicitur etiam Geld; & tum vel pro omni moneta sumitur. *d. t.* von wucherl. vel auro opponitur. *Ord. Cam. part.2. tit.29.§.* wo auch *ibi.* Gold oder Geld. *Besoldus in thes. pract. lit. M. n. 60. circa princ. c)* in hoc consentientem omnium esse sententiam testatur Arumæus *dict. loc. c. 2.* Sed ob quam rationem autores variant. Sixtin. *ex Coras. l.3. miscell. cap. 13. n.3. de Regal. lib.2. cap.7. n.51.* hanc reddit rationem ; quod moneat, ne quid fraudis in moneta committatur. *Besold. allegato loc. in pr.* quod signi impressione & certi authoris inscriptione, temporis, ponderis & valoris nos admoneat. *Bocer. hîc cap.1. num.5. & Kitzel. class.1. theor. 4. in pr.* quod moneat utentes se eidem esse subjectos, cujus imaginem in moneta circumferant, *argum. textus Matth. 22. vers. 19. 20. & 21. Marc. 12. vers. 16. & 17.* Plura de notatione apud Bocerum & Arumæum. *dd. loc. d)* non quidem illo primævo, quod ab initio cum ipso genere humano extitit, sed secundario (quod usu exigente constitutum, de quo *in §. jus. a. Gentium Instit. de jure nat. gent. & civ. & l. 5. de I. & I.*) Videatur *l.1. de Contr. Empt.* quæ lex hujus materiæ nummariæ, cum occasionē indicet, formam, finem & effectus mira brevitate ostendat, clavis esse perhibetur; accedit, quod emptio & venditio sit juris gentium *d.l.5. & l.1.§. ult. &c.* quæ sine nummis contrahi nequit *d.l. 1.§.1.* imò expresse loca Biblica, *Gen.20. v.16. & cap* 23. ubi & passim in aliis locis crebra siclorum & argenteorum fit mentio, usum pecuniæ non tantum quoad signaturā, sed & materiam, etiam tempore Abrahami, & sic longo retrò tractu ante Romanos apud primas gentes, quæ communibus commerciis uti ceperunt, viguisse testantur.

ſtantur. *Sixtin. de Regal. lib. 2. n 3. & 4.* Quamvis negari non poſſit, multa circa modum, ſignaturam, & jus monetandi, legibus Romanis, & præcipuè ordinatione monetali Divi Ferdinandi, *Anno* 1559. Auguſtæ facta, nummo invento eſſe adjecta. Jus gentium invenit & rudirer delineavit: Jus civile approbatum efformavit. *Arum. Vol. 1. diſc. 1. cap. 7. in fin.* Sed exinde monetam ſimpliciter eſſe juris civilis, cum Cujacio & Bocero *de jur. mon. cap. 1. n. 19.* nullo modo dicendum. De primo inventore nummi vide Arumæũ. *d. loc.* diverſas opiniones
E referentẽ nihil tamen concludentẽ. *e)* Cum n. tota ferè Germania cõtroverſiis monetariis iiſdemq́; tam variis & perplexis, imò propter multifarias circũventiones & negotiationes pecuniarias, novis prorsùs & hactenus inauditis ita ſcateat, ut multoties nec à Judicibus, nec Jureconſultis ſecundũ leges & jura certò & conſtanter definiri queant; *Dn Aſſum in telo neceſ. in pr.* & ſic lis litẽ procreet: Reip. a. nihil magis penè interſit, quam lites ex litib. non fieri, ſed eaſdẽ diminui, & quoad fieri poteſt, citò conſopiri. *l. 4. §. 3. ibi: noluit Prætor. de re judic. &c.* Electores noſtri conſultum eſſe & ſummam neceſſitatem efflagitare exiſtimarunt, ut nova & certa ordinatio, qua in poſterum lites iſtæ monetales planè evitari vel ſtatim tolli poſſent, autoritate Cæſarea, præcedente Statuum Imperii conſenſu, promulgaretur.

21. Incommoditates autem iſtæ *a)* oriuntur ex probæ monetæ mutatione, de hac *th. ſeq.* Probitas iſta monetæ conſiſtit in materia, pondere & forma, *b)* (materia a. eſt triplex *c)* & quidem mera *d)* quæ rurſus talis natura, vel arte *e)* vel mixta *f)*): Hinc nata iſta diſtinctio in bonitatem nummi intrinſecam & extrinſecam *g)*: Illa in liga *h)* certum pedem habente *i)*: Hæc in in valore *k)* & charectere *l)* conſiſtit.

A B *a)* Vide *allegata th. præced. lit. A. in fin.* *b)* elegantiſſimè Leo Imp. Nov. 52. his verbis: *Quod quidem formam, materiamq́; non adulteratam & plenum pondus habeat.* corroborat *l. 1. C. de vet. num. pot.* Ubi Impp. per verba, *ſpeciei probæ* materiam; *debiti ponderis* alterum, *& ſolidos formatos*, tertium requiſitum ſignificant: idem indicatur in *l. 1. ff. de contr. empt.* ibi: *electa materia eſt, cujus publica &c.* demonſtrari etiam

iam poteſt ex ſacra ſcriptura, *Geneſ.* 23. ubi monetæ materia denotatur voce *argenti*, pondus verbis, *Abraham appendit pecuniam*: forma nomine *ſiclos*, & verbis *probatæ monetæ*. Malè igitur Arniſæus *de jur. Maj. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 7. ab æſtimatione totam vim numiſmatis, abutendo ad id ſententia *l.* 1. *ff. de Cont. Empt.* authoritate Principum & exemplis veterum, qui ex viliſſima etiam materia, corio, papyro & ferro monetam cudi & expendi permiſerunt, pendere exiſtimat. *Arum. d. diſcurſ. c.* 9 Quomodo enim quæſo ad finem nummi jure gentium cōſtituti, h. e. ut æqualitate quantitatis permutationum difficultatibus ſubveniat, perveniri poteſt, niſi nummus habito reſpectu ad materiæ electæ pondus & bonitatem naturalem æſtimetur & indè æqualitatem juſti pretii exhibeat? nam ubi nulla materiæ proportio, ibi nec habituum, nec affectuum; nec ad finem deſtinatum perveniri poteſt. *Reink. de retract. quæſt.* 6. *n.* 222. *& ſeqq.* ubi latiſſimè ad contraria opponi ſolita reſpondet. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 38. & addit ibidem *n.* 40. Schurffium *conſ.* 60. *n.* 7. *cent.* 2. materiam inter iſta tria requiſita ita commendare, ut eam maſſam appellans, dicat hanc eſſe metrum, menſuram, normam & regulam monetæ, addatque id dicere gloſſam in *l.* 1. *in verbo, præbet de Contr. Empt.* Unde & Dd. pecuniam tantum debere valere in maſſa, quantum formatam, ita ut tantum adferat utilitatis in forma quantum in materia, & tantum danti, quantum accipienti, expenſamq;, monetationis de publico fieri debere, communiter tradunt: Quamvis hodiè contraria ſententia, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum, bona etiam conſcientia ex communi Canoniſtarum opinione fieri poſſit, communi uſu ſervetur; & Statibus monetalibus, in monetis præſertim minutis, expenſas deducere: addendo aliquid vilioris metalli, *ut lit. l.* ſit permiſſum. *Sixtin. de Regal. d. loc. n.* 84. *& ſeqq. Arum. cap.* 14. *Reink. d. loc. n.* 230. *& ſeqq. aliiq́; ibidem allegati.* c) Olim quidem ex omni metallorum genere pecuniam eſſe factam, vult Renerus Budelius *de re numma. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 18. *& ſeqq.* referente Arumæo *c.* 9. Sed tandem ex communi omnium gentium conſenſu electa eſt materia *l.* 1. *de Cont. Em* in metallis ſelectioribus conſiſtens; Aurum, Argentū, Æs: quæ tria metalla ſubſtantiā omnis legitimæ monetæ regulariter ſubintrant. *l.* 9. *de falſis*: inde dicti ſunt Triumviri, æris, argenti, auri C

 flatores

flatores *l. 2. §. 30. de O. I. Bocer. d. tract. cap. 2. n. 2. & 3.* Cur a. potiùs hanc, quam aliam elegerint, rationes sunt multæ. 1. quia ista metalla magis sunt tractabilia & durabilia, hoc est, contrectatione indesinenti minus absumuntur; ferrum durabile quidem est, ast mixturam & fabricā non ita admittit, stannum tractabile quidem est, ast mixturā omnē respuit; plumbum misceri potest, ast durabile non est. 2. Cæteris metallis omnibus non modò habilitate cudendi, sed etiam sui bonitate materia ista antecellit: nefas verò veteres duxerunt, tam splendidum jus in abjectis exercere metallis: præsertim quia nummus ad hoc inventus, ut esset medium cōmutandi; proindeq; qualitate quantitatis & bonitatis rebus cæteris responderet, ut dictum *lit. præced.* plures apud Arumæum *cap. 9.* Non igitur in opinione hominum consistit, ut vult Arnisæus *de jur. Maj. lib. 2. c. 7. n. 7.* in hæc verba erumpens: *quid est aurum, quid argentum, nisi error hominum? abs quo si foret, non in majori aurum, argentumvé esset pretio, quam æs & ferrum.* Vide Arumæum *d. loc.* præstantiam auri & argenti latissimè
D ex Plinio & Budelio describentem. *d)* quæ nihil habet admistum alieni seu heterogenei metalli. In *l. ult. C. de vet. num. potest.* Solidi ex auro purissimo conflati dicuntur obryzati; idq; aurum est, quod dici solet in sententiis, & arrestis pœnalibus Imperii, Lötig Gold: inde verò lötig dictum putat Besoldus, quia gravius est illo, quod intermixta alia habet metalla, *in Thesaur. pract. lit. L. n. 52.* Wehnerus, damit man löten kan/das keinen zusatz hat/das man sonsten fein Silber nennet/dessen ein Marck 16. Loth hat *Pract. obs. vocab.* Gold. Argentum merum dicitur in *l. 31. Locati, pusulatum*; Cujacius legit *pustulatum*, quod in coquendo in pustulas soleat exsurgere; alii aliter;
E vide *Gothofred. ibidem in not.* *e)* natura purum aurum vel argentum vix dabile, cum omni ferè auro fossili argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona parte insit, Plin. *lib. 33. cap. 4.* & argento sit mistum plumbum *Arum. d. loc. Bocer. cap. 2. n. 14. 15. & alii* existimant. Arte verò, nempè vi aquæ Chrysulcæ, itemque igni artificialiter admoto, ab omni heterogeneo metallo (quamvis quoad æs & aurum sit difficile factu, & non sine magno sumptu, igni æs absumente, fiat *l. 5. §. 1. vers. sed si plumbum de R. V.*) separari posse, aliorum oculata erudimur satis experientiâ. *Bocer. d. loc. n. 25. & seqq.* & testantur

consti-

constitutiones Imperii & artis monetalis fundamenta. *f)* mixtura in aurea moneta, propter duritiē firmandam & ne contrectatione assiduâ atteratur, sanè utilis est & necessaria; Et, ne color nimium rubeat, nec nimium albeat, solere monetarios auro duas partes argenti & unam æris immiscere, refert Arum. *d.loc.* teste Bruno *de augment.* In argenteis nummis non necessitas sed expensæ monetales mixturam æris introduxerunt. *g)* Illa est qualitas non instituto, aut opinione hominum ascita, sed ab initio & naturaliter materiæ unita proximè atq; inseparabiliter inhærens. *arg.l.5.de reb.cred.* Hæc ab extra imponitur materiæ nummi. Distinctio hæc quidē antehac impugnari cepta, veruntamen tribus jam retro seculis, teste *Molinæo* invaluit. *Arum.c.*13. Et eandem omnes adhuc penè Interpp. in lecturis & responsis suis, quando de monetæ mutatione tractant, retinere testatur Bocer. *d.tract.cap.2.n.69.* *h)* Quæ ex compositione materiæ & æquabilis additamenti resultat, & hæc compositio alio nomine solet dici conjunctio, temperatura, mixtura & proprio artis monetalis termino, die schickung. Vel circumscribi, Schrot vnd Korn zusammen setzen. *Arum.cap.*10. Germanicè, im Gehalt vnd Gewicht/ oder im Schrot vnd Korn / so viel die Münz an sich selbst / dem halt nach/an Geld vnd Silber werth ist; *Kitzel. class.3. quæst. 2. n. 2.* Besoldus etiam & alii per Schrot intelligunt pondus, vom schroten oder abschneiden; Arum. autem *cap.* 10. refert, Schrott esse additamentum vilioris metalli & temperaturam bonitatis: Korn verò nucleum in summa metalli puritate consistentem. *i)* Singulis enim speciebus monetæ secundum gradus puritatis pes, ubi sistitur, fixus & determinatus est: & quidem thalero Imperiali 68. cruciferis æstimato, sequens pes præstitutus; ut ex marca Coloniensi, 16. lotonum (seu quod idem est 12. denariorum, nisi quod unus denarius 24. grana, unus loto verò 18, in se continet) cui marcæ 14. lotones, & 4. grana argenti puri insint (unde etiam vernaculâ nostrâ, die Reichsthaler/halbe vnd örter derselben vierzehen lötig sampt vier granen appellantur) & unus tantum loto cupri cum 14. granis sit immistus, octo integri thaleri Imperiales, 16. dimidii & 32. quadrantes cōflentur. R. A. *de Anno* 1566. §. Demnach haben wir vns mit jhnen ꝛc. *& duob.* §§. *seqq.* Unde facilè singulos thaleros Imperiales, quoad pōdus

dus duorū lotonū, & argentum purum unius lotonis & 14. granorum, & eadem proportione reliquas species, certi ponderis esse debere colligitur. Florenorum Imperalium vulgò Reichsgülden zu 60. Creutzer in Ordinatione Ferdinandi I. Imperatoris pes hic est; ut ex marca Coloniensi, cui 14. lotones & 16. grana argenti puri insint (undè Germanicè vierzehen lötig vnd 16. gran dicuntur) & unus loto cum duobus granis cupri seu vilioris metalli sit immistus, istorum nummorum species novem cum semisse conficiantur, *d. Ord. de Anno* 1559. §. Zum ersten ein stück das ein Reichsgülden ꝛc. de reliquis partibus istorum nummorum vide d. Ordinat. §. Zum andern ꝛc. & *duobus* §§. *seqq.* De reliquis inferioribus monetis, cruciferis, baciis, denariis &c. §. Zum fünfften *& seqq. & Kitzel. class. 3. quæst.* 2. *n.* 4. Quod monetas aureas attinet, illarum pes propter auri preciositatem & ponderositatē præ argento non ut argentearū monetarū secundum lotones sed Caractos, vernaculâ nostrâ Karat (quorum 24. conficiunt Marcam Coloniensem & eorum quilibet 12. grana in sese cōtinet) magis communiter numerari solet. Hinc aureis nostris, den Rheinischen Gülden / singulis eorum 75. cruciferis æstimatis, talis pes præstitutus; ut nempè ex marca Coloniensi 18. Caractos & 6. grana auri puri (quæ 12. lotones & 6. grana conficiūt, unde etiā aurei zwölff lötig vnd sechs gran appellātur) & 5. Caractos cū 6. granis vilioris metalli, vulgò Zusatz continente, 72. aurei conficiantur. *d. Ord. de An.* 1559. §. Ferner gülden Müntz belangend / *& tri- §.§.§. seqq.* Unde constat, unum aureum quoad pondus 4. grana, quoad argentum purum, $3\frac{1}{12}$; & $\frac{11}{12}$, unius grani vilioris metalli in sese continere. De ducatis, quorum quilibet 104. cruciferis æstimatus, dispositum, ut ex marca Coloniensi, cui 23. Caracti & 8. grana auri puri, & 4. tantum vilioris metalli insint, 67. species conficientur. *d Ordinat.* §. Ferner dieweil etliche Stände ꝛc. Unde rursus singulos ducatos quoad pondus $4\frac{20}{67}$; quoad aurum purum $4\frac{16}{67}$, & $\frac{4}{67}$ unius grani vilioris metalli computante sic Kitzelio, continere colligitur.
K k) Qui aliàs dicitur æstimatio *in l.* 1. *de Cont. Empt.* Potestas *in Rubr. C. de vet. num. potest.* Valvatio in jure novissimo: Indicatura à Molinæo. Conantur quidem nonnulli, valorem ad bonitatem intrinsecam pertinere, & materiam nihil conferre, propugnare, sed frustra;

frustra; vide *lit. B. & seq.* Valor iste vel æstimatio nummi debet esse certa & justa *l.3. de in lit. juran. c. tanto. extra de jurej.* Certa quidem esse nequit nisi numero; sicut enim materiæ certitudo definitur ex genere metalli, & rursus ex gradibus bonitatis; ita & æstimationis certitudo dependet à numero: hinc pecunia dicitur numerata, & res fungibilis in numero consistens; ad differentiam earum, quæ magis functionem habent ex pondere & mensura. Si justa est nummi æstimatio, erit quoque perpetua *l. 1. de Contrah. Empt.* & uniformis ubique locorum: At verò justa ut sit, duo maximè requiruntur. 1. ut sit publica *d. l. 1.* Publica autem dicitur non ex autoritate unius alicujus Principis, aut territorio; sed quæ extra illud etiam sit publica & communi omnium gentium consensu, & veluti ex compacto publico imposita. 2 Ut sit materiæ correspondens, *lit.* B. nec inde, quod exigua pars vilioris metalli propter expensarum monetalium deductionem immiscetur, nummorum æstimatio certa aut uniformis esse desinit, cum non ex solo Romani Imperii instituto, sed totius orbis observantia omnium gentium consensu procedat. *Covarruv. de vet. num collat. cap. 7.* *l)* Qui materiæ quidem nihil addit, sed tantum de qualitate, & pondere legitimo testatur, & ex fide eorum, qui cudi faciunt, publicâ quasi jubet. Jura nostra nominant formam. *lit. B.* cujus duas esse partes ex Ordinat. monet. *de An.* 1559. §. Wie aber vorgestellte 2c. cognoscimus: unam, quæ continet uno latere, Imperatoris & Imperii Romani insignia, ita posita, ut Aquilæ duorũ capitũ pectori pomũ Imperiale sit insertũ, cum numero valorẽ numismatis denotãte; alterã quæ altero latere Domini monetalis insignia, cum inscriptione solita & numero anni scitè complectatur. L

22. Ex istis si quid desit oritur mutatio: quæ, etiam Imperatori *a*). si non accedat populi consensus *b*) regulariter non est permissa; *c*) est a. duplex, *d*) & contingit, vel in materia, vel in forma, vel in utraque; in materia, vel melioratione vel deterioratione, *e*) illa est rara *f*) hæc frequens *g*): in forma itidem bifariam, vel in charactere *h*) vel in valore; in hoc considerandum augmẽtum & decrementum, illud est vel verum & effectuale 22.

i) vel

i) vel nominale *k*); hoc etiã dupliciter cõtingit *l*): Sequitur mutatio in utraq; cujus quatuor *m*) modi esse dicũtur.

A *a*) Distinguendum hîc est inter monetam vitiosam & legitimam; illam mutari & reprobari posse *ex c. quanto, ubi Canonistæ, extr. de jurej. l. 102. in princ. ff. de solut.* aliisq; recessibus Imperii & quidem sine consensu populi (quod tamen hodiè vi capitulationis etiam cum consilio Electorum fieri debere videtur) satis constat, hanc verò non, præterquam quod *th* 20. *lit. D.* nummi usum esse juris gentium (cujus Princeps est tantum custos & minister) & *th.* 21. *lit. B.* ad nihil aliud, quam ad permutationes & commercia inter homines ineunda ordinatum & adinventum, proindeq; nummum probum esse oportere, magnas etiam incommoditates ex mutatione oriri, quas præcavere Imperatori incumbere *th. 20. lit. A.* sit deductum, asserit allegatus textus in *c. quanto*, qui quidem de Imperatore nostro non expressè, ast tamen de tali, ut Rege Arragoniæ, qui in temporalibus etiam superiorẽ non agnoscit, loquitur: Idem de isto dicendum esse manifestò evincit Recessus Imperii *de An.* 1570. §. alßdann auch/ *ibi*: Wie wir selbst dem H. Röm. Reich zu Ehren und Wolfahrt brauchen

B sollen: Responsiones ad arg. contraria vide apud Kitzelium. *b*) *in d. c. quanto.* in verb. *irrequisito populo.* Unde consequitur, requisito & interveniente populi consensu, argumento à contrario sensu ducto. *l. 1. §. hujus rei ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* & cum quilibet juri & commodo suo renuntiare possit. *l. 29. C. de pact.* mutationem etiam non suadente utilitate publica licitè fieri posse: Quod tamen secundum Dd. eò minimè porrigendum, quasi hujusmodi mutatio alii populo, quam qui consensit, præjudicet. *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 81.* & facit huc textus *l. fin. ff. de jurisd.* Sed anne majoris partis consensus sufficit? juxta *l. 19. ff. ad Municip. Sixtin. d. loc. n. 82. & seq. Bocer. c. 3. n. 19.* affirmandum videtur, nec verba illa *in d. c. quanto, irrequisito populo,* ita simpliciter exaudienda esse reor; cum enim Imperator noster illustri cœtu Procerum Imperii consentiente, quos majorem partem populi sive totum populum repræsentare non solum Constitutionibus Imperii est consentaneum, sed & antiquissimo usu receptum & continuatum, attestantibus d. Constitutionibus leges con-

C dere, quidni etiam monetam mutare possit? *c*) Si enim summa necessi-

necessitas, quæ legem non habet. *l.1.vers. sanè si qua. ff. de Offic. Conf.* a-ctumq; solet reddere licitum, qui aliâs est illicitus. *cap. quod non est, de reg. jur. in 6. l.1. & 2. C. de patrib. qui fil. su. distrax.* Utilitasq; publica, quę in omni casu secundum Dd. excepta. *Disp.1.th.7. lit.B.* mutationem efflagitet, licitè ea fieri potest: Casus autem necessitatis ab Interpp. referuntur varii: ut si bellum pro defensione Reip. sit suscipiendum, vel magnæ pecuniæ vis pro redemptione ipsius Principis colligenda. *Sixtin. de Regal. lib.2. cap.7. n.66. & seq. Bocer. cap.3. n.15.* Numismata argentea Imperii vel aurea extra fines ipsius transportentur: quod quidem tanquam maximè pernitiosum Reip. non solùm constitutionibus variis Imperii prohibitum, sed etiam in Recess. Imp. de Anno 1570. §. Vnd zu ferner beständiger Handhabung *& seq.* Electoribus, omnibusq; Proceribus Imperii mandatum, ut diligentes præsertim tempore nundinarum dispiciant, ne monetæ evehantur & depravati peregrini nummi in Imperium invehantur; cum verò hoc propter mutua cum exteris commercia, difficulter ad effectum perduci possit, existimant interpretes monetam probam mutari & deteriores nummos, ut ita libido inhiandi bonæ Imperii monetæ exteris præcidatur, licitè conflari posse. *Sixtin. d. loc. n.72. Bocer. d. cap. n.16. & seq. Kitzel. cl.1. theor.9. lit.B.* plures casus ibidem videri possunt: Subditis tamen ea damna, quæ inde sunt perpessi refundenda esse communiter Dd. referente Sixtino *d. cap. n.70. & seq.* concludunt *arg. l.13. §.1. ff. Commun. de servit. l.15. §.1. de R V. l.2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. lib. acc.* & asserit Matth. *de Afflict. cap. un. quæ sint regal. in verb. moneta, n.9.* teste Sixtino *citato loco* id adeò esse verum, & juri consonum, ut Princeps sibi gehennam ædificet, & ad infernum accessurus sit, nisi tale damnum subditis præstet, & simul exclamat; *Heu quot Principes damnantur propter hoc?* d) Perfectiva & corruptiva, illa, ubi in meliùs mutatur & perfectioni suæ restituitur; hæc, ubi vel omninò subvertitur, vel deterioratur. e) Valore semper eodem manente; utraque est prohibita R. A. *de An.1442. rubr.* Von der gülden Müntz/ *ibi:* Vnd soll auch die nicht geringer noch höher gemüntzet werden. f) Ut etiam ferè inauditum sit, supra ligam & pondus statutum monetam fuisse factam, & sic in hoc à d. constitutione, credo, non tam metu pœnæ ibi insertæ quam damni emergentis, non facilè recedi-tur.

D
E
F

tur. Unico tamen casu quandoque melioratio videtur necessaria, si videlicet cum excessu quodam bonitatis legitimæ, à magistro monetali, non dolosè non supinè & enormiter in pedis præscripti observantia sit erratum: tunc enim meliorationi (remedium dicunt) in opere sequenti locus est. R. A. *de Anno* 1570: §. Und wol biß daher/ *Arum.hic.cap.*18.
G *g*) Hoc enim nostro exulcerato seculo monetam in bonitate intrinseca depravari, eâdem æstimatione manente, hodierna satis clamitat experientia. Ex deterioratione autem ista necessario sequatur oportet; aut ut pro rata etiam decrescat valor istius deterioratæ monetæ, aut, ut pro rata adcrescat valor non deterioratæ; deinde ut pari proportione quoad valorem etiam respectu istius deterioratæ monetæ, augeantur etiam mercium pretia. *l.*2. *C. de vet. num. potest.* Hic materiæ defectus ab omni debitore supplendus est arg. *l.* 99. *de solut.* (ubi pro *debitorem* legendum est *creditorem Gothof. in not.*) Vera enim & effectualis est monetæ, licet valore nominetenus eodem consistente imminutio; at verò non modò, ut totidem nummi reddantur (puta quoad numerum) sed etiam ut tantundem, (hoc est in materia intrinsecæ bonitatis idem non minus) reddatur lex crediti exigit. *l.*3. *de reb. cred. Arum. cap.*18. Hinc & ex dictis *th.*21. *lit.* B. conclusio ista Dd. Quod & in nummis in specie creditis quoad bonitatem extrinsecam, attendendum sit tempus contractus.
H *h*) Characteris & figuræ mutatio materiam quidem non afficit, vide *th.* 21. *lit.* C justissimas tamen ob causas alteratio in iis est prohibita; parit enim confusionem in recognoscendo, difficultatem in numerando, & occasionem ad corrumpendum.
I *i*) quod est conjunctum cum melioratione materiæ, de quo *lit.* M.
K *k*) hoc duplici ex causa eadem manente materiæ bonitate contingit; Unâ, siquidem nihil addatur, nihil etiam intrinsecæ bonitati detrahatur; sed propter inopiā & raritatem metalli materia apprétietur; tum enim omnes simul species ex ea materia confectæ, crescunt in valore, cæteris speciebus in suo statu manentibus, quæ ex illa materia non sunt; Augmentum tamen hoc valoris potest etiam dici verum & effectuale, quia causam habet non accidentariam & facilè mutabilem, sed internam, neque mercium pretia ex hoc augmento crescunt, sed in eodem statu manere debent; atque ideò æquitas

requirit

requirit, ut augmentum illud à debitore pecuniæ detrahatur, ut neuter sit in damno, neuter in lucro. *Arum. hic. cap.* 19. Altera causa augmenti est, siquidem materia auctæ pecuniæ maneat eadem, ast illarum specierum, per quas solet æstimari, intrinseca bonitas sit deminuta; rectè augmentum hoc nominale dicitur, quia consistit in solo nomine, non n. tam est valoris augmentum quam æqualis, ad species istas deterioratas commensuratio; augetur quidem numerus, sed ob hanc numeri auctionem verè auctus valor dici non potest, cum is ex intrinseca materiæ bonitate æstimetur, nec in solo numero sed in justa specierum symmetriâ, cujus sequela est numerus, consistat, tantiq; valeat, quantum ex ea utilitatis redundare possit; & sic numeri exsuperantia cum ponderis & bonitatis defectu compensatur. Cum igitur thaleri Imperiales hodiè ob auctum numerum earum specierum, per quas solent æstimari, verè aucti dici non possint, nec ullum augmentum valoris à debitore tempore solutionis detrahi poterit: & hinc etiam & ex *l.* 2. *C. de vet. num. potest.* illud Dd., in quo se mirè torquent, utrum quoad bonitatem extrinsecam tempus contractus vel solutionis sit inspiciendum, facili negotio decidi posse videtur; aut enim certæ species, ut thaleri Joachimici vel Imperiales; aut thaleri simpliciter, vel etiam secundùm Dd. Imperiales æstimati dati (qui sine dubio in quavis moneta usuali solvi possunt, nisi quod creditor ultra 25. florenos in moneta minuta accipere non cogitur R. A. *de Anno* 1559. §. dieses gemelte) in obligationem sunt deducti, isto casu, tempus contractus, hoc, solutionis attendendum; ad argumenta contraria, quæ quoad d. quæstiones stringere videntur, Nobilissimus Dn. Præses *in exercit. ad Instit. disp.* 13. *th.* 7. breviter & nervosè respondet. *l)* Eâdem nempè manente materia illius monetæ, quę decrescit 1. si materia ideò, quia majori copia suppetit, vilescat, necessariò, valori cæterarum etiam specierum, quæ ex ea materia constant, tantum decedit, sine reliquarum, quæ diversæ sunt materiæ, decremento, decrementum illud materiæ reale est, & ideò à debitore supplendum. 2. si quarundam specierum pondus vel liga eodem manente valore augeatur, necessariò etiam species non melioratæ in valore decrescere debēt; hoc decrementum, quia non est verum & cum effectu decremen- L

 tum,

tum, quod eâdem materiæ & rerum proportione durante contingit, à nullo debitore est supplendum; atque sic debitor de damno vitando certans, à creditore de lucro contendente conventus est absolvendus. *Arum.cap.19.* *m*) In materia & forma simul, & contingit ista mutatio. 1. Melioratione materiæ & incremento valoris. 2. Melioratione materiæ & decremento valoris. 3. Deterioratione materiæ & incremẽto valoris. 4. Deterioratione materiæ & decremẽto valoris. Si materia jam melioretur, justa quoq; proportione, ejusdem materiæ species monetales in valore augeri debent, quod augmentum nulli obest, neque prodest, cum pretia rerum promercalium in eodem perdurent statu. Illud monstrosum quidem videtur ad meliorationem materiæ non simul valorem monetarum augeri sed diminui; quia tamen contingere potest, ut si quando recurrat aurei seculi felicitas, & aurum & argentum propter copiam adeò vilescat, non debuit hîc etiam prævisæ, neque olim inexpertæ mutationis mixtæ modus præteriri, quod decrementũ reale est, igitur à debitore supplendum. Quod tertium casum attinet, inauditum sanè non est, & quidem hoc nostro seculo, simul bonitati intrinsecæ clam sensimq; decessisse, & valorem tamen in iisdem speciebus deterioratis fuisse auctum, quod augmentum tantùm abest, ut deducere possit debitor, ut etiam intrinsecum materiæ defectum supplere debeat, verum enim augmentum non est, sed diminutio materiæ vera & realis, ad quam rerum quoque pretia respectu valoris augentur. *l. 2. C. de vet. num. potest.* Quarto casu itidem decrementum utpote reale à debitore supplendum. Videatur Arumæus, qui allegatis locis, omnia hîc de mutatione dicta, accuratè & latiùs tractavit. Limitationes & ampliationes ad dictas quæstiones pertinentes à Bocer. *cap.* 2. præsertim Kitzelio *class.* 2. 3. *&* 4. tractantur, ubi videri possunt.

23. An verò moneta sit mutata ex probatione & vel universali *a*) vel particulari *b*) cognoscitur, & deprehensa *c*) mutatione sequitur reprobatio.

a) Olim per singulas civitates constituebantur ponderatores qui qualitatem & quantitatem monetæ explorare solebant *tot. tit. C. de ponderat.* Sed hodiè in Imperio nostro modus iste non observatur.

Ordina-

Ordinatione enim monetaria Ferdinandi Imp. de Anno 1559. salutariter constitutum, ut singulis annis duo dies probationũ, summo Imperii bono, calendis Maji & Octobris certo loco in singulis circulis habeantur, ad quos à Directoribus Circulorum Status monetales vocati, cum probatoribus compareant & in bonitatem monetarum inquirant, sin secus, in omnes expensas, Ordinibus, his autem eas recusantibus, fisco solvendas damnantur. R. A. *de Anno* 1566. §. Wiewol dann auch ꝛc. Imò si nimium sint socordes, jure isto privari possunt. R. A. *de Anno* 1570. §. Da aber in diesem abermahl. Interdum etiam certus dies probationum certo loco instituitur, ad quem à Directoribus Circulorum omnes Status monetales vocati, ex quolibet circulo duos Consiliarios probè instructos & communē probatorem, germanicâ linguâ, Wardein/solemniter acceptatũ & juratũ, sumptus sufficientes de propriis bonis erogando, ablegent, per quos monetarũ qualitas & quantitas accuratè & sine ulla mora, absentium nullam habendo rationem, probari debeat; R. A. *de An.* 1551. §. Und sollen derenwegen ꝛc. Vel necessitate efflagitante, quibusdam ad id deputatis nomine totius Imperii probatio committitur R. A. *de A.* 1566. § Ferner haben wir uns. *b*) Hæc ab uno Circulo, vel quolibet Statu monetali separatim instituitur. *d. Recess.* §. Wir haben uns auch. *c*) Jure n. probatio antecedere debet reprobationem, quâ speciebus ita probatis, Statuum monetalium, quorum authoritate probatio peracta, publico decreto, Imperialis authoritas derogatur & id operatur, ut reprobata species desinat esse moneta, nec amplius sub eo genere contineatur *Ordinat. monet. de An.* 1559. §. aber folgende. *Arum. cap.* 12. solet autem certus terminus mandato reprobatorio addi, intra quem quisque reprobatis nummis se exonerare possit, sin verò præfixo termino id fieri nequeat, quilibet Status monetalis à suis subditis reprobatos nummos, ne nimium graventur, aliis permutet, & ex iis justam monetam rursus cudi faciat, *d. Ordinat. Rubr.* Sollen hinführo §. Und nach dem die Frembde *cum seqq. & rubr.* und seynd diese die Frembde. §. aber die noch bestimpte *cum seqq.* Sed quid juris, si nummi forsan reprobati sint, qui erant in obligatione, & debitor conveniatur ad solvendum? Quidam Interpp. debitorem sub colore rei quasi penitùs casu interemptæ,

B

C

 planè,

planè, alii solvendo monetam reprobatam, si nullam commiserit moram, liberari contendunt; mihi autem magis placet sententia eorum, qui monetam novam secundum æstimationem monetæ antiquæ reddendam esse defendunt; nam opinio hæc (præterquam quod hic non certa species seu individuum præcisè est in obligatione *l.*23. *& l.*83. §.5. *circa princ. de V.O.* sed tale quid, quod in suo genere per solutionem functionem recipit *l.*2. §.1. *de* R. C. id est, quod ita fungitur mutua vice, ut solutione tantundem præstet *l.*6 *d. tit. Bocer. cap.*2. *n.* 149. monetam autem reddens post contractum reprobatã, valore & æstimatione tantundem, cum ea expendi amplius non possit, non reddit) expresso textu *l.*24. §.1. *ff. de pign. act.* roborata; accedit, quod Creditor certat de vitando damno *arg. l.*99. *de solut.* debitori autem debitam æstimationem præstanti, cum is pecuniam in usus suos converterit, nihil decedit, & licet ex tali solutione quid damni sentiret, cum res suo domino pereat, *l.*9. *&* 6. *C. de pignor. act.* nihil refert. *Vide Kitzel. de jure mon. class.*3. *sect.* 2. *quæst.* 3. ibique allegatos Interpp. Quid autem dicendum, si creditor moram in accipiendo comiserit? juxta *l.*72. *de solut. l* 37. *Mandat. l.*173. §. *pen. de* R. I. ipsi nocebit: nisi pecunia creditori oblata mox reprobanda foret *l.*102. *de solut. arg. l.*15. *de peric. & comm. rei vend.* potentia enim ut plurimùm actui proqinqua pro ipsomet actu habetur. *l. pen. de testam. milit. ibiq; Gothof. in not. latè Kizel. class.*4. *sect.*1. *quæst.*1.

24. 37. Nulli Imperator *a*) jus monetæ cudendæ (à quo jus monetæ *b*) differt) sine consensu Electorũ concedat: & qui legitimè acquisiverunt (quod fit concessione vel præscriptione *c*) illa vel per privilegium, quæ rursus cum lege *d*) vel sine *e*) ea datur, vel per *f*) investiturã) si contra leges *g*) eo utantur, juxta Constitutiones *h*) horum ratione jus illud suspendat, & eos, qui sine Electorum consensu obtinuerunt, præsertim Civitates mediatas *i*) jure isto privet, nec iis sine approbatione Electorum restituat.

A *a*) Antiquitus in Imperio Romano constituti fuerunt Triumviri

viri monetales, æris, argenti, auri flatores *l.* 2. §. 30. *ff de* O. I. qui nummos adjectis his literis. III. viri. A. A A. F. F. Triumviri, auro, argento, æri flando, feriũdo signasse dicuntur, probãte *Arnis. de jur. Maj. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 4. translata a. omni potestate in Imperatorem, etiam jus monetæ plenissimè in eum collatum *arg. l.* 1. *de Constit. Princip.* Unde & eo tempore cum jus monetæ solius Majestatis proprium factum fuit, jus monetæ cudendæ, quod sub jure monetæ continetur etiam aliis concedere potuisset: Verùm Imperatores utilitatem publicam considerantes, Regale illud in tanto honore habuerunt, ut in officinis tantum modò suis cudendæ pecuniæ studium frequentari voluerint. *l.* 2. C. *de fals. monet.* juvat. *l.* 1. *ibi solidos, veterum Principum veneratione formatos. C. de vet. num. potest.* Carolus M. non nisi in suo palatio monetam cudi voluisse fertur, referente Sixtin. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 18. Postquam autem subsequentes Impp. vestigiis illorum non insistentes aliis sine discrimine, non sine magno Reip. damno, jus illud monetandi concesserunt, potestas etiam illa hoc in casu limitari debuit. *b*) Jus monetæ cudendæ etiam Statibus Imperii (qui dicuntur Müntzstände/Müntzgenossen. R. A. *de Anno* 1570. §. Damit man nun; Müntzherrn / *ibidem* §. Und dieweil man 2c.) cõpetit. vid. *disp.* 6. *th.* 18. *lit. E.* Jus autem monetæ soli Imperatori in signum supremæ potestatis, & adhuc de reservatis ipsius esse censetur. *Arum. cap.* 8. Ossibus Imperatoris inhæret. *Sixtin. d. loc. n.* 23. Imò tantùm & tam augustum regale perhibetur, ut meritò post nomothesiam, in secundo excellentiæ gradu collocari debeat. *Sixt. ibidem n.* 22. quoniam in eo non modò Principis dignitas, sed & potentia jubendi, vetandi & gubernandi relucet, in quibus verè Majestatis notio consistit. *Arnis. de jur. Maj. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6. Deinde hoc jus latius esse dicitur; nam qui jus monetæ habet, non solùm nummos conflare, sed etiam aliis hanc potestatem concedere, materiam præscribere, ligam seu pedem dictare, æstimationem, modum cudendi præfinire, mutare, probare, reprobare & in abutentes animadvertere potest; & generaliter, quæcunque sunt ordinationis monetariæ ad hoc jus pertinent; Videantur Constitutiones Imperii; *de Anno* 1559. *An.* 66. *An.* 70. 71. 76. 82. 98. *&c.* ex quibus potestas Imperatoris circa rem nummariam luculenter colligi potest: Quamvis jam autem B

hæc ita sint, tamen jus monetæ cudendæ nihilominus ad regalia. *c.unic.quæ sint Regalia. 2.Feud.* 56. R. A. *de Anno* 1551. §. So haben wir / *ibi*: den jenigen so von vns/oder vnsern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Müntz gefreyet seynd. *&* R. A. *de Anno* 1570. §. alßdann auch / *inpr.* Vnser Kayserlich Regal; & quidem majora refertur *Sixtin.lib.*1.*cap.*2.*n.*38. cum allegatis, nullatenus enim fisci, sed Majestatis est; hoc est, non ad compendium ærarii in reditu, sed ad dignitatem Imperii, in decore consistit: Notabilis est constitutio Imperii *de Anno* 1570. §. alßdann auch / *ibi*: so die Müntzstände auß vnsern sondern Vertrawen / nicht zu jhrem selbst gesuchten Vortheil / sondern wie wir selbst / dem H. Reich zu Ehren vnd Wolfahrt brauchen sollen; nec omnia in *d.cap.unic.* enumerata Regalia sunt minora.
C c) *c.super quibusdam.* §.*præterea.de V.S.* quanto autem tempore præscribatur, ex iis quæ *disp.*6.*th.*8.*lit.D.* de superioritate territoriali præscribenda dicuntur, facilè colligi poterit.
D d) Ut *Aurea Bull. Carol. IV.* aliisq; Imperii Constitutionibus: In *Aur.Bull.cap.*30. Regi Bohemiæ jus cudendæ argenteæ & aureæ monetæ confirmatum, cæterisq; Electoribus idem jus concessum: Ex recessibus Imperii in genere iis tantùm competit jus cudendi ducatos, qui fodinas habent auri præstantioris Rhenano. *Edict. monet. de Anno* 1576. §. vnd auß sondern. Electoribus ad Rhenum hoc datum est, ut ad eos in aureorũ Rhenensium materia, pondere & æstimatione, non minus quam ad ipsum Cæsarem respiciatur. R. A. *de Anno* 1551. §. weiter so setzen. eoq; pertinet Edictum Maximiliani II. *de Anno* 1571. § gleichfals weil etliche: Et fodinas habentes, officinas peculiares, præter solas illas tres vel quatuor in singulis Circulis admissas, habere possunt. *Edict. monet. de Anno* 1570. §. vnd dieweil man.
E e) Hoc modo ex speciali videlicet privilegio hoc jus multis esse concessum, nullus ambiget, cum sic recessus Imperii nonnunquam loquantur; videatur Edictum monetale *de Anno* 1559. *& Receß. de Anno* 1566. *&* 70. quibus locis nulla omninò fit mentio investituræ, sed tantùm privilegii sive
F Freyheit. f) Refertur enim inter regalia, ut dictum *lit. B.* quæ per investituram acquiri & in feudum concedi posse certum est. *Sixtin. lib.*1.*n.*29. *Vult.de Feud. cap.*5.*n.*6. & addit ibidem Sixtinus *n.*30. non rarò ea regalia, quæ antea per privilegia obtenta fuerunt, investituræ etiam

ræ etiam inseri, & sic in feudum recognosci, cui rei multa extare exempla, seq; talia privilegia & investituras vidisse; Observandum etiam hîc, non omnes jus cudendi, quibus id concessum, in omni materiæ genere indistinctè exercere posse. Alii in certis tantùm gradibus; ut multis argenteam monetam conflare permissum, non tamen auream. *Constit. monet. Ferd. de An.* 1559. Ferner die gülden Müntz; multis etiam auream, & non ducatos fabricandi potestas est. *Edict. monet. de Anno* 1576. §. vnd auß sondern: Semper igitur hujus juris concessio strictè est accipienda, nec de gradu ad gradum extendenda. *Arum. Vol. 5. disc. 1. cap. 8. pag.* (*mihi*) 16. *g*) quod fit, ultra tres vel quatuor officinas in quovis Circulo concessas, in suo territorio propriam erigendo, & ibi monetam fabricando. R. A. *de Anno* 1570. §. Vnd dieweil man / *ibi:* setzen / ordnen vnd wollen. Regale monetarium ad suum lucrum aliis per qualemcunque contractum cedẽdo. *d. Receß.* §. alßdann auch die Müntzgerechtigkeit / *ibi:* Derhalben wollen wir nochmaln. Probas monetas conquirendo, easq; conquisitas in deteriores formas convertendo; *Constit. criminal. art.* 111. *in fin. ibi:* wo aber irgend einer 2c. Ultra definitas species in Imperio approbatas, alias prohibitas percutiendo, easdemque expendendo. *Edict. monet. de Anno* 1559. §. hierauff setzen / ordnen vnd wollen wir 2c. & *de Anno* 1570. §. damit aber solch übermässig 2c. & 2. §. §. *seqq.* & §. vnd was jetzo & *seqq.* In conventibus probatoriis non comparendo. *d. Receß.* §. da aber in diesem abermahl 2c. Quoscunque monetarum violatores in territoriis suis tolerando, nec debitis pœnis eos afficiendo, & Statum monetalem hoc committentem ad fiscum non deferendo. R. A. *de Anno* 1566. §. Wir ordnen vnd wollen auch / vff den Fall 2c. plura collegit Kitzel. *Claß. 5. quæst.* 2. quæ tamen ferè cum illis coincidunt. *h*) In genere quidem proditum est, quod Status monetalis Regali monetario abutens, eo ipso privari debeat. R. A. *de Anno* 1570. §. alßdann auch die Müntzgerechtigkeit / *ibi:* demnach ja billich / wer solch vnser Regal vntrewlich mißbraucht / daß er sich dessen selbst dardurch vnwürdig machet vnd entsetzet: Sed præter dictũ modũ adhuc alii aliter, dando nempè aliquot marcas auri puri, vel sumptus & damna perpessa refundendo, puniuntur, prout latiùs edicta monetaria suprà allegata & alia eleganter præscribunt, ubi brevitatis ergò

G

H

I tis ergò, cum singula hîc referre non liceat, videri potest. *i)* Imò privati (quorum loco etiam Civitates municipales habentur *l.16.de V.S. Gail.lib.2. obs.57.n. 8.*) tam indigni hoc Regali monetario censentur, ut eis idipsum ne quidem impetrare liceat *l.ult.C.de fals.monet.* etsi impetraverint rescriptum illud sub- & obreptitium, (nisi motu Principis proprio vel cum clausula, *non obstante* sit concessum, quæ clausulæ sub- & obreptionem tollere dicuntur Bocero *de jur. monet. cap.3.n.31.* vide etiam *disp.3.pag.* 128.) præsumitur *d. l. ult.* ibiq; *gloss. l. ult. C. si contra jus. & utilit. publ.* Quia autem nihilominus Civitates quędam mediatæ jus illud monetandi non sine exiguo Status publici offendiculo, cum nihil periculosius quàm undiq; monetas fabricari, ut recessus Imperii multitudinem officinarum prohibentes innuunt, huc usque usurparunt; Imperator etiam modernus se exorbitantiam istam correcturum nec tale quid commissurum promisit.

25. Dictum de Statibus monetalibus, quatenus ii jure suo abutantur & propterea puniri possint. Dicendum ergò jam de jure isto destitutis: Hi si monetam *a)* sub signo alterius *b)* etiam bonam *c)* (secus si suo nomine *d)* vel minutam *e)* aut *f)* reprobatam) cudunt, vel falsam monetam expendunt, *g)* igni comburuntur: vel si quidam bonam accipere recusant pœna capitali *h)* vel rodunt, tingunt arbitraria *i)* puniuntur.

A *a)* Textus express. *l.2.in fin. ibi: illicò omni dilatione summota flammarum exustionibus mancipetur, C.de fals. monet.* Constitutione criminali Caroli V. art. 111. ibi: Welche falsche Müntz machen/zeichnen ꝛc. die sollen nach Gewohnheit auch satzung der Recht/mit dem Fewer vom Leben zum Todt gestrafft werden. Quinetiam præter ignis supplicium fabricatoris bona fisco addicuntur *d. l. 2.* quamvis id in Germania, cum in *d. art.111.* confiscationis non fiat mentio, non servari testetur Sixtinus *de Regal.2.c.7.n.121.* & sic in hoc crimine etiam approbatum, quod de abrogata pœna publicationis bonorum *in Nov.134. cap.ult.in fin.* & inde desumpta Auth. *bona damnatorum C.de bon.proscript. seu damnat.* est constitutum *Sixt. all. loc.* Conferatur tamen hîc *disp. 6. pag.290.*

Quod enim lege fit, ipso jure fit. *l.130.ff.de V.S. ibiq; Gœddeus l. 1. ff. de Curat.furiosor.* Hoc tantùm interesse videtur, quod eo casu, ubi Imperator in vivis manet, sed imperium ejurat, quod tunc Rex Romanorum populo publicè sistatur, non quidem eum in finem, ut hæc Proclamatio ipsius Majestati quid conferat, vel novi quid aliud, sed quod plenam & liberam administrationem ipsi dehinc competere, doceat, & quod Majestas, quæ quasi dormivit, per Ejurationem Imperatoris resuscitata sit & vires exserat. Ita *Thuan. lib.21.* Erigitur Francofurti in foro tabernaculum ligneum, ad quod per gradus ascendebatur, stragulis ac tapetibus aureis & holosericis instratum, quo Ferdinandus die condictâ Imperialibus ornamentis amictus, magno stipatu venit, solioq; præparato consedit. Ibi septemviri, postquam agminatim concitato cursu magna Equitum turba comitante, & prælatis de more vexillis ter circa Imperatoriam sellam equitarunt, magno clangore interea tubicinibus Ferdinandi & Electorum concinentibus, ex equis desiliunt, ordineq; sedentem Cæsarem adeunt, & in genua provoluti jurejurando fidem addicunt. Et post addit: quod Cæsar Cameræ Spirensi mandavit, ut suâ authoritate judicârent, & sigillo Caroli V. donec novum ab ipso mitteretur, uterentur. E quo actu illa, quæ præmisimus, vera esse, probatur.

Regi huic Romano una eademq; numero Majestas cum Imperatore competit. *a)* In exercitio tamen & administratione dispar utriusq; est ratio. *b)* Vicarium ergò Imperatoris esse Regem vix dici potest. *c)* 3.

a) Majestatem habere palam est, idq; vi electionis *dict. Rec. de anno 1559. in pr.* Et hoc nomine indigitatur rubr. *Recess. de Anno 1555. ibi:* Abschied der Königl. May. *Recess. de anno 1557. §.* vnd sind diese / *ibi:* wir der Königl. May. Commissarien. Ex denominatione cognoscitur qualitas rei. *l. 1. ff. de offic. Praef. urb. §. est & aliud. Inst. de donat.* Utitur plenitudine potestatis. *Recess. anni 1542. §.* wird sich aber jemand / *ibi:* auß Römischer Keyserl. vnd Königlicher Macht vollkommenheit. Plenitudo autem potestatis nihil aliud est, quàm Majestas. *Gail. 2. observ. 56. Mynsing. 4. observ. 8.* Una autem eademq; numero est A

 Maje-

Majestas Imperatoris & Regis Romani, quæ quasi præsente & non impedito Imperatore sub cineribus sepulta delitescit, & dormit, & exercitium Majestatis suspenditur tantum, & non tollitur jus. *Reinking de Regim. Secul. l. 1 cl. 3. c. 14. n. 64. & seqq.* Quo facit 3. quod in Regem Romanorum committatur crimen læsæ Majestatis. *Extravag. quomod. in crim. læs. Majest. ibiq; Bald. Schrader. de feud. p. 9. c. 4. n. 7. Mynsing. consil. 44. n. 10.* ut ergò habeat necesse est; Non entis enim nullæ sunt læsiones. Et 4. hoc evincit tota Capitulatio Regia, ubi profitetur, daß er zu der Ehr vnd Würden deß Römischen Königlichen Nahmens vnd Gewalts erhaben / erhöhet vnd gesetzet sey. & quod plurimi articuli jura Majestatis concernunt. Et ita in veritate rem se habere è thesibus duabus sequentibus patet. *Dissent. Paurmeist. de Iurisdict. Imp. Rom. lib. 2. c. 5. n. 8. & multis seqq.* quod hoc nullo decreto vel constitutione Imperii ostendatur. Deinde quod Imperatori invito jus auferri nequeat. *l. id. quod nostrū. 11. ff. de R. I.* 3. quod Cæsaris mandato opus habeat, quod ultra fines extendi non debet. *l. diligenter. ff. mandati. c. cum dilecto. extra. de rescriptis.* Qui autem ex præscripto mandato agit, suo nomine non, sed alieno administrat. *l. 1. ff. de Procurat.* Majestas autem debet esse propria & perpetua. Quod autem nihil nisi ad mandatum Imperatoris Rex Romanus facere possit, patet è *capitul. Rudolphi. II. & Ferdinandi III. artic. 49. ibi:* Wir sollen vnd wollen auch vns keiner Regierung oder administration im Heyl. Römischen Reich weiter oder anders vnderziehen / dann so viel vns dessen von Keys. May. vergönnet vnd zugelassen wird / auch die Keyserl. May. die Zeit jhres Lebens an jhrer Hoheit vnd Würde deß Keyserthumbs keine jrrung noch eintrag thun. Et hoc Recessus Imperii confirmare videntur *Anno* 1555. §. damit aber / *ibi:* So haben jhro Liebden vnd Keys. May. vns als Römischen König freundlich vnd brüderlich ersucht / daß wir in Ihrer May. abseyn / Ihro Liebde vnd Keys. Mayest. verwesen / vnd diesen Reichstag. beywohnen wolten: vnd auch vollmächtig absolutè vnd ohn hinder sich bringen Gewalt gegeben. *Et* §. vnd wiewol / *item* §. So haben sich / *ibi:* die Röm. Keys. May. vnser lieber Bruder vnd Herr / vnd wo jhr Liebden vnd Keys. May. daran verhindert würden / von ihrer Liebden vnd Keys. May. wegen / wir in eigner Person solchen Reichstag besuchen / vnd dem

beywoh-

beywohnen. *Item in* §. Solches alles gereden vnd versprechen wir an statt vnd im Nahmen jhro Keys. May. *& similibus aliis*, quibus ipse Ferdinandus I. mandatum à Cæsare Carolo V. accepisse, & ejus nomine illa egisse, fatetur. Cui 4. addit, quod Ferdinandus I. aliis in locis sibi suo jure potestatem quandam regiam cum Imperatore competentem jactando sumere videtur, id juri Caroli nihil immutasse, ipsumq; nihil præter mandatum & ad arbitrium revocabilem potestatem absente Imperatore habuisse ex actis comitiorum & aliis constare. Denique adducit exemplum Maximiliani II. & Rudolphi II. de quibus nusquam refertur, quod ante mortem parentum Imperatorum suo jure quicquam usurpârint. Verum quanquam speciosa hæc sint, & inter cætera ab Electore Saxoniæ Ferdinando I. propositum, ut is, tanquam Romanorum Rex vivo Cæsare creatus, non suo, sed Cæsaris tantùm nomine Remp. administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium arroget, Principes ac Ordines Imperii non teneantur ei ullâ fide vel jurejurando, nisi post mortem Cæsaris. *Sleid. lib. 9. Histor.* ubi in præcedentibus de Civitatum Imperialiũ voto ait, quod & ipsæ senserint, quod quamdiu vita Cæsaris supersit, aut sit intra fines imperii, omnem penes ipsum esse Imperii potestatem, absente autem illo rei summam ad Ferdinandum quidem venire, sed tanquam nomine & loco Cæsaris. In effectu ergò tres diversæ de Regis Romani Majestate opiniones sunt. *Vna* Paurmeisteri, quod Rex Romanus nihil juris in administrando vel Majestate habeat, nisi id ipsi specialiter ab Imperatore mandetur. *Secunda*, quod habeat potestatem, sed vicariam, eamq; ordinariam & à lege. *Tertia*, Quæ nostra & suprà confirmata est, quod absente vel impedito Imperatore suo proprio jure, non vicario, nec ex mandato, Majestatem exerceat & imperium administret. *Dissentientium* rationes è præmissis & seqq. facilè dilui poterunt. *b)* Imperator enim præsens & non impeditus suo nomine solùm administrat, Rex Romanus vivo Imperatore, (nam eo mortuo est ipse Imperator), eoq; impedito, & absente suo nomine gubernat. Sed Quæstionis est, an etiam solùm suo nomine? Distinctè respondemus: Aut ab Imperatore mandatum habet, aut non. Hoc casu suo tantùm & proprio nomine administrandi B
jus

jus habet. *Ordin. Cameræ p. 1. tit. 1.* §. Nemblich wollen die Röm. Keys. May. als Römischer Keyser/oder im Fall / daß jhro Liebd vnd Keys. May. nicht im Reich oder in der Nähe wehren / wir als Römischer König jederzeit den CammerRichter. *Et in Receß. de anno* 1555. §. vnd sollen in oberzehlten/ *ibi*: die Keys. Mayest. oder in dero abwesen auß dem Reich vns jhres vorhabens. ad quem casum pertinent omnia illa, quæ Regi Romanorum potestatem administrandi concedunt, ut est inter cætera confirmatio Academiarum. *Ordin. Cameræ. p. 1. ibi*: von Röm. Keysern vnd Königen / die jetzige Keys. May. ODER VNS confirmiret. quæ sanè ex mandato fieri non dicuntur ob disjunctivam illam ODER. Quæ enim ex mandato quis facit, alterius nomine facit. *l. 1. ff. de procur. & vulg.* Quod quis per alium facit, ac si ipse fecisset, habetur. *c. quod quis per aliũ. ext. de R. I.* Altero casu Imperatoris & suo nomine simul administrat. *Receß. de An.* 1532. §. So hat dem allen nach. *ibi*: An statt vnd im Namen Jhrer Keys. May. vnd für vns selbsten. *Ordin. Cam. p. 3. tit.* 54. §. Solches alles/ *ibi*: auch für vns selbst als Römischer König. *Receß. de Anno* 1555. §. so sich dann abermals / *ibi*: Wir an statt Keys. May. vnd für vns selbst als Römischer König solches hiemit befehlen. cui accedunt & aliæ constitutiones, ut *Ordin. Cam. p. 2. tit.* 18. *in fin. p. 2. tit.* 10. *Receß. de anno* 1555. §. vnd im Fall. §. *seq.* & §. vnd nach dem. in cujus fine adduntur & hæc verba: Alles bey pön vnd straff in obangeregter Policeyordnung vñ constitution einverleibt vnd begriffen neben der Keys. Mayestät / vnserem vnd deß Reichs schwere Vngnad. Nec quẽ movere debet, quasi hoc casu Majestas vel dividatur, vel Imperii plures in solidum sint Domini. Nam ut suprà dictum, Majestas una eademq; est, sed quæ in Rege in actu secundo non conspicitur, sed dormit, nisi vel absentia Imperatoris vel voluntas eam excitet. Et hæc, ex Ordinatione Imperii, quæ modum & tempus regimini præscribit, & sic magis Quæstio hæc de administratione, ut effectu Majestatis, quàm Majestate ipsâ esse videtur.

C *c)* Ita quidem vulgò dicunt *Th. Michaël. de Jurisd. concl.* 29. ubi ait: quod Electione, & publico omnium statuum consensu, jurisdictionem non mandatam, sed ordinariam, suo & non alieno nomine habeat. *Matth. Steph. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c.* 11. Quem refutat *Paurmeist. d. c. 5. de Jurisd. l. 2. Schönborn. Polit. 5. c.* 19. Sed quia nulla

lex

lex vel constitutio est, quæ Regi Romano hanc vicariam potestatem conferat, etiam nostrum non est talem fingere. *l. illam. C. de Col.* Repugnat quoq; Naturæ Majestatis, ut quæ proprio nomine & perpetuò cōpetere debet. Absurdū quoq; hoc exinde eveniret, quod, si Imperator ipsi vices suas mandet, tunc duplicem vicariatum, legis & hominis exerceat. Repugnant denique omnes *Recessus suprà allegati*, ubi interdum, suo solius nomine, interdum suo & Imperatoris vice rem gessit. Regis igitur ut Regis potestas & Jurisdictio proprio jure è propria suâ, ex Electione & Commissione Imperii ab Electoribus factâ, Majestate proveniens primaria & ordinaria est.

Majestas illa in dignitate & Imperio posita est. *a)* Ratione dignitatis omnia illa ipsi competunt, quæ Imperatori ipsi, *b)* ratione tituli, *c)* subscriptionis per encaustum *d)* præcedentiæ, *e)* insignium *f)* & aliorum *g)* paucis immutatis. *h)* 4.

a) De Majestatis natura *in Disp.* 3. satis dictum fuit. Dignitas autem hæc perpetua esse debet nullo temporis spacio terminata, sed quæ cum imperio oritur, cumq; eodem moritur. Unde Vicarii tali non gaudent. *Richard. Dicterus. de summ. Majestat. th.* 18. *& seqq.* maximè cum debeat esse summa, ut à nullo superiore nisi DEO dependeat. Unde qui aliorum mandata gerunt, tali destituuntur. *Id. th.* 11. *& seqq. b)* modo in *th. præced.* dicto. Quænam illa sint *in Disp.* 3. relatum est. Unde Majestatis titulo insignitur aliquoties in *Cadariensi Transactione. Recess. de anno* 1544. §. vnd damit nun. *ibi:* Königliche Mayestat. *Recess. de anno* 1548. *in pr. Subscript. Rubr. Recess. de anno* 1555. *ibi:* Abschied der Römischen Königl. May. *c)* Quòd soli DEO autoritatem acceptam ferat, & nomina Imperii habeat. Wir Ferdinand der Dritte von Gottes Gnaden / Römischer König zu allen Zeiten / Mehrer deß Reichs / in Germanien König. Ubi obiter noto in Latino indifferenter, modò in singulari, modo in plurali legi Germaniæ vel Germaniarum, superioris scil. & inferioris. *Vid. Disp.* 1. *th.* 19. *lit. e. Bernhard. Zieritzius in proëm. constit. Criminal. Caroli.* Quod enim ad Germaniam propriè pertineat cognitu necessarium est, quia Imperator Romanus hanc jure & residentiâ sua honorare tenetur,

(margin: A beside "a) De Majestatis"; B beside "& seqq. b)"; C beside "Abschied")

quia extra eam ſtatus vocare, nec comitia indicere poteſt. Quodq; nemo niſi & Germanus Rex eligi poſſit, ut è Capitulatione jurata, & *Diſp.2. th 9. lit.e.* notum eſt, quod antiqua Germania certis limitibus ab ortu Viſtula & Pannoniis, ab Occidente Rheno, à meridie Danubio, à Septentrione mari Balthico circumſcripta fuit. *Thuan. 2. hiſtor. Munſter. in Coſmograph. deſcript. German.* Verum id hodie aliter eſſe, teſtatur ibidem Münſterus, & diu hi termini moti ſunt. *Lanſ. in Orat. pro Germaniâ*, & fluvii prædicti per medios Germanorum agros fluunt. *Æneas Sylv. de German. c. 2.* Malè igitur, ut è diſcurſibus patet, quidam Regi ſuo Galliarum auctores fuerunt, ut regni ſui pomœria ad Rhenum uſque extenderet; poſito enim, nullo tamen modo conceſſo, quod Germania his limitibus includatur, id tamen de Romano Imperio dici nequit. Eſt enim diſtinguendum inter Germanias & Romanum Imperium, quæ ſe ut totum & pars habent. Unde vulgatum illud im Römiſchen Reich Teutſcher Nation. Deinde hodiè regna moribus & lingua non fluviis diſcernuntur. Porro Rex noſter appellatur: Allerdurchleuchtigſter / Großmächtigſter Römiſcher König &c. Et cum ejuſdem ſit Majeſtatis in eodem imperio cum Imperatore, etiam omnia prædicata (*vide tamen lit. g.*) quæ huic attribuuntur, ipſi competunt, quod ſit ſanctiſſimus, nobiliſſimus, Chriſtianiſſimus, de quibus *Sixtinus de Regalib. lib. 1. c. 4.*
D *n. 5. & ſeq. Diſp. 1. th. 23. lit. b.* d) Vidimus oculis noſtris, quod Rex Romanorum Ferdinandus III. in vitâ D. Parentis in ſubſcriptione non atramento, ſed encauſto uſus fuerit. Et hoc unum eſſe de Reſervatis Imperatorum in ſignum ſupereminentiæ, & nè eo alius tyrannico ſpiritu auſus utatur, ſub pœna capitis & proſcriptionis omnium bonorum prohibitum eſſe probat *l. 6. C. de diverſis reſcript.* Ubi quoque deſcribitur confectio hujus liquoris & coloris, quod ſit purpureus. Ubi notamus falſam eſſe gloſſam, quaſi *dict. l. 6.* non obſervetur. Nam exceptionem falſitatis vel nullitatis ſubſcriptio alio colore facta ſuppeditat. Quæritur autem ſi fortè privatus tali encauſto in ſcribendis rationibus vel aliis privatis ſcripturis uti velit, an in pœnam *d. l. 6.* incidat. *Gl. in dict. loc.* ait, quod ſic, & rectè. Nemo enim ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis uſurpare debet ea, quæ Imperatori in ſignum ſupereminentiæ reſervata ſunt. *l. 3. ff. ad*

L. Iul.

L.Iul.M.aj. & hinc is, qui probam monetam ex bona materia cudit, igne comburitur. Et licet res nõ adeò considerabilis esse videatur, interim ex eâ patet, omnia in principe debere esse specialia & majora quam in privatis. *Suhard.in rubr.C.quæ res vend.non poss.n.6.unde vestis sacra.* Porrò hîc obiter notamus vitiosam *Accursii & Lucæ de Penna.in l. unic.§.quod autem.C.de Collegiat.lib.11.* lectionem esse, & ibi pro *in cautu brevibus* cum Cujacio legendum esse *encautis* putamus. Videatur *Henr.Salmuth in Comment.ad Guid.Pancirall.p.1.tit.2.* Quomodo subsigillationes fiant, & quare Romanorum Imperator & Rex Rubrâ, Galliæ flavâ, &c. alii viridi cerâ utantur, ut F. Alexius, qui decretum impetravit, nè Alexii Commeni scripta rata essent, nisi ipse prius vidisset & colore viridi subscripsisset. *Nicet.libr.7. Alexii Commeni.* Consilium salubre, nè forte Rex vel Princeps ab aliquo circumventus subscribat, quæ subscribere non debuisset. Unde prudens dehortatio laudatur Eudociæ doctissimæ, quâ fratrem Theodosium, & Buchanani, quò Jacobum Scotiæ Regem à facilitate subscribendi dehortati sunt, de quo suo loco dicemus. Porrò de officii Cancellarii, de cujus officio est revidere, & cujus subscriptio in Cæsareis diplomatis habetur, infrà tractabitur. *e*) Imperatorem præcedere omnes omnium terrarum Reges *Disput. 3.* dictum est. Eandem ordinem assignandum esse Regi Romano latè contra Gallum consuluit *Ant. Queita consil.1.* An enim ullus unquam ipsi controversiam de præcedentia præter Gallum moverit, non invenio. A Pontifice Julio II. ejusq; Magistro Ceremoniarum Paride de Grassis Bononiense *anno* 1504. hic ordo factus legitur. 1. Romanorum Imperator. 2. Rex Romanorum. 3. Rex Franciæ. 4. Rex Hispaniæ. 5. Arragoniæ. 6. Portugalliæ. 7. Rex Angliæ discors cum tribus prædictis. 8. Rex Siciliæ discors cum Rege Portugaliæ. 9. Rex Scotiæ. 10. Rex Hungariæ. 11. Rex Navarræ inter se discordes. 12. Rex Cypri. 13. Rex Bohemiæ, qui tamen in omnibus actibus imperii reliquis præcedit. 14. Rex Poloniæ &c. *Mercure François Hist.tom.10.anno 1624.fueil.337.Videatur Limnæus lib.2. c.15.n.43.* ubi pro Rege Galliæ allegat *Gothofred. in tractat. de la preseance de Roys de Franc. Surita.lib 20.de los Annales de Arragon.Marian. & Iacob.Gothofr. in Diatriba de jure præcedent.p.1.c.1.th.12.* Quibus addi potest E

Cassanus Consil. Reg. in tract. quem inscripsit: La Recherche des droicts & pretensions du Roy, ubi quidem astruit Reges Galliæ dignitate ac statu Imperatoribus æquales esse. Sed de hoc nos suo loco dicemus. Pro Rege Galliæ proferuntur 1. Quod sit in actuali Imperio Regni Franciæ occidentalis, Rex Romanorum tantùm in spe & expectantia Imperii Orientalis Franciæ. Sed quoad Regem Romanum falsum hoc est, quod tantùm in spe habeat imperium, ut suprà probatum, falsum & hoc, quod tantùm sit designatus Rex Franciæ Orientalis. Nam totum imperium Romanum ipsi est commissum. 2 Quod è manuscriptis Bibliothecæ Regiæ Gallicæ constet, Regem Galliæ præcessisse. Verùm testimonium hoc nimis leve est, è propriâ domo desumptum. *l.10.C. de testib. l. 7. C. de probat.* Deinde nondum illa manuscripta sunt exhibita, & si litigandum esset, prius instituenda erit actio de exhibendis tabulis. 3. Quod Rex Romanorum alienam Jurisdictionem habeat, sed & falsum hoc esse probat *th.3. suprâ.* 4. Exemplo Caroli V. Regis Galliæ, qui Wenceslaum, qui cum Patre Carolo IV. Imperatore anno 1378. Parisiis fuit, præcessit. Verùm an id factum sit, dubitatur maximè cum Carolus dicto anno 1378. defunctus sit. Constat quoque, quod Carolus in Gallia educatus, moribus Gallicis imbutus nimia quæque in detrimentum Imperii Gallis cognatis suis indulsit; quodq; Wenceslaus tum temporis Juvenis vix annorum sedecim fuisset, qui seniori cognato merito honoris causa cessisset. Non aliter ac Rex Hispaniæ Jacobi Regis Angliæ filium superiori ad dextram loco, honoris & hospitii causa posuit, nec tamen in statu vel dignitate cessit. *Mercur. Gallic. lib. 9. Histor. anno* 1623. Et si factum fuisset, nihil probaretur. Notum enim est, quod actus & verba curialitatis nihil obligent, alterent vel mutent. *Zoannet. de Rom. Imp. n.* 77. Nec actus Urbanitatis plus præjudicii pareant, quam si quis in Comœdia alium quendam Regem ac Dominum suum appellet, cui ipse finito lusu imperet. 5. Allegat *Limn.* è Campegio Episcopo Feltrensi, quod literæ Concilii ad Regem Franciæ datæ prius recitatæ fuerint, quam quæ ad Regem Romanorum erant exaratæ. Sed quid exinde pro Rege Galliæ contra Regem Romanorum inferri & concludi possit, non video. De ordine in dicto Concilio inter duas has potestates instituendo consuluit

luit *Ant. Quett. consil.* 1. & alii, quos refert *Goldast. in senior. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 8. & *Besold. in discursu de praecedent. ac session. praerogat. c.* 2. *n.* 5. Decisio pendet ex antedictis: Quòd Rex Romanorum eandem certis casibus Majestatem & administrationem non spem tantùm habeat: Non sit vicarius vel subordinatus Imperatori. *e*) Quaenam illa sint insignia habet *Disp.* 1. *th.* 23. eadem omnia aequè Regi vivo Imperatore, ac hoc mortuo electo, eodem ritu & iisdem ceremoniis tradi referunt omnes Historici. videri potest *Mod. Pandect. Triumph. lib.* 4. *c.* 23. His autem traditis Imperii administratio tradita intelligitur. *f*) Ut sunt illa, quae referuntur *Disp.* 2. *th.* 21. Omnia n. illa in solennitate Unctionis & Coronationis Regiae celebrantur, ac si mortuo Imperatore fieret. Nam & à Maximiliano II. tunc temporis vivente Ferdinando I. septem Principibus Equestrem dignitatem collatam fuisse praebet *dict. th.* 21. Eodem modo Electores ministrare ad mensam. Cum Imperatore Regem eadem mensâ accumbere suprà dictum est. *g*) Haec observare potui ex hodierni Imperatoris ante mortem D. Parentis diplomatibus, ubi ita: Wir Ferdinand der Dritte / von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / &c. thun kund vnd fügen hiemit in krafft der Römischen Keys. May. vnsern freundlichen geliebten Vatters vnd Herren vns ertheilter Vollmacht / &c. zu Vrkund besiegelt mit vnser Königlichen auffgetruckten Insiegel. Geben in vnser vnd deß Heyl. Reichs Stadt Regenspurg. &c. Subscriptio facta fuit per solum nomen: Ferdinand / sed encausto: infrà subscripserunt, *Philip. Henrich* von Stralendorff / Imperii Vice Cancellarius, & in fine: Joh. Soldner D. Qui duo Imperii negotiis jurati fuerunt, unde rursus Regis potestas ac dignitas elucescit. In sigillo autem Aquila uniceps conspicitur hâc circumscriptione: FERDINANDUS III. D. G. ROMAN. REX. SEMPER AUGUSTUS. GERM. &c. Hinc nota, quod Imperator bicipite, Rex Romanus unicipite utatur Aquila, prout ante notavit *Freh. ad Petr. de Andl. lib.* 2. *c.* 5. *Limnae. de I. P. lib.* 2. *c. fin. n.* 46. Deinde quod Rex Romanorum Imperatori tribuat titulum Keyserliche Mayestät solùm, quod & ante hoc observatum *Rec. Imp. de anno* 1542. §. vnd damit aber. *vel* Keyserliche Mayestät vnd Liebde *simul. Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 7. Sic Rex Romanorum Imperatorem appellat

E

F

G

Dominum. *Recess. de anno* 1555. §. Solches alles. Imperator verò Carolus Fratrem appellavit vnserm freundlichem lieben Bruder. *dict. Recess. Reinking. de Regim. Secul. lib.* 1. *cl.* 3. *c. fin. n.* 70. Videtur tamen Reverentiæ magis quàm Jurisdictionis causâ, Imperatorem nominare Dominum. *Nolden de Nobil. c.* 2. *n.* 46. prout in familiis aliorum etiam inferiorum Principum observari videmus, quod fratres administrantibus vel senioribus tribuant titulum E. G. cum tamen exceptâ administratione vel ætate pares sint, quamvis etiam in Recessibus ejusmodi tituli varient. Vel ideò etiam potest fieri; quia diverso respectu Rex Romanorum æstimatur, ratione principatuum subjectorum minor, ut Rex Daniæ, cui Imperator scribit, Durchleuchtiger Fürst/besonders lieber Freund vnd Oheimb; respondere solet, Durchleuchtigster / Großmächtiger Keyser / E. Kays. Mayst. vnd Liebde/ &c. freundlicher lieber Herr Oheimb. Diversus enim respectus aliam atq; aliam civiliter facit personam. *l.* 12. *ff. de adopt.* Unde è Camerâ emanarunt Processus. Wir Carolus von Gottes Gnaden erwehlter Römischer &c. entbieten dir Carlen Ertzhertzogen von Osterreich &c. Hinc quæritur an Rex Romanorum coràm Imperatore conveniri, vel coram Comite Palatino judicium pati debeat? Prius putat *Buxtorff. ad Aur. Aull. th.* 77. Posterius probat *Nolden dict. loc. n.* 41. *Limn. dict. c. fin. in fin.* Quæ opinio nobis magis arridet. Cum *Aur. Bull. tit.* 5. expressè dicat: Si Imperator Seu Rex Romanorum. Quæ disjunctiva diversa conjungere solet. Vitiosa enim est lectio Germanica, Ein Keyser als Römischer König. Accedit quod eandem Majestatem habeat, quæ aliis, nisi sponte, vel vi coacta faciat, parere nescit. Tertiam differentiam notat *Limnæus dict. loc.* quod Imperator Semper Augustus, Rex Romanorum tantùm Augustus dicatur. Verùm rem se aliter habere patet ex inscriptione suprà relata, ut & è *Recess. de Anno* 1542. *in pr.* 1555. *in pr. Ordinat. Cam. de dicto Anno* 1555. *in pr. ubi & alibi semper*: Wir Ferdinand von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs. In hoc tamen Epigraphe Imperatoris à Regis Romani differt, quod ille vocetur Erwehlter Römischer Keyser: Rex verò Romanus simpliciter Römischer König. Quâ ratione nescio, stylus tamen hic observatur. Quartò Imperatori tribuitur quod sit Invictissimus, Allerdurch-

durchleuchtigster/ Großmächtigster /vnüberwindlichster Römischer Keyser &c. Sed Regi titulum Invictissimi dari non vidi. Titulum hunc quidam nimis ambitiosum esse putant, sed Imperatori Romano per prius & propriè competere & sacris literis & rectæ rationi conformem esse putamus. Si enim Romanum imperium usque ad extremum diem interitum non videbit, prout *disp.1.th.24.* authoritate S. scripturæ probatum, erit sanè invictissimum. Alia quoq; Differentia notatur ratione sigilli, quo utitur Rex, Imperator verò Aurea Bulla. *Clem. 1. de Imper. in fin. ibi*: regio magno sigillo, & aliis post coronationem eandem Imperiali Aurea Bulla munitis.

Regis in Imperando eadem potestas est, quę Imperatoris *a*) suo tamen tempore. *b*) 5.

a) Quænam illa sit, & quomodo Majestas temperata suprà in *Disp.3. & 4.* declaratum est, quò nos remittimus. *Videatur Ant. Quett. dict. Consil.1. Reinking dict. l.1. cl.3. c.14. n.46. & seqq. Matth. Stephan. de Iurisdict. lib.2. p.1. c.2. n.51. & seqq. Rosenthal. de feud. p.1. c.9. membr.1. concl. 30. n.8. Thom. Michaël de Iurisd. Imp. concl.29.* quamvis hi plerique jure vicario Regem administrare dicant, quod nos non concedimus. *Diss. omninò Paurmeist. lib. 2. c. 5. de Iurisd. Imp.* Hinc in Recessibus legimus, quod etiam proprio nomine Comitia convocet. *Recess. Spirens. de anno 1532.* §. So hat dem allen nach. *Ordinat. & mandat. Ordin. Camer. p.3. c.54.* §. Solches alles. *Recess. de Anno 1555.* §. So sich dann aber, mahls. Et quidem sub pœna etiam banni. *Recess. de Anno 1542.* §. vnd damit solches alles. Et ex plenitudine potestatis. *ibid.* §. würde sich aber jemand. Bannum indicit & exequitur. *Gail. lib.1. de pac. publ. c.6. n. 9.* Collectas indicit. *Recess. de anno 1542.* §. damit auch solch Ordnung. supremum constituit judicium. *Ordin. Cam. in proœm. & passim.* Hinc idem habet tribunal. *arg. c. non putamus. de consuetud in 6.* nec ab eo appellatur *arg. c. Romano. de appellat. in 6.* In summa omnia potest, quæ Imperator præsens. *Th. Michaël. dict. concl.29.* Et plus quam vicarii Imperii Universales tempore Interregni possunt, ut qui plenitudine potestatis carent. Nec feuda majora, vel regalem dignitatem habentia conferre possunt, quæ tamen confert Rex Romanus. *Th. Michaël dict. loc.* Regalia & Privilegia concedit. *Sixtin. de regalibus. lib.1. c.4. n.10. Ant. Quetta dict. consil.1. n.22.* Frustrà autem monetur ipsum de

Impe-

Imperii bonis nihil posse alienare, & ita in Camerâ existimatum fuisse refert & disputat *Th.Mich.dict.concl.in fine*; cum nec Imperator
B hoc possit. *Disp.* 3.*th.*7.*lit.c.* *b*) Impedito vel absente Imperatore. Nam eo mortuo magis Imperator, quàm Rex dicitur. Si autem mandatum ab Imperatore accipit, tunc Vi mandati, & simul proprio jure administrat. *Suprà th.*3.*lit.b.*

5. Tantùm de summâ & universali à Capite electo administratione: Sequitur de illâ, quæ fit tempore interregni, *a*) ab illis administratoribus qui per legem constituuntur. *b*)

A *a*) Interregnum est Status Imperii, quo post mortuum Imperatorem alius quæritur; vel est forma reip. inter proximè defunctum, & eum qui successurus est, observanda. Qui status sanè periculosus est, & quò brevior eò melior, unde in Aur. Bull. quinque menses ad plurimum durat. Triplex enim fatale Electioni in *Aur. Bull. tit.*1. *&* 2. præstituitur, prout *in Disp.* 2.*th.* 10. *&* 14. dictum est. Primum enim mensis ad convocandum Electores; alterum ad cõparandum trimestre: tertium ad Electionis perfectionem mensis. Facilè Interregnum in Anarchiam degenerat. Populus enim capite orbatus quaqua versum stolidè se flectit, dum non habet quem sequatur. Et eo tempore Resp. in tali discrimine est posita, quo navis fluctibus sine gubernatore jactata, ac momento, si tempestate abripiatur, peritura. Et utut periculis effugiat, nihilominus ferocissimis & audacissimis quibusvis civibus omnia impunè licent. *Bodin. lib.*6.*de Rep.p.*718. proclivior hic status est ad anarchiam, quâ nihil periculosius reip. accidere potest, adeò ut præter sub malo esse Principe, *Plato* 1.*de legibus.* necesse ut interitus ipsum sequatur. *Bodin de rep. lib.*4.*n.*369. ubi exempla refert. Sic *Iudic.* 17.*v.*6. legimus, temporibus illis non erat Rex in Israël, & quisque faciebat, quod rectum videbatur in oculis suis. *c.*19.*eod.* Sic lex Persarum volebat, ut quinque dies post mortem Regis pro lubitu facere agere quisque potestatem haberet. *Besold.Disp.*1.*cl.*1.*th.*27. Hinc populi Sapientiores vivis principibus huic periculo remedia quærunt, ut ante mortem vel successor designetur, vel longius spatium post mortem non intercedat, quam hoc ipsum, quo successor jamjam creari debeat & destinari,

ut *in Prælect. suis ad Tacit. c. 13. lib. 1. Annal. docuit. Clariss. M. Z. Boxhornius, amicus meus desideratissimus.* b) Vicarii duplicis sunt generis: Quidam à B
lege & ab ipsâ universitate constituuntur, qui locum absentis vel impediti sustinent. Quidam ab homine, id est, principe ex proprio motu absque legis perpetua provisione & necessitate. *l. 1. §. à Præfectis. ff. de legat. 3.* & hi habent delegatam Jurisdictionem. *Thom. Michaël. de Jurisd. th. 29. lit. c.* Nostri, & de quibus nos agimus ad prius genus pertinent.

Interregni Romani olim alia fuit administratio ac 7.
nunc est. *a)* Hodiè est per duos *b)* Vicarios *c)* non Pontificem Romanum, *d)* non Collegiũ Electorale. *e)*

a) Nam antiquissimo tempore Romulo defuncto, centum A
Patres remp. gubernabant, donec alius Rex crearetur, quisq; duntaxat quinque diebus per ordinem. *Dionys. Halicar. lib.* 2. postea verò mutato statu regio, alia Interregis fuit creandi ratio: cum reipublicæ causâ abessent Consules, vel si vitio creati essent: vel si graves discordię incidissent, hinc res ad Interregem deducebatur, qui Consularia Comitia haberet. *Perion. lib. 3. de Magistr. Rom.* Non huc referendi sunt illi Vicarii, qui tempore Augustorum administrarunt. Nam nos de his loquimur quibus capite nõ existẽte universi imperii administratio commissa est. *b)* Ita voluit Aristoteles, nè summum B
munus uni committeretur, & is restituere nollet. *c)* Vicarius di- C
citur, qui vicem alterius gerit. *VVesemb. paratitl. ad tit. C. de officio Vicarii.* De ambiguitate hujus vocis videri potest *Calvin. in Lex. Iuridic. verb. Vicarius.* Dicitur aliàs Locumtenens Lieutenant / Statthalter oder Ampt-verweser. Et nihil interest, an Locumtenens vel Vicarius dicatur. *c. fin. 93. distinct. Boss. tractat. de princip. n.* 91. In Germanicâ antiquâ A. B. vocantur Fürmünder / id est, Tutores, & rectè. Olim Vicarius de Jure Civili (Nam de canonico aliter accipi patet *è tit. extra. de officio Vicarii.*) erat vir spectabilis Præfecti Prætorio vicarius, qui ex mandato Principis in diœcesin aliquam sive tractum mittebatur multas habentem provincias. *l. 4. C. de annon. & tribut. l. 1. C. de Proxim. Sacr. Scrin. l. 1. C. ut omnes Iudic. l. 1. §. à Præfect. ff de legat. 3.* & propriam habebat Jurisdictionem, non à Præfecto mandatam, prout de legatis

Proconſulum traditur *l. 13. ff. de offic. Proconſ. l. 4. ff. de offic. ejus cui mand. juriſd. Diſſ. Thom. Michael de Iuriſdict. concl. 29. lit. c. Arum. de Iur. Publ. vol. 2. diſc. 28. th. 44.* Olim antequam imperium ad Germanos veniſſet, diverſi in eo fuerunt Vicarii. Quatuor in Oriente. *l. fin. C. de diverſ. off.* ut in Thracia *dict. l. fin. Nov. 26.* Ponto. *dict. l. fin.* qui fuit ſublatus *in Novell. 26.* reſtitutus à Juſtiniano *in edict. 8. Buxtorff. ad A. B. c. 5. th. 52.* Aſia & Macedonia *dict. l. fin.* Septem in occidente. *Panciroll. in Notit. utr. Imp. lib. 2. c. 88.* ut Romæ in Italia. *l. 1. C. ſi quis eam cujus tut. l. 3. C. de agris. & cenſit.* Illyrico, Africa *l. pen. C. de dilat. l. 6. C. de ædif. privat. l. 8. C. de jure fiſci & aliis.* Hiſpania *l. 3. de pagan. l. ſi à ſponſo. C. de donat. ante nuptias. l. fin. C. quorum bonor.* Britannia & Gallia. *l. ſpadonem. §. fin. ff. de excuſat. tut.* Galliæ enim Præfectus prætorio fuit. *l. 5. C. de Iuriſdict. l. 2. §. 1. C. de offic. Præf. prætor. Afric. Tholoſan. l. 6. ſynt. c. 7. n 27.* Vide etiam *Buxtorff. dict. loc.* Verùm hi omnes non dicebantur Vicarii, quaſi vices Imperatoris gererent, ſed quia Præfectis Prætorio erant ſubſtituti. *dict. l. 1. §. à Præfectus ff. de legat. 3. l. 1. C. de offic. Vicar. l quamvis C. de jur. & fact. ignorant.*
D *dict. l. 1. C. de proxim. ſacr. ſcrin. Buxtorff. dict. loc.* d) ut ambitioſè Johannes II. *in c. ſi fratrem. extravag. ne ſede vacant. & CC. pleriq; per dict. c. & clement. 1. de Iurejur. c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re re judicat. in 6. clement. paſtoralis. eod. c licet. extra. de fori competent.* quos refert *Buxtorff. ad A. Bull. concl. 55.* Aliqui verò ex ipſis ſaniorem fovent ſententiam. *Peregr. de jure fiſci. tit. de iis qui jur. fiſc. hab n. 35.* ait, aliter per Imperii Conſtitutiones proviſum eſſe. *Cyn. in l. ex hoc jure. de Iuſt. & Iur. n. 33.* dicit ſibi non videri verum, quod Canoniſtæ dicunt, Eccleſiam ſuccedere vacante Imperio. Textus prolati nè obulum quidem valent. Et rectè *Alberic. de Roſat.* ait, nullam earum decretalium eſſe juri conſonam, ſed ſe credere, quod ſint fictæ contra jus & libertatem Imperii. Et referente *Crantz. lib. 9. c. 15.* in Comitiis Francof. decretum fuit, id quod Papa prætendat, ad ſe vacantis Imperii adminiſtrationem pertinere nullâ ſcriptura, & nulla ratione, ſed ſolâ uſurpatione niti. In ſimili vide *Diſp. 2. th. 4. lit. c. th. 20. lit. e.* Habemus nos legem & conſtitutionem expreſſam, uſum & obſervantiam longævam. Et fallit vel fallitur *Martha Neapolit. de juriſdict. p. 3. c. 28. n. 16. p. 2. caſ. 197. n. 2.* quando ait, quod Caroli IV. conſtitutio ut in præjudicium ſedis Romanæ ſpectans per Johannem XXII. *in dict. extravag. ſi fratrum. ne ſed. vacant.* ſit

abroga-

abrogata. Nam *A.Bull. anno* 1356. edita. Johannes Pontifex XXII. verò *Anno* 1334. mortuus eſt. *Limn.lib.*3. *c* 12.*n.*12. hic ergò Johannes poſt mortem miraculum edidit. Pontificis tamen audacia hæc *anno* 1550. erga Ferdinandum I. denuò dentes ſtringere viſa eſt. *Thuan. lib.*21. Sed Ferdinandus pro Imperii authoritate ſtetit. Et pro eo *Sigiſmundus Selden. in conſil. de Iure Pontif. in Imp. compet.* eleganter jura deduxit. *e*) Ratio dubitandi, quod aliàs Capitulum in adminiſtratione & juriſdictione ſuccedat. *c his quæ cum olim.extra.de Major.& obed.c.*1.*eod.in* 6. Verùm textum habemus *in Aur.Bull. tit.*4. Et hæc Vicaria noſtri Imperii adminiſtratio fit nomine omnium ſtatuum, nõ tantum Electoralis Collegii. *Diſp.*3. *Vide th.ſeq.lit.c.* E

Sunt igitur ſi Vicarii Proviſores, *a*) qui vacans imperium *b*) Imperatoris vicem ſuſtinentes *c*) univerſaliter *d*) pro diviſo adminiſtrant. *e*) 8.

a) Ita *Aur.Bull.tit.*5.*ibi: eſſe debet* PROVISOR *Imperii*, *& infrà:* EODEM JURE PROVISIONIS. In Germanicâ verſione habetur, Ein Verweſer vnd Verpfleger deß Reichs / & infrà, auch in denſelbigen verweſers Rechten/ & in antiquâ *ap. Goldaſt. tom.*1. verſione vocantur Furmunder. Mollius & cautiùs Conſtitutio hæc loqui non potuiſſet, quaſi velit dicere, debent eſſe protectores, tutores, curatores ſeu adminiſtratores, non Domini, prout Princeps eſt, ſed potiùs ſummæ poteſtatis & Imperii cuſtodes tantùm, donec ſummus electus princeps depoſitum repoſcat, cujus populus vacante Imperio veriſſimus eſt ſucceſſor ac Dominus; non aliter Vicarius agit ac mãdatarius vel depoſitarius, qui alieno nomine poſſidet & adminiſtrat. *l.quod meo.* 18. *ff. de acquirend. poſſeſ. l.* 1. *ff. de procurat.* & ut tutores ſunt vice & loco Domini, *l.*27.*ff. de adminiſtr.tut.l.*56.§.4. *de ſurt.* Hoc genus ergò retinendum eſſe putavimus. *b*) vel quaſi vacans ut *theſ.* 11. dicetur. Et in hoc differunt ab illis, qui ab Imperatore ipſo interdum Vicarii totius Imperii conſtituuntur, *th.*11.*infr.in fine.* *c*) unde dicuntur Vicarii. Et ita regulariter omnia illa poſſunt, quæ Imperator, niſi quædam ſpecialia excepta inveniantur. Et ex illis exceptis, quæ Imperatori ut Imperatori, & Majeſtatem habenti ſoli competunt, de quibus in *diſp.* 3. *th.* 6. dictum eſt. Non enim ſtatim

(A at "a) Ita Aur.Bull."; B at "b) vel quasi vacans"; C at "c) unde")

Vicarius, qui vices alterius sustinet, illa, quæ principalis, vel cujus vicem sustinet, potest & habet. *Dant. Aligher. de Monarch. lib.* 3. ut est Vice Dominus, qui è clericorum numero episcopatum administrat. *c. volumus. & c. Diaconum. & c. seq.* 89. *distinct.* seu qui res Episcopi curat, qui res Canonicorum œconomus dicitur. *c. consulere. extr. de Simon.* Et in hoc differunt à Rege Romano, qui suo proprio nomine

D quoq; administrat, *supr. th. 3. lit. b.* d) Et in hoc quoq; differunt ab aliis Imperii perpetuis & specialibus Vicariis, *de quibus th. seq.* 9. e) Prudens consilium, nè si uni concreditum fuisset totum Imperium, is restituere nollet, & fortè favorem statuum nactus esset, imperio periculum crearetur.

9. Longè igitur differunt alii Imperii Vicarii ab his, sive vocentur Generales *a*) perpetui *b)* sive speciales *c*) vel temporanei. *d)* Quicunq; enim illi sint, horum nostrorum Vicariorum Jurisdictioni subsunt. *e*)

A *a*) ut narrantur Domini de la Scala Sacri Imperii Vicarii Veronæ & Vincentiæ in diplomate Sigismundi Imperatoris *de offic. Vicarii General. tom.* 1. *Constit. Imperial. Goldasti.* Et Delphinus in Regno Arelatensi, *de quo lit. E. plura.* Et qui ita in jure Canonico vocantur *gloss. in clement. de Eccles. de offic. Vicarii.* Non quidem attendimus illum Carolum Andegavensem, quem Pontifex Urbanus IV. Regem creare. & imperii Vicarium per Italiam Generalem constituere ni-

B sus est, id enim tyrannicum fuit. *b)* Ideò ita dicti, vel quia eorum familiæ hic titulus, & ipsi jus annexum cohæreat, & sic hæreditarius sit factus, ut de Duce Mediolani refert *Sigon. lib.* 20. *de Regn. Italiæ.* quod ipsi tale privilegium ab Adolpho Imperatore *Anno* 1280. datum, & à Carolo IV. confirmatum scribit *Cuspin. in Carol. IV. Petr. de petr. de jure quæs. non tollend. c. 3. q. 4. n. 37. Buxtorff. d. loc. th. 53.* Mantuæ *Roll. à Vall. de jur. dot. q. 3. n. 3.* Sabaudiæ. *Bodin. de Rep. c. 8. n. 127. Martha de jurisd. p. 1. t. 53. n. 71.* Montisferati. *Scip. Gent. de Jurisd. lib. 2. c. 9.* Mutinæ. *Pacian. Cons. 60 n. 20.* vel ideò perpetui dicti, quod sine temporis præfi-

C nitione constituti fuerint. *c*) Ita Hugo Marchio Brandenburgensis per Thusciam constitutus Imperii Vicarius *anno* 997. *Goldast. tom.* 1. *Constit. Imp.* Princeps Belgarum Austriacus est perpetuus per Frisiam

ſiam Vicarius. Ita prædicti *lit.b.* ſunt ſpeciales. An autem his Status Imperii noſtri accenſeri debeant, quaſi ſint Imperii Vicarii perpetui in territoriis ſuis? Affirmat poſt alios *Meubſner. deciſ. Cam. tom.2. lib.1. deciſ.8. n.21.* Negat *Andr. Knichen de ſubl. territor. jure c.1. n. 66.* Et ſanè verior hæc opinio eſt. Quis enim neſcit principes & ſtatus Imperii territoria ſua patrimoniali, non vicario jure adminiſtrare, & ita adminiſtrationes vicarias in ſtatum Autocraticum mutatas eſſe, ſibi adminiſtrant, ſuos proventus faciunt, non Imperatori reſtituunt. *d)* De quo *tit. C. de offic. ejus qui vicem alter. Abb. in c. Perpetuis. extra. de fide Inſtrum.* Et ita in Romano Imperio & olim & ſemper tales Vicarii fuerunt. Et maximè in Ferdinand. I. *Receſſ. Spir. pr. de anno* 1526. ubi unà cum Marchione Badenſi, Epiſcopo Tridentino, & Marchione Brandeburgico Gewalthabende Statthalter dicti. *In Receſſ. Esling.* 1526. *eod.* Philips Marchio Badenſis. *Anno* 1527. Wolf Graf zu Monfort/ Statthalters Amptsverwalter. *Item Receſſ anno* 1529. ubi Vicarii quoque interfuerunt. In genere diſputant, num Imperio conducat tot Vicarios perpetuos conſtituere? Et in negativam penè itum eſt. Quam gravi cenſura confirmat *Paſchal oper. Coron. lib.9. c.20.* cui convenit, quod Ferdinandum I. Carolo V. Fratri pro filio Philippo intercedenti, ut is per Belgium & Italiam perpetuus fieret Vicarius, reſpondiſſe refert *Thuan. in fin lib.16.* Tantùm de Cæſareâ Majeſtate & dignitate recedere, quantum ex eâ alteri conceſſiſſet. *e)* Tempore ſcil. Interregni. Nam potius ſubſtituti ſunt noſtris Vicariis, ob id ordinati, ut eſſent qui tam latè extenſi Generalis vicariatus onera allevarent. Et ſicuti omnes illi antiquitùs dicebantur Vicarii, non quod vices Imperatoris gererent, ſed quia Præfecto Prætorio erant ſubſtituti *l.1. §. à Præfectis. ff. de leg. a.3. l.1. C. de offic. Vicar. dict. l. quamvis* 11. *C. de jur. & fact. ignor.* ita lapſu temporis, quo Comes Palatii vel Palatinus in aulâ Cæſarea dignitatem Præfecti Prætorio & Univerſalem totius Imperii Vicariatum obtinuit, particulares Imperii Vicarii iſti ut Generali ſubordinati ſunt. Et quia ſolus Elector Saxoniæ in hoc honoris faſtigio ſpeciali Privilegio Electori Palatino æquiparatus eſt, ſequitur, quod reliqui eo jure uti nequeant. Accedit, quòd Particulares illi Vicarii ipſi Imperatori ſubſint, ergo & vacante Imperio illis ſubſunt, qui vice Imperatoris

Gg 3 ſunt.

sunt. Hinc facilè est judicare de crasso errore, (ita molliter loqui amo) Cassani Gallici Consiliarii *in la Recherche des droicts lib.2.p.18. L'Empereur Charle IV. honora Charle VI. Dauphin du Viennois de la dignité de Vicaire general & perpetuel de l'empire l'ann 1378. le 13. Ianuier. Il lui donna le benefice de aage, avec la puissance de vie & de mort sur tous les subjects de l'empire.* id est: Imperator Carolus IV. honoravit Carolum VI. Delphinum dignitate Generalis & perpetui Vicariatus Imperii, eiq; veniam ætatis, & vitæ ac necis potestatem in universos imperii subditos concessit. O Cassane quid dicis? an ita adulari didicisti, ut tibi fingere liceat, quæ nec Carolo Imperatori dare, nec Carolo Regi accipere mens fuit. En tibi opponimus *Bodinum* nimium in Gallorum partes propendentem *lib.1.c.9. ubi dicit*, se privilegii istius copiam habere, & talem esse refert: Quod Carolus Delphinus perpetuus imperii Vicarius renunciatus, ipsiq; vitæ ac necis potestas in subditos imperii concessa est, quousq; se extendit Regnum Arelatense, exceptâ Sabaudiâ. *Goldast. tom. 1. Constit. Imp. pag. 395. habet*, quod Carolus IV. in Regis gratiam primogenitum Carolum constituerit Vicarium Imperii Generalem Regni Arelatensis, voluitq; hoc extendi usq; ad tempus vitæ. Eundem similiter fecit Locumtenentem suum in Delphinatu. Fingis igitur Cassane, quod Delphinus sit IMPERII Vicarius Generalis & perpetuus constitutus. Inclusa enim hæc dignitas à Bodino & Goldasto dicitur Regno Arelatensi, exceptâ Sabaudiâ. Affingis quoq;, quod Delphinus in universos IMPERII Cives vitæ & necis fuerit tributa. Falsa hæc sunt, nec facta, nec fieri potuerunt. Palatino & Saxoni longo tempore ante Carolum IV. tale jus universale competiit. *Aur. Bull. cap. 5.* Quomodo ergò ipsis invitis hoc auferri potuit. *l. id quod nostrum. 11. ff. de R. I.* Sic Carolus V. Fratrem Ferdinandum Vicarium imperii constituere volens, datis reversalibus cum consensu nostrorum Vicariorum facere debuit. *Goldast. tom. 2. p. 242.* Comiti Palatino in Regno Arelatensi Vicariatum competere in individuo probat *Freher. experientissimus Politicus, lib. 1. de Orig. Palat. c. 15. n. 54.* Putasnè ergò Cassane, Vicarios nostros id Delphino extero, quod Ferdinando Austriaco Imperii Principi denegarunt, concessuros fuisse. Delphino dignitatem hanc concessam fuisse, non adeò negabimus, sed specialem illam fuisse, &

Impe-

Imperii Vicariatui generali subordinatam dicimus. Est Vicarius Imperii. Ergò sub Imperio, *Boss. tit. de prior. princip. n.* 91. & ei ac ejus administratoribus parere debet. Et Cassane, annon beneficia hæc quæ memoras Delphino à Carolo IV. autoritate Cæsareâ collata, probant, Delphinum & totum Regnum Arelatense ad imperium spectare? Tanta est vis veritatis, ut si quis eam premere velit, magis magisq; excitet. Error sanè Regio Consiliario planè indignus.

Origo administrationis interregni nostri antiquissima est. *a*) Nec jus hoc per A. B. Comiti Palatino datum, *b*) sed an idem Saxoni in eâ primum collatum, vel tantùm confirmatum fuit, *c*) dubitatur. 10.

a) Nam *supr. th.* 7. de administratione Interregni, quæ fuit post Romulum dictum est, & dictante ratione Politicâ omnes gentes, quæ Electionem successioni Regum prætulerunt administratores suos peculiares habuerunt. Successorium enim per tutores pupilli regitur. *Besol. de regiâ success. dissert.* 4. *th.* 1. *lib.* 3. *b*) Huic enim competit als dem Obristen Richter deß Reichs vnd Hauß-Major/quod vocabulum mansisse in Anglia & Gallia vult *author part. litig. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 16. Fuit enim Præfectura Palatii seu Majoratus domus sub regno Francorum amplissima, ita ut Reges ipsi solum nomen & majestatem, Major domus verò administrationem haberet. *Hotomann. in Francogall. c.* 12. Certum tempus vix inveniri potest, quo hujus Vicariatus inceperit. Sub Henrico Aucupe vicarium fuisse Conradum Palatinum Rheni, scribit *Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c.* 34. Verùm hoc de nostrorum Vicariorum genere dici nequit, quia fuisset vivo Imperatore Vicarius. *Kirchen. de jur. Saxon. non prov. c.* 1. *n.* 121. putat Comitem Palatinum Rheni ante Ottonem III. & Electores institutos in imperio fuisse. *Buxtorff. dict. thes.* 56. putat vetustius exemplū non haberi, quam post Rudolphum I. de quo *Aventin. lib.* 7. *Annal. Bojor.* ubi Solet in Germania, quam diu orbata capite, præfectus Prętorio Rheni, Duxq; Bojorum Interrex esse, atque Imperii munia obire. E quo patet è verbo SOLET, quod consuetudinem significat *l. palam.* 43. *ff. de ritu nuptiarum*, quod ante hæc tempora fuerit. Et quamvis illo tempore hoc jus Comes Palatinus sine controversia non

non habuit, id tamen jus ejus in dubium vocatum vix probat. Quis nim Principum potentissimorum non invidisset Comiti Palatino hoc jus? Unde in *Aur. Bull. Caroli IV. tit.* 5. Et ante hanc per Ludovicum Bavarum Comiti Palatino hoc jus confirmatum est. *Buxtorff. dict. thes.* 56. An verò hic Vicariatus ad hos Principes pertineat respectu Electoratus Rheni, vel Ducatus Bavariæ, inter se disceptant *Marq. Freherus rerum Imperii experientissimus*, & *Gevvoldus Consiliarius Bavaricus*. Item *Anonymus in Germanicis discursib.* deß H. Röm. Reichs Vicariat betreffendt. Pro Comite Palatino agit *Freher. libr. 2. ad Petr. de Andlo. Buxtorff. dict. concl.* 55. *lit. c.* ob rationem suprà positam, & A. B. ac confirmationem Maximil. I. & Caroli, quæ exhibet *Goldast. tom.* 1. Reichssatzung. *p.* 242. Accedit testimonium Ludovici, qui Bavarus fuit. *Cuspian. in Conrad. Naucler. gen.* 1. denique facit authoritas Historicorum *à Buxtorff. allegat.* c) *Buxtorff. concl.* 56. *in fin. Arum. disc. ad Aur. Bull. tit.* 5. Ipsi noviter à Carolo IV. concessum fuisse *argum. dict. c.* 5. *ibi*: SE FRUI VELLE. Deinde quia apud nullum Historicum quid de eo ante Carol. IV. inveniatur, vel Constitutio Ludovici Bavari mentionem ejus faciat. Econtra *Freher. dict. loc.* putat: Et Saxonem quamdiu Palatinatus, tamdiu quoque hoc Vicariatus honore potitum fuisse. *Arum.* rationem illam Freheri, quod Vicariatus ex officio Majoratus domus proveniret impugnat, idq; authoritate *Gunther. in Ligur.*

C

Francorum Proceres, quos inclyta robora Regni
Et validas nunquam pudeat dixisse columnas
In manibus &c.

Quasi non ad unum Palatinum, sed & reliquos regni cura pertinuerit. Verum addere debuit *Arum.* reliqua, è quibus patet, quod Guntherus respexerit Electionem non Vicariatum:

Regibus ast aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumq; patris novus accipit hæres;
Nos quibus est melior libertas jure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

Dixi-

Diximus duos hos *a)* esse provisores vacantis imperii. *b)* Quid autem si Imperator absens est? *c)* II.

a) Præ cæteris meritò, non quidem, ut *Arum. ad dict. cap. 5. A. Bull.* putat, quia sunt proximi ab Imperatore, sed quia, ut *Freherus* ait, sunt Majores Domus, & quia singulares Juris Teutonici sunt custodes. Ecclesiasticis, ut qui ab officiis secularibus abstinere debent, talis cura committenda non fuit. *b)* propriè vacare dicitur, quando orbatum est capite, id est, nec Rex, nec Imperator adest. *c)* Diversæ sunt opiniones. 1. Affirmans. *Buxtorff. concl. 54. & alii à Limn. lib. 3. c. 12. n. 35. allegati.* 1. quia mors & absentia comparantur. *c. præsentia. extra. de testibus.* 2. quia per absentiam sedes quasi vacare dicitur *arg. c. 2. §. Sed neq; extra. de translat. Episcop.* 3. Confirmat privilegiũ Palatino datum, ad quod A. B. expresse se conformat, in quo cautum est, wann das Römische Reich vacirет, oder ein Römischer Keyser oder König vber das Gebirg gezogen ist. *Goldast. tom. 1. constit.* Relatum inest referenti cum omnibus suis qualitatibus. *l. ait. § 1. ff. de re judic. l. testamento. ff. de condit. & demonstr.* 4. Quia hi habent ordinariam & perpetuam Jurisdictionem, quando Imperator non administrat, à lege: in eâ ergò impediri non debent. 5. accedit observantia per *Freher. & Limn. dict. loc.* allegata. Deniq; facit *Capitulatio Imperat. Ferdinand. II. & III. artic. 38.* ubi Vicariatum plubus casibus locum habere dicitur. Alii negant ut *Nicolaus Rücker consil. 14. n. 13. inter Consil. Claud. cantiunc.* 1. quia A. B. tantùm loquitur de casu vacantis Imperii. Ergò reliqui casus sunt exclusi. *l. 12. ff. de Iudic. l. maritus. C. de procur.* 2. quia non fit transitus in illis, quæ specialiter à lege veniunt. *l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisd.* 3. facit diversitas rationis ut diversum jus constituatur; quando Imperator moritur, tota potestas ad populum redit, non verò quando absens est, tunc enim per alium administrat & timebitur juxta *Gunth. in Ligur. lib. 5.* A B C

Scilicet hanc in se Majestas Regia justi
Vim terroris habet, procul an prope, præsto vel absens
Semper terribilis, semper metuenda, suóq;
Plena vigore manet, nulliq; impune premenda

Creditur, & semper cunctis & ubiq; timetur.

4. Producunt exempla, quarum magna vis in jure publico est. *Disput.* 1. *thes.* 12. Inter alia apud *Buxtorff. dict. loc.* refertur, quod Henricus VII. Johannem filium Regem Bohemiæ, Sigismundus Cunradum Episcopum Moguntinum, Carolus V. fratrem Ferdinandum I. constituissent Vicarios. 5. Ex verbis *Aur. Bull. c.* 5. *ibi*: sunt provisores IMPERII. Ergò non Imperatoris. 2. reddunt Imperium ad manus FUTURI Regis. 3. juramenta fidelitatis nomine Imperii recipiunt. Tertia opinio est *Arumæi dict. loc.* qui distinguit, an Imperator absfuturus alium constituerit, vel non. Sed hæc planè sustineri non potest, quia nemini jus auferre potest Imperator. *l.* 11. *ff. de Reg. Iur. l.* 13. §. 1. *ff. commun. prædior.* Et quod Carolus V. non aliter quàm cum consensu nostrorum Vicariorum id facere potuit suprà dictum est. Nec Arumæum juvant præjudicia, vel regula, quod provisio hominis tollat provisionem legis. *l.* 11. §. 1. *ff. de testam. tutel.* In Palatini personâ absentiam Imperatoris æquiparari morti putat *Limnæus dict. loc. n.* 40. sed non idem esse in Saxone. Verum cùm idem jus utriq; hodiè competat *Aur. Bull. tit.* 5. *ibi*: & *eodem jure provisionis illustrem Ducem Saxoniæ S. Imperii Marschallum frui volumus sub omnibus modis & conditionibus, sicut prius est expressum.* Videmus igitur quod Saxonis Vicariatus nullo modo differat à Palatini. Et nisi in casu absentiæ idē Saxoni competeret quod Palatino, quare Carolus V. Ferdinandum constituens administratorem æquè Saxoni cavere debuit & cavit. *Goldast. tom.* 1. *p.* 242.

12. Diximus & Imperatoris vicem eos sustinere. *a*) Unde regulariter *b*) omnia quæ Imperator potest illi possunt. *c*)

A *a*) nomine Imperii administrant. Cum n. hoc casu, mortis sc. majestas realis, *de quâ in disp.* 3. dictū est, administrationē recipiat, illam per hos duos Vicarios exercere voluit; Et ita in dubio tale imperiū concedere, quale habet Imperator nisi inveniatur limitatum. *arg. l.* 1. & 2. *C. de offic. ejus. qui vic. alt. c. si Episcopus.* 2. *q.* 6 *l.* 1 § *à præfectis ff. de legat.* 3. prout in ipsius quoque Imperatoris persona limitatum est per Capitulationem imperium. Deinde quia lex imperii quædam specialiter prohibuit, & Imperatori futuro reservavit. Exceptio E. firmat

regulam

regulam in casibus non exceptis. *l. quæsitum. §. idem respondet. ff. de instrum. legat. dict. l. 12. ff. de judic.* 3. Censetur habere mandatum cum libera *arg. l. præses, ibiq; Dd. C. de transaction. l. 1. ff. de procur. Cæsar.* qui eadem facere potest, ac ipse Dominus. *l. 60. §. 4. ff. mandat.* 4. quia hoc in omnium Regum & Principum Vicariis observatur. *Buxtorff. concl.* 71. 5. cum nulla reservatio & exceptio sine regula esse possit. *arg. l. 1. ff. de Reg. Iur* In *dict. c. 5. Aur. Bull.* autem inveniantur exceptiones & reservationes, sequitur quod eo ipso regula præmissa censeatur. 6. Et hinc lex, si reliqua concedere noluisset, æquè determinare concessa debuisset. *Andr. de Isern. ad c. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Frideric. n. 13.* 7. in specie tradunt Dd. Vicarios Regum omnia posse, quæ Reges ipsi, nisi specialiter quædam sint excepta. *Rosentb. c. 10. de feud. concl. 39.* 8. ita in specie statuit *Schrader. Martha Neapolit. Matth. Stephani, aliiq;.* Et generaliter plurimi legendo, consulendo & decidendo voluut, allegati à *Buxtorff. dict. concl.* 71. in qua etiam dissentientes refert, propterea: 1. Quod Vicarii potestas instar mandatarii ultrà fines præscriptos extendi non debeat. *l. diligenter. ff. mandati. c. cum olim. 32. de offic. deleg.* 2. quod quædam specialiter conceduntur. Ergò reliqua exclusa erunt. *dict. l. 12. ff. de judic.* 3. Quod nulla clausula generalis sit apposita. Et ita noviter sentit *Limn. dict. c. 12. n. 81 usq; ad fin.* eam ob causam, quia hæc commissio & vicariatus non generalis, sed specialis sit, quæ stricti juris, nec ad alia, quam verbis expressa extendenda *dict. l. 5. ff. mandati.* Verùm (pace ipsius dixerim) committitur ita petitio principii. Nam argumenta contraria eò nituntur, ut probent Vicariatum esse generalem, quod enixiùs evincit *privilegium Caroli IV. anno 1575. desuper datum, ibi:* daß sie gemeine (Generales) Vicarien deß Reichs gewesen seyn/vnd noch seyn sollen. Deinde Vicarius à lege constitutus locum absentis & impediti sustinens differt ab illo, qui à Principe constituitur; ille majorem quam hic habet Jurisdictionem. *Thom. Michael. dict. conclus.* 29. *b*) omnis regula habet suas exceptiones *l. omnis definitio, ibiq; Dd. ff. de Reg. Iur.* ita & regula præmissa suas patitur, quæ veniunt vel ex naturâ negotii, vel verborum expressione. Natura negotii excludit ea, quæ quis verisimiliter non est concessurus. *l. 6. ff. de pignor. & hypoth. l. 7. ff. de donat. c. fin. de offic. Vicarii. in 6.* Et sic secundo B

quæ requirunt ſpeciale mandatum *c. qui ad agend. de procur. in 6. l. 25. §. 1. ff. de minor. c. 2. de offic. Vicar. in 6.* Ut beneficia Eccleſiaſtica conferre *dict. c. fin. de offic. Vicarii*; Vel, quæ in ſignum ſuperminentiæ Imperatori ſunt reſervata, *arg. c. niſi ſpecialis. 3. & c. quod translatione de offic. leg. Boſſ. tract. de princip. n. 92.* Puto autem bene conſiderandum eſſe quod hi vicarii noſtri non Imperatoris ſint vicarii, ſed imperii, id eſt poteſtatem habeant ab imperio & in loco Imperatoris collocati ſint, & ita majorem videantur habere autoritatem, quàm illi, qui ab Imperatore ſunt conſtituti. *Thom. Michael dict. loc.* De hoc enim rectè aſſerit *Dantes Aligher. de Monarch. lib. 3.* quod nullus princeps poſſit ſibi ſubſtituere vicarium in omnibus æquivalentem, & hoc ordini naturæ repugnare ait. Deinde notandum eſt, quod jus hoc ex maximâ ſui parte per obſervantiam declaretur. Hinc ad quæſtiones illas, num Vicarii habeant Majeſtatem, & plenitudine poteſtatis uti poſſint: item, an manus ſuas ad reſervata Principis admovere valeant? facilè è prædictis reſponderi poſſe videtur. Ad illam, quod non. *Dieterus de ſumm. Imp. poteſtat. concl. 18. & ſeqq. Vido Alexandr. Raudenſ. de analog. c. 28. n. 11. & ſeqq. lib. 1.* Cum illa nulla ſit niſi perpetua. Vicarii autem ad manus futuri Regis omnia reſtituere debent *A. B. c. 5.* deinde nulla eſt, quæ proprio nomine non exercetur. Vicarii omnia nomine Imperii faciunt *dict. c. 5.* De poſteriore, ut & de priore, variæ ſunt Dd. opiniones. *Buxtorff. concl. 72. & 74.* Et negat latè *Limn. dict. c. 12. n. 81.* Quia reſervata nunquam in generali conceſſione veniunt, ſed ſpecialem requirunt expreſſionem. *c. cum in generali. de offic. Vicar. in 6.* Verum affirmativa validior eſſe videtur, ſaltem de conſuetudine *Thom. Michael. dict concl. 29. lit. e. Buxtorff. dict. concl. 72.* quæ conſuetudo jus facit *l. ſi de interpret. ff. de ll.* Ita enim ultimo vicariatu *anno* 1619. Comes Palatinus Doctorem D. W. Equeſtri dignitate ornavit. Et Civi F. inducias moratorias vulgò quinquennel conceſſit, quod de reſervatis principis eſt. Policey Ordnung *de an.* 1548. *tit.* von verderbenen Kauffleuten. §. vnd nachdem. Adde *Nobiliſſ. & Ampliſſ. Dn. Præſidem, meum Præceptorem & Fautorem ſuſpiciendum in Diſp. de vicariis Imp. concl. 12. lit. b.* ubi omnia latiùs & rectiùs pro more ſuo exequitur, Firmatur tamen aſſertio hæc & hoc juris fundamento, quod duo tantùm *in cap. 5. A. B.* habeantur caſus excepti de reſervatis

princi-

principis, quæ formavit regulam in contrarium *l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de instrum. legat.* quod nempè reliqua reservata Principis vicariis sint permissa. Omnis enim exceptio debet esse de Regulâ *l. 1. ff. de R. I.* maximè cum taxativè loquatur, DUNTAXAT EXCIPIMUS, unde reliqua permisisse censentur. Hinc etiam quæstio de gratiosis resolvitur, quam *Buxtorff. rectè* 73. sub distinctione decidit, an alienationem inducant, vel non? priori casu esse illicitum, posteriori permissum, ut spurios legitimare, tabelliones creare, nobilitare, &c.

Universum Imperium gubernant, *a*) pro diviso tamen: ita ut Comes Palatinus in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico. *b*) Elector verò Saxonicus, ubi jus Saxonicum servatur, *c*) jus dicat. 13.

a) Ita *Dieter. de summ. Imp. potest. concl.* 21. *Thom. Michael de jurisdict. dict. concl.* 29. *Freher. de orig. Palatin. libr. 1. c.* 15. *Besold. de regiâ success. lib. 3. dissert. 4. th. 5. Buxtorff. concl.* 58. *ad Aur. Bull.* ubi has profert rationes. 1. ex constituentium verosimili intentione, qui toti imperio providere voluerunt. 2. è privilegio Comitum Palatinorum, quo dicitur Vicariatus imperii generalis. *Goldast. tom.* 1. *p.* 241. Imperium autem non includitur Germaniâ. 3. ex antecedente & consequente observantiâ. 4. ab autoritate Doctorum. *Dissent. Limnæus dict. c. 12. n. 18. & seqq.* qui concedit quidem, quod totius Regni Teutonici, sed non imperii Romani sint Vicarii: Tùm quod Italia nec jure Saxonico, nec Suevico, nec Franconico sit usa: Tùm quod Germanica lectio A. B. habeat im Land am Rhein/ Schwaben/ vnd Francken. Sic ergò ultra assignatos terminos Vicarii officia sua exercere non possunt. *c. cum nobis. de offic. vicar. l. fin. ff. de jurisdict.* Tùm quod regno Lombardico, & sic maximæ Italiæ parti speciales præfecti sint Vicarii, qui non subjacent hisce vicariis nostris. Tùm quod fuerit in arbitrio Imperatoris, vel uni provinciæ vel omnibus vicariis dare; exemplo Patrisfamiliâs tutores quibusdam tantùm filiis ordinantis. *l.* 16. *§. 1. l. 23. § . 1. ff. de testam. tut.* Sanè hæ rationes tanti esse videntur, ut à priore quis discedat. Nam quamvis lectio Germanica non authentica sed vitiosa sit, quodque sequeretur, si tam strictè verba A. B. essent A

sent

sent accipienda, quod nec Regnum Arelatense in eo comprehenderetur, quod tamen falsum esse ipse *Limnaeus dict. loc. n.* 14. fatetur: Sciendum tamen est, quod Regnum Arelatense, de quo *supr. th.* 4. dictum est, & ipsius Vicarius subsit Comiti Palatino, ut qui ex singulari Privilegio hoc habet. Et quod Germanica antiqua versio habeat, vnd im Fränckischen Gebiet / id est, districtu & jurisdictione. *Besold. thesaur. Practic. verbo* Gebiet. Et verbum jus sive Recht denotat
B Jurisdictionem. *l. pen. ff. de justit. & jure.* b) non tàm ubi Jus Franconicum in Imperio servatur, quàm quo districtus Franconiæ se extendit, ut jam dictum, quod jus districtum significet. Et ita de cæteris quoque Provinciis extra Franconiam sitis intelligit *Freher. de orig. Palatin. lib. 1. c. 15. Goldastus in præfat.* der Reichssatzung *enumerat* gantz Schwaben vnd Francken / darzu gehören / der Donawstrom biß an die Vngarische Gräntzen / mit Tyroll / Bayern / Karnten / Osterreich / der Rheinstrom / von seinem Vrsprung vnd Anstoß der Lombardischen Gräntzen / hinab biß an das Brittannische Meer mit den Bünden / Schweitzerland / Wallis / Saphoy / Burgund / der gantze Teutsche Rhein mit allen Chur: vnd Fürstenthumben / Stätte vnd Herr-
C schafften sambt allen Niederlanden. c) ut defensor juris Saxonici singularis. *Et enumerat Goldastus dict. loc.* Daß der Sächsischen Reichshoffpfaltz vnderworffen gewesen / vnd noch seind / si non facto, tamen jure, nicht allein die Sächsische Lande vnd Fürstenthumb Geist: vnd Weltliche / wie die erzehlt werden im Sachsenspiegel stracks im anfang der Vorrede / sondern auch alle Fürstenthumb / denen Sachsen Recht von Römischer Keyserl. May. sind gegeben / vnd zuhalten aufferlegt worden / als da sind / Pohlen / Böhmen / Mähren / Schlesien / Laußnitz / Schlaven / Wenden / Schleßwick / Holstein / Stormar vnd Dietmarschen / Pommern / Preussen / Liefflandt / Littaw / Moscaw vnd Samogithen / Margraff zu Brandenburg / Meissen / Düringen biß an das Franckenland / Oben vnd Nieder Sachsen / die Hertzogen zu Braunschweig vnd Lüneburg: vnd gantze beyde Oben vnd Niedersächische Kräyse / biß an die Wasser / darunter 28. Fürstenthumb begriffen / haben sich nach dem Sächsischen Rechten geachtet. *Limn dict. loc. n. 14. & seq. Buxtorff. è specul. Suevic. lib. 2. c. 43.* refert inter provincias Saxonico Vicariatui subjectas Hassiam. Verùm, quod

haec

hæc ad circulum Rhenanum pertineat, patet *ex Recess. de anno* 1522. Erklärung deß Landfriedens vnd hernach folgendes zehen Craiß. & sanè jus Saxonicum unquam in eâ observatum fuisse, probari nequit. Sed hîc ulterius quæritur, de provinciis, in quibus olim jus Saxonicum viguit, hodiè abrogatum est? *Buxtorff. dict. loc.* putat, quod & hæc subjecta sint Vicariatui Saxonico, quia abrogatio juris alteri nocere non debet. *l. 5. §. fin. ff. de pact.* Deinde quia hæc loca magis demonstrationem quàm causam privilegii continent. *Arum. disc. ad A.B. 3. th.* 29. aliàs sanè exiguos ad terminos hic vicariatus redigeretur. An verò secundùm jus Saxonicum, vel commune in suprà memoratis provinciis omnibus pronunciari debeat, disceptant Dd? De Ducatu Brunsvicensi, Lüneburgensi, Pomeraniæ & Mechelburgico, Episcopatu Bremensi, vide allegatos apud *Limnæum dict. loc. n.* 27. *& seq.* ubi è jure communi, nisi aliud probetur, respondendum esse putat, & rectè. *Consil. Marpurg. 22. vol. 3. n.* 186.

Porrò muniti ordinariâ Jurisdictione *a)* ex A. B. specialem exercendi judicia Imperialia potestatem habent *b)* etiam Cameræ Spirensis *c)* & quidem communi nomine *d)* in omnib. causis, quæ inibi exerceri solent. *e)* 14.

A *a) Thom. Michaël. dict. concl. 29. Arum. & Buxtorff. ad A.B. cap. 5. Florentin à Venningen Consil.* 24. *n.* 23. quia à lege habent, qualis ordinaria dicitur. *l. 6. ff. de jurisd.* Nec obstat quasi sint Vicarii Imperatoris, & ita alieno nomine administrêt, qui mandatam habere dicuntur jurisdictionem. *l. 1. §. à præfectis. ff. de legat. 3.* Nam ambiguè dicitur quis locum vel vicem alterius tenere: Vicarii enim nostri loco quidem Imperatoris sunt & admistrant, sed ab ipso non constituuntur. *b)* B In aulâ Cæsarea, de quâ nullum dubium, quemadmodum E. Imperator in quibusdam causis in prima instantia omisso judicio Spirensi adiri potest. *Heig. lib. 1. q. 9.* de quâ concurrentia *infrà suo loco* videbimus, ita & Vicarii rectà, spretâ Camerâ, adiri possunt; prout exempla ubertim testantur. Judicium enim hoc aulicum etiam imperii est, & Consiliarii Archiepiscopo Moguntino, ut Imperii Cancellario juramento obstringuntur *Thom. Michaël de jurisd. th.* 28. Sunt etiam casus, de quibus solus Imperator judicat, ut criminales inter Imperii immediatos, qui etiam ad vicarios pertinent. *De quibus infrà suo*

suo loco quoq; dicetur. Vicario enim merum quoque competit imperi-
C um. *Buxtorff. concl. 62. in fin.* c) Ita *Buxtorff. th. 59. lit. b.* quia potestas indefinitè concessa est, quæ æquipollet universali *arg. l. si pluribus. 44. de legat. 2.* 2. quia hoc judicium non invenitur exceptum. Ergò comprehenditur. *l. 4. §. 1. ff. de hæred. instituend.* 3. quia Vicarius in omnibus succedit imperatori regulariter, *ut suprà dictum.* 4. Observantia id sufficienter probat. Nam nos ipsi post mortem Rudolphi II. & Matthiæ ita observatum fuisse vidimus. Ratio dubitandi poterat esse, quod Spira sit in tractu Rheni. Verùm huic occurrit *Limnæus dict. c. 12. n. 54.* licet hoc judicium jam in tractu Rheni habeatur, illud tamen esse universi imperii, & sedem collocare posse alibi cum consensu statuum, aliàs absurdum hoc sequi, quod Comes Palatinus hoc intuitu totius imperii fieret Vicarius. Nihil quoq; refert, è
D qua regione causæ ad Cameram pervenerint. *d)* Et sigillo communi, ut experientia testatur. *Buxtorff. concl. 60. in fin.* nec opus habet Camera, ut resuscitetur à vicariis, quia ipsius Jurisdictio per mor-
E tem Imperatoris non exspirat. *Gail. 1. observ. 14. de quo infrà suo loco.* e) sive per primam instantiam, sive per modum appellationis eo pervenerint, sive sint civiles, sive feudales. *Rosent. de feud. c. 12. concl. 5. n. 2. Ant. Gothof. disp. feud. 14. th. 1 lit. b.* Excipimus tamen cognitionē de feudis Regalem dignitatem habentibus. *Buxtorff. concl. 62. lit. c. per text. in A. B. c. 5. Rec. de an. 1521. §.* vnd behalten vns. *Ord. Cam. p. 2. t. 7. Diss. Lim. d. c. 12. n. 57. & plur. seqq.* Tum quod hic casus nō sit exceptus, tùm quòd malè à concessione feudi ad ejus cognitionē argumētetur. Et ita putat vicarios hos æquè de his majorib. ac aliis feudis judicare posse. Cui cōvenit q; *Buxtorff. d. concl. 62. lit. d.* latiùs deducit. Verùm ipso fatēte omnes illæ dubitandi rationes *per d. Rec. de an. 1521. §.* ob auch sachen vorfielen/concidūt. Nos de illâ quæstione *suo loco pleniùs* tractabimus.

15. Iudicant a. sine omni provocationis remedio *a)* ubi a. ipsi durante vicariatu conveniri debeant? quæritur. *b)*

A *a)* Si ut vicarii judicant, tunc enim eorundem cum Imperatore idem tribunal esse censetur *arg. c. non putamus. de consuet. in 6.* Unde nullâ consuetudine introduci potest, ut ab uno ad alium appelletur *c. cum Roman. de appellat. in 6. Roland. à valle. Consil. 75 vol. 3. n. 17.* Sic ergò ad Imperatorem appellare nequeunt, & id eo minus, quia Imperator omnia acta gestaq; à vicariis ratificare tenetur, ut è capitula-

latione patet. Et quia omnis appellatio fit gradatim. *l. præcipimus.* 32. *C. de appellat. l. Imperatores* 21. *ff. eod.* Sic nec ad imperium fieri potest appellatio, quia hi sunt vicarii Imperii. Ergò *l. 1. & 2. de eo qui vicem alter.* nec ad Cameram, quia hæc ipsorum nomine judicat. Idem igitur de appellatione à Vicariis facienda statuitur, quod de illa, quæ fit ab Imperatore *Buxtorff. th. 63. de quâ in disp. 3. th. 24.* dictum est. Hæc de Vicariis, ut de Vicariis: aliud enim si ut Principes judicant. *b*) B Si ut vicarii, tunc coram novo Imperatore, vel ordinibus conveniri debent. Si verò ut Electores, vel Principes, tunc vel coram Austregis, vel in Camera, vel in Curiali suo judicio. *Buxtorff. dict. th. 64.*

Porrò specialiter *a*) Vicariis potestas ad beneficia 16. Ecclesiastica præsentandi A. B. concedit, *b*) quocunq; jure id Imperatori competat, *c*) quæ præsentatio fit juxta constitutiones Imperii de pace Religionis. *d*)

a) Nam generali vicario sine expressione speciali talis potestas concessa non intelligitur, quia res est magni momenti, & diligentem examinationem requirit. A *c. ullum. de offic. vicar. in 6. ibiq; gloß. Couvar. tom. 2. variar. resolut. lib. 3. c. 20. n. 8 gloß. in cap. statutum. de præbendis in 6.* *b*) *Aur. Bull. c. 5.* Germanica versio habet, Gottes Gaben zu verleyhen / vel antiquior, Geistliche Gaben. B *c*) id est, jure quod vocant primariarũ precum, quo Imperatori jure Majestatis C *Th. Michaël de jurisd. concl. 13. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 9. n. 62.* non aliter ac Regi Hispaniæ. *c. cum largè. dist. 63.* Regi Galliæ, Ungariæ, Angliæ in suis regnis, *Buxtorff. th. 65.* (non ex concessione Pontificis, *ut Gail. 2. obs. 55. n. 7.* putat) in qualibet Germaniæ Ecclesia ad beneficia præsentandi aliquẽ competit, quęcunq; illa beneficia fuerint, *Buxtorff. d. concl. 65.* Deinde habet Imperator è jure Patronatus hanc præsentandi facultatem, quod competit vel ex constitutione & fundatione Ecclesiæ. *c. nobis. 25. extra. de jure patronat.* vel dotatione, vel ex donatione. *c. nemo. de consecrat. distinct. 1.* vel habet è præscriptione. *c. quondam. de election.* vel aliis modis. *Martha Neapolit. de Iurisdict. p. 2. c. 41. n. 7.* Præsentatio hæc, ut à laico, debet fieri intra quadrimestre, aliàs devolvitur, à die scilicet scientiæ. *c. unic. de jure patron. in 6. Petrus F. Mindan. de proceß. lib. 3. c. 19. n. 17.* *d*) ita ut præsentetur talis, qui sit ejusdem Religionis ejus D cui fit præsentatio, idq; constitutione Pacis Religionis & praxi &

observantiæ conformius est, ut *suo loco dicetur*. Dissent. *Schönborn. lib. 4. c. 6. Polit. per Recess. anni* 1555. §. damit auch.

17. Potestatem quoq; habent reditus & proventus recolligendi, *a*) quos non lucrantur *b*) sed impensis deductis Imperatori restituunt. *c*)

A *a*) *Aur. Bull. c.* 15. idq; indefinitè de omnibus, Imperatorique quovis modo debitis proventibus accipiendum est, prout *in Vicar. Ludovici Constit.* exprimitur. Hos non ita exiguos putamus, ut *Schneidevvin. Instit. de hæredit. quæ ab intestat. vers. de success. fisci* tradit. B *b*) Sunt enim tantum administratores, non Domini *l. qui negotiationem* 58. *ff. de administr. & per tut. l.* 46. §. 4. *ff. de procur.* Nec aliis donare possunt. *l. filius famil.* 7. *ff. de donat. l. credit.* 60. §. *Lucius. ff. mandati*. Subditorum tamen merita remunerari posse videntur. *arg. c. Abbate. de re judicat. in* 6. C *c*) *l.* 10. §. 9. *ff. mandati. l.* 59. §. 1. *ff. mandati.* idq; naturali lege conveniens est, nè officium ipsis sit damnosum. *l.* 7. *ff. testam. quem. aper. l.* 61. §. 5. *de furt. dict. constit. de Vicar. Ludovici Palatini, ibi: Et ad usus suos pro defensione S. Imperii & pro Imperio ipso, ac evidenti expensarum necessitate.*

18. De feudis Imperii quoque investiendi potestatem habent *a*) & juramenta fidelitatis nomine Imperii recipiendi, *b*) si casus petendæ investituræ contingit. *c*) Quæ tamen à Rege electo innovatur. *d*)

A *a*) *Aur. Bull. c.* 5. *Ordinat. Regim. de Anno* 1521. §. aber andere geringe Lehen. Fit enim investitura etiam per procuratorem. *c. unic. per quos* B *fiat. investit.* b) *Aur. Bull. dict. c.* 5. Quod Vasallus Domino ipsi, vel C procuratori præstat. *c. unic. qualit. jur. debeat vasall. & seqq.* c) quando nimirum vasallus vivo Imperatore fortè paucos ante menses mortuus est, & ita annus & dies durante interregno laberetur, aliàs enim tempus ipsi abbreviaretur, quod fieri non debet. Regiments-Ordnung *anno* 1521. §. und behalten uns vor. Cum vicariatus ultra D quinque menses durare non debeat. *Supr. à th.* 6. d) *Aur. Bull. dict. c.* 5.

19. Excipiuntur à tali administratione universali *a*) duo. primum est collatio feudorum principum, & aliarum regalem dignitatem habentium, *b*) vulgò Fahnlehen. *c*) Quod idem non ineptè de feudis Ecclesiasticis majoribus dicitur. *d*)

a) Nos

a) Nos enim regulam ita formare malumus: omnia quæ Im- A
perator potest, id quoque vicarii administrando possunt, nisi quid
specialiter inveniatur exceptum. Non negativè, vicario non licet
nisi id quod expresse concessum est. *b*) *Aur. Bull. cap.* 5. Regiments B
Ordnung *de anno* 1521. §. vnd behalten vns bevor. *Thom. Michaël de Ju-
risdict. concl.* 29. *Buxtorff. concl.* 68. *lit. a.* Ut autem feudum tale sit, duo
requiruntur conjunctim. Primum ut à Principe Romano seu supe-
riorem non agnoscente sit collatum; deinde ut omni dignitate Re-
gali annexa conferatur. *Reinking de regim. secul. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 16. *n.* 4. & 5.
sub nomine der Fürsten Fahnenlehen comprehenduntur feuda Co-
mitum & Baronum. *Reinking dict. loc. post Buxtorff. ad Aur. Bull. concl.* 68.
Besold. thesaur. Practic. verbo Fahnenlehen. Ergò & harum collatio si-
mul inclusive est excepta & reservata. *c*) Exinde sic dicta, quia C
cum vexillo conferri solita sint. *Ordin. Regim. anno* 1521. *dict.* §. vnd
behalten vns bevor die belehnung der Lehen/ die sie vnder den Fahnen
mit solenniteten pflegen zu empfahen / zu verleyhen. *Vult. de feud. lib.* 1.
c. 7. *n.* 29. Et hunc morem observatum fuisse in Investiturâ Mauritii
Electoris Saxoniæ testatur *Schleidan. lib.* 20. Morem autem illum in
desuetudinem abiisse testatur *Knichen de Saxon. non provoc. jure, verbo
Ducum. c.* 7. de qua consuetudine dubitat *Buxtorff. dict. concl.* 78. Sed
testatur *Vultejus dict. c.* 7. eumq; secutus *Reinking dict. loc. n.* 10. quod
hodiè Vasallus capulum ensis apprehendens extremum ejus conum
osculetur, & hoc observatum fuisse in investitura Maximiliani Du-
cis Bavariæ Electoratu Palatinatus *anno* 1623. Ratisbonæ facta te-
statur *Londorpius in actis publicis libr.* 6. *c.* 159. *d*) Hæc vulgò vocantur D
Scepterlehen/ quia cum Sceptro conferri solebant, qui mos adhuc
hodiè servatur *Buxtorff. concl.* 79. Hæc autem similiter excipi sua-
det textus *ibi: feudis Principum duntaxat, & illis quæ* Fahnenlehnen *vulga-
riter appellantur.* Copula autem ET diversa conjungit *gl. in rubr. de jur.
& fact. ignor.* Videatur *Buxtorff. dict. loc.* nec quem movere debent
verba Germanicæ versionis *Aur. Bull. c.* 5. *ibi:* außgenommen der Für-
sten Fahnenlehen. Nam versio illa authentica non est; & illa apud
Goldast. tom. 1. *habet:* außgenommen der Fürsten Lehen vnd Fahnlehen.

Excipitur deinde alienatio *a*) & consensus ad alie- 20.
nandum. *b*)

a) *Aur.*

A *a. Aur. Bull. dict. c. 5.* Et est aliàs Juris Communis, quod tutor alienare nequeat. *l. 1. & 2. ff. de rebus cor.* Etiam procuratur cum liberâ. *l. 1. §. 1. ff. de procur. Cæsar. l. Imperatores. ff. de pact.* Accedit, quod nec ipse Cæsar de Imperio quicquam alienare valeat, ut *Disput. 3. th. 7. lit. e.*
B dictum est, idq; jurato in Capitulatione promittit. *b)* Qui enim consentit alienationi, quasi alienare dicitur. *l. 9. in ædibus. §. quod si filiusfam. ff. de donat. l. qui desinit. ff. de solut.* & sic alienationem quoq; præcavere debet, quo pertinere putat *Buxtorff. concl. 70.* Verba Germanica, vnd hat auß Keyserlicher Güte zu verbieten alle eusserung vnd verpfendung der Güter/ so zum Reich gehören. Verùm hanc versionem ab authentico latino longè discedere patet, sicuti & ab illa Germanica, quam habet *Goldast. tom. 1. constitut. ibi:* doch soll derselbige Pfaltzgraff wissen / daß jhm offentlich verbotten ist alle verenderung vnd versetzung deß Reichsgut / die Zyt er Furmunder ist.

21. Finitur Vicariatus finitâ causâ, vel reditu Imperatoris, *a)* vel novi electione. *b)* Qui acta ratificare & confirmare tenetur. *c)*

A B *a)* *c. cessante. extra. de appellat.* *b)* ad manus n. hujus administrationem restituunt vicarii. *A. B. c. 5.* si modo electio justa fuerit, & electus imperium acceptârit, in eoq; fuerit; aliàs ob absentiam Electi vicarii potestatē retinent, ut factum est tempore Caroli V. qui mense Junio *anni* 1519. electus, sed in Germaniam *anno* 1520. sub tempo- Veris venit, & eousq; Vicariatus duravit. *Schleidan.* Coronatio non
C expectatur per *dict. disp. 2. th. 18.* *c)* *A. B. c. 5.* & quidem cum juramēto hoc in Capitulatione promittit, *articulo hodiè* 38. Annè indifferenter? Non, sed si talis est actus, qui à Vicario jure gestus est. In omni promissione tacita hæc conditio inest. *l. 50. ff. de oper. libert. l. 54. §. fin. ff. locati.* Actus contra jus gestus nullius est momenti, nec confirmari potest. *l. 5. C. de ll.* Sic si Vicarius ultrà suum districtum quid gessit, Imperator non confirmat, quia injustè fecit. *l. fin. ff. de jurisd. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de tutor. & curat. dat.* imò confirmare in præjudicium alterius non potest. *l. nec avus. 4. C. de emancipat. §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alieni jur.* Quâ formâ fiat confirmatio tradit *Goldast. in* Reichssatzung *fol.* 242.

FINIS DISPVT. V.

DISPUTATIO VI.

De POTESTATE PARTICULARI, inferiori & ſubordinata, quæ eſt in ſtatibus Imperii ejuſq; civibus imperantibus.

Reſpondente ANTONIO *Hoting Oldenburgenſi.*



HACTENUS de Imperantibus immediatè talibus & capitis rationem habentibus; Sequuntur jam imperantes, qui mediatè tales ſunt & membrorum *a*) rationem habent, inter quos primi *b)* ſunt Status *c*) Imperii. 1.

a) Juxta diviſionem Imperantium ejuſq; ex corpore humano declarationem, quæ eſt *in th.2. diſp.2.* Nimirum Imperator illud Imperantiũ in Imperio Rom. caput, cum intelligeret, ſuam unius mentem tantæ molis non eſſe capacem, ſed graviſſimos labores, quibus orbem terræ capeſſit, egere adminiculis, ſummâ prudentiâ & providentiâ ductus ex membris inferioribus, id eſt, ſubditis ſuis quoſdam in partem curarum & ſublevamen ſollicitudinis aſſumſit; quod exprimi videtur R. A. *de Anno* 1495. *ſub tit.* Handhabung deß Friedens / *ibi*: vnd getrewlich / gehorſamlich helffen / handhaben / ſchützen vnd ſchirmen. R. A. *de Anno* 1548. §. wo aber jemand *ibi*: wider den &c. R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. darauff. *Ampliſſ. Dn. Reink. de Reg. ſec. & Eccleſ. 1. cl. 5. c. 6. n. 87. addatur Capitulatio Ferdinand. III. art. 6. 9. 19. diſp. 3. th. 1. lit. C. th. 14. inf. h. diſp.* In hos tamen ipſos ſalvum retinuit Imperator ſuperioritatis jus, cujus reſpectu ipſi, ut ſunt, ita ſubjectiſſimos ſe Cæſareæ Majeſtatis der Römiſchen Keyſerl. Mayeſtät allerunterthenigſte gehorſambſte in literis & ſupplicationib. profiteri ſolent *Dn. Reink. d. c. n. 106. V. th. 7. lit. C.* A *b*) Eſſe n. & alios præter hos Imperantes patebit, tum ex hac ipſa diſp. inſequentibus, tum præcipuè B

 ex diſp.

C ex disp. 9. c) Vocabulum status pro rei subjectæ varietate varias in jure privato & publico recipit significationes, quas ex parte recenset *Limn. de jure Publ. lib. 1. c. 10. n. 1. & seqq.* quibus addi possunt *tit. ff. de stat. Hom. l. 5. §. 2. de Extraord. Cogn. disp. 1. th. 14. & 25.* quomodo hic accipiatur ostendit th. seq.

2. Status *a)* Imperii sunt immediati *b)* Imperii cives, qui Cæsaris & communi Procerum *c)* Imperii consensu in matriculam *d)* Imperii recepti sunt ea lege *e)* ut in Comitiis jus sessionis & suffragii habeant.

A *a)* Inde dicti, quod in illis ceu membris, id est, basibus & columnis ipsum Imperiū stet & subsistat *arg. A. B. t. 12. & fin. §.* wan aber. *Limn. d. c. n. 7. Ming. de superiorit. territor. concl. 2.* dicuntur a. status Imperii ad differentiā aliorum cujusq; provinciæ statuū, quos Landstände/ sicut status Imperii Reichsstände vocamus *Limn. d. c. n. 7.* Dicuntur etiam Proceres Imperii, Ephori speciales, Cæsari proxime & immediatè

B subjecti *Dn. Reink. 1. cl. 4. c. 1. n. 2.* *b)* hæc verba loco generis proximi meritò ponimus, quia multi sunt immediati Imperii, qui Status Imperii nō sunt. *Vide* R. A. zu Wormbs *de An.* 1564. §. und wollen wir als

C Römischer/ de quibus disp. 9. *c)* Ergo Imperator cæterorumq;, qui Status jamdum sunt, assensus & comprobatio sunt causa efficiens Imperii status *Limn. 1. c. 7. n. 79.* dubitari tamen hic non sine ratione queat de necessitate consensus (quem tamen Dn. Reink. quoque *d. c. num. 11.* ipseq; Geil. 1. *observat. 21. n. 2.* nec non Autor Decision. Cam. *verb. Status Imperii*, omnesq; quos mihi videre licuit statum describentes requirunt) eorum, qui jam status sunt; cum enim Imperator solus primos status fecerit, hodieq; statibus de novo factis solus de sessione in Comitiis, quæ potissima pars est juris statuum, prospiciat juxta §. nachdem auch. R. A. *Anno* 1570. solus quoq; Principes Imperii faciat regalesq; dignitates conferat; ipsius quoq; solius voluntas & autoritas in statu faciendo etiamnum sufficere videbatur: Sed satius est, ut ego in tam ardua re meum in actis publicis parum versati judicium suspendam, quam ut quicquam vel in Imperatoris vel statuum præjudicium statuam; quod a. Limnæus *d. loco* addit, agere hanc causam aut per se immediatè aut mediatè per alios, qui-

os, quibus hanc in rem vetustas concesserit privilegia, dubium habet, nec ab ipso probatur. *d*) originé vocis ejusq; varias significationes petere licet ex Dn. Reink. *d.c.1.n.6.& seqq.* Matricula autem Imperii nihil aliud est, quàm album seu Catalogus, in quo nomina civium immediatorum & statuum Imperii, & quantum quisquè ex illis imperio urgente necessitate pensitet, conscripta continentur *Dn. Reink.d.c.n.*10. cum qua descriptione coincidit ea, quam Limn.*d.c.n.* 66. dat, nisi quod hic suam ad solos status restringit; sed cum ipse *d.n.* matriculã Imperii præsentem circa materiam non solum ex nominibus statuum in eam relatis, sed etiam von den Anschlägen oder anlagen deß Reichs / describat, viderit ipse qua ratione *in fin. n.* 94. aliam faciat Imperii matriculam, quæ tantum Imperii status exprimat, aliam, qua die Anschläge deß Reichs / ratione etiam statuũ contributionibus obnoxiorum, notentur: Cæterum Matricula Imperii non facit quidem statum Imperii, sicut nec Academiæ Studiosum, nec militaris militem, sed factum arguit & probat *Limn.d.c.n.*67. *Reinking.d.c.n.*5 & quidem plenè, utpote publicum instrumentum, quod plenam secum trahit fidem *Limn.d.c.n.*68. qui tamen nec hîc sibi cõstare videtur *n.* 77. Cum verò variantes reperiantur Imperii matriculæ, anteriores & recentiores, indeq; sæpe dubitari contigerit, quænam valere & ad decisionem allegari debeat, sciendum est, pro ea, quæ Wormatiæ *Anno* 1521. elaborata est, pronunciatum & conclusum esse in Recess. Imp. *de Anno* 1576. §. wann auch zu Franckfurt *de Anno* 1582. §. wan auch zu Franckf. *de Anno* 1594. §. wan auch bey voriger. *Reink.d.c.n.*21. *& seqq. Limn.d.c.n.*84. Hanc Elector Moguntinus, tanquam Imperii Archicancellarius, cum cæteris ad Imperium pertinentibus in aula sua habet; à quo ejus editio peti solet *Reink.d.c.n.*12. *Limn.d.c.n.*85. *e*) non E. sufficit quem contineri in matricula, sed necesse est eum contineri cum hac qualitate & lege, ut sessionem & votum in Comitiis habeat daß er Stim̃ vnd Stand in Reichsversamblung habe R.A. *de An.*1548. §. wan auch ein außgezogener & Cæsari cum reliquis als ein Christlich corpus vnd versamblung, ut loquitur Maximil. I. *in fin. pr.* R.A. *de An.*1512. cõsilio & suffragiis adsit *Dn. Reink.d.c.n.*2. Si ergo aliquis de novo in statuum numerum sit cooptatus, licet nullam adhuc in Comitiis actu sessionem D E

confecutus sit, status tamē est, cui Imperator citra Imperii alteriusve præjudicium de loco oportuno prospicit R. A. *de Anno* 1570. *circa fin.* §. Nachdem auch: Atqui inquit Limn. *d.c.n.* 95. quomodo hic probabit se statum, nisi per solam matriculam & quomodo E. non sola matricula, quod nos tamen in præced. negare videmur, probet statum? Respondemus Limnæo, largiendo ipsi, quod sola matricula probet statum, sed illi demum, qui ea, quam supra ponimus, per scripturam expressa qualitate & lege in eam relatus est, non autem, quod ipse quidem vult, omni: nec porrò nos movent, quæ allegat statuum exempla votum & sessionem in Comitiis non habentia: Requirunt & in statu quidam contributionem, quæ obveniente necessitate immediate Imperio & Imperatori fiat, sed cum status Imperii non feudatariæ possessionis dignitas sed personæ celsitudo, non glebæ pretium, sed summi Principis præmium sit Victor *de Exempt. concl.* 28. certè cum Contributionibus, quæ onera sunt patrimonialia, nihil habet commune atq; unum sine altero bene potest subsistere; sicut etiam status dantur, qui, ut maximè amplissimas sub Imperio teneant possessiones, nihilominus tamen à Contributionibus existunt immunes; imò expressè Imperii recessib. comprobatur contra indictiones extare privilegia R. A. zu Augspurg *de Anno* 1548. §. wann auch ein außgezogener. Accedit quod & alii immediati, non status, imperio immediatè contribuere teneantur, ut adeò hoc certam status notam non suppeditet. *Vide omninò Dn. Reink. d.c.n.* 41. *& seqq. Limn. d.c. n.* 96. *& seqq.* Nec deniq; certam Imperii status notam suggerit, immediata bonorum ab Imperio recognitio & possessio; præterquam enim, quod multi hoc repectu immediati dantur, qui tamen status non sunt R. A. zu Wormbs *de Anno* 1564. §. vnd wollen wir als Römischer; exemplo Ducum Würtenbergicorum, qui licet Ducatum suum non immediatè ab Imperio, sed à domo Austriaca als ein Afterlehen recognoscunt, status Imperii tamen sunt, probatur, dari etiam status, qui non immediatè ab Imperio bona possideant *vide Limn. d.c. n.* 99. *Reinking. d.c.n.* 45. quod verò Limn. inde concludit, etiam in mediatos cadere dignitatem status, in eo insigniter, nisi ego fallor, ipse fallitur; neq; enim sola immediata ab Imperio bonorum possessio facit immediatum,
sed

sed & potest ipsa persona citra respectum bonorum immediatè esse imperio subjecta & sic immediatum facere R. A. *de Anno* 1548. §. wiewol auch in der ringerungs handlung. *Vide infr. th.* 10. *lit. A.* Imo in nostro casu Ducibus Würtenbergensibus omnino regalia Ducatus ab Imperatore per investituram conferuntur & ipse Ducatus manet Imperio immediatè subjectus *Reink.* 1. *cl.* 4 *c.* 17. *n.* 41. ut adeò nullum dubium supersit, quin ipsi Duces sint immediati: an verò iis hodie, quod quidam putant, feudalitas & mediata recognitio à domo Austriaca sit remissa, ipsi scient, quibus utriusque familiæ secreta patent.

Jus & dignitas status à primo acquirente transmittitur in successores *a)* sive jure electionis *b)* tales, sive jure hereditario, *c)* id est, heredes & sic in filios, omnesque, *d)* nisi speciali jure primogenitus *e)* cæteros excludat. 3.

a) Vi receptionis primæ in matriculam, unde illis quoq; sufficiens ad probandum jus status, si probent antecessores & majores suos fuisse immatriculatos, nec unquam ex matricula demtos, licet ipsi successores nominetenus non in matricula reperiantur; unde, licet antiquarum etiam matricularum non levis constituatur autoritas, tamen ea tanti non est, ut recentioribus præferendæ sint, si in illis vel Civitas aliqua vel Princeps consignatus reperiatur, in recentioribus verò omissus, nam hic ipse ex antiquis non præsumetur adhuc esse status, sed ex numero statuum, quia in recentioribus non reperitur, remotus & ex matricula deletus *vide Limn. d. c. n.* 80. *& seqq.* Cæterum in Civitatibus Imperialibus ne quidem quæstio de transmissione dignitatis status locum habet; cum in illis sive Democraticæ sive Aristocraticæ sint, semper penes eosdem, licet nemo eorum, quibus prima concessio facta erat, supersit, status dignitas mansisse intelligatur *arg. l.* 76. *de judiciis. l.* 56. *de usufr.* b) Nimirum status Ecclesiastici, quos habent successores ex electione v. g. in Episcopatu, eosdem habent successores in jure & dignitate status, licet non vi electionis & per eam delati Episcopatus, sed vi primæ Episcopi alicujus Episcopatus in matriculam receptionis: A B

nec enim crediderim status Ecclesiasticos ex proprio V. G. Episcoporum primorum in ordinem statuum cooptatorum nomine relatos esse in matriculam, sed sub nomine Episcoporum hujus & illius Episcopatus, ut adeò quicunq; Episcopus electus fuerit, idem status sit Imperii, sed non vi electionis: exemplis hanc rem illustrare juvat. De jure nostro competebant quædam Magistratibus, at non quâ Magistratib. & ex nominatione Magistratuum, sed ex speciali concessione legis vel SCti vel Principis *videatur l.6. §.2. de Tutelis l.1. in pr. & l.4. de Tutor. & Curat. dat. & sim.* & tamen omnibus, non ei tantum, cui primo concessa erant, in eo genere constitutis Magistratibus competebant, licet non vi nominationis sed specialis concessionis; lege enim (quod notat *Bachov. ad Treut. Vol. 2. disp. 12. th. 1. lit. E.*) non tantum ea deferri & concedi dicuntur, quæ specialem in singulis causis delegationem desiderant & Titio vel Cajo, sed etiam quæ in universum sub nomine officii deferuntur. Sic Rector Academiæ Juliæ durante officio, & sacri Palatii Lateranensis, aulæq; Cæsareæ & Imperialis Consistorii ex privilegio Maximiliani II. (cujus tenorem Limn. 8 *c.5. n.* 27. recenset) Comes est; quæ ipsa Comitivæ dignitas etiam in hac Academia Marpurgensi Decano Facultatis Juridicæ data & collata est à Ferdinando II. adeoque quicunque Rector eligitur & Decanus fit, hanc dignitatem & potestatem consequitur, at non vi electionis, sed primę concessionis, an a. ante investituram status sint, alterius quæstionis & loci est & de tota

C hac re fortè pluribus agetur *disp.* 7. *c*) non attendimus hic successionem feudalem, quæ ex investitura ducitur & fit in ipsum feudũ; nam ut supra *th.* 2. *lit. E.* diximus, status dignitas personæ dignitas est, nihil commune habens cum bonis, & sic nec per successionẽ in bona venit, sed per successionẽ in jus ipsius personę; unde, cum filius ex pacto & providentia primi acquirentis & ex investitura prima succedit in feudum, & sic non patri suo sed primo acquirenti, *vid. infra th.* 28. *lit. B.* patri tamen, si ipse status fuit, in jure status jure here-

D ditario succedit. *d*) qui & si paternum V. G. ducatum inter se diviserint, Cæsare divisionem approbante & unumquemque de sua portione investiente (*vide th.* 27. *lit. E.*) nihilominus ipsa status dignitas, utpote individua, non minus ac principalis, & cum Territorio

nihil

nihil commercii habens, penes omnes & singulos tota indivisa manet; indeq; omnes & singuli ad Comitiorum conventus tanquam status Imperii vocantur, sessionemq; ac votum in iis habent; & imo interest Reip. daß das Reich an seinen Gliedern vnd Stimmen gestärckt werde *arg.* §. nachdem auch noch etzliche. R. A. zu Speyer *de An.* 1570. *Dn. Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 17. *n.* 87. *& seqq. Bertram de Comitiis concl.* 41. *ubi id firmat exemplis aliquot.* Quod si nulla divisio facta sit, Bertram *d. conclus.* putat non singulis sessionis suffragiiq; jus in comitiis competere (unde ad jus statuum infallibile duci argumentũ, constat ex *th.* 2.) sed omnibus unum saltem votum, utpote unam, si non diviserint, patris personam repræsentantibus, idq; usu servari verosimile esse dicit. *e)* qui ut in cætera solus, ita & in status jura Patri in hoc casu succedit & per consequens solus quoque exclusis fratribus ad Comitia vocatur, quod fieri Bertram *d. loco* testatur per aliquot exempla: Reliqua de jure primogenituræ & in genere de successione pertinent ad sequentia. Vide *th.* 26. *& seqq.* E

Statuum Imperii potestas & jus duplex est, primum concernit superiora & administrationem, *a)* universi Imperii, idq; competit statibus, quâ *b)* statibus (& sic solis) alterum concernit inferiora & administrationẽ Territoriorum *c)* suorum, adeoq; statibus non *d)* quâ statibus (nec E. solis *e)* quidem) sed quâ Dominis Territoriorum competit, vocaturq; inde superioritas *f)* Territorialis, quæ erit materia thesium seqq. 4.

a) Ex quo status de tota Rep. ejusq; negotiis una cum Imperatore in publicis Imperii conventibus consultant & statuunt *Dn. Reink.* 1. *cl.* 5. *c.* 8. *n.* 1. *&* 2. *Ming. d. disp. concl.* 4. ubi & ita mecum distinguunt *b)* juxta *th.* 2. *c)* ex quo Personis & rebus provinciarum & territoriorum sibi concessorum præsunt *d)* distincta enim esse status Imperii & Territorii jura docet *Dn. Reink.* 1 *cl.* 4. *c.* 1. *n.* 45. *& seqq. & ex ipso Limn. d. c.* 7. *n. fin.* & posse quem origine esse statum, quamvis fortè nulla bona immediatè sub Imperio & sic nullum Territorium habeat, testatur *Autor Decision. Cam. verb. status Imperii: e)* nam & aliis præter A B C D E

F præter status hoc jus competere ostenditur infra *th.*10. f) aliàs sublime & regium jus Territorii, jurisdictio Territorialis, jus Principatus, inferioris majestatis, itèm jus superius, summa politica potestas; Canonicis Majoritas *arg. t.t. x. de Majoritate & obedientia*, item Majoria, Majoratus, Majoricatus *Ming. de Superior. Territ. concl.* 5. in quibus tamen nonnulla dubia esse possint, Germanis in genere vocatur, die Landes oder hohe Obrigkeit/ die Hoheit / die Landts Ober, vnd Herrligkeit / Oberherrligkeit vnd Gebieth / Hohe Ober, vnd Gerechtigkeit / ratione diversorum subjectorum, die Landtsfürstliche/ Gräffliche / Stättliche oder Stättische / Adeliche Oberkeit/ *Ming. th.*
G 5.44.47. *cum allegatis. item Dn. Reink.* 1. *cl.*5. *c.*5. *n.*23. g) priori jure in
H suam sedem, quæ est *in disp.*10. *de Comitiis* rejecto. h) Difficile esse de superioritate territoriali aliquid scribere, cum illa nec legibus expressa, nec usu juris satis definita, aut certis limitibus circum scripta reperiatur, adeoq; jure nostro scripto planè incognita sit & solis moribus introducta varieq; usurpata, omnes qui hanc materiam tangunt vel sponte fatentur. *Vide Dn. Reink.*1. *cl.*5. *c.*3. *n.*1. *& seqq Ming. th.*4. *Limn.*4. *c.*8. *n.*182. nec ergo quis exactam materiæ hujus enodationem à me vel exigere vel expectare poterit, aliqualem saltem, quæ tamen nostro instituto conveniat, promitto.

5. Superioritas Territorialis *a*) est *b*) potestas & jus summi post *c*) Imperatorem Imperii *d*) eiq; connexorū Regalium *e*) in omnia Territorio *f*) inclusa proprio *g*) nomine competens.

A *a*) Sic dicta à Territorio cui adhæret, in quo constituitur &
B sine quo possideri nequit, de quo pluribus infra *b*) hanc descriptionem ex parte mihi suggerunt *Dn. Reinx. d.c.*3. *n.*3. *Ming. concl.*7. *Limn. d.*
C *c.*8. *n.*183. *Brautlach. de jure publ. lib.*3. *c.*5. *n.*2. *c*) non E. hæc potestas est absoluta illa eminentia, quæ Imperatori competit & Majestas dicitur, sed huic subordinata *Ming. th.*5. *&* 8. *adde th.*7. *lit.*C. unde sequitur hanc concessam intelligi salva & illæsa Imperatoriæ Majestatis recognitione. 2. Eam immediatam esse & non nisi in immediatum
D cadere *Dn. Reink. d.c. n.*8. *&* 9. *Limn. d.c. n.*173. *d*) quid in jure nostro signifi-

significet Imperium aliàs constat; hic generaliter acceptum omnia superioritatis jura & actus suis quasi ulnis complectitur *Dn. Reink. d. c. n. 14. & 15.* e) Regalia territoriali potestati ut plurimum insunt E & concesso Territorio concessa intelliguntur (sed non è contra, potest enim quis habere Regalia, qui non habeat jus superioritatis, *Reink. d. c. n. 16. & seqq.*) aliud est in dignitate Regali feudali, nam illa non rarò separata est à superioritate Territoriali, adeòq; & ipsis Regalibus, siquidem Regalis feudalis dignitas, qualis etiam est Comitatus & Baronatus, in mediatos quoque & Principum Landsassios cadit R. A. *de Anno* 1548. §. Wiewol auch in der Ringerungs Handlung salva Principum superioritate territoriali, vice versa in nobiles Imperii immediatos & civitates Imperiales cadit potestas Territorialis (*vide th. 10.*) annexa habens regalia, qui tamen dignitatis regalis expertes sunt *Ming. concl. 12. & 44. Dn. Reinc. 1. cl. 5. c. 2. n. 53. & seqq. & 1. cl. 4. c. 16. n. 44. & seqq.* f) regulari juris præsumtione *Limn. d. c. n.* F 186. *Ming. th. 16.* de quo plenius in sequentibus agemus. g) domi- G nii non administrationis (prout communiter eam accipiunt, ut scil. denotet illam, quæ fit alieno nomine) jure & sic ad utilitatem propriam non alienam, licet ipse Ducatus & sim. in recognitione consistant & Feudi lege teneantur, *Knichen. de sublim. & reg. Territ. jure c. 1. n. 359. & seq.* & suo sensu (*vide th. 14. lit. A.*) Imperatoris & Imperii utilitas hic etiam subsit. Sic E. Magistratuum eorumq; potestatis ratio plurimum mutata & innovata est. Quondam enim sola administratio Reip. ad Magistratus V. G. Præsides & Proconsules cum jurisdictione (propria & ipsa quidem erat, eamq; qui habebant jure suo habere dicebantur *l. 5. ff. de jurisd.* sed alio sensu & ad differentiam eorum qui mandatam & sic alienā habebant jurisdictionem *l. 1. §. fin. l. 3 l. 4. in pr. ff. de officio ejus cui mand. est jurisd. l. 13. de offic. Proconf. & Legat.* non quasi pleni dominii aut alterius realis juris titulo eam possiderent *Reinc. 1. cl. 5. c. 1. n. 18.*) pertinebat, quin ipsi Ducatus, Comitatus & sim. primo institutionis tempore non patrimonii sed muneris erant ac officia publica ad nutum concedentis removibilia & sic temporaria; postea verò dignitates hujusmodi, quales hodie sunt, perpetuæ, irrevocabiles, patrimoniales & transmissibiles esse cæperūt & vicariæ provinciarum administrationes partim desierunt & conces-

ferunt in αὐτοκρατείαν vel titulo prorſus hereditario ſalvo ſubjectionis jure vel fiduciaria clientelæ lege ſub unionis & reverſionis conditione *Knichen. de ſublim. & Reg. Terr. jure c.1.n. 46. Zieg. ad aur. prax. Calv. §. Landſaßii n.2. & 3. Hillig. in Donell. enuc. lib. 17. c. 9. lit. H adde th. 15. lit. A. & B. hac diſput.*

6. Eſt *a)* autem alia omnimoda & *b)* univerſalis, alia quodammodo & *c)* ſpecialis ſeu particularis.

A *a)* ita eam dividit *Knich. d. tr. c.2. in pr. Ming. th.* 18. qui in poſteriore ſpecie ſuperioritatem territorialem in impropria ſignificatione accipi fatetur, *b)* quæ diffunditur per univerſum territorium & fundatam tribuit intentionem in omni ſuperioritatis jure *Ming. th.*18. *c)* quæ intra certas tantum partes & certa quædam jura conſtringitur & concluditur *Ming. th.* 18. ita ut alius reliqua teneat; non n. novum eſt, ut una provincia zwey/drey oder vierherrig ſey/ & plurium dominatu fatigetur, adeòq; jura ſuperioritatis territorialis in ea non penes unum conſiſtentia, ſed ſeparata reperiantur & V.G. unus habeat die Landsfürſtliche Obrigkeit (ſub qua reliqua hoc caſu, quæ aliis non competunt, tantum continebuntur, cum aliâs extra hunc caſum ſequentia omnia etiam contineat) alius die Landgerichte/tertius die Wildbahn/quartus die Förſtliche Obrigkeit/ (ſub qua alias etiã Wildbahn cõtinetur *inf. th. 20. lit. B.* & ſic hîc eo excluſo intelligitur) quintus die hohe Frayß. vnd Centh. ſextus die Vogtey vnd Erbgerichte *Dn. Reinc. 1. cl. 5. c. 3. n. 13. Gail. de pignorat. c. 20. in pr. Ming. th.* 18. quæ omnia ſi Domino Territorii competunt, jure ſuperioritatis ipſi competunt & ſic jura ſuperioritatis ſunt, ſed ſi alii quam Domino Territorii competant, deſinunt eſſe jura ſuperioritatis, adeòq; nec ſubjectionem aliquam arguunt, nec ſuperioritatem territorialem veri Domini tollunt *Zieg. d. §. Landſaßii n.* 74. *& ſeqq.* (qui etiam *n.* 44. *& ſeq.* oſtendit quomodo Domini territorialis ſuperiotas illibata ſervetur etiam in ſubditos, qui ab alio Principe vel Comite recognoſcũnt feudum) *Reinc. d. c. n. 11. & ſeqq. & c. 1. n. 36.* & ſic rectè in territorio alieno exerceri dicuntur *Ming. th.* 18. nec hæc talia vel expreſsè conceſſa vel præſcriptione quæſita ad alias ſpecies trahi debent *Reinc. d. c. 1. n.* 37. Hîc enim quod non dictum & conceſſum eſt,

est, non debet intelligi, & præscribens hoc saltem & tantum acquisivit, quantum possedit *l.18. §. fin. de acquir. poss. Zieg. d. §. Landsassii n.76. & 77 vide omnino Knich. d. tr. c.4. ubi latius hanc totam rem persequitur.*

Imperator *a)* solus *b)* superioritatem territorialem *c)* cum ipso *d)* Territorio concedit. *e)* 7.

a) Tanquam Fons & scaturigo omnis jurisdictionis, dignitatis & superioritatis & ad quem omnia etiam patrimonialia, allodialia & libera bona vel ratione jurisdictionis pertinent; ejus scil. est, ut cætera, ita & territorialem hanc potestatem & superioritatem concedere & conferre *Ming. th.19. & 20. Ziegl. d. §. Landsassii n.18. & seqq.* Ut autem hanc rem à suo primo autore deducamus, sciendum est, Carolum M. omnia suæ ditionis subjecta antiquo Romanorum more redegisse primũ in provincias, ipsumq; & secutos Impp. inprimis verò Henricum Aucupem, Ottonem M. & Ottonem III. Ducatus initio paucos, Marchionatus, Comitatus, Baronias per Germaniam constituisse, definitis eos Territoriis distinxisse, & perpetua potestate dignitateq; regali condecorasse ac modo in allodium, modo sub clientelari fide in feudum dedisse, id quod ex historiis probat & deducit Knich. *d. tr. c.1. à n.7 per plur. seqq. n.14. 46. 66. 82. adde Ming. th.21.* *b)* non E. ullus alius in Imperio quidem Rom. vel secularis vel Ecclesiasticus, ne Papa quidem *Ming. th.20.* neque enim translata per legem regiam in Principem omni potestate alius jurisdictionem & terrendi potestatem habet, adeoq; nec alius eam conferre potest *l. unic. in pr. ad L. Iul. de Ambit. Reinc. 1. cl. 5. c.2. n.3.* sunt tamen quædam jura, quæ si hodie Imp. vellet alicui de novo concedere, consensum Electorum adhibere teneretur vi capitulationis, in qua ea ipsa exprimuntur. *c)* quæ fundatur in alicujus certi districtus seu territorii imperio & intelligitur salva supremi & universalis penes Imperatorem existentis dominatus recognitione; est enim duplex Imperatoris in Imperio jus, aliud Regium in universo Imperio fundatum, aliud particulare in singulis Imperii membris, hoc in alium transferre potest, non illud, quod adeò nec unquam concessisse intelligi potest *Dn. Reinc. 1. cl.5. c.2 n.18. & seqq adde supra th.5. lit. C.* Notandum & illud, hic monet Reinck. *d. c. n.23.* quod Imperator, quando mandata universalia in universum Imperium promul-

Ll 2 gat,

gat, tanquam Cæsar ex Cæsarea, tanquam Princeps Imperii ratione ditionum Imperii, quas possidet, ex principali potestate mandet
D Auß Römischer Keyserlicher auch Landtsfürstlicher Macht *d*) dum enim Territorium concedit, simul & concedit superioritatem & V.V. *adde quæ dicuntur th.11.lit.*C. Nimirum nulla Terra cum Territorii jure fieri vel possideri à quopiam potest, nisi quam Imperator constituerit, concesserit & sub universitate dominii consistere jusserit, neque ab ullo, qui superiorem recognoscit, constitui potest
E *Dn.Reinc.d.c.2.n.5.Ziegl.d.§.Landsassii n.20. e*) non tamen in præjudicium alterius R.A. zu Augsp. *de Anno* 1548. §. wiewol auch in der rittgerungshandlung: neque enim Princeps jus alteri quæsitum adimere potest invito, neque privilegia ad aliorum injuriam debent porrigi; omniaq; Imperatoris rescripta, beneficia & largitiones hanc tacitè annexam habent clausulam, salvo jure Imperii & cujusque *per allegata Mingii th.20. Reinc.1.cl.5.c.1.n.38.& seqq.* sed jam quæritur utrum privativè an verò cumulativè superioritatem hanc & in ea jurisdictionem concedere intelligatur? Regula est Dd. quod si per contractum concedatur jurisdictio, privativè concedi intelligatur, at verò jura territorialia, ut plurimum per investituram, quę species est quædam contractus *Vult.1. Feud.c.7.n.6.* transferuntur & sic privativè *Donell. enuc.17.c.9.lit.*N. Deinde constat ex investitura utilis dominii jus transferri in vasallum, unde necesse est id privativè transferri, quia ejusdem rei dominium, ejusdem quidem generis, apud plures in solidum esse non potest *l.5.§.fin.ff. Commodati* & longè potentius est dominium utile in exercitio, quam directum; sed & alias ususfructus, cujus instar feudum est *2. Feud.23.in f.* solius usufructuarii est. Imo & qui non per modum Feudi superioritatem & jurisdictionem possident, tamen vigore Territorii & ex temporis immemorialis usu privativè eam ad imitationem Feudatariorum hodie usurpant *Dn.Reinc.1.cl.5.c.7.n.32.* Accedit quod cum Dominis Territoriorum ab Imperatore hæc jura sint cessa & concessa ad instar patrimonii, jure hereditario, perpetuo & transmissibili ad heredes vix aliter, quam privativè, concessa videri queant *Ming.th.24. Reinc.d.c.7.n.22.* Nimirum, ait Bachov. *ad Treutl. Vol.1.disp.3.th.6.lit.E. vers. Altera.* Postquam jus temporarium præfecturarum abiit in autocrato-

tocratoriam, Imperator concedendo ditiones cum jure perpetuo à se omne jus abdicasse intelligitur. Ex his (1) sequitur Imperatorem cum Dominis Territoriorum in prima instantia non concurrere; sicut & constitutionibus Imperii cautum est, subditos statuum in ordinariis judiciis relinquendos & non evocandos esse *Ord. Cam. de Anno* 1495. *rubr.* Die Unterthanen in jhren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen/ *idq. sub eadem rubr. in reform. VVorm. de An.* 1521. *O. C. part.* 2. *tit.* 1. *in pr. tit.* 5. §. und soll sonst *tit.* 8. §. wo sich aber *repetitur Dn. Reinc. d. c. n.* 21. imo & capitulationibus Imperatorum Caroli V. *art.* 15. Ferdinandi II. *art.* 13. expressissimè verò Ferdinandi III. *articul.* 17. hoc cavetur. Videantur & hac de re *Bachov. ad Treut. Vol.* 1. *disp.* 3. *th.* 12. *lit.* B. *vers. Privativè. Limn.* 4. *c.* 8. *n.* 185. *Mirg. concl.* 53. & 24. *Hillig. in Donell. enuc. d. c.* 9. *lit.* N. sic ergo nec evocationi nec præventioni hic locus est. Habet quidem Imperator fundatam jurisdictionem in omnes etiam mediatos Imperii cives (utpote qui etiam ipsi subjectionis jure & devotione devincti sunt R. A. zu Wormbs *de Anno* 1564. §. wiewol auch in der executionsordnung / & sub ipsius etiam, non solum suorum immediatorum Dominorum protectione & tutela vivunt *d.* §. wiewol auch &c.) sed tum demum, quando causa per viam simplicis querelæ vel appellationis ad ipsum devolvitur *Dn. Reinc. d. c.* 7. *n.* 12. & *seqq.* & *n.* 36. nec superioritatis Imperialis essentia in eo consistit, ut Imperator cum quolibet inferiore in qualibet instantia concurrat, sed ut ab omnibus tanquam superior recognoscatur & ad eum tanquam ultimum centrum per viam appellationis, simplicis querelæ vel nullitatis recurratur *Reinc. d. c. n.* 38. Qui *n.* 44. & *seqq.* hactenus de cessante concurrentia dicta limitat non procedere (1) in actibus voluntariæ jurisdictionis & reservatis Principi, si fortè quis statuum ex concessione vel præscriptione ea usurpet (2) in his quæ immediatè concernunt publicam Imperii tranquillitem, quia circa hæc Imperator in toto Imperio mandata publicet, insinuet, affigat & in inferiorum Territorio vel per suos Comissarios decernat & jus dicat, cujus rei exemplū extet iñ R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. und auß sonderen nohtwendigen (3) in collectis Imperii, quarum intuitu universaliter Imperator mandet & decernat R. A. zu Regenspurg *de Anno* 1576. §. und demnach sollen (4) In casi-

bus denegatæ justitiæ *A.B. tit.* 11. R. A. zu Augsp. *de Anno* 1530. (5) ratione connexitatis causæ, unde & Commissarii Imperatoris testes etiam mediatè Imperio subjectos examinare queant *vide & Limn.* 4. *c.* 8. *n.* 184. sed in his vel omnibus vel certè plerisq; , si rectè examinentur, non tam Imperator cum Dominis Territoriorum in ipsorum territoriis concurrit, quam solus fundatam habet potestatem, *adde lit. C. h. th.* (2) Ex præmissis sequitur, quod si Imperator in statuum territoriis præsens sit non propterea suspendatur & quiescat ipsorum jurisdictio *vide Bachov. ad Treutl. vol.* 1. *disp.* 3. *th.* 6. *lit. E. vers. Altera. Reinc. d. c.* 7. *n.* 8. *& seqq.* Unde videmus in civitatibus Imperialib. ubi comitia habentur & Imperator cum universo Imperio præsens est, nihilominus à civitatis illius Magistratu durantibus comitiis in suos cives & subditos jurisdictionem usurpari *Bertram de Comitiis concl.* 60. *Reinc. d. c. n.* 11. in recognitionem tamen superioritatis Imperialis civitatum Magistratus Imperatorem sibi appropinquantem clavibus portarum & archivis oblatis excipere assolent *Bertram d. concl.* 60. *Reinc. d c. n.* 2. *Zieg. d.* §. *Landsaßii in Limitationibus n.* 3. Longè alia ratio est eorum, qui sicut olim Magistratus, jurisdictionem temporalem, precariam quasi & administrationis titulo annexam habent, eorum enim jus dependet à nutu concedentis, qui adeò si velit cognitionem ipse sive anticipatione, sive concursu, sive evocatione suscipere ac jurisdictionem ipsis concessam ipse suo jure exercere potest *Ming. th.* 24. *Reink. d. c. n.* 34. *arg. l.* 58. *de judiciis l.* 5. *C. de officio Rect. Provinc.* & de his adeò verum est, quod tacere debeat inferior, ubi loquitur superior, sicut ubi Leo pedem figit, cætera animalia quiescunt & sol minora sydera omnia lumine suo offuscat majore, qua ratione etiam præsente Papa quiescit officium Episcopi *c. dudum. c. quamvis de Præbendis in* 6. & præsente Episcopo non benedicit sacerdos *c. deniq; dist.* 22. quæ & similia congerunt *Dn. Reink. d. c.* 7. *n.* 1. *& seqq. Zieg. d.* §. *Landsaßii in Limitat. n.* 1. *& seqq.*

8. Et quidem vel per modum Feudalis *a*) beneficii vel in allodium *b*) iterumq; vel expressè *c*) vel tacitè per *d*) præscriptionem; sed quomodo Civitatibus Imperialibus? *e*)

a) Qui

a) Qui ipse præcipuus & potissimus modus est, adeò ut per & A
in eum superioritas cum territorio semper concessa intelligatur, nisi expressim constet de contrario *Dn. Reink. 1.cl.5.c.2.n.9.& c.1.n.61. sed videatur idem 1.cl.4.c.6.n.40.* Transfert autem per ipsam investituram Imperator dominium & possessionem territorii cum omnibus juribus territorialibus *2. Feud. 33. in pr. Ming. th 22. Knich. d.tr.c.2.n.9.* primus quidem constituendo, successores verò ejus renovando & confirmando *vide infr. th 26. lit. H.* *b*) quod admodum rarò & ta- B
men in quibusdam factum esse colligere licet ex iis, quæ tradit *Knich. d.tr.c.1.n.46.Dn. Reink.d c.2.n.11.& c.5.n.15.Ming.concl.15.21.22.* Hodieque adhuc sunt hujusmodi concessionis exempla in Comitatu Moerß *vide Reinc.1.cl.4.c.16 n.38.* &, quod à fidedignis accipio, in Comitatu Pinnebergico; eratq; olim exemplũ in Comitatu Waldeccensi, antequam ab Hassiæ Principibus in Feudalẽ recognosceretur *Dn.Reink.d.c.16 n.38.& 39. adde Lim.7.c.1.n.51.p.34.* *c*) Cum nimirũ Im- C
perator expresse vel in modum feudalis beneficii vel in allodiũ territorium & superioritatem territorialẽ concedit *d*) Concessione D
etiam ea acquisita intelligi, quæ acquisita sunt præscriptione probat *l.alienationis 28. de V. Sign. & l.32. de legib. Dn. Vultejus de Feudis 1.c.5.n.7. inf.* vix E. dubitari potest, quin & hoc modo superioritas territorialis concedi & acquiri queat, sicut & ipsum territorium *Dn. Reink. 1. cl.5.c.2.n.24. & seqq.* cum ea, quæ sunt expresse concessibilia, sint etiã tacitè talia, id est, præscriptibilia *Ming. th.26.* Omninò autem, qui hanc præscribere volunt, non minus ac eos, qui per expressam concessionẽ eam capere volunt, capaces ejus esse oportet, id est, im̃ediatos *vide h.disp.th.10.Bachov.ad Treutl.Vol.1.disp.3.th.6 lit.E.inf. & th.7.lit. C.in pr. & vol. 2. disp.22.th. 4. lit. L. & M. vers.Nec regalia.* sed quæritur quanti temporis præscriptio hîc requiratur? Distinguit Ming *th.26.* inter Privatum & Imperatorẽ, contra illum sufficere putat, quantũ temporis juribus præscribendis aliàs de jure civ. præstitutum est; sed cum privatus non habeat potestatem concedendi expresse superioritatem territorialem *juxta th. 7. lit. B. & th.10. lit. I.* quomodo quæso tacitè eam concedere poterit, nisi præsupponamus præscribentem, qui jam ante habeat superioritatem territorialem in alia ditione & sic quæratur non de nova hujus juris acquisitione, sed de

ejus, quam quis jam habet, prolatione & extensione *vide Bachov. d. disput. 3. th. 7. lit. C. in pr.* hæc enim facilius locum invenit quàm illa *arg. l. 1. de judic. l. 18. de jurisdict. l. pen. C. de pactis* vel versemur in terminis, non ipsius superioritatis, sed alicujus juris in alieno territorio præscribendi juxta *th. 6. lit. C.* In præscriptione contra Imperatorem distinguit Mingius *d. concl. 26.* inter eum, qui est cum titulo, cui sufficiant 40. anni & eum qui sine titulo est, qui non nisi tempore immemoriali præscribat. Sed & hæc distinctio vix subsistere poterit, aut enim præscribens titulum habet ab Imperatore, & tunc nulla præscriptione opus est, cum hic incidat in expressam concessionem, aut ab alio quopiam & cum is pro nullo habeatur (neq; enim titulus ab alio quopiã quàm ab Imperatore profectus hîc juvat *th. 7. lit. A. & B.*) nec ejus respectu minoris temporis præscriptio contra Imperatoré hîc sufficiet: manet igitur præscriptio contra Imperatorem sine titulo immemorialis; & sic rectius cum Dn. Reinck. *d. c. 2. n. 26. & seqq.* indistinctè hîc requisiverimus tempus immemoriale *arg. c. super quibusdam de V. S.* R. A. zu Augspurg *de Anno* 1548. wann auch. §. hatte aber der. §. wo aber innerhalb. quod habet vim privilegii & concessionis *l. 1. §. fin. de aqua & aquæ pluv. arcend. l. hoc jure §. 4. de aqua quotidian. & æstiv.* & aliàs favor antiquitatis & temporis immemorialis est loco tituli, adeò, ut nec alium probare necesse sit *Dn. Reink. d. c. n. 26. & seqq. Ming. th. 26.* imo præsumtio, quæ inde exsurgit, est juris & de jure, nec admittit probationem in contrarium *Reinc. & Ming. dd. ll. Mynf. 1. observ. 30. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. disp 22. th. 6. lit. A. & B. vers. illa sententia:* Iĩmemoriale v. tempus non illud demum est, cujus initium quocunq; modo ostendi non potest; hac n. ratione nec diluviũ nec orbis initium immemoriale tempus dici posset; sed de cujus principio nemo memorare potest *arg. l. 28. de Probat. l. 2. §. 8. de aqua & aq. pluv. arcend. & §§. ex Recess. de Anno 1548. supra allegatorum,* id est, quod excedit centum annos; nam cum ille terminus ultimus vitæ humanæ censeatur *l. 23. in pr. C. de SS. Eccles. l. 56. de usufr.* quem rarissimi homines excedãt, nec memoria hominum ultra eum (& vix quidem ad eum) se extendere poterit; quin imo inspecto moderno contractiori vitæ humanæ spatio, tempus excedens septuaginta annos immemoriale dici posset; Sed magis est, ut totum hoc committatur prudentis ju-

tis ju-

tis judicis arbitrio *vide Dn. Reink. 1. concl. 5. c. 2. n. 38. & seqq. Ming. concl. 26. Gail. 2. observ. 66. Mynsing. 1. observ. 30. Grot. de jure B. & P. lib. 2. c. 4. n. 7.* Et sic jura territorialia præscribendo acquiruntur; non idem obtinet in superioritate Imperiali summa & absoluta; ea enim sicut concessionis expressæ nescia est, *th. 7. lit.* C. ita & tacitæ, id est, præscriptionis; nec quidem præscriptio contra recognitionem hujus imperialis superioritatis & obedientiam Imperatori debitam datur *vide th. 31. disp. 3.* & huc pertinet quæstio, quam Bachov. *ad Treut. Vol. 1. disp. 3. th. 7. lit.* C. tractat, An quis tempore immemoriali Principis sui se eximere possit jurisdictioni? *c*) Concessam iis esse docebitur E *th. 10. lit.* D. sed quomodo? quæritur; Diversam earum rationem esse & non eandem, quæ aliorum Dominorum Territorialium est, vel inde colligere liceat, quod non ipsis terra cum territorii jure concessa est, *ut cæteris*, sed superioritas concessa est in terra, in qua jam erant & quæ jam ipsorum erat, sicq; ea in territorium versa est: Mingius *th. 25.* hoc factum putat per cooptationem in numerum statuum; quod nimirum Civitates Imperiales inter status Imperii receptæ & libera in civitatem ejusq; subditos jurisdictione donatæ, jura territorialia habere intelligantur; sed si, quod ipse asserit, libera jurisdictione sunt donatæ, ex ipsa donatione habent hæc jura, non ex cooptatione in numerum statuum; *Zieg. d. §. Landsassii* jus territoriale civitatum Imperialium præscriptioni acceptum fert *n. 221.* Sanè civitates etiam Feudales esse colligitur ex Capitulatione Caroli V. *art. 24.* Ferdinandi II. 28. Ferdinandi III. *art. 32.* ubi disponitur quid de feudis & inter ea civitatibus Imperio apertis fieri debeat; & sic & ipsum territoriale jus beneficio Feudali posset quibusdam cōpetere; nisi id quod ibi de civitatibus dicitur, referendum venit ad municipales, quæ cum & in ipso V. G. Ducatu vacante Imperio cedunt; cum aliàs civitates solæ per se videantur mortis expertes *arg. l. 56. de usufr.* & sic nunquam ut vacantes ad Imperium reversuræ; si tamen dd. articuli etiam accipiendi sunt de Feudis per delictū Imperio apertis, etiā verificari possunt in solis civitatib. per se *arg. l. 21. Quib. mod. usufr. finitur.* Generatis certè vix dari potest conclusio, quæ omnibus civitatib. Imperialibus in hac q aptari queat, cum non uno modo omnes im̄ediatæ esse cæperint *Limn. 7. c. 1. n. 50. p. 33. & 34.*

9. Sed anne & per spontaneam submissionem *a*) acquiritur superioritas territorialis?

A *a*) Cum nimirum quis sponte recognoscit aliquem superiorem eiq; se in totum submittit; Et Mingius quidem *th.* 27. affirmat quæstionem, modò subjectio non fiat in præjudicium alterius. Atqui ego non video, quomodo non ferè semper cum præjudicio alterius vel Imperatoris & Imperii vel aliorum Dominorum territorialium conjuncta sit; aut enim subjiciens se ante fuit immediatus aut mediatus, hic in præjudicium Domini territorialis, quem omnino quà talem eum habere necesse est, se subjicit; ille in Imperatoris; quod ipsum quidem fieri non posse, sunt, qui autumant, sed cum usus ævi & exemplorum frequentia, teste Victore *de exempt. concl.* 12. doceat, immediatum ab immediata Imperii subjectione eximi posse, dicendum & admittendum quoq; videtur immediatum se sponte alterius superioritati subjicere posse, quod tantum non expressè deciditur R. A. zu Augspurg *de Anno* 1548. §. und als durch &c. idq; ut diximus, vergit in præjudicium Imperatoris, sed ratione immediatæ subjectionis, non respectu der Anschläge oder Anlage *d.* §. *cum aliquot sequentib.* Priori casu nimirum in præjudicium Dominorum Territorialium, necdum putem licitam esse subjectionem & faciunt huc quæ tradit *Ziegl. d.* §. *Landsassii n.* 228. quod cum hodiernis moribus jurisdictio patrimonialis sit & jure proprio exerceatur, facultas quoque prorogandi eam sit abolita, nec subditi amplius invito Domino se alterius jurisdictioni subjicere possint, adeò, ut si contra fiat, causas & personas iterum ad se avocare Princeps possit; id quod ubiq; ferè servetur.

10. Competit superioritas territorialis immediatis *a*) solis, in specie statibus *b*) Imperii tam Ecclesiasticis *c*) quàm secularibus, & sic etiam Civitatibus *d*) Imperialibus, tum Principibus *e*) qui status non sunt, item nobilibus *f*) immediatis, liberis *g*) Canonicorum Collegiis & aliquibus ex *h*) Commendatoribus Ordinis Teutonici: Qui tamen ipsi hanc ipsam in alios *i*) inferiores iterum transferre nequeunt.

a) Non

a) Non E. mediatis, qui sunt sub Imperio alterius Imperatore inferioris; neque enim ii velle eo modo, quo Domini territoriales possunt, nec jura Principis exercere, nec post Imperatorem, (*vide th.5.lit.C.*) superiores, cum alteri subsint, dici; Et licet Imperator talibus vellet hanc superioritatem concedere, non tamen posset, quippe cum sic Dominis Territoriorum, quibus hi mediati subsunt, præjudicaturus esset, quod juris ratio non permittit R. A. *de Anno* 1548. §. Wiewol auch in der ringerungs handlung *Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 2. n. 49. & 50. Ming. th. 30. adde dicta th. 7. lit. E. in pr.* Ad constituendum autem immedietatis effectum nõ necesse est, ut aliquis immediatè ab Imperio, tanquam causa possessionis, bona habeat, sed sufficit personam esse immediatam, quæ bona sub & in (hoc situm, illud subjectionem ostendit) Imperio immediatè possideat *d.* §. wiewol auch in der ringerungshandlung *Dn. Reinck. 1. cl. 5. c. 10. n. 29. & seqq. Ming. th.* 31. Sic E. immedietati non obest mediata Territorii feudalis recognitio in modum sive subfeudi sive feudi principalis & allodii in feudum redactionis, wenn einer dem andern sein Eygenthumb (quod fieri potest juxta tradita, *à Vult. 1. Feud. 5. n. 19. vide Sixtin. 1. de Regal. c. 4. n. 59.*) aufftrăgt vnd zu lehn machet. Ipsum enim hoc territorium manet immediatè sub & in Imperio, licet non immediatè dependeat ab Imperio in persona mediatè id recognoscentis; vide Victorem *de exempt. th.* 28. ubi id quoque procedere probat, licet persona ipsa in Feudo simul habitaverit; Alia omnino ratio est Comitum & Baronum Landsassiorum, welche jhrem Landsfürsten vnterworffen vnd im Reich nicht begütert seyn / oder gar keine Güter von oder vnter dem Reich haben *juxta* §. wiewol auch in der ringerungshandl. Hi enim licet præeminentiam & dignitatem personæ immediatè debeant Imperatori, tamen subditi (juxta expressa verba *d.* §. wiewol auch) Vnterthanen vnd Landleute jhrer Landsfürsten adeòq; nec immediati nec superioritatis territorialis capaces sunt: sed quid si unus idemq; diversa bona possideat, alia immediatè sub vel ab sive in Imperio, alia in alterius territorio? Dn. Reink. 1. *cl. 5. c. 10. n. 31. & c. 4. n. 36. Ming. th.* 31. hunc talem ratione illorum immediatum, ratione horum mediatum censeri dicunt, quibus cum facit *Gail. de Arrest. Imp. c. 6. n. 10. & seqq.* ubi distinguit utrum

status sub alio statu Imperii dominia, castra, oppida, villas cum subditis possideat jure proprio & Imperii, an verò municipali, tanquam subditus ejus loci, ubi bona sita sunt, idq; vel jure contractus aut succesionis; & in sequentibus assertionem suam, quod nimirum idem & status Imperii & aliorum Principum subditus hoc respectu esse queat, firmat rationibus, exemplis & textu *d.* §. wiewol auch & §. auch der Graffen. Verum ipse Dn Reink. 1. *cl.* 4. *c.* 1. *n.* 53. *& seqq.* sequutus Vietorem *de Exemtionib. concl.* 27. & 30. contra Gailium dissentientem, in terminis statuum in contrariam videtur inclinare sententiam, quod nempe bonorum possessio non afficiat personam & sic statum non faciat ratione bonorũ subditum illius loci, ubi bona sita sunt, sed potius persona tanquam principale, trahat ad se qualitatem bonorum tanquam accessorium, adeò, ut ne quidem domicilii constitutio id operari & statum subditum loci, ubi domicilium figit, facere possit: in quam sententiã etiam concedit *Zieg. d.* §. *Landsassii in limitat. n.* 11. *& seqq.* vide quoque *Autorem decision. Cam. verb. Exceptiones p.* 120. *in pr.* Quæ sententia si recipiatur, nemo certè statuum pro parte mediatus pro parte immediatus esse poterit: Sed utut sit, in nostris terminis vix dubitari potest, quin ei, qui aliàs superioritatem territorialem habet, illa ratione bonorum, quæ in alterius territorio possidet jure non proprio & Imperii, id est, ut proprium territorium non faciant (secundum *th.* 12. *lit.* E.) ipsi denegari, illiq; in cujus territorio sita sunt tribui debeat. Certè in puncto Collectarum ob vnd wie weit einer in die Anschläge deß Reichs solle gezogen werden / eundem ut imediatum & mediatũ pro diversitate bonorũ cõsiderari posse innuit *d.* §. wiewol auch in der ringerungshandlung *adde th.* 22. *lit.* B.

B *b*) Non quà statibus sed qua Dominis territoriorũ, *vide supra th.* 4. *lit.* D.

C *c*) non quà Ecclesiasticis, sed quà Principibus Politicis, bona Feudalia (de quibus pluribus infra *th.* 11. *lit.* F.) aliaq; cũ Regalibus ab Imperio & Imperatore posiidentib. & recognoscẽtibus *Ming. th.* 17. & 33. *Gail.* 1. *observ.* 30. *n.* 1. *& seqq.* Est tamen hîc differentia inter Dominos Territoriorum simul Ecclesiasticos & solum Politicos, cum hi Territorium cum jure territoriali tanquam patrimoniale in liberos transmittant, non illi, qui inde *Mingio ex aliis th.* 32. *Zieg. d.* §. *Landsassii n.* 5. nudi usufructuarii & dispensatores vocantur

cantur *d*) Sunt qui inferunt civitates Imperiales non habere jura D
territorialia, sed ea penes Imperatorem residere & plerunq; Electores aliosq; vicinos Principes in districtu ejusmodi civitatum ea sibi comparasse, quorum rationes recenset & examinat *Dn. Reink.* 1. *cl.* 5. *c.* 5. *n.* 2. 3. 15. *& seqq.* sed verior est contraria sententia, cum enim proprium habeant districtum, cujus nomine Imperatorem immediatè recognoscunt; & sint status Imperii, & libera in cives suos jurisdictione donatæ, nulla urgens dari potest ratio, ob quam dici debeat civitates Imperiales carere juribus superioritatis, vel non æquè ac reliquos status esse eorum capaces *Dn. Reink. d. c.* 5. *n.* 5. *& seqq.* unde Gail. 2. *observ.* 57. *n.* 7. *&* 1. *de P. P. c.* 6. *n.* 11. *& de Arrest. c.* 9. *n.* 1 asserit Civitates Imperiales in suo districtu & territorio jura Principis habere ejusq; vicem obtinere, imò tantum eas posse in populo suo, quantum Imperator potest in Imperio. Non tamen habent personalia Principum jura, nec regalem dignitatem, neq; enim in iis est Dux vel Princeps, nec ipsæ sunt Ducatus vel Principatus *vide Mingium th.* 44. *& h. disp. th.* 5. *lit. E. omnino Limn.* 7. *c.* 1. *n.* 50. *p.* 31. *& seqq.* nec quominus civitates Imperiales habeant superioritatem territorialem impedit, quòd illa frequenter appelletur die Landsfürstliche Obrigkeit *vid. th.* 4. *lit.* F. nihil autem hîc refert, ampla sit an parva civitas *Ming. th.* 44. *inf.* Referendæ & illæ civitates huc videntur, quæ partim Imperatorem quoad regalia, quæ ab eodem habent, partim Principes Imperii, quoad Territoria in quibus sunt sitæ civitates, non tamen quoad jus terrendi recognoscunt, quas à Principaliori civitates Imperiales rectiùs quidam dici volunt *Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 20. *n.* 9. *e*) quos E
simpliciter Landtsfürsten non Reichsfürsten (quæ tamen oppositio non est perpetua; sunt enim qui licet status non sunt, titulis tamen Principum Imperii gaudent, quorum in numero Ratzevilius in Lituania, item Transylvanus & alii Italiæ Principes *Dn. Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 1. *n.* 34.) vocant ex jure Sax. Landtrecht *lib.* 3. *art.* 58. quales in Silesia sunt Principes Legnicensis, Theschnensis & Monsterbergensis familiæ, qui licet à Rege Bohemiæ sua feuda & provincias recognoscãt, quia tamen nobilitatẽ Principalẽ ab Imperatore habent, non ambigendum putat *Zieg. d.* §. *Landsaßiin.* 222. *& seqq* eos in suos Landsassios jura territorialia habere. *Ming. th.* 31. hîc judicium suum suspen-

dit: *vide Paurm. de jurisd. l. 2. c. 9. n. 9. Matth. Steph. de jurisd. 2. p. 1. c. 6. n. 47. & seqq. confer lit. A. h. th.* hoc certum est, jus territoriale ad statum non restringi & posse sine dignitate status consistere; sicut & V. V. sta-
F tus dignitatem sine territorio *vide supra th. 4. lit. D. f)* Qui immediatè Imperatorem recognoscunt, quales sunt quidam (non omnes, dantur enim iis in locis etiam, qui Principibus loci, in quo domicilium habent, subsunt & parent *Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 10. n. 5.*) in Svevia, Francia & ad tractum Rheni, die Fränckische / Schwäbische vnd Rheinische Ritterschafft / quibus addit *Ming. th. 45. ex Besoldo* Nobilitatem Wederavicam; dicuntur die frey vom Adel / freye Reichs Ritterschafft / forsan inde weil sie von anderer Herrn Landtshohen Obrigkeit gefreyet seyn; Hi an status sint Imperii, docebitur infra *disp. 9.* Habere eos, quod hujus loci est, jus territorii ad instar civitatum & aliarum universitatum tradit *Gail. 1. observ. 62. n. 3. & post eum Dn. Reink. d. c. n. 16.* (præmittens *n.* 14. eos esse plerunque vicinorum Principum vasallos, qui in eorum territoriis maxima Regalia vigore specialium pactorum habeant) *Ming. th. 47.* Sunt tamen ex iis multi, qui communi libertatis prærogativa contenti Regalibus destituuntur
G *Ming. th. 48. g)* quæ immediatè Cæsari & Imperio in civilibus seu temporalib. parent, welche freye Keyserliche Stiffter seyn / quale est Collegiũ Canon. Bruxellæ in Prauṙheim & alia, *vid. Gail. 1. obs. 30. n. 9. & de Pignor. observ. 7. n. 6. & seqq. Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 10. n. 18.* quibus & superioritatem territorialem competere tradit Ming. *th.* 49. aliàs Capitula etiam cathedralium Ecclesiarum Imperio immediatè subjecta non sunt, sed suo Metropolitano vel Episcopo *Gail. dd. obs. & de*
H *P. P. lib. 1. c. 8. Reink. d. c. n. 19. h)* qui scil. non minus immediatè Imperio parent, adeoq; cum Territorio superioritatem territorialem habere intelliguntur *Ming. d. th. 49.* hos tamen in Catalogo statuum non reperiri dicit Dn. Reink. *d. c. n. 23.* quamvis quidam tanquam status Imperii Comitiis interfuisse præsumantur ex subscriptione R. A. *de Anno* 1559. *& de Anno* 1567. Commendator provincialis Hassiæ immediatè Imperio non paret, sed pro statu Hassiæ se gerit Dn.
I Reink. *d. c. n. 24. i)* neque enim à quopiam alio conferri potest quàm Imperatore *th. 7. lit. E.* neque ipsi territorium, in quo superioritas exerceatur, constituere possunt, neque 3. inferiores & qui

alterius

alterius superioritati territoriali subsunt hujus juris sunt capaces (quadrat enim huc, quod qui in potestate est, alium eodem genere potestatis subjectum habere nequeat *l.21. AdL.jul.de Adult.l.14. de SCto Macedoniano*) Quod si ergo Dominus territorii concedat alicui V.G. vasallo, omne jus quod in Feudo habet etiam Imperii & Potestatis, non censetur concessisse superioritatem territorialem, sed illud jus quod ipse transferre & alter capere potuit: unde sicut in omni concessione Imperatoris excepta censetur suprema Imperialis superioritas, ita in inferiorum Principum concessionibus territorialis daß Sie jhre Herrn vnd Landtsfürsten bleiben *Dn.Reinking. 1.cl.5.c.2.n.7. & seqq. Ming.th.55. Dn.Vult.1.Feud.5.n.7.inf.* sed videatur Victor. *de Exempt. concl.* 28. ubi certo certius esse dicit in Principe subinfeudante, quod per subinfeudationem omnia ea transferat & abdicet quæ à Cæsare acceperat etiam superioritatem ipsam, præcipuè si personæ illustri conferatur; quoniam infeudatio eadem prorsus lege iisdem pactis fiat, qua infeudatio ipsa in allermassen wie sie vom Reich gangen/ quæ quidem *Victoris* rationem habent in immediatis & illlustribus (*vide infra th.26.lit.* K.) at in inferioribus & mediatis, ut talibus subinfeudatis, locum non inveniunt.

Superiotas Territorialis constituitur in Territorio, quod à terrendo *b*) sic dictum hic significat terræ spatium seu universitatem agrorum, cui superioritas *c*) cohæret; estq; vel unius proprium vel *d*) commune; iterumq; vel Politicum *e*) vel Ecclesiasticum. *f*) II.

a) Superioritas territorialis licet activè & formaliter sit in Magistratu, passivè tamen & materialiter territorio cohæret, tanquam nebula super paludem, adeò, ut sine eo consistere vel constitui nequeat *Dn.Reink.1.cl.5.c.1.n.6. & seqq. Ming.th.9.* nec tamen ei inest ut servitus prædio, nec est qualitas inhærens Territorio tanquam recipienti, sed adjunctum quod versatur & occupatur circa territorium tanquam subjectum occupans *Hillig. in Donell. enuc. 17.c.9.lit.* C. Non obstat, quod possit esse jurisdictio sine territorio, qualis esse videatur Rectorum Academiarũ, Cameræ Imp. Rotæ Rom. & sim: vel n. cum Dn. Reink. *d.c.n.* 15. *& seqq. & Ming. th.* 10. distinguendum est A

inter

inter jurisdictionem, quæ alicui competit aut jure Magistratus, sicut olim Romæ Prætoribus, in Provinciis Proconsulibus & Præsidibus, aut ex speciali concessione ratione certarum personarum & causarum & quæ alicui competit jure territorii & regalis dignitatis unà cum territorio translatæ; vel (quod magis placet, cum etiam illis territorium suo sensu tribuatur *l. fin. de jurisd.*) distinguendum inter ipsas territorii significationes; aliquando enim significat provinciam alicui gubernandam administrationis & officii nomine commissam, & sic Præsides & Proconsules sua habuere territoria, aliquando accipitur pro loco, quo circumscripta est jurisdictio, quo sensu plures unum territorium habere possunt, sicut apud Romanos plures in uno Territorio, maximè in urbe fuerunt Magistratus, singuli diversis causis præpositi, & sic rectè qui in certas causas & personas jurisdictionum habent, adeòq; & Rectores Academiarum territorium habere videntur, aliquando, & quidem hodierno ex usu ferè semper, illi demum territorium habere dicuntur, quibus ditio cum jure superioritatis concessa est *videatur Hilliger. d. lit.* C. Et E. nulla jurisdictio esse potest sine territorio juxta priores significationes, at potest esse secundum posteriorem, quæ nostræ materiæ
B est hujusq; loci *b)* juxta *l. 239. §. 8. de V. S.* inde quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi (vel hostes vel turbam per lictores, quos habebant, cum falcibus vel subditos, quod magis huic loco convenit) jus habeant; aliquando territorium pro terra seu fundo ponitur, ut *in l. 38. §. 4. de Episc. & Cleric. juncta l. 3. C. de Natural. lib.* & sic à terendo terram & territorium derivatum esse di-
C ci potest *vide Hillig. d. c. lit. D.* *c)* Sic E. mutuus est respectus inter territorium & superioritatem territorialem, ut alterum faciat alterum nec alterum sine altero consistere queat, unde concesso territorio etiam superioritas concessa intelligitur & V. V. *Vide Dn. Reink. d. c.* 1. *n.* 8. Imo nomine territorii non rarò ipsa superioritas territorialis venit, eaq; ratione territorium & activè pro ipsa superioritate in districtu contenta & passivè pro districtu superioritatem territorialem inseparabiliter continente accipitur *Ming. th. 6. in f. Dn. Reink. d. c.* 2. *& seqq. & c. 5. n. 9.* Quæ igitur locorum in Imperio Domini particulares cum jure superioritatis tenent, territorii appellatione veniunt

& varia

& varia ad exemplum ipsius superioritatis juxta *th.4.lit.F.* pro dignitate & conditione possidentium, Ducatus & sim. sortiuntur nomina, alioquin in universum ad Imperatorem titulo Imperii (quod per prius territorium est fundatum in omnibus & collectum ex omnibus territoriis inferiorum, constitutum super omnia territoria & ubiq; locorum quoad recognitionem universalis dominatus & Imperii fundatam habens intentionem) spectantia *Ming. th.8. inpr. & th.14. Hillig.d.lit.D.* Idem significat districtus, quæ vox à distringendo, id est, coercendo dicta, legitur *1.Feud.5.in f.2.Feud.54.c.licet 9. x.de Probat.Clement.Ne Romani §.sanè de electione. Hillig.d.lit.D.* ubi & videre licet, quid Forum differat à Territorio *d)* prout vel ad unum D vel ad plures spectat *Ming.th.18.* *e)* cujus Dominus merè Politicus E & secularis est *f)* quod tenetur ab Ecclesiastico quodam V.G. E- F piscopo, idq; specialiter Diœcesis vocari solet *Clementina Ne Romani §.sanè de Electione Ming.th.5.Hillig.d.c.lit.C.in f.* sed hic quæstionis est, ad quem, utrum scil. ad Imperium an Ecclesiam, & qua ratione hæc territoria pertineant? Distinguendum hîc ante omnia erit inter bona Ecclesiæ, quæ jure Sanctimoniæ & ea quæ jure patrimonii habet; illa sunt, quæ ritè per Pontifices Deo consecrata sunt, adeòq; sunt ea quæ de jure sunt & vocantur sacra *juxta §.sacra Inst.de Rer.div. l.1.in pr.l.6.§.2.l.9.in pr.& §.1.ff.de Divisione rerum & qualitate*; quæ ipsa cum divini juris & nullius in bonis sint extraq; commercium humanum posita, nec Territorium faciant, in quæstionem nostram non veniunt. Hæc sunt ex quibus Templa struuntur & conservantur, Episcopi & reliqui Ecclesiæ ministri se exhibent; ubi iterum per distinctionem sciendum est, q olim non fuerint certi fixiq; in hanc rem reditus, sed Clerici vixerint ex pioru voluntariis oblationibus, decimis & Elecemosynis, usq; dum Pontifices Romani recusarent Templa consecrare absque dote & fixis reditibus, ex quibus Clerici & Ecclesiarum ministri vivere possent. *c. cum licet x. de Consecrat. Eccles.* unde & *in c. sancitum x. de Censib.* sancitum est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus (vox est vernacula Italoru & agru significat, qui duobus bobus arari & coli quotannis possit *Baro Schenk. ad §.si quis de manso 1. Feud.4. ex glossa ad d.c.sancitu*, cui fere respodere videtur vox Titulorū, quæ *1.Feud.6.in pr.* legitur, & juxta Vult. *1.Feud.3.in f.& Gothof.ad d.text.*

Nn signifi-

ſignificat prædia Eccleſiæ ad alimenta Clericorum deſtinata, ex quorum nominibus etiam nomen ſuum Titulorum ſortiuntur) integer tribuatur, qui cum decimis oblationibus fidelium, domibus, areis, hortis juxta Eccleſiam poſitis, ſine omni ſervitio ſit; Et hæc bona Eccleſiaſtici qua Eccleſiaſtici, & ſic non loco & jure territorii, quod in eos quà tales nō cadit per ea, quę tradit *Duaren. 1. de S. Eccleſiæ miniſteriis & beneficiis c. 4. & Sixtin. de Regal. 1. c. 4. n. 119.* poſſident & habent; nec E. de iis quidem nobis hîc quæſtio eſt; ſed demum de Principatibus, Comitatibus, caſtris præfecturis & ſim. quæ Eccleſiis earumq; Pręlatis ex liberalitate Imperatoris aliorumq; Principū ſecularium zelo fidei & Religionis ductorum acceſſerunt; in tantum etiam aliquibus, ut ex iis iterum alios Principes, Comites & Barones de integris comitatibus & Baronatibus inveſtire potuerint & inveſtiverint, quorum exempla affert Sixtin. *d. c. n.* 128. Hæc ſcil. nobis Epiſcopatus & territorium, de quo quærimus & agimus, ſunt, Eccleſiarum quidem & ipſa, non tamen ſacra aut divinis miniſteriis, quippe quæ abſq; iis perfectè peraguntur & peragi poſſunt, deſtinata, ſed merè temporalia & profana *Duaren. 2. de Sacr. Eccleſ. miniſt. & benef. c. 2.* eorumq; adeò reſpectu Prælati Eccleſiarum Principes ſunt Imperii eodemq; jure ſuperioritatis, quo cæteri merè Principes utuntur *Gail. 1. obſ. 30. in pr. & n. ſeqq. & 1. de P. P. c. 8. n. 6. & ſeqq. Heig. p. 1. quæſt. 4. n. 53. Sixtin. n. 119. & ſeqq. Duaren. d. c. 4. ubi egregiè de duplici hujuſmodi perſonarum reſpectu diſſerit, ſicut & Limn. 3. c. 3. n. 1. & ſeqq.* Poſitis his ſimulq; eo quod hæc ipſa bona in Imperio Romano-Germanico, ut ſunt, ſita ſint, ab Imperatore ea proficiſci & aliquo modo dependere neceſſe eſt *juxta th. 7. lit. D. th. 11. lit. C.* Tenentur autem & recognoſcuntur cum regalibus & ſuperioritatis juribus vel omni vel certè maxima ſui parte Feudi lege ab Imperatore & Imperio juxta præſuppoſita Gailii aliorumq; *dd. locis*, cui amplius probando maximè faciunt ea, quæ Dn. Gœddæus *Conſilio inter Marpurgenſ vol. 4. quadrageſimo quarto paſſim & præcipuè n. 41. & 76.* tradit; ubi inter cætera per inveſtituram Archiepiſcopi Moguntini & Epiſcoporum Hildeſienſium ad Acta Romana in ipſa cauſa H. productam & reſcriptum Rudolphi II. ad Decanum & capitulum cathedrale Argentinenſe de Anno 1592. 8. Maj. teſtantis, omnia ejus Eccleſiæ & Epi-

ſcopatus

ſcopatus bona eſſe Feuda Imperatoris & Imperii probat omnia Regalia & Temporalia Epiſcoporum eſſe Feuda Imperii; Sic Dn. Sixtinus *d.c* 4.*n.*126 ſe vidiſſe ait inveſtituras, per quas Epiſcopi Regalibus & Epiſcopatu, qui etiam expreſsè Principatus vocatus ſit, ſint inveſtiti: Facit tandem huc textus 2.*Feud.* 40.*in f.* Hoc obtento facilis deciſionis quæſtio erit reſponſioq; petenda ex *th.*15.*lit.B.* quod nimirum directum dominium cum ſuprema ſuperioritate juxta *th.* 7. *lit.*C. ſit penes Imperatorem; Utile verò cum ſuperioritate territoriali penes Eccleſiam & Prælatum: Si quæ verò ſunt, ut eſſe poſſunt, hujuſmodi bona Eccleſiæ in allodium data, data tamen cenſentur ſalva ſuperioritate & juriſdictione Imperiali juxta *d. th.* 7. *lit.* *A.* & C. ſicut n. hanc Imperator abdicare nequit, ita nec abdicaſſe hujuſmodi Territoria Eccleſiaſticis donando creditur, quamvis ſint, qui hoc caſu contrarium aſſerunt, quos refutat Gœddæus *d. Conſil.* *n.*46. & 84. Sic ergo omnium, quocunque jure teneantur, hujuſmodi bonorum nomine Epiſcopi Imperatori & Imperio immediatè ſunt ſubjecti, ipſi juramentum ſubjectionis daß ſie wollen Ihro Keyſerlichen Mayeſtät unterthänig / gehorſam und gewertig ſeyn/ præſtant, adeòq; Præceptis Cæſaris & Imperii parere & vocati ad auxilium venire & comparere debent, forumq; ſeculare ſortiuntur & contributionib. Imperii *arg.c.magnum* 11.*q.*1. obnoxii ſunt *Gail.dd.* *locis. Ming.th.* 33. *quibus addi poteſt Faſciculus* etlicher in der Hildesheimiſchen Sachen abgefaſten Schrifften *ſub rubr.* Erſte gründliche und wahrhafftige *Informatio juris & Facti c.*4.*p.*84.& *ſeqq.* Et hanc differentiam bonorum juriſq; circa ea diverſitatem innuit ipſum *c. ſancitum x. de Cenſib.*

Quicquid *a)* ergo ſub *b)* ambitu *c)* territorii alicujus continetur Domini Territorii ſuperioritati ſubeſſe creditur, *d)* niſi contrarium *e)* doceatur. *f)* 12.

a) *Gail.*2 *obſerv.*62.*n.*9. (1) Locorum adeò, ut huc etiam pertineat prædium ſingulare Tertii, quod in territorio eſt *c. Cum Epiſcopus de Offic.Ordin. in* 6. *Reink.* 1. *cl.*5. *c.*1. *n.*28. *Ming.th.*52. (2) Perſonarum, ſive ſubditi ſint & vocentur ſive Landſaſſii, inter eos enim ratione Domini Territorii nulla vel certè exigua differentia eſt, ideòque A

que ferè semper conjunguntur Landtsassen vnd Vnterthanen; Et quamvis olim mirè variaverint & admodum, etiam in Conventibus Imperii, solliciti & citra effectum tamen, curiosi fuerint in danda definitione der Landsasserey vnd eines Landsassen / hunc tamen describi posse putem, per hominem superioritati territoriali subjectum, Landsassiatum autem per jus Domicilii in territorio subjectionem & obsequiũ Domino Territorii debitum includens; ut adeò Landsassen vnd Landsasserey ad jus territorii der Landes Obrigkeit correspectivè se habeant, & Landsaß vnd Landes Obrigkeit tanquam activum & passivum se mutuò respiciant *videantur Gail. 1. observ. 21. n. 1. & tr. de Arrest. Imperii. c. 6. n. 10. VVehner. Pract. observ. verbo* Landtsasserey. *Ziegl. d. § . Landsaßi n. 11. & seq. Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 1. n. 81. & seqq.* Inter se autem collati subditi & Landsassii, hi illis digniores & superiores habentur; sunt enim & dicuntur Landsassii Nobiles, etiam Comites & Barones, mediatè Imperio subjecti Eines Fürsten Ritterschafft / qui ut plurimum & propter rem feudalem & propter subjectionem duplex Domino territorii juramentum præstare coguntur *Bidenbach. quæstion. nob. 1. n. 3. 4. 5. 6. Ming. th. 65.* Facit huc omnino R. A. *de Anno* 1548. §. wiewohl auch in der ringerungshandlung / ubi Comites & Barones mediati Jhrer Landsfürsten Vnterthanen vnd Landtleute / (quam vocem nostræ der Landtsassen respondere puto) vocantur. (3) Causarum, (*vide thesin*) sive civiles sint, sive criminales, sive reales, sive personales, sive petitorii sive possessorii judicii

B *l. 1. § . initio ff de Offic. Præfect. Vrb. Dn. Reink. d. c. 1. n. 27. Ming. th. 16. b)* neque enim ultra vel extra Territorium Domini territoriales jura sua exercere possint, sed ibi pro privatis habentur *arg. l. 3. de Offic. Præsid. l. fin. de jurisdictione Hillig. in Donell. enucl. d. c. 9. lit. E. in f. Ziegl. § . Landsaß. in limit. n. 7.* ex Recessu tamen Imperii *de Anno* 1559. §. vnd haben vns demnach extra suum Territorium in alienum grassatores licet persequi, sic tamen ut ibidem sive occisi sive capti relinquantur & juri sistantur, idq; vocant die Nachheyle *Gail. de P. P. obs. 15. n. 28. & seqq. Mynß. 2. observ. 28. Dn. Reinck. 2. cl. 2. c. 17. n. 101.* De jure Dominorum in subditos fugitivos videri potest *Gail de Arrest. Imp. c. 7. n. 13. & seqq.* Citatio extra territorium an & quomodo fieri possit docet idem *1. observ. 56.*

C *c)* intra fines territorii velut sepimentum, secundum quod determinantur

minantur & designantur fines jurisdictionis *Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 1. n. 25.* imò ipsi fines Territorii huc pertinent, *Ziegl. d. §. Landsaß. n. 25. & 26.* utpote pars totius; unde quod in iis continetur & castrum in finibus positum Domini Territorii esse præsumitur *Ming. 51.* Cæterum de finibus Territoriorum maximè probandis maximæ nonnunquam incidunt controversiæ inter Dominos Territoriorum confinium *Dn Reink. d. c. 1. n. 84. & seq. Brautlach. 1. c. 5. n. 7.* Determinantur autem & conseq. probantur fines vel per adminiculum Naturæ, V. G. per flumina, rivos, montes, convalles, vel opere humano & manufacto scil. per fossas, clausuras, burgos, vulgò Landwehre / Landgraben / item per scripturas, columnarum lapides, vias Regales & sim, *Reink. d. c. n. 84. & seqq. Gail. 2. observ. 62. n. 11. & seqq.* Ratione quoque ipsius diversorum Territoriorum confinii quæri contingit, si in illo cadaver interfecti reperiatur, quod utriusq; Territorium parte aliqua corporis premat, cui das auffheben / item de crimine cognoscendi & quæ huic annexa sunt conficiendi potestas competat? de qua quæstione vide latè differentem Limnæum 4. *c.* 8. *n.* 189. & *seqq.* *d*) regulari juris præsumtione *c. omnes Basilicæ* 17. *q.* 1. *l.* 1. §. *initio ff. de Offic. Præfect. Urb. l. incola l. qui ex vico ff. ad Municipal. & sim. Dn. Reink. d. c. n. 24. add th. 5. lit. F.* *e*) Dantur nonnunquam in Territoriis personæ, res & loca exempta. Dominoq; Territorii non subjecta *Reinking d. c. 1. n. 67.* & non pauci Principes, Comites, Barones, Nobiles in aliorum Principum Territorio castra & villas jure proprio & Imperii *juxta th. 10. lit. A.* possident, multæ civitates undiq; finibus Principum circumsepiuntur, sed salva libertate *Zieg. §. Landsassii n. 34.* quæ adeò Domini Territorii superioritati subjecti non sunt, sed per se separatum Territorium faciunt *Dn. Reink. d. c. 1. n. 76. & 77. Ming. th. 16.* Talia bona plurima Archiepiscopum Moguntinum hinc inde in aliorum Principum Territoriis dispersa possidere testatur *Dn. Reinking. 1. cl. 4. c. 1. n. 49.* Hac ergo ratione locus aliquis potest esse quidem in territorio in eines Fürsten Land und Obrigkeit / qui tamen non sit de territorio unter eines Fürsten Obrigkeit Dn. Reink. *cl. 5. c. 1. n. 77. & 80. Ziegl. d. §. Landsaß. n. 29. & 32. Ming th. 16.* Et sic paria sunt in effectu esse extra territoriū & esse in territorio sed exemtū vel non de territorio Dn. Reink. *d. c. 1. n. 73. Zieg. d. §. Landsassii n. 31. per c. Cum*

D

E

Episcopus de Offic. Ordin. in 6. non tamen omninò; Videatur *Dn. Reink.*
F *d.c.1.n.83.* *f)* ab eo qui allegat, cum contra ipsum stet juris præsumtio, per quam Dominus Territorij fundatam habet intentionem in omnia territorio inclusa *juxta lit. D. h. th.* adeòque nihil amplius præstare vel probare cogitur *Gail. 2. obs. 62. n. 9. Reink. d.c. n. 41. & seqq.* Allegans igitur exceptionem & exemtionem eam liquido probare debet & titulum asserti juris edere nec sufficit possessionis emolumentum allegare, cum ipsi jus commune & generalis præsumtio resistat *l. 15. C. de probat. c. 1. de præscr. in 6. Zieg. d. §. Landsass. n. 24. Dn. Reink. d.c. n. 43. & seqq.* qui hanc sententiam communem & in praxi receptam dicit; Non obstat (1.) quod in concursu præsumtionum fortior infirmiorem excludat, & verò fortior sit præsumtio pro libertate rei, non (2) quod præsumtio ex situ loci tantùm faveat summo Principi, non (3) R. A. zu Augsp. *de Anno* 1500. §. der ander Zirckel: quæ movet Vietor *de Exempt. concl. 27. vide Reinking. d. c. 1. n* 47. *& seqq. Limn. 4. c. 8. n. 187.*

13. Ex forma superioritas vel *a)* est Monarchica *b)* vel Aristocratica vel *c)* Democratica; reliqua ad formam spectantia ex definitione manifesta sunt.

A *a) Brautlach. 1. c. 5.* ubi quidem hanc formam tribuit ipsis Imperii membris; sed non minus rectè tribuitur ipsi etiam superiorita-
B ti *b)* In Principatibus & ubicunque penes unum est summa Reip.
C & superioritas *c)* in Civitatibus liberis Imperialibus, quarum in aliis penes Patritios & optimates in aliis penes universum populum summa est Reip. adeòque & superioritas: nec obstat quod *th. fin. disp. 1.* traditum evictumq; est, Imperium Romanum esse Monarchicum, id enim verum est respectu universi, non partium & membrorum.

14. Finis concessæ superioritatis alius est respectu ejus à quo, *a)* alius respectu eorum quibus *b)* alius respectu eorum in *c)* quos concessa est.

A *a)* Nimirum Imperator superioritatem concedendo cum territorio id egit (1) ut transferret in alios partem curarum, *th. 1. lit. A.* neve omnia retinendo semper de summa Imperii periclitaretur

(2) ut

(2) ut eos, quibus concedit, magis sibi devinciret & paratos redderet, qui pro se & Imperio, necessitate id efflagitante, sanguinem etiam funderent vel haurirẽt, pręsumuntur enim attentius militaturi, qui non tam aliena quàm sua potius jura & rura defensuri veniunt *Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 6. n. 89. Ming. th. 3.* (3) ut Imperii Majestatem magis redderet manifestam; neq; enim per hanc Imperatorum liberalitatem suprema Potestas & Majestas minuitur, sed magis honorabilis magisque timenda efficitur, cum quilibet, quantò præest potentioribus, majoribus & dignioribus, tanto & ipse potentior, major, dignior habeatur *Knich. de sublim. & Reg. Territ. jure c. 1. n. 1. & seqq. Ming. d. th. 3. & 50. Limn. 4. c. 8. n. 4.* *b)* Concessit nimirum Imperator, quibus concessit, hanc dignitatem & potestatem, ut præmium haberent virtutis & laborum pro Rep. perpessorum, cum nihil sit dignius Principis Majestate, quàm benemerentibus benefacere *l. pen. C. de Donat. inter vir. & ux. Ming. th. 3. & 50.* nec verò cuiquam Imperator, nisi benemerito eam concessisse præsumitur. *c)* id est, subditorum; Voluit scil. Imperator per plures totum Reip. corpus curari accuratius, ne dum partes aliquas ipse tueretur, reliquas deserendo (quî enim unus omnibus simul per se interesse, adesse & præesse queat? id verò divinitatis magis est quàm mortalitatis!) perderet; Salus E. populi, ut aliàs summa lex esse debet, ita meritò hîc summus & ultimus finis fuit *videatur Ming. d. th. 50.* B C

15. Effectus superioritatis territorialis in genere hic est, quod per eam Dominus *a)* Territorii in suo *b)* Territorio potest *c)* id *d)* quod Imperator *e)* potest in universo Imperio.

a) Non tanquam Vicarius Imperatoris, ut quidem volunt allegati *à Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 6 n. 4. & Limn. 4. c. 8. n. 8. Bachov. 8. ad Treutl. vol. 1. disp. 3. th. 6. lit. E. vers. Altera. qui refutantur disp. 5. th. 9. lit. C. adde Knich. d. tr. c. 1. n. 373.* sed tanquam ipse Imperator in suo Territorio, unde illud vulgi ore jactari cœpit, Ein jeder ist Keyser in seinem Lande, & vox ista Principibus non infrequens est, Ego sum tibi Imperator in Territorio meo *Reink d. c. 6. n. 5. Ziegl. d. § Landsaßiin. 109. & seqq. Limn. d. c. 8. n. 9.* Agnovit hoc Baldus, qui Principes Germaniæ pro Regibus A

bus habet *ad l.fin. C.de Testam. Milit.* fassus hoc est Carolus V. dum dicere solitus est, in aliis sibi subditis regnis imperare se mancipiis & servis, in Germania verò liberis & Regibus; idem fuit judicium Maximiliani I. dum se Regem Regum professus est; nec tanta Principum potestas quicquam detrahit Imperatoris Majestati: *vide th. 14. lit. B. Limn. d. c. 8. Reink. d. c. 6. n. 72. & seqq. & d. cl. c. 1. n. 65.* His consequens est non absurdos esse eos, qui Principes Imperii non cum Præsidibus, sed ipso Imperatore comparant & par jus eos respectu subditorum suorum cum iis qui superiorem non recognoscunt habere asserunt, inter quos est Bachov. *1. disp. 3. th. 6. lit. E. & disp. 23. th. 1. lit. C. vers. Quod igitur.* modo tamen posterius limitetur *ex lit. C. & D. h. t.* imo eos quoad subditos & in particulari sua potestate non videri recognoscere superiorem, cum Imperatori præferantur (*vide supra th. 7. lit. E.*) asserit *Knich. de sublim. & reg. territ. jure c. 1. n. 369.* quod autem Bachov. *d. loc.* iisdem Majestatem tribuit, rectè quidem fit ad ipsius, statuentis *disp. 1. ad Treut. vol. 1. th. 5. lit. E.* Imperii nostri statum non purè Monarchicum esse, sed cum Aristocratico mixtum, & ad hunc ferè magis inclinantem, principia, sed non ad nostra, *vide disp. 1. thes. fin.* Videmus quoque Principes iisq; similes Dominos Territoriales in mandatis & rescriptis suis usurpare formulam Wir von Gottes Gnaden/ *Thom. Mich. de jurisdict. concl. 45. lit. E. Ziegl. §. Landsassiu n. 124. Reink. d. c. 6. n. 24.* sed cum ipsi superiorem recognoscant Imperatorem, eique, non immediatè Deo, debeant dignitatem & potestatem suam; & verò titulus hic propriè iis competat, qui Deum tantum recognoscunt superiorem *Reink. dict. loc.* unde etiam *disp. 1. th. 21. lit. A.* per usum ipsius per Deum solum Imperium Rom. dari probatur, qua ratione quove jure Principes Imperii hoc titulo uti dicemus? Matthias Stephani *de jurisd. part. 2. lib. 2. c. 7. n. 41.* id ex privilegio fieri scribit; quod fortassis ita est, & ut maximè expressum hac de re non extet privilegium, longissimi tamen & immemorialis temporis observantia ejus vice erit *arg. l. 3. §. 4. de Aqua quot. & æstiv.* sed amplius cum ipse Imperator ex Dei gratia, ex qua est, quod agit, agat, non ita absonum est, Dei gratiam, Imperiali involuta silentio, tantùm potestati suæ præscribere: sic enim aliàs quoque ex fonte nos habere affirmamus aquam etiam si longos permeatus ea ad

nos

nos perveniat, & facit huc responsum Christi Pilato datum *Iohan. c.19.v.11.* videatur *Limn.4 c.6.n.29.& seqq. ubi etiam agit de titulo Prælatorum Ecclesiæ* von Gottes Verhängnüß. *b)* utpote cujus Dominus B existit: Sed quale est illud territorii dominium? Sunt qui dicunt Dominum territorii respectu Cæsaris habere dominium utile, at respectu subditorum suorum directum, sed hanc sententiam, ceu falsissimam & in jus Feudale manifestò impingentem rectè rejiciunt alii, *vide Hillig. in Donell. enuc.17.c 9.lit.H. Limn.4.c.8.n.9.* Distinguendum ego putaverim (1) inter Territorium Feudale & Allodiale, (2.) inter dominium Territorii universi & rerū locorumq; particularium in eo contentorum atque à subditis possessorum; neque enim insolens esse & absurdum, ut alius sit Dominus universi, alius partiū, patet *ex l.36.de Eviction. l.23.in pr. de usuc.§.cum in suo 29.Inst. de rer. divis l.2.§.6.Pro Empt.* & hæc ipsa distinctio usum habet in cōciliando Imperii dominio penes Imperatorē existente cum dominio Territoriorū quod penes alios est. E. secundum distinctionem (1) dominium Territorii allodialis plenum, directū & utile, pertinet ad Dominum territorii, salva tamen in id manente superioritate Imperatoria *juxta th.7. lit. A.* Feudalis verò tantùm utile, directo existente penes Dominum Feudi, secundum vulgata juris Feudalis: quoad (2) distinct. dominium territorii universi pertinet ad Dominum territorii, particularium verò rerum locorumq; ad subditos eorum possessores; ubi tamen subdistinctione aliqua opus est, siquidem alii ex ipsis bona tenent allodii, alii feudi, alii aliorum contractuum jure, pro quorum diversitate Dominus excludendus venit à dominio rerum particularium vel non, iterumque subditi possessores vel pleni, vel utilis tantum dominii Domini dicendi erunt. Ex his (1) sequitur, jure Territorii ad Dominum territorii pertinere etiam loca deserta (non ergo in communi quidem relicta ab universitate tamen legitimè occupata *Ming. th.51.*) nunquam culta & vacantia, intra territorii limites reperta, nec adeò occupantem, nisi Domini concessione, ea sua facere posse *vide Ziegler. d. §. Landsassii n. 35.& 36.* (2) præsumtionem dominii rerum singularium possessores pro se habere, contra Dominos territoriorum, quod etiam asserit *Gail. 2. observ. 62.n.9.* Ex justa tamen & legitima causa utilitatem pu-

blicam concernente Dominum territorii rem alteri, puta subdito, auferre posse putat *Knich. de sublim. & reg. terr. jure c.1. n.362. Ziegl. d. §. Landsassu n.126. Reink. 1. cl. 5. c.6. n.36. ipseq. Gail. 2. observ. 57. n.7. in terminis Civitatum Imperialium.* Tanta certè non est potestas Domnoirum territorialium in personas sibi subjectas, ut invitas eas alienare

C queat *Zieg. d. §. Landsass. n.91.* c) Per analogiam quandam & similitudinem juris, non ut Imperator, per plenitudinem potestatis, nam quæ jura Imperator vigore Majestatis habet & exercet, ea Dominis territoriorum aliisque communicata desinunt esse jura Majestatis (nec enim talia manere possunt in eo, qui Majestatem non habet) & fiunt territorialia; quodlibet enim jus in quolibet subjecto non pariter consideratur, sed pro habilitate subjecti, quod illud recipit & exercet, & in quolibet actu termini habiles sunt præsupponendi *Ming. th.54.* sic quod ad Dominum pertinet jure dominii & tanquam pars ejus *l. 4. de usufr.* id à Domino alii non Domino

D cessum & concessum fit jus servitutis *l.25. de V.S.* d) Ita quidem generaliter vulgo concipitur & circumfertur regula, sed quæ nisi insigni limitatione restringatur temeraria, falsa & periculi plenissima erit *Reink. d. c.6. n.57. Limn. d. c. 8. n.7. & seqq. Hillig. in Donell. enuc. d. c. 9. lit. H. Zieg. d. §. Landsassii n.115.* Sciendum itaque est, procedere illam saltem respectivè, secundum quid & quodammodo, nimirum in iis, quę ab Imperatore communicari ut possunt ita solent, non in reservatis Imperatoris; nam licet multa & magna Imperator Dominis Territoriorum concesserit, multò tamen majora, quę ad ejus splendorem, majestatem & autoritatem tuendam pertinent; sibi reservavit, quæ adeò citra crimen Majestatis inferioribus tangere vel usurpare non licet *Dn. Reink. d. c. 6. n.118. & seqq.* ubi ea ipsa recenset, vi-

E deatur etiam *Limn. Hillig. Ziegl. dd. loc.* e) imò respectu successionis Dominus territorii plus habet & potest in suo Territorio, quam Imperator in Imperio, cum ille territorium cum juribus territorialib. transmittat in heredem (*vide infra th. 26. & seqq.*) non hic Imperium cum Majestate *Limn. d. c. 8. n.7. Ziegl. d. §. Landsassu n. 112. & 113.* quò nescio, an respexerit Bachovius, quando *d. disp. 23. th.1. lit. C. v. Quando igitur &c.* dicit, quod Principes Germaniæ, quantum Imperator in Imperio, tantum & Plus in territorio suo possint; Sed cum Imperator

perator ſit autor & fons ſuperioritatis territorialis, quomodo quod ipſe non habet, contra regulam juris, *Nemo plus juris &c.* in alterum transferre poteſt, adeòque quomodo Domini territoriales jus ſuum, quod ab Imperatore, qui ipſe id in heredem non tranſmiſiſſet, habent, in heredes tranſmittere poſſunt? Vel dicendum jus territorii legem ſucceſſoriam trahere ex initio ſuo, ſub quo Imperium erat hereditarium (*conf.diſp.2.th.5.lit.A.cum th.7.lit.A.h.diſp.*) vel recurendum erit ad *l.46.de Acquir.Rer.Dom.& l.63.de uſuf.*

In ſpecie exſerit ſe ſuperioritas Territorialis in juribus & actibus *a)* tam Eccleſiaſticis *b)* quàm ſecularibus, illi infra propriam diſputationem ſibi vendicant, horum præcipuos *c)* nos in ſeqq. oſtendemus. *d)* 16.

a) Juriſdictio Territorialis licet ſit totum intellectuale & individuum, conſtat tamen ex diverſis & ſeparatis actibus juriſdictionalibus *Dn.Reink.1.cl.5.c.5.n.1.* qui ſequuntur ipſam ut effectus ſuam cauſam, adeòque & ipſam probant; hoc tamen loco non ratione exercitii & probationis, ſed ſubjecti, in quibus ſcil. rebus ſeu ſpeciebus conſiſtant, cõſiderandi veniunt *Ming.th.59.inpr.* quia autem, ut dictum eſt, diverſi ſunt actus, ex uno non ſemper infertur ad aliũ *Reink.d.loc.Ming.th.64.* *b)* Qui in terris ſtatuũ Auguſtanæ Confeſſionis jus & ſequela ſunt ſuperioritatis territorialis propter ſuſpẽſam juriſdictionẽ pontificiã *Ming.th.63.inf.Zieg.d.§.Landſaß.n.180.& ſeqq. Knich.d.tr.3.n.234.* *c)* vix enim omnia, quæ Princeps poteſt, conglomerare licet aut poſſibile eſt *Ming.th.76.inf.* *d)* per indicem ſaltem & vel enumerando, exacta enim eorum traditio non eſt hujus loci & aliàs vel ſinguli peculiarem merentur diſputationem. A B C D

Inter hos autem primi ſunt Homagii *a)* receptio & protectio. *b)* 17.

a) Quod (ſic dictum quaſi hominis ligium, id eſt, obligatio ad ſervitia & fidelitatem *Gail.de Arreſt.c.7.n.10.*) ex jure conſuetudinario introductum & in ſacris literis fundatum *Ioſ.1.verſ.17.2.Sam.5.verſ.3.2.Paral.23.verſ.16.1.Maccab.14.v.47.* hîc (nam aliàs varia hujus vocis ſignificatio eſt *VVehn.in Pract.Obſerv.verb.* Landß, oder Erbhuldigung *Dn.Reink.1.cl.5.c.4.n.24.*) eſt adſecuratio fidelitatis & obedi- A

entiæ quam subditus facit Domino Territorii sub cujus jurisdictione habitat die Huldigungs oder Erbpflicht *Maul de Homagio c.1.n.1.2.3.* Regulariter autem id præstare tenentur (pœna quæ sit recusantis & qua ratione quis ad hom. præst. cogi queat, docet *Maul d.c.n.24.& seqq.*) omnes subditi, etiam Comites, Barones & Nobiles, id est, Landsassii juxta dicta *th. 12. lit. A.* nisi qui se ab ejus præstatione jure vel conventionis vel præscriptionis immunes probaverint, qui tamen nihilominus Domino territorii fidelitatem & obedientiam debebunt *arg. 2. Feud. 3. & 76. Dn. Reink. d.c.n.9. & 7. Maul d.c. 1. n. 4. & seqq.* sed an etiam Clerici id præstare tenentur? *Vide Reink. d.c.n. 43. Maul dict. loco.* Subditi a. sunt etiam illi, qui domicilium in territorio habent, quos incolas vocamus *l. 29. ad Municip. & de incol. l.1.3.4.5.6. C. de Incolis*, quia verò pluribus locis quis domicilium habere potest *l.5. l.6. §.2. Ad Municip.* pluribus etiam in locis ad præstandum homagium quis teneri potest; quod idem dicendum, quando quis extra locum originis domicilium figit *arg. l. 29. ad Municip.* sed anne quis sola bonorum ratione Domino territorii, in quo sita sunt, homagium præstare tenetur? Negat Dn. Vult. 1. *Feud. 6. n.5.* & post eum *Maul d.c.n.16.* ubi hanc communẽ, consuetudine approbatam & in Germania frequentius observari dicit: contrà alii ab ipsis citati affirmant, quibus accedere videtur Dn. Reink. *d.c.n.33.* qui tamen ex hujus præstatione non fundari qualitatem subjectionis personalis absolutam addit *n. 35.* sed quæstio ipsa in eo mihi verti videtur, an bonorum possessio extra constitutionem domicilii subjectionem aliquam personæ imprimat? quod cum negetur *per l. 17. §.13. ad Munic. l.4. C. de Incolis*; id quoq; ipsum, quod in prima erat quæstione, negari debet; Cæterum in terminis immediatorum jam supra *thes. 10. lit. A.* hac de quæstione egimus. Præstandum autem est Homagium, etiam à Landsassiis mediante corporali juramento, nisi aliud conventione vel præscriptione sit inductum *Maul d.c.n.21.* Personaliter non per Procuratorẽ *Gail. de Arrest. Imp. c.7. Reink. d.c.n.31.* summa ejus hæc est, q subditus jurans sibi curæ esse velit vitam, corpus, honorem & commoda Domini, daß Er welle getrew/ hold vnd gehorsam seyn/ vnd dasselbe thun was ein getrewer Landsaß vnd Vnterthan seinem rechten Erbherrn vnd Landsfürsten zu thun schuldig ist/

Maul

Maul.d.c.n.20.Reink.d.c.n.27.& seqq. Ming.th.64.arg.2.Feud.6 & 7. (unde subditi à Dominis suis liebe Getrewen / sicut hi ab illis Gnädige Herrn vocari consueverunt *vide Gail.de Arrest.Imp.c.6.n.13. Zieg.d.§.n.* 195.) solita autem & consueta juramenti formula hîc omninò servanda est, nec alia ab ea invitis subditis præscribi potest Maul.*d.c.n.* 18.*Reink.d.c.n.*28. Præstandum est toties homagium, quoties mutatur persona Domini *d.c.n.*22. statim in ingressu regiminis, so bald im Antritt der Regierung Dn. Reink. *d.c.n.* 2. item quoties & simulac quis fit subditus *Maul.d.c.n.*22. Præstatur autem in dominatibus hereditariis solis quidem Dominis principaliter ipso actu regentibus den regierenden Landsherrn / sed pro se & successoribus ex descendenti vel collaterali linea juxta successionis vel communis vel pactitiitiæ & privilegiatæ seriem *Dn. Reink. d. c. n.* 41. & 42. ubi id applicat Hassiæ in Cassellana & Darmstadina lineis. Et hæc de Homagio, quod est prima agnitio & confessio subjectionis, recognitæq; tessera superioritatis, quam arguit non à priori sed posteriori *Dn. Reink. d. c. n.3.6.7.* Atqui cum subditi mediati etiam Imperatori subjectionis jure & devotione devincti sint R. A. zu Wormbs *de Anno* 1564. §. wiewol auch in der Executionsordnung *th.7. lit.E.* quæritur utri fortius obligentur, utrum Imperatori an verò Domino immediato? Dn. Reink.1.*cl.5.c.1.n.66.* ex aliis propter juramentum huic fortius eos obligari putat, quod & probare videtur Knichen. *de sublim.& reg.territ.jur.c.1.n.*368.& ferè convenit iis quæ de jure autocratico supra *th.5.lit.G.th.7.lit.E.th.15.lit.A.&D.* dicuntur; sed iterum ex iis, quæ ibi limitationis loco adduntur, limitandi erit hujus quæstionis decisio. Et aliàs in omni juramento suo sensu Imperator exceptus intelligitur, ut Imperator, qui etiam certis casibus subditos mediatos à juramento Dominis immediatis prĕstito absolvere die Unterthanen ihrer Aydt Pflichtschuldigkeit erlassen vnd ledig zehlen potest & solet: de juramento fidelitatis, quod in eo Imperator nominatim excipi debeat, textus est expressus *in §.fin.2.Feud.55. addatur tit.* 2.*Feud.* 7. Tandē illud in materia Homagii probè notandum venit, quod ejus per vim & metum expressio nullā subjectionem inducat, nec antiquo & vero Domino possessionē superioritatis intervertat *Zieg. d.§.Landsaßen in limit.n.*30.*& seq.Knich.d.c.n.*254. *b)* Ad Domini ter- B

 ritorialis,

ritorialis à subditis homagio præstito jam recogniti officiũ tanquam de potioribus juribus superioritatis pertinet, ut subditorum suorum bona, res & personas protegat, defendat & tueatur, daß er die Unterthanen bey jhren alten Herkommen/Freyheiten/Recht vñ Gerechtigkeiten auch sonst schütze/schirme vnd handhabe *Gail. de Arrest. Imp. c. 8. n. 12. Reink. d. c. n. 44. & seqq. n. 56. & seq. Ming. th. 66.* huc pertinet concessio tuitivarũ literarum in suo territorio schrifftlich Geleit/Geleitsbrieffe Reink. *d. c. n. 46.* Debent E. & ipsi Domini territoriorũ subditis suis aliquam fidelitatem *arg. 2. Feud. 6. in f.* nec tamen eam juratò vel stipulata manu vel datis literis promittere tenentur, nisi speciali pacto vel consuetudine sit inductum, tunc enim omnino ita promittere tenentur, adeò, ut si id facere recusent, subditi & ipsi citra piaculum & periculum homagii præstationem recusare possint *arg. l. cum proponas C. de pactis l. Iulianus §. offerri ff. de Action. Empt. Maul. d. c. 1. n. 10. & seqq. Reink. d. c. n. 13. & seqq.* secundum hæc Lüneburgum & Brunsviga Principibus suis homagium non præstant, nisi ipsi priores juraverint de conservandis ipsorũ privilegiis & immunitatibus *Limn. 7. c. 1. n. 11.* Et simile quid in aliis etiam præsertim pactitiis civitatibus receptum esse verisimile est; nec hæc res quicquam adimit dignitati vel superioritati Principum Reink. *d. c. n. 21. & seq.* Circa jus autem protectionis notandum est, quod etsi subditi mediati etiam sub Imperatoris protectione sint R. A. zu Wormbs *de Anno* 1564. §. wiewol auch in der Executionsordnung R. A. *de Anno* 1530. § *Item* wir hiebevor & §. weiter nachdeme ab ipsoq; expressa protectionis privilegia (quæ protectoria sive salvaguardiæ & diplomata dici solent) etiam privatis personis dari consueverint, daß sie/jhre Kinder vnd Güter in der Keyserl. Mayest. vnd deß H. Reichs Schutz vnd Schirm seyn sollen/inde tamen jurisdictioni ordinariæ & subjectioni immediatę nullum generetur præjudicium *Gail. 2. observ. 54. n. 7. Reink. d. c. n. 75. Zieg. d. §. Landsaß. n. 93.* Cæterum in alterius protectionem invito suo Domino subditis dare se non licet, nisi in certis casibus; quæ ipsa pactitia extraneorum protectio seu advocatia Schutz vnd Schirm Gerechtigkeit in Clientes Schutz vnd Schirmverwandten nullam tribuit jurisdictionem vel superioritatem, nec E. jurisdictionem ordinariam tollit; quamvis plerunque Advocatus hujusmodi fiducia-
rius

rius annuum honorarium sibi stipuletur, *vide omnino Gail. 2. observ. 54. Zieg. d. § n. 81. & seqq. Maul. de Homag. tit. 11. Reink. d. c. 4. n. 48. Limn. 4. c. 8. n. 78. & seqq.*

Alii incidunt in Regalia, *a)* quò pertinent Viæ publicæ, *b)* Vectigalium *c)* perceptio, Flumina publica *d)* jus cudendæ *e)* monetæ. 18.

a) Regalia à Rege (qui jure Feudali Imperatorem significat) sic dicta sunt jura Imperatori primariò in Imperio nostro aliisve secundariò ex illius concessione ad salutem & decus Imperii competentia *Brautlach. 3. c. 4. n. 5.* hæc præter alios (qui non sunt hujus loci, sicut nec plenior illorum ipsorum tractatio) modos acquiruntur in & cum ipso jure superioritatis; cui enim superioritas conceditur, eidem cum illa Regalia quoque concedi intelliguntur *Brautlach. d. c. n. 13. Dn. Reink. 1. cl. 5. c. 6. n. 23.* Et ergo exercent & usurpant hæc Domini territoriales jure superioritatis territorialis, *Zieg. d. § n. 131.* & quidem omnia, non solum ea, quæ *in c. unic. quæ sint Regalia 2. Feud. 56.* sunt expressa, tam majora quàm minora, reservatis exceptis, sed & si quæ sunt alia ex usu pro Regalibus recepta, ex quibus præcipua tantum tum sub hoc Regalium ordine & titulo tum sub aliis, prout dispositio & connexio jusserit, enumerabimus, *vide Myns. th. 67.* *b)* quæ in solo publico sunt & per quas populo iter patet, aliàs Viæ regiæ, consulares, militares dicuntur, nobis freye Keyserliche strassen/ gemeine Landstrassen/ Heerstrassen/ freye Reichsstrassen. *Dn. Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 7. pag. mihi 65.* Sunt a. hæ *juxta c. unic. quæ sint Regalia,* de Regalibus partim ob ipsum dominium ad Dominos territoriales (*vide th. 15. lit. B.*) spectans licet usus earum communis sit, partim quoad refectionem, tutelam & defensionem earum ad eosdem spectantem: pertinet ergo huc etiam & competit jure territoriali Dominis territoriorum jus conducendi peregrinantes per vias publicas, das Geleit lebendig vnd schrifftlich oder die geleitliche Obrigkeit auff freyer Keyserlicher Heer- vnd Reichsstrassen *Knich. d. tr. c. 4. n. 293. Reink. d. c. 6. n. 33. Zieg. d. § Landsassii;* imò *juxta* R. A. *de An.* 1555. § nachdem aber ein jeder Churfürst; Ist ein jeder Standt sein Land vnd Gebiete auch Strassen rein/ vnd darzu notturfftig streiffende Rotten zu erhalten vnd die versehung/ damit sich nit muhtwillige Leute in seiner Obrigkeit zusammen

A

B

sammen schlagen/und andere beschädigen/zu thun schuldig; Si ergo quæ Dominis territoriorū hac in parte negligentia imputari queat, & iter per territorii vias facientes, inde damni quid faciant, etiamsi publica fide & securitatis tessera mit einem Paß vel vivis quoq; conductoribus, muniti fuerint, Domini territoriorū, ad id resarciendū tenentur maxime si pedagiū vel pensionē aliquā accipiant R. A. *de An.*1559.§. Damit dan die Obrigkeit *Gail.*2.*obs.*64.*Myns.*5.*obs.*70.*Sixtin. de Regal.*2.*c.*2.*n.*35.*ubi præjudiciis hoc comprobat*, Juri a. huic salvi cōductus inest punitio & captura facinorosorū, sine qua illud cōsistere nequit *l. Congruit.ff.de off.Præs.l.*1.§.*quoties de off.Præf.urb.Reink.d.c.*6.*n.*33.*& seqq. Ming. th.* 76. Et cum publicè tanti intersit sine metu & periculo per itinera commeari *l.*1.§.1.*ff.de His qui dejecer.vel effud.* meritò grassatoribus, qui illorum securitatem tollunt, gravior aliqua pœna præstituitur, de qua *in l.*28.§.10.*de Pœnis & art.*126. *Constit.crim.* Ei autem, quod diximus, vias publicas esse de Regalibus, consequens est, quod, si à Principe Nobili alicui vel alii concedatur castrum cum suis pertinentiis, mero & mixto Imperio omniq; jurisdictione, non tamen ei concessa intelligatur via publica vel jurisdictio circa eam (*vide supra th.lit.H*) adeòque si in via publica quis interficiatur, cognitio & punitio illius delicti non ad Nobilem sed Dominū territorii pertibit *Schneidvvin. ad pr.Inst. de serv.P.R. & V.n.*23. Tandem hîc *ex l.*14.§. *quemadm.servit.amitt.* notandum venit, quod si via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa sit, vicinus proximus viam præstare debeat

C c) *c.unc.quæ sint Regalia*, sed de præterito saltem concessiorum & indictorum; neque n. vel veterum adauctio vel novorum sub quocunque prætextu & titulo institutio citra Imperatoris & Electorum concessionem & consensum Dominis territoriorum licita est R. A. *de Anno* 1576.§. weiters sind wir *& seqq.Buxtorff. ad Aur.Bull. conclus.*91. *Maul.de Homagio. tit.* 10.*n.*13. Dicuntur autem Vectigalia in specie si in portu solvantur Portoria, si in ripa ripatica, si in terra telonia *Ming.th.*67. reliqua vectigalium materia pertractatur *disp.*4.

D d) Fluminum alia sunt perennia, quæ scil. semper fluunt alia torrenta quæ per hyemem saltem fluunt *l.*1.§.2.*de Fluminib.* rursus alia sunt publica alia privata; publica sunt quæ perennia sunt *d. l.*1. §. 3. privata quæ non talia; iterum alia sunt navigabilia aut talia, ut ex iis alia navigabilia

bilia fiant, alia non talia *l.2.de flumin.l.10.§.2.de Aqua & aq.pluv.arcend. c.unic.quæ sint Regalia,* Ex jam dictis autem colligitur (1) publica & perennia ferè esse eadem, (2) navigabilia omnia esse publica, quippe quod aliàs malè indistinctè inter Regalia *d.c.unic.* referrentur, cum privatum flumen à cæteris locis privatis nihil differat & sic de Regalibus minimè sit; sed non vice versa omnia publica navigabilia esse docet *l.1.§.2. Ne quid in flum.publ.* (3) inde sequitur eandem rationem esse fluminis navigabilis & ejus ex quo aliud fit navigabile. Hujus verò loci & nostræ materiæ sunt navigabilia juxta *c. unic. quæ sint Regalia*, imò omnia publica, quæ de Regalibus esse & ad Principem jure superioritatis pertinere, usu tamen singulis patere (qui tamen limitari debet *ex l.2.& t.tit.de flum.& ne quid in flum.& tit. Ne quid in flum.publ.*) docet Wesenb. *ff. de fluminibus n.3.* & eadem, qua vias publicas, ratione huc pertinere statuit *Vult. d.n.7.* Privatis tamen in iis molendinum licet non nocivum sine permissu superiorum ædificare non licet *arg.l.42.§.1.ff. Ad L. Aquil.§.31.Inst. de rer. divis. Carpz. de Regalib. th.55.* an autem iisdem jus navigandi & piscandi in illis à Dominis prohiberi queat? vide apud Dn. Vult. *d.n.7. Dn. Reink. d.c. 6.n.55.* Certè si piscatio ipsis concessa sit, reditus aliquis seu vectigal Fisco Principis inde debetur *per c. unic. quæ sint Regal.* Non tamen eousque se extendit Regale fluminum jus, ut bona naufragium passorum vi ejus ad Dominum loci & fluminis pertinere debeāt *vide Auth. Navigia C.de Furt.constit.crim.art.218.Gail.2.obs.18.Grot.de j.B.& P.1.c.8. n.1.* e) *c.unic quæ sint regal.* R.A. *de An.*1524.§. dergleichen hat. R.A. zu Speyer *de An.*1570.§. alßdan auch die Müntzgerechtigkeit. Qui a. hoc jus habent, ipsi id exercere, nulli verò id vendere, locare vel cedere debent *d.§.* Alßdann auch R. A. *de Anno* 94. §. wir ordnen R. A. *de Anno* 1551. §. So haben wir uns auch. Sed an Domini terrtioriorum in iis monetæ valorem augere vel minuere possint? item an & quid differat jus monetæ à jure monetam cudendi & tota hæc materia plenius pertractatur *disp.4.* E

Pertinent etiam huc jura *a*) Fisci, circa & in vacantia, *b*) damnatorum & *c*) proscriptorum, crimen Majestatis *d*) committentium, indignis *e*) relicta, incestum 19.

f) committentium bona, dimidium item Thesauri *g*) in loco publico, Principis vel religioso non data opera inventi, Argentarias *h*) & salinarum *i*) reditus.

A *a*) Quæ etiam Dominis territorialibus vi superioritatis territorialis competunt, cum iis quibus concessa sunt Regalia concessa etiam credantur Fiscalia *Ming.d.th.68.Carpz.de Regal.73.* competũt autem jura Fisci Dominis Territ. privativè sicut & cætera superioritatis jura *videatur Dn. Reinck.1.cl.5.c.7.n.27.& seqq. junct.th.7.lit.E.h.*
B *disp.& lit.D.h.th.* *b*) Bona vacantia Erblose Güter Fisco cedunt *c.unic.quæ sint Regal.l.1.3.fin.C.de bon.vac.& incorp.* eiq; Incorporantur, quo pertinet vox incorporationis *in rubr.& l.3.C.d.tit.de bon. vacant.& incorp.* Illius autem bona vacantia dicuntur, qui nullum ex qualibet (sive descendentium sive ascendẽtium sive collateralium etiam ultra decimum gradum *Ming.d.th.69.Carpzov.70.non obstante §.fin.Inst.de success.cognat. vide Bachov.ad Treut.vol.2.disp.16.th.5.lit.H.*) sanguinis (non affinitatis, ejus enim jure nulla successio permittitur *l.7.C.Comm.de success. Bachov ad Treut.d.disp.th.1.lit.F.*) linea vel juris titulo (sunt enim qui alia, præter sanguinis, ratione ad defuncti hereditatem vocantur ut Adoptivi & Arrogati *l.1.in f l.2.& 3.de suis & legit.hered* Maritus & uxor *l.fin.C.unde vir.& ux.* consors *l.1.& 3.C.de Decurion.* qui adeo omnes Fisco præferuntur, ut & Patronus in hereditate liberti *l.si quis Presbyter.C.de Episcop.& Cleric.* Episcopus in peregrinorum *Auth.omnes peregrini C.Comm.de success.* non nutritor in hereditate nutriti *l.10.C.Comm.de success.* non tutor in pupilli, non obstante *l.73.de R.I.* loquitur enim de tutela legitima *Bachov.d.th.1 lit.F.vide de his omnibus Carpzov.th.71.*) legitimum reliquerit intestatus (neque enim testati quà testati, id est, cum effectu bona vacantia esse possunt *pr.Inst.de hered.quæ ab intest.l.64.de V.S.*) heredem *l.9.C.de bonis vacant.& incorp.* Opus E. hîc erit inquisitione & proclamatione publica, ut constet habeatne defunctus heredem nec ne, si tandem constiterit nullum esse, bona per sententiam declarantur vacantia & Fisco cedunt *Carpzov.th.72.* sed cum onere suo *Gail.2.observ.86.n.4.& seqq.* ita ut teneatur legata & fideicommissa præstare ab herede deficiente relicta *l.96.§.1.de Legat.1.* (æquè ac cum ab eo qui intestatus decedens

dens sciebat bona sua ad Fiscum perventura, ipsius fidei quid commissum est *l.114. §.2. de Legat.1.*) & creditoribus defuncti satis facere *arg.l.31.in pr. solut. Matr. l.2.C. Ad L.Iul. de vi publ.* non tamen ultra vires hereditarias etiam non confecto (quod secus est in privatis *l.fin. §.et si præfatam C.de jure deliberandi*) inventario *Carpzov.d.th.*72. c) *d.c. un. quæ sint Regalia.* Damnatos communiter (quamvis non ad sententiam Carpzovii *th.*81.) hîc eos dicunt, qui ultimo supplicio afficiuntur, proscriptos qui deportantur; & rectè quidem juxta collationem *l.7.in pr.* 10.*C.de bon.prosc. seu damnat.* *Nov.*134.*c.fin.* quamvis aliàs (ut & de jure *ff. in l.1. in pr. & tt. de bonis damnat.*) hi sub illis comprehendantur. Ergo & eorum qui ultimo supplicio afficiuntur & qui deportantur (non eorum qui relegantur; nam iis & quidem in perpetuum, non ad tempus *l.7.§.4. de interd. & relegat.* talibus, non nisi specialiter & expressè sententiâ bona adimuntur *l.14.§.1. de interdict. & releg. l.8.C.de Pœnis*) bona (propria & allodialia, non aliena; ea enim dominis reddenda *arg.l.5.l.9. in auth. bon. dam. C. de bon.prosc. seu damn. l.56.§.1. de Furtis. Constit. crim. art.* 218. R. A. *de Anno* 1559. §. vnd nachdem an etlichen orthen. non Feudalia *Ord. Cam. p.2.tit.*9.§. Sojemands. *adde h.th. lit.D. & in fin. th.*29.*lit.E.* non Emphyteutica, quæ quis ab Ecclesia vel alio ea lege, ne ad extraneum, cujus rationem Fiscus hîc habet, transeant, habet; non allodialia extra familiam alienari prohibita *Carpzov. th.*83.*cum allegat.* non filiofam. damnato & proscripto Castrensia vel q. *l.3. C.de bonis proscr.* multò minus adventitia *Carpzov.d.th.* non alteri ante damnationem *l.15.de donat.* non post deportationem deportato & post relegationem relegato quæsita, adeò, ut hæc nec post mortem quidem relegati, quia heredem habere potest, fisco cedant, quod secus est in deportatis *l.22.§.5. Mandati l.2.C.de bon.proscr. l.7.§.fin.ff.de interd. & relegat*) veniebant in consequentiam pœnæ (ergo non ut quis in carcerem ductus est spoliari eum oportet, sed post condemnationem *l.2.ff.de bon. damnat.*) & Fisco indistinctè olim cedebant *tt.ff.de bon.damn. & C.de bon. proscr. seu damn.* omnia, nisi liberos ex justis nuptiis natos *l.1.§.2.de dam.* haberent, nam hi ex bonis, (quorum si dimidia duntaxat pars ablata esset, nihil inde ipsis debebatur *l.1.§.fin.de bon. damn.*) patrum damnatorum portionem *l.1.§.1.l.7.pr.ff. de bon. damn.* dimidiam C

Pp 2 *l.10.*

*l.*10.*C.d.t.* capiebant. Hodie (quam mutationem respexit *c.unic. quæ sint Regalia.in verbis secundum quod in novis constitutionibus cavetur*) bona damnatorum seu proscriptorum secundum veteres leges (sed an etiam sublata erit *l. 6. C.de bon.proscr.* quæ ex bonis matris deportatæ filiis nihil deberi juris absolutissimi esse dicit?) Fisco non applicantur: sed siquidem habeant descendentes & ascendentes (Irnerius *in Auth. bona damnatorum C.d.t.* addit, ex latere, sed ejus, si addat quid præter id quod in fonte est, nulla authoritas est, *Lindeman.in hist.jur. Rom.poss.*364.) usque ad tertium gradum, ipsi (quorum adeò favorem cum lex hîc spectaverit, non damnatorum, nec his per hanc constit. testandi de bonis facultas data censebitur, cum præsertim inde constitutioni facilè fraus fieri posset *Bachov. ad Tr.vol.* 2. *disp.*10. *th.*2.*lit.H.* sed anne hic etiam locus esse queat moderationi, sub qua incestum committentibus testandi facultas permissa est, *in l. 6. C. de incest nupt?*) habere ea debent: iis verò non existentibus Fisco (etiam hodie, unde falluntur qui dicunt hujus juris nullum vel exiguum hodie esse usum) locus fit: in Majestatis (addit *constit. crim. art.* 218. oder sonst in andern Fällen/*de quibus Sixtin.*2.*de Regalib.c* 12.*n.*94. *Heig. part.*2.*quæst.*33.*n.* 52. *remissivè*) verò crimine, *de quo lit. seq.* veteres leges (quibus etiam Filii in totum excluduntur à bonis paternis, eaq; tota Fisco vindicantur *l.quisquis C. Ad L.Iul.Maj.*) servari debent *Nov.* 134.*c.fin.* ex qua adeò explicanda venit *Nov.*117.*c.*12. *Bachov. ad Treut. Vol.*2.*disp.*31.*th.*7.*lit.B.* quomodo uxori dotatæ vel indotatæ prospiciatur, docet *d. Novell.*134. §.*fin.* sed cum hodie *in d. constit. crim. art.* 218. tantum uxoris & liberorum fiat mentio & ratio habeatur, daß die nicht mögen an Bettelstab gerahten/an per eam exclusi videbuntur ascendentes? amplius an, quod vult Sixtin. *de Regal. d. c. n.* 95 d. constitutio prohibens publicationem bonorum, ad eos casus, quibus de jure quis ob crimen morte plectitur, non autem bonis privatur, propter verba So der Ubelthäter Leib und Gut nicht (quasi diceret, Leib und nicht Gut) verwürcket/restringenda est? Atqui (1) in omnibus casibus quibus de jure quis morte plectitur, etiam de jure novo bonis privatur, saltem in eventum non existentium eorum, quorum supra mentionem fecimus, (2) posito hoc nulla & inepta esset exceptio Criminis Majestatis (3) cum verba illa so der Ubel-

Ubelthäter &c. respiciant proximè præcedentia illa oder sonst in andern Fällen/quibus ipse Sixtin. *d. n.* 92. alios casus juxta & præter crimen Majestatis exceptos contineri statuit, non potest in iis poni regula publicationem bonorum prohibens. Certè durus admodum est *d. art.* contextus & obscurus sensus, quem aliis eruendum relinquo. *d*) *c. unic. quæ sint Regalia*: In ipsos quidem Dominos territoriorum non committitur crimen Majestatis, quippe cum eam non habeant, sed si ipsorum subditi & vasalli criminis Majestatis in Imperatorem vel Imperium commissi rei fiant, quæstionis est, utrum bona illorum Fisco Imperatoris an Dominorum immediatorum cedere debeant? Olim quidem hæc res maximum dubium habuit *vide Reink. d. cl. 5. c. 7. n. 27. & seqq.* sed id omne hodie sublatum est per capitulationem Ferdinandi III. cujus articulus 28. ita se habet; Wir gereden vnd versprechen auch/daß wir die Churfürsten vnd Stände deß Reichs mit jhrer angehöriger Lehn/ sie seyn auch gelegen wo sie wollen / wenn derselben Vasallen oder Vnterthanen solche ex crimine læsæ Majestatis verwürcket / nach jhrem willen schalten vnd walten lassen / keines weges aber dieselbigen zum Keyserlichen Fisco einziehen / noch jhnen vorige oder andere Vasallen auffdringen / gleicher Gestalt die allodial Güter so vorgesetzter massen ex crimine læsæ Majest. oder sonsten verwürcket/vnd in derer Churfürsten vnd Stände so mit den juribus Fisci belehnet / oder dieselbige sonsten beständig hergebracht/Landen gelegen/ nit einziehen sondern die Landsobrigkeiten oder Dominos territorii mit derer confiscirung ohne einige hinderung gebahren lassen wollen. Planè non quisquis legis juliæ Majestatis reus est, in eadé conditione est; alius n. est perduellionis reus, qui hostili animo adversus Imperatorem vel ipsum Imperium animatus quid machinatur & scelestam factionem init *l. fin. ff. Ad L. Iul. Maj. l. 5. C. eod.* alius, qui alio quam hostili animo Majestatem lædit & ea sibi sumit, quæ Imperatoriæ Maj. reservata sunt *d. l. fin. l. 3. §. eadem l. 6. ff. d. t. l. 1. & 2. C. de fals. monet.* qui in specie Majestatis reus dicitur *d. l. fin.* illius autem sicut gravius & atrocius delictum est quàm hujus, ita & gravior atrociorq; pœna *d. l. fin.* sed an hujus, æquè ac illius bona cedunt Fisco? Per jam dicta, videtur dicendum quod non. Sed ubi bona Rei Majest. Fisco cedunt, ceduntne statim post

crimen commissum an demum postquam reus vivus vel mortuus convictus est? Sunt qui prius affirmant: *arg. l. fin. ff. ad L. Iul. Maj.* sed *Carpzov. th.* 87. affirmat posterius per *l. 15. in pr. Qui & à quib. manumiss.* Illud constat reo ex die criminis contracti alienandi, manumittendi & debitum recipiendi facultatem esse ademptam *l. fin. in pr. C. d. l. 15. in pr.* (quod secus esse videtur in reliquis delictis *per l. 15. ff. de donat.* cujus tamen variæ afferuntur explicationes) quo adeò sensu Fisco bona statim à delicto commisso cedere dici possunt; quamvis
E non nisi convicto eripi debeant. *e)* Indigni sunt, qui quidem capaces (neque enim huc pertinent incapacibus relicta, sed ea pro non scriptis habētur & in hereditate manēt *tt. ff. de his q? pro non script.*) sunt relictorum sibiq; delatorum, sed qui ea (sive hereditates sint sive legata sive ex testamento sive ab intestato veniant *l. 15. §. fin. ad Sct. Silan. l. 9. C. de his quibus ut indignis.*) capiant indigni, variis ex causis de quibus *tt. ff. de his quæ ut indign. & C. de his quib. ut indign.* pro quarum diversitate, prout quis vel statim post mortem defuncti indignus apparet vel demum post tractum temporis, Fiscus vel ei antequam adeat & capiat præripere vel jam adita & capta eripere & auferre potest *d. l. 9. C. de his quib. ut indign.* cum fructibus etiam ante motam litem (non tamen indistinctè *l. 17. ff. d. t.*) perceptis *l. 18. in pr. ff. l. 1. C. h. t.* ne Falcidiâ quidem vel legitimâ relictâ *l. 8. §. 14. ff. de inoff. Testam. l. 5. §. 19. h. t. Carpzov. th.* 76. imo nec actionibus, quæ per aditionem confusæ sunt, restitutis *l. 8. h. t.* (sed iterum sub distinctione *l. 17. h. t.*) substituto tamen & cui quid ab indigno relictum est jus integrum servatur *d. l. 8. §. 14. de inoff. Testam. VVes. in f. ff. h. t.* adeò etiam hæc bona Fisco cedunt cum suo onere: requiritur autem hîc judicium, in quo quis probetur & pronuncietur indignus *d. l. 8. l. 17. & 18. ff. l. 1. C. h. t.* sunt tamen casus, quibus bona indignis relicta non Fisco sed privatis applicantur *in l. 5. §. 2. h. t. Nov. 115. c. 3. §. 13. l. pen. C. de Legat.* quò etiam respexisse videntur Impp. Justin. *in l. un. §. 12. in verb. sive in alias personas. C. de Caduc. tollend.* Fridericus *in c. unic. quæ sint Regalia in verb. nisi quæ*
F *specialiter quibusdam conceduntur. Carpzov. th.* 87. *f)* sive per stuprum (sive per adulterium) sive per nuptias *Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 7.* quanquā alias cum eo, qui incestum committit in figura Matrimonii mitiùs, quia in simplici saltem crimine est, agatur, quam cum illis qui in duplici

duplici *l.38. in pr. §.2. & 3. Ad L.jul.de Adult. l.5. de quæstion.* sed an etiam per sponsalia incestum committitur? Negativa sine dubio vera est in sponsalib. quæ sunt de jure civ. *juxta l.1. de sponsal.* mentio & re promissio futurarum nuptiarum; nuptias enim (præsentes) requirit *c.unic. quæ sint Regal.* sub quibus, maximè in odiosis sponsalia non comprehenduntur *VVesenb. ff. de sponsal. n.* 7. dubium est in sponsalib. quas vocant de præsenti; sed cum illa pro ipsis habeantur nuptiis, affirmativa placet *Carpzov. in th.* 80. non nobis; licet enim aliàs nuptias non concubitus sed consensus citra & ante concubitum faciat *l. nuptias ff. de Reg. jur junct. l.15. ff de Cond. & Demonst.* hîc tamen per nuptias intelligi putem *juxta pr. Inst. de I. N. G. & C.* ipsam copulam carnalem & corporum conjunctionem; neque enim incesti atrocitas tam in conjunctione animorum quàm commixtione sanguinis communis consistit, *Nov.12.c.1.* & cum aliàs vel triplex Nuptiarum sit significatio *vide Bachov. ad pr. Inst. de Pat. pot. & ad Tr. vol.2. disp. 6. th. 3. lit. B. in pr.* inq; ea etiam nostra; cum delectu quævis suæ materiæ applicari debet. Videamus jam inter quas personas incestum committatur & quo jure: Nimirum committitur illud vel jure gentium inter cognatos & affines ex gradu ascendentium & descendentium in infinitum *l.fin. de Rit. Nupt. l.fin. §. fin. ff. de Condict. sine causa §.1. Inst. de Nupt.* vel simpliciter (quod alii vocant de jure civili) ut si quis ex latere eam ducat quam vetatur, vel affinem, quam impeditur *l. fin. ff. de Rit. Nupt. junctis. l.39. §.1. l.8. l.56. de Rit. Nupt.* & generaliter si quis ex his quas moribus (id est, jure gentium) ducere prohibemur *d.l.* 39. Ex quibus patet aliud & quidem gravius esse committere incestum jure gentium, aliud idq; levius, contrahere nuptias jure gentium prohibitas; qua etiam ratione quæ nuptiæ jure Civ. prohibitæ sunt, non protinus eo jure incestæ sunt *Bachov. Inst. de Nupt. §.1. n. 6. adde l.38. per tot. & præcipuè §.2. & 3. ff. Ad L.jul. de adult.* Reliquorum quibus consanguinitas vel affinitas impedimento non est, sed alia ratio, ut tutorum & pupillarum, senatorum & libertinarum, officium in provincia administrantis & inde oriundæ, consuetudo non incidit in incestum, sed vel stuprum vel adulterium vel inutiles nuptias (quò respicit *rub. tit. C. de incest. & inutil. nupt.*) facit & sic huc non pertinet. *Vide Carpzov. th.78. & 80. Rittershus. ad Nov. p.4. c.2. n.10.* Bona E. incestum

cestum committentium omnia tam cætera quam dotis *l. 6. & auth. seq. C. de incest. & inut. nupt. Nov. 12. c. 1.* (& sic etiam mulieris, modo illa sciens legem, incestis semetipsam tradiderit nuptiis *d. Nov. c. 1.* non si ignorans, ubi iterum distinguendum videatur inter incestum juris G. & juris C. ex *l. 38. §. 1. & 2. Ad L. jul. de adult.* sed videatur *l. 9. in pr. de juris & fact. ignor.*) ad Fiscum *c. unic. quæ sint Regalia* olim demum post mortem Reorum *l. 8. C. de incest. nupt.* hodie statim post incestum commissum pertinent *per Nov. 12. c. 1.* quod ita Dn. Vult. *de Feudis. 1. c. 5. n. 7. Carpzov. th. 79.* & qui de Regalibus scripserunt communiter omnes limitant, si non extent justi ex alio matrimonio ad tertium, parentes ad secundum gradum, item frater, soror, patruus & amita ex *l. 6. C. de incest. nupt. & auth. seq. Nov. 12. c. 1. & 2.* sed cum in ipso posteriori *Nov. & auth.* textu, solorum liberorũ in infinitum cum onere alendi patrẽ ratio habeatur, iisq; deficiẽtibus bona Fisco deferãtur, quoad cæteros *l. 6. C. de incest. nuptiis* correctam esse; nec adeò illos hodie Fiscum excludere putem: in quo confirmor per Rittershus. *ad Nov. p. 4. c. 2. n. 23. & Sixtin. de Regalib. 2. c. 11. n. 30. & 31.* Testandi quoq; facultas, quæ *ex d. l. 6.* competebat, ademta videtur, postquam *per Nov. 12. c. 1. & 2.* patri incestum committenti mox rerum suarum casus imminet & liberis paterna successio statim defertur, sed & ejus olim exiguus usus esse potuit, siquidem Testator his tantum personis quæ Imperiali præcepto vocabantur, pro juris ac legum, quod voluerat arbitrio relinquere poterat vide *d. l. 6. C. de incest. & inut. nupt.* g)

G Thesaurus hîc (aliàs enim significat quid in terra vel alio loco custodiæ vel lucri, at quale illud? causâ conditum *l. 44. in pr. de Acquir. Poss. l. 22. in pr. Fam. Ercisc. l. 15. ad exhibendum*, quod thesauro in nostra scil. acceptione, opponitur *in l. 31. §. 1. de acquir. rer. dom. l. 67. de Rei vindic.*) est vetus quædam depositio pecuniæ (generaliter acceptæ juxta *l. 178. in pr. l. 222. de V. S.* ut includat omnes res, sed mobiles *l. unic. C. de thesauris*) cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat *d l. 31. §. 1.* vel est pecunia ab ignotis dominis tempore vetustiori condita *l. un. C. de thesauris*; qui in loco proprio, licet datâ operâ, non tamen magicâ inventus totus inventori, in alieno (& sic etiam in publico vel fiscali; nam & is privatis alienus est) datâ operâ inventus totus Domino, fortuitò verò casu pro dimidiis Domino & inven-

& inventori cedit; inventus in domo divendita ante traditionem & pretii numerationem inter emptorem & inventorem pro æquis partibus dividendus est, nec quicquam juris Venditor in eo sibi asserere potest *Henr.* Rebelstrae *1. decisionum, sentent. & præjud forens. 9.* non obstat *l. 67. de Rei Vind.* ea enim præsupponit, pecuniam inventam fuisse adhuc alicujus & sic non thesaurum; quæ ratio est etiam casus illius, quem *Sixtin. 1. Cons. Marp. 13. ex d. l.* decidit. Sed utri hîc incumbit probatio, einè qui asserit pecuniam repertam esse thesaurum, an thesaurum esse neganti? *vide Sixtin. d. Cons. n. 23.* Rebelstrae *d. decis. 9.* Cui cedat thesaurus in loco, in quo alteri ususf. constitutus fuit, inventus? *Vid.* Rebelstrae *decis. 10.* In loco nullius invẽtus thesaurus totus inventori cedit §. 39. *Inst. de rer. div l. un. C. de Thes.* Religiosus quidẽ locus de jure Civ. in nullius est bonis §. 7. *Inst. de Rer. div.* ideoq; & thesaurus in eo inventus inventori totus cedere debebat, ꝙ & cõstituit Hadrianus & sequitur Justinianus *in d.* §. 39. sed Divi Fratres *in l. 3. § pen. de jure Fisc.* eum dividunt inter Fiscũ & Inventorẽ, quos sequitur Fridericus *in c. un. quæ sint Regal.* sed utrum jus in praxi tenedũ? Hadriano quidem derogant Divi fratres, sed his iterum Justinianus & huic tandem Fridericus: Quid Leo juris esse voluerit circa thesaurum videre licet ex Nov. ipsius 51. Quod si quis quærat qua ratione Fiscus jus in thesauris consecutus sit, ei Bachov. *ad d. § Inst. n. 4.* hanc non absurdam fortè dari posse putat, quod qui sepelit & abscondit pecuniam, peccet contra constitutionem *l. 4. §. 6. Ad L. jul. pecul.* & cum Tributa solvantur pro patrimoniorum quantitate, jam verò interim Fiscus tributis pecuniæ reconditæ fraudatus sit, iis resarciendis Fisco pars thesauri meritò cedat; & cum thesaurus res sit nullius (imò donum fortunæ *l. 63. §. 1. de Acquir. rer. dom.* & beneficium DEI *l. unic. C. de thesauris*) non fructus fundi & jus supremum & universale territorii ad Principes pertineat, non videatur injuria fieri privatis: sed si hæc ratio firma esset, firmaret jus Fisci in omni thesauro. *h) c. un. quæ sint Regal.* quæ hic non jus constituendi mensas argẽtarias sed ipsas argẽtifodinas significat *Dn. Vult. 1. Feud. 5. n. 7. Carpz. de Regalib. th. 59. Sixtin. de Regal. 2. c. 16. n. 5.* Hoc a. Argentariatum Regale licet per *A. B. c. 9.* solis Electoribus ab Imp. tributũ sit, hodie tamen cæteris quoque Principibus Imperii vel ex peculiari concessio- H

ne vel ex immemoriali præscriptione quæsitum est *Buxtorff. ad A. B. concl. 89. lit. D. Sixtin. d. c. n. 81. & 90.* Quod ipsum etiam præsupponitur in R. A. *de Anno* 1551. §. weiter so setzen/ ordnen vnd gebieten wir: Sunt verò Argentariæ Regale non tantùm (malo ita loqui, quam per simplicem negativam; licet enim sint qui dicunt, repertas in Principis & Fisci locis ad Principem & Fiscum pertinere jure communi & gentium, non singulari Regalium, inter quos est *Carpzov. th. 62.* tamen vereor ne ipsos ipsum *c. unic. de Regalib.* refutet dum dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi Cæsari jure Regalium tribuit) quæ in locis Principis & publicis, sed & quæ in privatorum prædiis reperiuntur; at qua ratione sunt hæ de Regalib.? *Carpzov. de Regal. th. 60. & 61. & in defin. forens. p. 2. const. 53. defin. 1. Schultz. in syn. jur. Feud. c. 7. n. 176. & 177. Arum. ad A. B. disc. 5. concl. 5. & Saxones communiter omnes*, simpliciter & insolidum hujusmodi fodinas etiam in privatorum fundis repertas inter Regalia numerandas esse statuunt, jure illo antiquo, quo in privatorum patrimonio juxta *l. 7. §. 13. & 14. l. 3. §. fin. & ll. seqq. de Reb. eorum qui sub tut. l. 13. §. 5. de usufr.* fuerunt, certa saltem ex iis portione Fisco debita *l. 2. & 3. C. de Metall. & metall.* antiquato & obliterato; & hoc ex notoria & generali Germaniæ consuetudine servari & observari dicunt, adeò, ut nulli hominum, etiam in proprio fundo liceat metalla quærere & fodere, nisi ab eo, qui hoc regale habet id specialiter impetraverit, *Carpzov. d. constit. 53. defin. 1. & Schultz. d. c. n. 176.* & pro hac sententia allegant tum generalem textum *d. c. unic.* tum specialem concessionem *A. B.* tum sumptuum in effossionem necessariorum & non rarò frustraneorum amplitudinē, cui privati sufficere nequeant. At Marpurgenses JCti, *Sixtin. de Regal. 1. c. 5. n. 8. & seq. & 2. c. 16. n. 45. & 80. & 1. Consil. Marp. 9. n. 4. Vult. 1. de Feudis 5. n. 7. p. (mihi) 68. Philip. Matth. 2. Cons. Marp. 27. n. 46. & seq. Reink. 1. cl. 5. c. 6. n. 52. itemq; Buxtorf. ad A. B. concl. 89. lit. E. Sbhneidvv. ad §. Constituitur n. 7. Inst. de usuf.* in contrarium eunt & concludunt, Fodinas in Privatorum venis repertas esse de Regalibus, non quoad proprietatem & in solidum, sed quoad decimas, & textum *A. B. d. c. 9.* de ipsis tantum, non de proprietate intelligendum esse, ita ut siquidem fodinæ in propriis Electorum (& consequenter hodie omnium, qui hoc regale habent) & publicis Territorii locis

inveni-

inveniantur Electores (hodieq; cæteri) decimam, quæ Imperiali Fisco olim pendebatur, retinere, sin in locis subditorum etiam decimam (itidem Imperiali Fisco exinde debitam) percipere possint; imò *Buxtorf.d.concl.lit.F.* amplius concludit; Privatos, qui in suo fundo venas reperiunt, solutis decimis etiam absque PP. EE. consensu fodinas tenere posse. Et hæc posteriorum sententia uti parum à jure Justinianeo recedit, ita æquior & humanior videtur. Sed cum varia sint metallorum genera, ulterius jam quæritur? An ita per Argentarias *in d.c.un.* intelligantur fodinæ, ut non solum Argentifodinæ sed & aliorum metallorum fodinæ inter Regalia numerandæ sint? Aff. Sixt.*d.c.16.n.32.& seqq.Philipp.Matth.d.Cons.n.47.& seqq.* per generalitatem *t.t. C. de Metallariis & metallis l.17.§.1. de V.S. item A.B. d.c.9.* in quo non tantum argentifodinarum, sed & auri, stanni, plumbi, cupri, ferri, mentio fit, imò generalis hæc clausula annectitur *Et alterius cujuscunque generis metalli.* Ipsi verò qui priorem fovent sententiam, eam non extendunt ad lapidum, calcis, Ziegel-erden/miniarias, nitrarias, sulphurarias cæterasq; viliorum metallorum fodinas, sed in his jus vetus adhuc vigere asserunt *videatur Carpzov.in defin.for.p.2.const.53.def.1.Schultz in syn.jur.Feud.c.7.n.177.* i) Salinæ & metalli Fodinæ cum plerunq; in jure nostro conjungantur & eodē jure censeantur, ut videre est *in l.1.Quod cujusq; univers.nom.l.3.§.fin.cum ll.seqq.De.reb.eorum qui sub tut.l.13.in pr.de Public.l.8.§.8.de Pœnis l.17.§.fin.de V.S.* nulla ratio est, ob quam hic diversum earū jus esse debeat, præsertim cum in nostris etiam terminis *in A.B.c.9.* conjungantur: & E. *litera praced.* dicta huc etiam trahenda sunt *vide Carpzov.d.const.d.defin.2.Schultz d.c.n.180.Philipp. Matth.2. Consil. Marp.27.n.48. Regn.Sixt.n.1.Consil.Marp.9.n.1.& seqq.* I

Quædam superioritatis jura concernunt justitiæ *a)* administrationem; quo pertinet jurisdictio *b)* omnimoda, jus constituendi & destituendi judices, Scabinos, Prętores & *c)* Magistratum, constituendi item *d)* Dicasterium provinciale, recipiendi *e)* appellationes, indicendi Comitia *f)* Provincialia, condendi constitutiones *g)* provinciales, jus *h)* Archivi, jus ponderum, *i)* mensurarū, ulnarum & sim. *k)* 20.

A a) Quæ superioritatis Territorialis symbolum & cryterion infallibile est, ejusq; quasi possessionem arguit *Reink.1. c.5. c.4.n.98.* unde vulgatum illud, qui te judicat Dominus tuus est *Ming. th.70. Reink.d.c.n.102.* Et sic E. subditi tenentur comparere in tribunali mediato & immediato Dominorum Territorialium, tam in personalibus quàm realibus activè & passivè *arg.c.licet de Elect. Reink.d.c.n.102. Knich.d.tr.c.3.n.271. & seqq. Zieg.d.§. Landsaß.n.143.* quod verò quidam *vide Reink.d.c.6.n.53. Knich. de tract.c.1.n.383.* dicunt Dominos Territoriorũ posse esse judices in propria causa, id cum temperamento quodam accipiendũ & limitandũ est secundũ ea quæ *Gail.1. obs.1.n.17.18.19.46.& 1.obs.39.* tradit *vid.th.25.lit.B.& H. adde Knich.d.c.n.384.*

B b) Civilis (secundum hodiernũ usum loquor) & criminalis die hohe Landes Herrlich- vnd Gerechtigkeit/mit allen Gerichten/Obrist/mittelst/niedrig/mit allen ihren Ehren/Würden/Freyheiten/Nutzungen vnd Zugehörungen *Ming.th.70. plenissimè Knich.d.tr. c.4.* quæ tamen ipsa alicui particulariter in alieno territorio per dicta *th.6.lit.C.* competere possunt, adde Ming. *th.57.* ubi de Centena, quæ noxarum & criminum animadversio & coërcitio est, agit *& th.58.* ubi de Vogtheja, quæ ipsi hîc omnem omninò jurisdictionẽ civilem designat: aliàs verbũ Vogthey valdè ambiguũ est, adeò ut pro locorũ diversitate diversũ, aut juxta mores cujusq; regionis & observantiã interpretandum veniat *Besold. in Thes. pract. verbo /* Vogthey *vide omnino de Centena & Vogtheja Knich.d.tr.c.4.n.35. & seqq. n.305. & seqq.* Inter fructus autem jurisdictionis de Germaniæ cõsuetudine etiam mulctæ & pœnæ, quę etiam *c.unic.de Regalibus* exprimuntur, numerantur *VVesenb.C.de modo mulct.n.6. Thom.Mich. de jurisdict. concl.56. lit. A. Carpzov. de Regal. th.67. Ziegl. d. §. Landsassii n.149.* inter pœnam verò & mulctam multum interest *vide l.130.§.1.de V.S. l.244.eod. Carpzov. th.66. Sixt.de Regal.2.c.8.n.4. & seqq.* cui cedat pœna ex popularibus actionibus *vide Bachov.ad Tr.vol.1.disp.4.th.9. VVesenb.de jurisdict.* Pertinet quoque ad caput jurisdictionis Territorialis (imò hodie inter Regalia est, & de ea non minus ac aliis Domini territoriales investiri solent) jurisdictio Forestalis die Forstliche Obrigkeit quæ in sylvis & nemoribus eorumq; ratione exercetur, & considerata, ut totum in banno ferino Wildbahn (à Wildt nõ Waldt denominato cum etiam in agros

agros cadat jus, quod hoc ipso denotatur, venandi) & jure Foresti Forstrecht (cujus proprium est Saltuarios constituere, ne arbores excidantur prohibere, contra facientes multare, sylvam cingere hägen) consistit. Hæc autem duo conjunctim, non verò separatim jurisdictionem Forestalem constituere & inter se esse diversa, constat ex distinctis & diversis officiis Forstmeisters vnd Jägermeisters *vide Thom. Mich. de jur. concl.51. Gail. 2. Observ. 68. Reinking. d.c.6. n.48. VVehn. in Pract. Observ. verb.* Forstrecht / *Besold. in Thes. pract. verb.* Forst / Forstliche Obrigkeit / ubi addit andere der Forstlichen Obrigkeit anhangige stücke; als das wildt Obs oder Geäcker / die macht zuverbieten / die Geisen vnd Schafe in die Forst nicht zutreiben; Der Hunds-Forst- oder Jagthaber / die Windfälle / die Heyung der jüngen Gehäwe zu gebieten / die abschaffung spitziger dorner / Gebott die Hunde zuprügeln / die Frohndienste ohne welche die Jagten nicht können verrichtet werden & sim. An a. jure Principes privatis, etiam in propriis locis, venationi interdicant, disputatum vide à Wesenb. *ff. de Acquir. Rer. Dom. n.7.* c) Die Gerichte zubesetzen vnd C
entsetzen, quod signum esse dominii & superioritatis non solum probat *l. unic. in pr. Ad L. Iul. de Ambit. Nov. 15. c.1. §.1. c. unic. quæ sint Regalia* sed & inde certum est, quod Magistratus ejusmodi sive Scabini tenentur jurare Domino judicii *Reink. 1. cl. 5. c. 4. n. 104. Zieg. d. §. n. 178.* Nõnunquam tamen jus constituẽdi Magistratus est jurisdictionis simplicis *Reink. d.c. n. 105.* de origine vocis Scabinorum Schöpffen / varias Dd. opiniones recenset Limn. 4. *c.* 8. *n.* 226. d) daß man ein D
Hoffgericht hält vnd anrichtet / id evidenter & ad oculum demonstrare superioritatem & tesseram jurisdictionis esse Tribunal paratum ad jus reddendum tradit ex aliis *Myng. th.70. Knich. d.c.3. n.276. & seqq.* ubi addit hac ratione arces & palatia, in quibus jus redditur inter Regalia numerari *in c. unic. verbo Palatia quæ sint Regalia.* e) E
Appellatio ut à parte appellantis & judicis à quo subjectionem ita recipientis superioritatem præsupponit & arguit *arg. l.1. §.3. de Appell. Nov. 23. c.4. c. anterior. 2. q.6.* cum enim appellationis subsidium quæratur ad hoc ut prior sententia reformetur & emendetur, majoris certè hic authoritatis auxilio opus est *Knich. d.c.3. n.279. & seqq.* Per Contractum tamen hoc jus Princeps à se abdicare & subditis suis

permittere potest, ut se curiaq; sua omissa & prætermissa vel directò ad Cameram vel aliò appellent, quin & hoc cósuetudine induci potest, ut ad peregrinum judicem & à quo non dependet jurisdictio judicis à quo appelletur, sed in vim saltem consilii & consultationis aut prorogatæ jurisdictionis, non superioritatis; exemplo nobis est Civitas Rostochiensis, cui à sententia senatus sui vel ad curiam Ducis Megapolitani vel Senatum Lubecensem, qui tamen nullam in Rostochienses jurisdictionem habet, appellare licet; sunt & aliæ ad mare Balthicũ civitates, quę eundem eadẽ ratione appellant Senatũ
F *vide Reink. d. c. n. 126. & seqq. Hillig. in Don. enuc. 28. c. 7. lit. A.* f) Landtage außzuschreiben / quæ ipsa sicut ex parte vocatorum & comparentium subjectionem & superioritatis recognitionem, ita à parte indicentis & vocantis superioritatem manifestò probant & sicut Domini territoriales vi superioritatis Terr. ipsa cogere possunt, ita in ipsis comparere & de jure Territorii consulere subditis & Landsassiis convenit *Gail. de Arr. c. 7 n. 14. Knich. d tr. c. 3. n. 269. Zieg. d. §. Land-*
G *sassii n. 139. Reink. d. c. n. 99. & seqq. Ming. th. 70.* g) quo tamen jure ita plerunq; utuntur Principes, ut in conventibus provincialibus consensum der Landstände adhibeant *Limn. d. c. 8. n. 254.* unde constitutiones provinciales ejusmodi mereri contractus pactionisq; indolem & irrevocabiles reddi statuit *Ming. th. 71.* nec tamen ipsi Domini legibus territoriorum suorum obligantur *Ziegl. d. §. Landsassii n. 122.* Sunt autem qui statuta Principum Germaniæ comparant cum jure Prætorio & quidem antiquo propriéq; sic dicto; sed minus rectè, quippe cum non, ut edicta Prætorum, nudo Magistratus jure ferantur *Bachov. ad Treut. vol. 1. disp. 23. th. 1. lit. C. vers. Quod igitur. vide supra th. 15. lit. A.* Certum hoc est, ꝗ Camera Imperialis secundum ea pronunciare provincialib. teneatur *per Ord. Cam. p. 1. tit. 56.* ut & hoc quod fieri possint præter jus commune, sed maximè controversum est, an etiam contra jus commune valeant? Affirmant id *Knich. d. tr. c. 1. n. 365. Zieg. d. §. Landsassii n. 125. 136. Limn. d. c. 8. n. 253.* statuentes posse Dominos in suis territoriis jura communia inconsulto Imperatore tollere novaq; in eorum locum subrogare; sed ipsis graviter obstare videre non tam *l. ult. ff. de Colleg. l. 3. §. 5. de sepulch. violat.* quam quod ipsum jus commune hodie sit cum consilio & assensu statuum,

quos

quos adeò ab eo non recedere posse videatur *b)* quod est documentorum literariorũ armarium seu publicũ receptaculum *Ruland. de Commiss.2.lib.5.c.3.n.5.* alias Cartophylacium, scrinium & Cancellaria, Germanis die Cantzley vocatur *Ruland.d.c.3.* quis archivũ habeat, docet idem *c.4.* ubi quatuor ejus notas exprimit, inq; iis hanc, si quis jura Imperii & Regaliorum habeat, quæ ipsa in nostris terminis jus Archivi fundat, Civitatibus etiam Imperialibus ut singulis *Ruland.d.c.4.n.41. & 42. Limn.7.c.1.n.56.* quarum tamen quædam voce Cancellariæ per modestiam non utuntur, sed voce Schreiberey & sim. Argentorati verò, Svinfurti & alibi ipsum nomen Cantzley in usu est: Cancellariæ a. qui præsunt, inde Cancellarii vocantur, quos adeò etiam Civitates Imperiales habere possunt, sicut & in quibusdam Recessibus Imperii subscriptiones leguntur Cancellariorum nomine Civitatum, pleræque tamen etiam hic suum temperant jus & Syndicis vel Protonotariis contentę Cancellariorũ abstineant nomine rem quamvis & officium habeant *vide Limn.d.c.1.n.56.* *i)* Gewicht/ Maaß vnd Ellen zugeben vnd anzuordnen/quorum varietas per Imperium mirè varia est & quandoq; per unam provinciam multivaria, adeò incautiorum deceptrix, planè ut utilissimum foret (quod Carolum M. constituisse ferunt & Carolum V. meditatum esse, sed sine effectu, constat auß der Reformation guter Policey zu Augsp. *de Anno* 1530. *tit.* von Ellen maß) parilitatem habere in toto Imperio *Limn.4.c.8.n.257.& seqq. Reink.d.c.n.*103. *Knich.d.tr.c.4.n.*230. *Ming. th.*72. *k)* Kleyder/Hochzeit vnd Gasterey Ordnung zu machen/Gebott vnd Verbott anzulegen *Reink.d.c.n.*113. *Ming.th.*71. Imò in genere huc pertinet jus proclamationũ & edictorum offentliche mandat vnd edict außgehen zulassen subjecta etiam pœna in transgressores *Knich.d.tr.c.3.n.*285. *& seqq.* H I K

Quædam jura & actus sunt gratiæ, ut Privilegiorum *a)* collatio, pœnarum etiam capitalium *b)* remissio, Famæ *c)* restitutio, salvus *d)* conductus, approbatio & permissio *e)* Collegiorum, Judæorum *f)* receptio, nundinarum *g)* vulgarium institutio, induciarum moratoriarum *h)* concessio, an & Repressaliarum? *i)* 21.

a) Qua-

A *a*) Quam superioritatis & Territorii symbolum evidentissimum esse probat *Ming. th.* 73. *ex Nov.* 15. *c.* 1. & Dominis Territoriorum competere statuit Wachman. *in disp. de Privilegiis concl.* 7. *lit.* D.

B *b*) Olim quidem summi Principis jus hoc erat proprium, adeò ut Magistratus qui pœnam imponere poterant, impositam non possent mutare vel revocare *l.* 27. *in pr. l.* 4. *l.* 9. §. 11. *de Pœnis l.* 1. §. *fin. de quæstion. t. t. ff. & C. de sententiam passis & restitutis VVesenb. ff. de Pœnis n.* 5. *in f.* sed hodie idem Dominis territorialibus vigore superioritatis Territorialis competit *Ming. th.* 74. sive ex speciali concessione sive ex immemorialis temporis privilegio Dn. Reink. *d. c.* 6. *n.* 27. *& seqq. Knich. d. tract. c.* 3. *n.* 433. *& seqq. Limn. d. c.* 8. *n.* 268. R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. Es soll sich auch sed illud etiamnũ manere & obtinere crediderim, quod inferiores & qui aliorum superioritati territoriali subsunt, licet merum Imperium habentes & condemnare valentes, non tamen impositam pœnam capitalem remittere valeant, sed hoc solum competat ipsorũ superioribus & probabile omnino est, q. Dn. Reink. *d. c. n* 31. dicit, Principes non solum à se, sed à suis Landsassiis merum Imperium habentibus condemnato pœnæ gratiam facere posse. Magna autem cautione in pœnarum remissione opus est, nec ea in quibuslibet delictis vel personis temerè usurpanda; vide fusius hac de re disserentem *Limn d. c.* 8. *n.* 277. An & quatenus malefactores & banniti currui novæ nuptæ Principis, dum in ipsius aulam solenniter inducitur, gratiam mereantur? tractat Knich. *d. c.*

C 3. *n.* 434. *c*) seu existimationis (quid ea sit docet *l.* 5. §. 1. *de Extraord. Cogn.*) minutæ sc. aut consumptæ *d. l.* 5. §. 1. *&* 2. restitutio. Distinctio autem quædam hîc necessaria est: nam Fama imminuitur & tollitur aut lege Imperii generali vel ipsius summi Principis sententia, & hanc restituendi ipse solum summus Princeps potestatem habet non Domini territoriales, nisi ex speciali ipsius concessione, ut in casu §. vnd wiewol der gemeine R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. aut à Domino Territorii vel per legem provincialẽ, eamq; ipsi Domini territoriales restituere possunt cum nec hoc casu extra eorũ territorium infamia se extendere potuerit *arg. l* 9. *ff de postul. Limn. d. c n.* 303. *Ranx. d. c. n* 131. qui tamen aliter hanc rem & *d.* §. considerat. Cæterum

rum Famæ restitutio fit aut verbis, sed specialibus (nec enim sufficit si Princeps deprecanti saltem gratiam faciat *l.fin.C.de gen.abol.l.7.& l. fin.§.f.C.de sent.pass.*) aut facto *arg.l.23.§.4.C.de Nupt.* quo pertinet inter milites die Fahnen schwengung *Limn.d.c.n.*304. De Famæ quam quis nunquam habuit concessione dubia est potestas Dominorum Territorialium Limnæo *d. c. n.* 305. sed eam inter Reservata Imperatoris refert Dn. Reink. *d.c. 6.n.* 128. *d*) quo iis qui deliquerunt D securitas datur & promittitur (verba in scripturam redacta & ad acta hic sufficiunt, non v. necessaria cautio fidejussoria vel pignoratitia Consultiss. Dn. Ummius *disp.ad Process.9.th.2.n.8.*) in judicio comparendi & causam suam agendi, quod ipsum superioritatis territorialis esse eamq; evincere docent *Ming.th.74.Bidenbach.quæst.nob* 7.§. Glait von vnd zum Rechten *Knich. dict.c.3.num.* 432. *& alii ab iis allegat.* An alii etiam inferiores eum concedere queant? disputat *Dn.Ummius d.n.8. Arum.ad A.B.disc.1.concl.*18.)qui & *concl.*17. varias significationes salvi conductus ostendit; Quis a. effectus sit salvi conductus, non convenit inter Dd. alii enim dicunt petentem salvum conductum non sceleri patrocinium quærere, sed quasi innocentiã prætendere & solummodo vel locum vel judicem suspectum arguere & sic concesso salvo conductu, viam facti & violentiam excludi nõ viam juris, ut adeò si hâc procedatur reus vel confessus vel legitimè convictus salva fide data puniri possit; & sic datam saltem putant securitatem zu recht vnd vor vnrechter Gewalt oder Gelait zu außführung gerühmter Vnschuld; alii contrà dicunt, quod salvus conductus naturâ suâ in se contineat facultatem liberè non tantum veniendi sed &, licet non expressum sit, recedendi, adeoq; nec confessus vel convictus reus in carcerem conjici & puniri queat, cum se commiserit fidei Principis sub qua nemo decipi debeat *arg. l.1.C.de His qui ven.at.* neq; aliàs ulla possit videri salvi conductus utilitas, cum communi jure violentia omnis & injuria prohibita sit; & hac acceptione, hocq; effectu incideret salvus conductus in jus pœnæ gratiam faciendi *vide Treut.vol.1.disp.5.th.6.lit.D. & ibi Bach.* Arum, *ad Aur.B.d.concl.*17. hunc salvi conductus concessi usum & effectum esse putat, ut reus metu carceris, cui aliàs custodiæ causa mancipandus foret, liberatus cõmodius defensionis & innocentiæ telam

Rr pertexe-

pertexere possit; quod rationẽ præ cæteris habet & firmatur inde quod non conceditur, nisi prius reus idoneè caverit & plerunq; ita, daß er wolle jederzeit persönlich erscheinen / dulden vñ leyden / was jhnen zu recht erkandt *Vmm. d. loc.* qui amplius concludit esse salvo conductui locum eo demũ casu quo reus per Procuratorẽ comparere nequit. An ipsa citatio contineat salvum conductum ? an concessus in una causa prosit etiam in alia ? an extendatur ad delicta in loco judicii intra tempus salvi conductus commissa? *vide Vmm. d. loc. Bach. & Treut.*

E *d. loc. & Gail. 1. observ. 52.* e) Zünfften vnd Zechen zuvergönnen vnd zuzulassen : Nimirum illa pro cujusque placito habere non licet, ne sub prætextu ipsorum Resp: perniciosè tractentur, conjurationes exercitentur & seditiones excitentur ideòq; olim non nisi ex SCti vel Cæsaris autoritate valebant *l. 1. in pr. Quod cujusq; univ. l. 1. & 3. ff. de Colleg. & Corp.* Hodie jure etiam superioritatis territorialis permittuntur ac confirmantur eorumq; statuta eodem jure vel confirmantur vel si contra jus commune aut publicam currant utilitatem abolentur *arg. l. fin. ff. de Colleg. & Corp. Reform.* guter Policey zu Augsp. *de Anno* 1548. *tit.* von den Handwerckern ins gemein *& tit.* von Handwercks Söhnen *&c. Knich. d. tr. c. 3. n. 309. Ming. th. 73. Limn. d. c. 8. n. 307. & seqq.*

F *f)* quæ olim solis Electoribus post Imperatorem videtur competiisse per *Aur. Bull. c. 9.* sed hodie omnibus Regalia habentibus & sic jure territoriali (*vide supra th. th. 18. lit. A.*) competit *d. Reform.* guter Policey *tit.* von Juden vnd jhrem Wucher *ibi:* daß hinfüro niemand. Policey Ordn. zu Franckfurt 1577. gebessert *tit. 20. in pr. Buxtorff. ad A. Bull. concl. 90. Dn. Reink. d. c. 6. n. 46. Ming. th. 73. Limn. 3. c. 2. n. 13. & seqq.* *reliqua de Iudæis vol. 2. disp. 1. th. fin. lit. E. tractantur.*

G g) Nundinarum majorum universalium & celebriorum, quales sunt Francofurtenses, Lipsienses, Naumburgenses, Argentoratenses, institutio est de Reservatis Imperatoris *Dn. Reink. d. c. n. 156. VVesenb. ff. de Nundin. n. 2. arg. l. 1. ff. & l. unic. C. de Nundinis*, imò etiam aliarum solennium publicarum & anniversariarum, licet minus celebrium & frequentium; adeòq; nec Domini territoriales eas sine confirmatione Imperatoris instituere possunt *Besold. in Thes. pract. verbo* Meß / Jahrmarckt / Wochenmarckt / cum effectu sc. privilegiorum & immunitatum. Vulgares v. seu hebdomadales die Wochenmärckte (quales non esse Limnæi

mnæi *d. c.8.n.* 311. particulares, inde colligo quod eas Jahrmarckte vocat; & tamẽ ipse liberã Dominis territoriorũ tribuit earũ erectionẽ) quia carent privilegiis & aliis immunitatib. solenniũ nundinarũ, sine indultu Imp. Domini territoriales in suis territoriis instituere possunt *Reink. d.c.n.* 54. *Besod. d. loc.* Institui a. possunt quæcunq; etiamsi vicinis proceribus incomodæ & dispendiosæ sint *arg. l. 9. de servit. l. 1. §. 12. de aq. & aq. pluv. arcend. Limn.* 4. *c.* 8. *n.* 311. sunt tamen quædã Civitates Imperiales, quæ privilegium ab Imperatore obtinuerunt, ut nemini liceat intra unum vel duo miliaria propè ipsas nundinas instituere; exemplum suggerit *Limn. d.c.n.* 235. in Civitate Norimberga quæ à Carolo IV. privilegio obtinuit, ut nulli liceat in einer Meil wegs vmb die Stadt Marckt auffrichten: imò ipse Imperator nunquam consuevit alicui dare privilegium nundinarum nisi prius vicinis Civitatibus & pagis, quorum interesse possit auditis *Gail. 2. observ.* 69. *n.* 24. & 25. h) De his agitur *in l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. 2. l. 4. C. de Prec. Imp. offer. Reform.* guter Policey *de Anno* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten. Policey Ordn. zu Franckfurt gebessert *de Anno* 1577. *tit.* 23. §. *fin.* per quos textus dicendum videbatur earum concessionem pertinere ad solum Imperatorem, id quod fortassis & olim obtinuit; Verùm hodie nõ solum Imperator sed etiã Principes Imperii eas concedere solent *Reink. d.c.n.* 83. jure superioritatis territorialis *Ming. th.* 74. sub differentia tamen; nam quas ille concedit validæ sunt contra omnes creditores in universo Imperio, quas hi, saltem contra creditores ipsis subjectos *Hillig. in Donell. enuc.* 22. *c* 9. *lit. G. Limn. d. c. n.* 329. *qui in sequentib. plenius hoc jus tractat.* i) de quibus *Nov.* 52. *c. un. de injuriis in sexto.* Dicuntur & sunt Pignorationes personæ vel rei, pro persona vel re alterius ex capite justitiæ à magistratu personæ reive obligatæ, denegatæ *Gail. de Pign. c.* 2. *Besold. in thes. Pract. verb.* Repressalien Soli autem Imperatori concessionem Repressaliarum concedit *Dn. Reink. d.c.n.* 126. adeò ut si inferior eas concedere præsumat mandata sine clausula contra eum decerni putet *n.* 127. Contra alii & Electoribus & aliis territoriorum Dominis hoc jus tribuunt usumque & consuetudinem pro se allegant, prout eos allegat *Limn. d.c.n.* 322. qui & in præced. & seqq. de justitia Repressaliarum latè disserit *adde Gail. de Pign. c.* 2. *Heig.* 1. *quæst.* 12. Certè Dominos territoriales contra

H

I

subditos Imperii eas decernēdi potestatem non habere putem, cum & quamdiu inter hos juri judicioque locus est; an verò contra exteros Imperio non subjectos eas decernere possunt? Cum speciem belli justi referant *juxta Gail.1. observ.28.n.9. de pign. c.2. n 2. & alios supra citatos* quæstio in eo verti mihi quidem videtur, an & quatenus jus bellum gerendi Dominis Territorialibus competat: *de quo th. seq. lit. A.*

22\. Quidam actus sunt onerum, *a)* ut Exactio *b)* collectarum provincialium, operarum *c)* & sim.

A *a*) Onera tam pro administranda justitia per leges & legiones, & pro sustentatione dignitatis & honoris, quam ad promovenda Domini & Territorii commoda vigore superioritatis Territorialis exiguntur & jure subjectionis præstantur; adeòq; rectè sublimioris dominii ac eminentiæ symbola feruntur; sicut enim Domini tenentur protegere subditos; ita etiam æquum est, ut subditi sumptus in hanc rem necessarios subministrent & operis suis Dominorum conatus & administrationem juvent *Reink. 1. cl.5. c.4. n.131.* b)
B quam Dominis territoriorum competere colligitur ex *c. unic. quæ sint Reg. juncta lit. A. th.18. Reink. d.c. 4 n.171. & c. 6. n. 44. Philip. Matth. 2. Cons. Marp. 27. n.52.* ubi addit eos, quibus merum mixtumq; Imperium & omnis jurisdictio est, imponere etiam collectas, sed demum ob necessitatem universitatis & quidem voluntatiè per modum jurisdictionis communi communitatis decreto, non per modum Præcepti, indictionis & Imperii; Hujus E. posterioris generis collectæ, de quibus nos agimus, sunt symbola ac notę superioritatis seu sublimioris eminentiæ *c.2. x. de Cens. exact. ibi:* ideò enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subjectionis *c. magnum 11. q.1. Gail. de Arrest. c.6. n.26. Ming. th.75. Knich. d. tr. c.3. n.310. & multis seqq.* Duplices alio iterum sensu sunt collectæ, quædam enim ipsis possessionibus ac rebus imponuntur & sic debentur etiam à Forensibus personis non subjectis, exemtis & privilegiatis ratione bonorum in Territorio collectantis possessorum *l. 6. §. fin. de Muner. l. ult. C. de præd. Nav. l. 1. C. de Indict. l. 10. C. de Annon. & Tribut. Gail. de Arrest. c. 9. num. 6.* Quædam verò (eæque propriè huc spectant) ipsis subditorum personis contemplatione patrimoniorum indicuntur *d. l. 6. §. fin.*

§. *fin. de Muner. & Honor.* ſecundum uſum neceſſitatis vel utilitatis evidentis, cum conſenſu plerunque provincialium, obtento quidem per ſuaſiones & rogationes, ſed quæ in effectu magis præcepta ſunt *Zieg. d. §. Landſaſſii n. 150. & ſeqq. Reink. d. c. 4. n. 168. & ſeqq.* Cæterum plena tractatio Collectarum, præſertim Imperalium eſt alterius diſputationis *in Vol. 2.* *c)* Et hæ Dominis à ſubditis ſuis debentur *arg. c. unic. quæ ſint Regalia, in verb. Angariarum, parangiarum & plauſtrorum & navium præſtationes juncta th. 18. lit. A. Gail. de Arreſt. c. 10. in pr.* ſed ferè à ruſticis & vilioribus ſubditis tantùm *Ming. th. 79.* Dividuntur autem quoad modum exercendi in Wägen, Pferde, Schiff vnd Handtdienſte / quoad quantitatem in determinatas geſetzte vnd gemeſſene Frohndienſte / quas ſubditi certis & ſtatutis diebus in anno, menſe, ſeptimana præſtant, & indeterminatas vngemeſſene / quæ ex Dominorum arbitrio dependent & toties præſtandæ ſunt quoties exiguntur *Gail. 2. obſerv. 62. n. 12. Ming. th. 79.* cavendum autem ne illud liberum Domini arbitrium in tyrannidem & ſævitiam abeat ſed reducatur ad arbitrium boni viri *arg. l. 30. de oper. libert. Gail. d. obſerv. n. 12. & 1. obſerv. 17. n. 1.* ſed an ſubditi operas ſuo ſumptu & veſtitu edere tenentur? videndum quid loci conſuetudine obſervatum ſit: cæterum omnino ita exigendæ ſunt, ut ſubditis reliquum ſit tempus per quod quærant, unde ipſi cum ſuis vivant *Gail. d. c. de Arreſt. n. 6.* De tota hac operarum materia *vide Maul. de Homag. c. 4.* C

Quædam jura ſunt militaria, ut Poteſtas *a)* Bellum gerendi, milites *b)* conſcribendi, jus *c)* armorum, ſequelæ, *d)* aperturæ, *e)* poteſtas arces muniendi & *f)* fortalitia extruendi. 23.

a) Quæ olim quidem ſolius Imperatoris erat adeò, ut nulli inferiori liceret citra crimen Majeſt. eam ſibi ſumere *l. 3. ff. ad L. jul. Maj. l. unic. C. ut uſus arm.* ſed hodie (ſuo modo) etiam Dominis Territoriorum ea competit *Ming. th. 76. Reink. d. c. n. 15.* injuſtum enim, quia illis bellum ſaltem prohibitum eſt *Aur. Bull. c. 17. §. fin.* R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. zum andern R. A. zu Augſp. *de Anno* 1530. §. vnd dieweil wir nun juſtum permiſſum cenſetur ſive offenſivum (ut quidem Limn. vult, quod tamen valde limitandum puto) ſive defen- A

sivum: Ergo Domini Territoriorum si injustè offendantur, justè se defendunt, *vide th.25.lit.C.* subditos rebelles rectè armata manu invadunt, alios contra subditos rebelles & invadentes juvant *Limn. d.c. n.248. & seqq.* si verò aliàs quid rei litigiosæ habuerint cum sui similibus vel etiam subditis *juxta Gail. 1. observ. 1.n.18.* non ad arma sed ad competentem judicem recurrent. Quodsi contra leges Imperii arma à quopiam suscipiantur in Camera vel Aula Cæsarea contra eundem decernuntur mandata avocatoria, Die gemeinen Abforderungen R. A. zu Speyer *de Anno* 1529. §. vnd damit an solcher. R. A. zu Augsp. *de Anno* 1530. §. wo aber der. *Ord.Cam.p.2. tit.9.* §. vnd ob sich *& seqq.Gail.1.de P.P. c.4.n.1. & seqq.* An verò & quatenus subditis Imperii mediatis & immediatis & sic etiam Dominis Territorialibus liceat frembden Potentaten vmb Ehr vnd Ruhm mit ritterlichen Thaten dienen vnd Völcker zuführen? decisum & definitum est R. A. zu Speyer *de Anno* 1544. §. vnd wiewol wir. R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. derselben wir anfänglichen. R. A. zu Augsp. *de Anno* 1582.

B §. Ferner ob wol im heyligen Reich *Limn.d.c.8.n.13.& seqq.* b) in propriam R. A. zu Augsp. *de Anno* 1525. §. dazu sollen. Imperii R. A. zu Augsp. *de Anno* 1530. §. demnach soll sich R. A. zu Speyer *de Anno* 1542. §. wann nun aber §. Es sollen auch & aliorum (*juxta lit.A.h t.*) salutem, observatis tamen Imperii legibus quas recenset *Limn. d. c.8.*

C *n.246. adde Reink.d.c.n.14.* c) cujus vi ad Dominum Territorii pertinet jus Armandiæ Zeug, vnd Rüsthäuser zuhaben *c. unic. quæ sint Regal. juncta th.18.lit. A. Reink. d.c.n.19. Limn.d.c.n.210.* ubi instructissima & præcipua Germaniæ armentaria ostendit (2) jus fabricandi & parandi tormenta bellica, Geschütz/Artelerey vnd Munition R. A. *de Anno* 1555. §. vnd demnach ein Kriegsvolck zu Roß/R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. sintemahl auß hochbewegender *Reink. d.c.n.17.* (3) Impositio & prohibitio armorum den Vnterthanen Wehr vnd Waffen aufzulegen vnd (fortè propter rebellionē) zunehmen *Limn. d.c.n.207. Ming.d.th.76. Knich.de subl.& Reg.Terr. jur.c.3.n.352.* (4) jus die Vnterthanen in Wehr vnd Waffen zuüben (quod Triellen vocant) vnd in Bereitschafft zuhalten R. A. *de Anno* 1555. §. Nach dem aber die hiebevor (5) Lustratio & jus delectum agendi Musterung anzustellen R. A. *de Anno* 1546. §. ferner dieweil *Reink. d. c. n.15. Ming.*

th.76.

th.76. Limn.d.c.n.209. d) Folge vnd Reyse cujus vigore subditi vocati (auffgefordert) Dominum suum bellum moventem vel ab aliis bello petitum sequi & juvare tenentur *Reink. d.c. n. 20. Ming. th.76. Ziegler.d. §.Landsaßu n.164. Limn.d c.n.244. Knich.d.tr.c.3.n.352.& 359.* hic a. differentia est inter Nobiles Landsassios & plebejos subditos, illi equis inserviunt ad certũ numerũ, hi certo armaturę genere, nach dem muster, beleg vnd Folgregister *Knich. d.c.n.354.& seqq.* cujus sumptibus militare & sequi teneãtur? *vide Knich.d.c.6.n.362.* An vicarium offerre vel pecuniâ sequelam redimere possint? *Knich. d. c. n.373. & seqq. 2.Feud.40.§.prӕterea 55.§.firmiter. e)* Die Offnung/ Tenentur n. subditi tempore belli Domino Territoriali aperire castra & si quas possident, arces *Ziegl.d.§.n.166. Ming.th.76. Limn. d.c. n.245.* & admittere appositionem militum die Festungen mit Soldaten zubesetzen/ *Knich.d.c.3.* huic non absimilis est Intrada seu adventus Principis solennis der Einritt in quo subditi armati Dominum suum devotè excipiunt eiq; obviam eunt *Ming.d.th.76.Zieg.d.§.n.165. f)* Schlösser mit Basteyen verwahren vnd Vestungen zubawen *Reink.d.c.n.19. Ming.th.76.* quæ venit in consequentiam juris bellici usuque probatur *Limn. d.c.238.* eaq; Domini Territoriorum uti possunt etiam irrequisito Imperatore *arg.* R.A. zu Regensp. *de Anno 1576.§.* wiewol wir nun. Nec obstant exempla eorum qui ad hoc Imperatorum specialem concessionem & consensum impetraverunt, ut munirent arces suas & fortalitia extruerent; non enim insolitum est, ab Imperatore confirmationem debiti nobis aliàs juris petere, & fortè fuit hæc ipsorum intentio, ut omnem suspicionem æmulationis & sequioris intentionis à se summoverent *Limn. d.c.n.241.* defensionis enim saltem gratia hac potestate uti licet non ad æmulationem, invidiam aut molestiam alterius *l.3 de oper.publ. Gail.2.observ.69.* non ad materiam tumultuum & seditionum; nec contra privilegium alterius hac potestate uti licet; siquidem sunt quædam Civitates Imp. quæ privilegio ab Imperatore obtinuerunt, ut propè ipsorum territoria (fortè intra unum, duo vel tria milliaria) nemini liceat castra ædificare *Gail.2.obs.69.n.24.* sic Spirensem ad Civitatem intra 3. miliaria non licet cuipiam fortalitium extruere, ad Norimbergam intra unum *Limn.d.c.n.235.*

Juri

24\. Juri bellico connexum jus Fœderum *a*) & sic quoque de juribus superioritatis est, sicut & jus mittendorum *b*) legatorum.

A *a*) Sic E. Principes Imperii Dominiq; Territoriales fœdera quoque ferire possunt, sed ea quæ publicæ pacis & securitatis causa fiunt *A.B.tit.15.ibi:* Jedoch die Gelübde *Reink.d.c.n.21.* An autem Imperatoris autoritas & consensus hîc necessarius? Negat *Limn.d.c.n.18.& seqq.* ut adeò si qui petiverint hactenus & obtinuerint confirmationem Imperatoris superflua ea habēda sit vel saltem fecerit ad amovendā omnem conspirationis suspicionem; semper a. ejusmodi fœdera exceptum habebunt Imperium & Imperatorē, & tutius quidem si expressè *Limn.d.c.n.25.* Alia quæstio dubiæ admodum decisionis est; An scil. liceat Principibus Imperii etiam cum exteris confœderationem inire? *Vide Limn.d.c.n.26.* qui in affirmativam inclinat *arg.* Handhabung deß Friedens *de Anno* 1595. *tit.* die Königliche May. soll keinen Krieg anfahen *in verb.* die dem Reich zu schaden/nachtheil oder zuwider seyn möchte ꝛc. quæ restrictivè accipit, sed possent esse explicativa & rationem prohibitionis continentia; quo

B posito negativa simpliciter ponenda foret *b*) Unde Legati statuum in Comitiis ut admittuntur ita vocantur der Stände Gesandten vnd Bottschafften R.A. zu Augsp. *de anno* 1500. *tit.* wie man mit etlichen Ständen deß Reichs & ferè semper in R.R.A.A. hæc formula reperitur mit Churfürsten / Fürsten vnd gemeinen Ständen auch der abwesenden Rähten/Bottschafften vnd Gesandten *Reink.d.c.n.50 Zieg.d.§.Landsaß.n.191.& seqq. Ming.th.76.* sed hæc magis statibus hoc jus competere probant, quam Dominis Territoriorum. Cæterum de jure nostro Justin. etiam ipsa Municipia videntur habere jus Legationis *l.8.l.28.§.fin.Ex quib.caus.Maj.l.1.& passim.t.t.de leg.*

25\. Visis hactenus præcipuis *a*) superioritatis Territorialis juribus, jam pergimus ad Remedia pro iis asserendis competentia, quorum alia magis adversus *b*) subditos, alia *c*) etiam adversus alios dantur; Probationes desumūtur ex ipsis *d*) actibus, ex insigniis sibi superioritatem

tem sibi asserentis jn locis *e*) Territorii depictis, ex instrumentis *f*) & *g*) similibus. Judex hîc non semper unus *h*) idemq; est.

a) Plurima alia hinc inde tractat & recenset Knich. *d. tr. de subl. & Reg. Terr. jur.* Affinia jura, quæ Nobilibus & Civitatib. mediatis in suos cives & rusticos cōpetunt, explicat Ming. *th.* 77. *& seqq.* b) Sicut cuilibet Magistratui *juxta l. unic. in pr. ff. si quis jus dic. non obtemp.* jurisdictionem suam, ita quoque Domino Territoriali superioritatem suam pœnali judicio, imò & missione in possessionem bonorum, captis pignoribus, indictâ mulctâ, incarceratione, arrestatione & sim. remediis contra inobedientes Landsassios & subditos (imò & contra extraneos ex mente quidem Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 149.) defendere permissum est *Ming. th. fin. VVesenb. ff. si quis jus dicent. non obtemp. n.* 6. *Gail.* 1. *observ.* 17. *n.* 8. Datur etiam utilis actio confessoria pro jure superioritatis vindicando, ut negatoria pro negando *arg. l.* 9. §. 2. *de damn. infect. & ibi Gothofr. VVesenb. de jurisdict. n.* 13. c) Pro possessione territorii & superioritatis territorialis retinenda, qui in ea turbatur interdictum (vel directum vel utile) Uti possidetis intentare *Gail. de pign. obs. fin. n.* 8. *Ming. th. fin. Bachov. ad Tr. vol.* 2. *disp.* 25. *th.* 4. *lit. B. in pr.* vel, si mavult, eum, qui cum armis turbatū venit, armis repellere potest, sed confestim non ex intervallo; imò non solum resistere potest, ne dejiciatur, sed & dejectus eundem dejicere non ex intervallo, sed in continenti *l.* 3. §. 9. *de Vi & Vi arm.* Quod paulò latius hîc, quam in defensione corporis accipitur & significat antequam quis ad alia negotia divertat *arg. l.* 21. §. *fin. de Testam. l.* 137. *de V. O.* Potest igitur se quis ad expellendum præparare & amicos convocare; Et tamen videndum ne latiùs hoc extendatur *Bachov. ad Tr. vol.* 2. *disp.* 21. *th.* 4. *lit. B. C. & D. adde Gail.* 1. *de P. P. c.* 16. *n.* 12. *& seqq. VVesenb. ff. uti possidetis n.* 6. Et hactenus etiam expulsus animo retinet possessionem; sicut & aliàs is qui invasorem sibi cessurum aut à se expulsum iri existimat speratve *arg. l.* 6. §. 1. *l.* 46. *de acquirend. vel amitt. poss. Bachov. ad Treut. lit. B. C. & D.* Spoliatus in totum & possessione omni dejectus interdicto Unde vi *VVesenb. ff. de vi & vi arm. n.* 9. aut locupletioribus juris Can. remediis *c. Redintegranda* 3. *q.* 1. *c. sæpe x. de restit. spoliat. Ming. d. th. fin. VVesenb. d. tit. n.* 13. quin & injuriarum

agere potest *arg.l.13.§.fin.de injur.Ming.d.th.fin. Thom.Mich. d.disp. concl. fin.lit.C.* Potest & hodie contra violatorem territorii alieni criminaliter agi ex constit. P.P. de qua latè Gail. *tr.de P.P. vide VVes.ff.de jurisd. n.13.Ming.d.th.fin.* Ad judicium adipiscendæ possessionis & petitoriū rarius hîc devenitur; cæteroquin varium illud est pro varietate causarum, non uniusmodi, & sic nec certi quid de eo definiri potest: De Actionibus nomine Feudi tam ratione possessionis quàm ipsius utilis dominii adversus Dominum aliumvè competentibus agit Dn. Vultej. 2. *Feud.c.1.* quas à terminis Territoriorum Feudalium

D non omnino alienas esse puto *d) vide thes.16.lit. A. Knich.d.tr.c.2. n.15.& 16.* quia tamen magna est inter illos differentia & quidam non nisi superioritatis jure, quidam alio etiam exerceri possunt, *vide supra th.6.lit.C.* non omnibus eadem probandi vis tribuenda est, nec ex unico actu inferendum ad universalem territorii superioritatè *Knich.d.tr.c.3.n.162.Brautl.3.c.5.n.12.* non a. in singulis speciebus probādis requiritur actuū frequentia, sed sufficit unus quietus, non

E violentus, non vitiosus *Knich.d.c.3.n.157.Reink.1.cl.5.c.4.n.191. e)* V.G. in Curiis, portis, templis *Schönb.5.Polit.c.30.Zieg.d.§.Landsassii n.167.* (ubi hæc insignia inter jura Territorialia refert) *Thom. Mich. de*

F *jurisd. concl.53.lit.C. f)* Vel Investituræ *Knich.d.tr.c.2.n.8.& seq.* vel al-

G lodialis concessionis. *g)* De Fama communi, *vide Schönb.d.c.3.Thom. Mich. dict. concl.53.* Pertinet huc denominatio V.G. Sächsisch Fürstenthumb oder Ampt quam territorium probare tradit *Knich.d.c.5. n.108.* de Finibus, qui etiam ad probandum faciunt actum supra *th. 12.lit.C.* Cæterum plenum hîc procedendi & probandi modum tradit *Knich.d.tr.c.2.n.12.& seqq.c.3.n.9.n.113.& seqq.c.5.n.90.usq; ad finem.* in specie quomodo procedatur in probādo jure superioritatis par-

H ticulari in alterius territorio docet idem *d.c.n.131.& seqq. h)* Si quæstio sit de Feudo aliquo Regali V.G. Ducatu, comitatu, cognitio ejus & decisio ad solum Imperatorem per ejusdem expressam reservationem & constitutionem *in Recess. Imp.* zu Wormbs *de Anno 1521. sub tit.* Röm.Kön.May Reg.§. Ob auch Sachen vorfielen Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafften &c. (sub quibus etiam comprehendi puto Feuda Ecclesiasticorum Regalia *arg.tit.5. Aur. Bull & propter identitatem rationis, adde th.11. lit.F.*) belangend / so vom Reich zu

Lehn rühren / so einem theil gäntzlich vnd endlich sollen gesprochen werden / derselben erkändnüß wollen wir hierin vns auch vorbehalten / quę ipsa verba (nisi quod pro gesprochen legitur abgesprochen) repetuntur *O.C.p.2.tit.7.adde c.un.1.Feud.18.pr.2.Feud.34.* pertinet, Regimento Imperii, *de quo sub d.t.* Röm. Kön. May. Reg. Camera Imperiali *d.tit.7.Gail.1.Observ.1.n.31.& 32. Observ.29.n.7.* Vicariis Imperii *arg.A.B.c.5.Buxtorf.concl.62.lit.* C.& D. exclusis, imò nec Paribus curiæ, qui sunt status Imperii, in consortium admissis, pro quorum tamen admissione dissentiendo plurimi, inq; iis Limn. *2.c.9.n.54.& seqq.* textibus, rationibus & exemplis pugnant, sed his sufficienter responsum est *à Nobiliß.Dn.Præs.disp.de Vic.Imp.concl.14.& Dn.Reinking.1.cl.4.c.19.n.19.& seqq. qui insuper n.27.& seqq. usu & observantia in causa Iuliacensi.* Hessen *contra* Hessen die Marpurgische *succeßion* betreffend / Lüneburg *contra* Braunschweig das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend / Baden *contra* Baden *firmatam esse ostendit.* Nec de his quidem Feudis in arbitros, quod aliàs de Feudis vulgaribus licet *2.Feud.15. 2.Feud.34.in pr.§.si inter pares c.unic.2.Feud.46.* compromittere licet *Reink.d.c.n.123.* imò nec arbitrorum statuto & pactis familiæ constitutorum, licet generali Imperatoris & Imperii lege *Ord.Cam.p.2.tit.2.* confirmatorum; cognitioni hic locus est *Reink.d.c.n.132.& seq.* Reservatum autem hoc Imperatoris non solum in petitorio sed etiam possessorio (dissentit Dn. Reink. *d.c.n.69.& seqq. Sixt.de Regal.1.c.fin.n.23.& seq.& alii* sed horum rationibus Dn. Præses *th.15.lit.A.Limn.d.c.n.78.* satisfaciunt, inter alia demonstrando in possessorio etiam definitivam ferri & sic pronunciari gäntzlich vnd endlich / confer *pr.tit.21.p.2.O.C.* ubi verbum hoc applicatur litigiosæ possessioni) non solum si de integro feudo, sed etiam si de parte (*arg.l.68.de R.V.* neq; n. particula gäntzlich denotat quantitatem rei controversæ, sed qualitatē sententiæ Dn. Præses *d.concl.15.lit.B.* qui ad præjudiciū Autoris *decis.& præjud.Cam.verb.Cæsari Reservata & verbo Feudum*, respondet in ea causa fuisse Imperatorem obligatum de evictione adeoq; non potuisse esse judicem. Dissent. Sixtin. *de Regal.1.c.fin.n.19.& seqq.* Aliud dicendum si de rebus particularibus quæratur putat Reink. *d.c.n.121.conf.§.si quis una 9.Inst.de Fideicom.hered.*) non solum si de ipso Feudo Regali, sed etsi de Regalibus (addo Ego

 superio-

superioritatis) juribus Feudo annexis Sixtin. *d.c.fin.n.*11.*&*12. (nisi de uno vel pluribus saltem eorum quęratur Sixtin. *d.c.n.*18.*&*19. sed fortè idem hîc obtinet quod in parte ipsius Feudi litigiosa obtinere supra, ubi dissentientem à nobis Sixtinum allegavimus, diximus) non solum si de ipsa qualitate Feudali, sed & si de alia re super tali feudo *Reink.d.c.n.*83.*&seqq.* non solum si cum agnato sed etsi cum alio in investitura non comprehenso *Reink.d.c.n.*122. (at quid si cum ipso Imperatore? *vide inf. h.l.*) lis sit, obtinet; At non, quod ex ipsius reservationis verbis manifestum est, in Comitatu, Baronatu aliisq; hujusmodi bonis (qualia esse & dari præter tradita supra *th.8 lit B.* præjudicium Camerale, cujus meminit *Auth. Decision. seu Præjud. Cam. in verbo Comitatus*, docet) allodialibus, de his enim cognoscere est Austregarum, vel, casu quo alias in prima instantia vel per modum appellationis ejus jurisdictio fundata est, Cameræ Imperialis *vide Auth. Decis. seu Præjud. Cam. d. verb. Comitatus Reink. d.c.n.*59.*&seqq. Sixt. de Reg d.c.ult.n.*61. *& seqq.* Non in feudis regalibus non ab ipso Imperatore sed ab alio inferiore, & sic nec de quondam allodialibus, jam verò ab inferiore recognitis; horum enim cognitio & decisio vel ad immediatum Feudi Dominum, si de qualitate Feudali disceptetur, vel ad Cameram vel judices Austregarum pro diversitate actionis pertinet *Reinking. dict. c. n.* 62. *& seqq. Sixtin. dict. c. fin. n.*39. (At quid juris si territoria Regalia controversa partim Regali Feudi jure ab Imperatore immediatè, partim ab aliis inferioribus dependeant, partim ex allodialibus portionibus collecta & unita & tanquam unum corpus ab Imperatore in Feudum recognoscantur? *Reink. d.c.n.* 96. *& seqq.* solius etiam de his Imperatoris cognitionem esse putat *arg. l. nulli C. de judiciis l. omnes C. arb. Tut. t.t. de quib. reb. ad eund. jud. eatur c. accessorium de R. I. in 6. & sim.*) Non in Feudis immediatis quidem, regalem tamen dignitatem annexã non habentibus: nam in his Imperator cum Camera concurrit & sic Præventioni, non a Privilegio primarum Instantiarum (vulgò der Außträge) locus est *Gail.1.observ.*29. *Auth. decis. & Præjud. Cam. Imp. verb. Cæsari Reservata, qui præjudicia suggerunt*: Non denique in Regalibus separatim & non sub cohærentia Feudi regalis in Feudum datis, nam & de his Camera cognoscere & judicare potest *Sixtin. de Reg. d.c.fin. n.*16. *& seqq.* ubi id

ex usu

ex usu & praxi certum esse dicit. Et hactenus dicta locum habent, si Dominis Territoriorum cum aliis fortè Convasallis & ejusdem qualitatis hominibus lis intercedat: si verò inter Dominum Territ. & Imperatorem de Territorio & superioritatibus Territorialibus lis oriatur, quæritur quis hîc judex sit? Sixtin. *de Regal. n. 91. & seqq.* Palatino locum facit sive quæstio sit de Allodialibus sive de Feudalibus propter textum Aur. B. sine ulla distinctione loquentem. At Dn. Præses *d. concl. 14. Reink. 1. cl. 4. c 5. n. 6. & seqq. Limn. 3. c. 9.* in causis Feudalibus Imperatorem Parium subire judicium volunt: pro quibus facit *text. in c. 1. §. sententiæ vers. si qua. de Pace Constant.* sed de his fortè pluribus agetur *disp. seq.* Sed quis, si inter subinfeudantem inferiorem & subinfeudatum de juribus superioritatis quæstio, quæ non rara est, sit, judex erit? De jure Feudali constat litis inter Dominum & Vasallos Pares Curiæ esse judices *2. Feud. 55. § fin. 2. Feud. 39. § si inter. 2. Feud. 16. c. un.* unde Sixtin. *de Regal. c. fin. n.* 48. concludit, controversiam de Regalibus inter Dominum & Vasallum per pares etiam non in eadem dignitate cum litigantibus constitutos, decidi debere: sed vix hæc sententia in nostris terminis locum habere potest; cum superioritas hæc licet non immediatè in persona subinfeudati, mediatè certè pendeat ab Imperatore, ut adeò ad hunc, vel de quo adhuc dubito, ad Cameram recurrendum sit, si eam vel subinfeudatus sibi contra subinfeudantem; vel subinfeudans in subinfeudatum asserere velit. In particulari tamen, si de hoc vel illo superioritatis jure inter subinfeudantem & subinfeudatum controversia fuerit, Paribus curię locus esse queat, pro quibus etiam in terminis juris collectandi inter P. N. subinfeudantem & C. S. subinfeudatum controversi ab amplifs. Facultate in hac Marp. Juridica nuperrimè pronunciatum esse accipio. Nonnunquam & ipse Dominus in hujusmodi judiciis judex est, præsertim contra inobedientes Landsassios & subditos *vid. lit. B. h. t. th. 20. lit. A. th 23. l A. & B.* Cæterũ de judice in causis Feudalibus & Regalibus pluribus agunt Sixtin. *d. c. fin.* Vult. 2. *Feud. c.* 2. qui videri possunt: mihi non licet hîc esse prolixiori; & fortè *in seqq. disp.* erit amplior de his agendi locus.

Sequitur ut videamus de successione *a*) in jura territorialia & ipsa territoria; ubi primo distinguendum est 26.

inter Territoria Ecclesiastica & politica; in illa successor venit ex Electione *b*), in hæc si sint aliodialia vel ex Testamento *c*) vel ex lege ab intestato per omnes ordines *d*) & sic verè heres *e*) venit; si Feudalia saltem *f*) ex lege *g*) successores *h*) cum onere intra legitima tempora *i*) petendæ *k*) investituræ vocantur.

A *a*) *Ming. th.* 28. hanc refert inter modos superioritatem Territorialem acquirendi; sed cum successio non tam acquirat superioritatem quam acquisitam in successores transmittat, post explicata jura superioritatis peculiare caput successioni, quæ in ea fit, hîc tribuere visum fuit De Civitatibus nec hîc quidem quæstio successionis locum habet *arg. l. 76. de judiciis l. 56. de usufr. vide supra th. 3. lit. A.* Illud tamen hîc notandum venit, quod si quæ sint Feudales (*vide supra th. 8. lit. F.*) licet non ex capite successionis vasallorum, quæ hic nulla est, ex capite tamen successionis Dominorum Investituræ renovationem & confirmationem petere *juxta lit. I. & K. h. th.* reliquæ verò ex eodem capite juramentum subjectionis renovare & præstare teneantur: De Argentinensi civitate notat Dn. Reink. 1. *cl.* 5. *c.* 4. *n.* 10. quod illa vetusto more hoc juramentum non præstet; quæ tamen & si quæ sunt similiter privilegiatæ nihilominus Imperatori obedientiam & fidelitatem debent per ea quæ supra *th.* 17. *lit. A.* dicuntur

B *b*) repetantur huc ea, quæ supra *th. 3. lit. D. & th. 11. lit. E.* dicta sunt, *addatur Mingius th. 29. Gail. 1. observ. 30. n. 10. Schönborn. 5. Politic. c.* 22. à quibus tamen quod traditur, superioritatem ab Episcopo resignari capitulo & penes ipsum sede vacante residere, scrupulo non caret, cum superioritatem Episcopus non ut Episcopus & sic non à capitulo habuerit, nec in ipsum adeò eam transmittere potuisse videatur: Vide in simili Dn. Præsid. *d. disp. concl. 20. lit. D. & concl. 22. lit. C.*

C *c*) neque enim de Territoriis allodialibus prohibita magis reperitur dispositio testamentaria, quam aliis bonis allodialibus & propriis; amplius cum de Feudo hæreditario testamentum fieri & pro lubitu disponi posse concedant Interpp. juris Feudalis, teste Dn. Vultejo 1. *Feud.* 9. *n.* 156. multò magis id concedendum erit in merè allodialibus: cui consequens est, etiam hîc, ut aliàs primam

causam

causam esse Testamentarii heredis & hoc demum deficiente vocari legitimum *l.39.de Acquir.vel omitt.hered.l.98.de R.I.* d) Descendentium, Ascendentium & Collateralium, secundum dispositionem juris Civ. neque enim hîc diversa ratio & diversum jus territoriorum allodialium ab aliis allodialibus bonis datur e) quem ipsum ad juramentum subjectionis præstandum omnino teneri putem *vide Maul.de Homagio c.1.n.22.* ubi dicit homagium à subditis esse præstandum quoties persona Domini mutatur & quoties quis fit subditus *arg.c.1.de Capit.Corrad.* licet verò qui succedit heres jam ante subditus fuerit, non tamen in eadem qualitate fuit: sed intra quæ tempora? Mediati Imperii subditi Dominis immediatis in ingressu regiminis homagium præstare tenentur *juxta th.17.lit.A.Reink.d.s.4.n.2.* quod fortè etiam in immediatis obtinet f) non etiam ex Testamento: nulla enim ordinatio defuncti in Feudo manet vel valet *1.Feud.8.in pr.2.Feud.9.§.Donare 2.Feud.55.in pr. rationem suggerit Vult.1.Feud.9.n.149. Gail.2.obs.116.n.9.& seqq.Dn.Reink.1.cl.4.c.17.n.43.& seqq.* adeò ut nec sufficiat ad sustinendam dispositionem Domini Feudi consensus *Dn.Reink.d.c.n.51.* Notandum tamen hîc quod in omnibus ferè Principum Germaniæ familiis testamentariæ dispositiones frequententur, in quibus vel æquis vel inæqualibus portionibus Filii instituuntur, præcepta regiminis præscribuntur, Tutores impuberibus constituuntur, vel etiam assignato primogenito Principatu & regimine, reliquis filiis alimenta & portiones bonorum relinquuntur cum sim. cujusmodi Testamenta inter liberos propter reverentiam erga parentes vel etiam jurisjurandi religionem, quâ plerumq; roborari solent, non facilè impugnari contingit, quamvis à Feudorum natura in iis quantisper fuerit recessum: Verùm Principum testamenta, quæ inter agnatos alias ex pacto & providentia majorum vocatos condi solent, non ita semper observantur aut sine controversia transeunt; si tamen agnati publicatis & visis testamenti tabulis, ultrò acceptarent tale testamentum, sibi præjudicium concitarent, quoad disposita in illo etiamsi non secundùm jus, maximè si interveniente jurejurando ad ejusdem observantiã se obstrinxissent *Dn.Reink.d.c.n.60.& seqq. ubi exempla addit* g) sc. juris Feudalis; sed an hanc successionẽ vocare licet Ab Intestato? Dn. Vult. *1.Feud.9.*

n.171.

n.171. in feudis ita ſuccedi minus propriè dici putat, pro quo facit & textus *in l.1. in pr. de ſuis & legit. heredib.* & ratio quod privatio præſupponat habitum; ſed de hac quæſtione, An qui teſtamentum facere nō potuit, inteſtatus deceſſiſſe dici queat? videri poteſt *Bachov. ad Tr.*
H *vol.2. diſp.16. th.1. lit. A. in pr.* h) Malui hoc generaliori verbo uti quam heredis ſpecialiori, cum ſucceſſio Feudalis non veniat jure hereditario adeoque nec faciat heredem: Sunt tamen & in jure Feudali textus, in quibus ſucceſſor feudalis vocatur heres *vid.1. Feud.13. in ſ. pr.*
I *2. Feud.28. §. his conſequenter & ſim.* ſed impropriè i) Annum ſc. *arg.* §. vnd behalten vns vor. R. A. zu Wormbs *de An.*1521. *tit.* Röm. Königl. May. Regim. jus Feudale commune adjecit anno diem. *2. Feud.24. pr.40. pr.52. in fin.55. fin. pr.* idem tamen parū ſibi conſtans *1. Feud.22. in pr.* menſem & annū requirit; ut hæc concilient alii diſtinguūt inter vaſallum militem & non militem, alii inter rigorem & æquitatem; at Limn. 4. *c.7. n.17.* contrarias agnoſcit Impp. conſtitutiones; eſt & textus 2. *Feud.* 97. qui anni tantum mentionem facit; ſed capitulum illud, utpote extraordinarium nullam autoritatem habet & ex cæteris explicari debet; & fortè nec ſupra allegatus §. vnd behalten vns vor excludit diem. Si verò intra legitima tempora propter impedimenta inveſtitura peti non poteſt, ſolet Imperator indultum concedere, cujus beneficio Regalia adminiſtrantur uſque ad tempus prorogatum *Dn. Reink.1. cl.4. c.16. n.57. ubi tenorem hujuſmodi Indulti à Ferdinando II. Ludovico Fideli II. L. conceſſi inſerit; videatur & d.* §. vnd behalten vns vor. Sed & aliàs de jure Feudali communi juſta cauſa excuſat *1. Feud.22. in pr.* & incuria ſaltem ſeu negligentia in petenda inveſtitura vaſallū Feudo privat *2. Feud.24. in pr. 2. Feud.55. in fin. pr.* ſed iterum parū ſibi conſtat idem, dum *tit.52. & 97.* expreſsè dolum requirit, cujus tamen, utpote juſtæ cauſæ oppoſiti, latior ſignificatio
K hic eſſe queat. k) *1. Feud.22. in pr. 2. Feud.40. in pr.* quæ inveſtitura cōfirmatio eſt & quaſi redintegratio inveſtituræ primitus factæ, nec quicquam novi juris addit, ſed id, q̄ invenit, confirmat; unde ſub eadem forma & pacto fieri debet, quo prima facta eſt *Dn. Vult. 1. Feud. c.7. n.96.* cur autem feudum & inveſtituram hoc etiam caſu (eſt n. adhuc alius ex mutata nimirum Domini perſona *1. Feud. 22. in pr. 2. Feud.40. in pr.*) renovari oporteat plures dantur à Dn. Vult. *d. c. n.95.*

rationes

rationes, quas tamen non omnes probè ad nostram speciem facere putat Limn. *d.c.7.n.2.* Inter Principes autem ejusdem familiæ in successione æquales major natu suo & aliorum nomine investituram petere solet *Reink.*1.*cl.*4.*c.*17.*n.*40. Petenda est investitura regulariter ad domum Domini nisi pactione aliud vel privilegio cautum sit *Limn. d. c.*7. *n.*10. *& seqq.* ubi de privilegio domus Austriacæ & Regis Bohemiæ. Investituram qui petit fidelitatem (exceptio est *in* §. *fin.* 2.*Feud.*3. *&* 24. §. *Est & alia*, quæ tamen intelligitur salvo debito fidelitatis *arg. tit. de Fidelitate* 2.*Feud.*76.) facere, id est, jusjurandum fidelitatis præstare tenetur, 2.*Feud.*3.*in f.*4.7.*in f.* formula ejus præscribitur 2.*Feud.*5.6.7. qualis sit de stylo Imperii moderno, ostendit Dn. Reink. 1.*cl.*2.*c.*2.*n.*202. *Limn. d. c.* 7. *n.* 36. Hoc præstito de moribus Imperii status Imperii non peculiare subjectionis juramentum Imperatori præstant, cum in ipso fidelitatis juramento, quod adeò in effectu duplex est, trew/hold/gehorsamb zu seyn promittant *Dn. Reinking:* 1. *cl.* 5. *c.* 4. *n.* 12. ubi se existimare addit nullum Principum aut Comitum Imperii reperiri, qui hoc juramentum Imperatori non præstet, cum etiam ii qui Principitatum suum non immediatè ab Imperatore Feudi lege, sed ab alio recognoscant ad minimum de Regalibus & honorificentiis terris illis connexis ab Imperatore investiantur, idq; in Duce Würtenbergensi, qui Ducatum à Domo Austriaca, Regalia verò ab Imperatore recognoscat & aliis usuvenire dicit. Equidem si de subfeudo (in quod feudum quodvis totum vel pro parte à quovis alii, etiam sine voluntate Domini, concedi potest, modò sincerè, personæ æquali iisdemq; conditionibus quibus principale tenetur, concedatur 2.*Feud.*3. §. *sed etiam* 9. §. *si vero totum* 26. §. *beneficium* 34. §. *similiter Vult.* 1. *Feud.* 10. *n.* 138. *& seqq.* At quid vasallus subinfeudans retinet; utile enim quod ipse tantùm habebat dominium in subvasallum transferre videtur? *vide Vult. d.c.n.* 146. *Victorem de Exempt. concl.*28) in genere agatur, expeditæ rationis est, quod subvasallus non recognoscat Dominum primum sed suum immediatum; huic fidelitatem juret, & ab eodem eveniente petendæ investituræ casu (quem adeò ex persona hujus ejusdem, non superioris, mutata evenire censeo) renovationem investituræ petat *Vult. d.c.n.* 146. *adde* §. *illud quoq; præcipimus* 2. *Feud.*55. Si E. quod

mitationes ipso jure Feudali recipit (quas Dn. Vult. *d.c.n.* 45. ad tria capita revocat & in seqq. pluribus explicat) ita & in nostris terminis dantur Territoria quæ ex speciali pacto & privilegio herede masculo non existente (& sic quoad concursum etiam hîc fœminæ excluduntur; sicut & alias, ubi ex pacto vel natura Feudi, si id sit fœmineum veniant, masculis demum non existentibus veniunt 1. *Feud.* 8. §. *fin.* 2. *Feud.* 30. *in pr.*) ad fœminas devolvuntur; exemplum habemus
C in familia Austriaca & aliis, *de quibus Limn.* 4. *c.* 8. *n.* 108. *& seqq.* c) 1. *Feud.* 1. (ex quo progressus successionis in ordine descendentiũ patet)
D §. *hoc quoq; sciendum in f.* 2. *Feud.* 50. d) Vult. *d. c. n.* 202. neque enim dubium esse potest, quin pater superstes nepotem ex se natum excludere debeat; cęterum si nepos ex filio præ defuncto cum patruo inveniatur, ipse cum ipso concurret & admittetur jure repræsentationis, quod non minus hic, quam jure civ. in allodiali successione
E receptum est 1. *Feud.* 8. *in pr.* 2. *Feud.* 50. *in pr. Vult. d. n.* 202. e) 1. *Feud.* 8. *in pr.* 2. *Feud.* 26. §. *omnes*, qui licet Territoria & Feuda majora de jure feudali non dividere 1. *Feud.* 55. §. *præterea*, *propter rationes*, *quas Gail.* 2. *observ.* 153. *Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 17. *n.* 6. *& seqq. recensent, adde* §. *decernimus igitur A.B. c.* 24. sed potius indivisa *juxta* §. *omnes.* 2. *Feud.* 26. possidere debebant; plerunq; tamen de consuetudine notoria ea dividunt *Gail. d. observ. n.* 2. Notandum tamen hic, quod in Germania in dubio non ipsa Regalia (& jura Territorialia) majorum Feudorum sed potius administratio, fructus & commoditates (quod commodè fieri potest, si Ducatus contineat Præfecturas & ditiones separatas, sonderliche Aempter und Herrschafften) quasi ex usu dividi censeantur; unde qui ita diviserunt, non solum de partibus quas ipsi administrant se nominant, sed de omnibus (quorum & possessio civilis & dominium penes omnes manet) acsi nulla divisio facta esset *Dn. Reink. d. c. n.* 16. *& seqq. Limn. d. c.* 8. *n.* 122. ubi id exemplis ditionis Hassiacæ & Ducum Saxoniæ Vinariensium illustrant: sunt & hæ conditiones in hujusmodi divisionibus usitatæ, ut inter fratres illustres separata commoditate territorii exercitium jurisdictionis in seniorem cum emolumento quodam transferatur, item ut fratres alternis annis provinciam administrent *Limn. d. c. n.* 124. ubi adhuc alias addit. Veram tamen divisionem Ducatuum & sim. Feudorum accedente Imperatoris

peratoris consensu & non contradicentibus subditis fieri posse ex Cothmanno refert *Reink.d.c.n.*28. *f)* Commune enim Feudale (ut F
& civile in allodialibus in quibus & in privatorum bonis, an jus primogenituræ recipi queat? *vide Zoannett. tract. de Primatu Prioris geniti Regum c.*2.) dum filios æqualiter ad successionem vocat 1.*Feud.*8.*in pr.* 2.*Feud* 26.§.*omnes* est in contrarium; videatur Reink.*d.c.n.*85. *&* 86. nec obstat in terminis majorum Feudorum *textus* §. *præterea* 2. *Feud.* 55. nulla enim consequentia est; Majora Feuda dividi non possunt; E. Primogenito uni soliq; cedunt; possunt enim ab omnibus simul pro indiviso teneri *d.* §. *omnes Limn. d. c.* 8. *n.* 120. Habet tamen Primogenituræ jus justitiam & rationem suam, *vide Zoannettum d. tr. de Primatu prioris genit Regum c.*1. *Dn. Præsidem disp. de Vicar. Imp. th.*24. habet fundamentum in Sacris *Gen.*25. *Deut.*21. *vers.*17. & inde antiquitatem. Primogeniti autem solius jus hodie conspicuum est in Electorum secularium familiis *per Aur. B. c.*25. item in familia Austriaca (in qua tamen ab eo aliquando recessum esse notat *Limn.d.c.*8.*n.*113.) Ducatu Bavariæ (ante devolutum quoque ad ipsum Electoratum) Brunsvicensi & Würtenbergensi *Dn. Reink.d.c.n.*30. *Limn.d.c.n.*116. *&* 118. an & Juliacensi? *vide Limn.d.c.n.*117. In quibusdam quoq; Ducatibus jus Primogenituræ non agnoscentibus, multiplicatis lineis, postea pacto familiarum utiliter fuit introductum, ut in qualibet linea Primogenitus succedat, sic in Hassiæ Cassellana & Darmstatina lineis, in Pomerania (olim) & Ducatu Megapolitano & aliis receptum esse jus Primogenituræ, testatur *Dn. Reink.d.c.n.*32. *& seqq.* Ea autem quæ requiruntur ad introducendum jus primogenituræ, recenset ex Betsio *Limn. d.c.n.*121. ex quibus quædam tantum necessaria, quædam utilia saltem agnoscit. Imperatoris autoritatem hîc omnino necessariam esse patet ex iis quæ tradit Dn. Reink. *d. c. n.* 73. *& seqq.* Sed an Princeps in Testamento jus Primogenituræ in præjudicium aliorum filiorum simultaneè & æqualiter ex pacto & providentia majorum vocatorum invitis erigere potest? *vide supra th.* 26. *lit. E. Reink.d.c.n.*67. *Dn. Præsid. de Vic. Imp. th.*26. *circa fin.* *g)* quorum adeò G
respectu hæc Primogeniti successio nonnihil iniquitatis secum trahit *Limn.d. c.n.* 120. sed cessent ipsi plangere respiciant penes se multò infeliciores, si fortuna volet fient & ipsi primi Dn. Præses *d. disp.*

 *th.*25.

superioritatis) juribus Feudo annexis Sixtin. *d.c.fin.n.*11.*&*12. (nisi de uno vel pluribus saltem eorum quæratur Sixtin. *d.c.n.*18.*&*19. sed fortè idem hîc obtinet quod in parte ipsius Feudi litigiosa obtinere supra, ubi dissentientem à nobis Sixtinum allegavimus, diximus) non solum si de ipsa qualitate Feudali, sed & si de alia re super tali feudo *Reink.d.c.n.*83.*&seqq.* non solum si cum agnato sed etsi cum alio in investitura non comprehenso *Reink.d.c.n.*122. (at quid si cum ipso Imperatore? *vide inf. h.l.*) lis sit, obtinet; At non, quod ex ipsius reservationis verbis manifestum est, in Comitatu, Baronatu aliisq; hujusmodi bonis (qualia esse & dari præter tradita supra *th.*8. *lit* B. præjudicium Camerale, cujus meminit *Auth. Decision. seu Præjud. Cam. in verbo Comitatus*, docet) allodialibus, de his enim cognoscere est Austregarum, vel, casu quo alias in prima instantia vel per modum appellationis ejus jurisdictio fundata est, Cameræ Imperialis *vide Auth. Decis. seu Præjud. Cam. d. verb. Comitatus Reink. d.c.n.*59.*&seqq. Sixt. de Reg d.c.ult.n.*61. *& seqq.* Non in feudis regalibus non ab ipso Imperatore sed ab alio inferiore, & sic nec de quondam allodialibus, jam verò ab inferiore recognitis; horum enim cognitio & decisio vel ad immediatum Feudi Dominum, si de qualitate Feudali disceptetur, vel ad Cameram vel judices Austregarum pro diversitate actionis pertinet *Reinking. dict. c. n.* 62. *& seqq. Sixtin. dict. c. fin. n.*39. (At quid juris si territoria Regalia controversa partim Regali Feudi jure ab Imperatore immediatè, partim ab aliis inferioribus dependeant, partim ex allodialibus portionibus collecta & unita & tanquam unum corpus ab Imperatore in Feudum recognoscantur? *Reink. d.c.n.* 96. *& seqq.* solius etiam de his Imperatoris cognitionem esse putat *arg. l. nulli C. de judiciis l. omnes C. arb. Tut. t. t. de quib. reb. ad eund. jud. eatur c. accessorium de R. I. in 6. & sim.*) Non in Feudis immediatis quidem, regalem tamen dignitatem annexã non habentibus: nam in his Imperator cum Camera concurrit & sic Præventioni, non a. Privilegio primarum Instantiarum (vulgò der Außträge) locus est *Gail.*1.*observ.*29. *Auth. decis. & Præjud. Cam. Imp. verb. Cæsari Reservata, qui præjudicia suggerunt*: Non denique in Regalibus separatim & non sub cohærentia Feudi regalis in Feudum datis, nam & de his Camera cognoscere & judicare potest *Sixtin. de Reg. d.c. fin. n.*16. *& seqq.* ubi id exusu

ex usu & praxi certum esse dicit. Et hactenus dicta locum habent, si Dominis Territoriorum cum aliis fortè Convasallis & ejusdem qualitatis hominibus lis intercedat: si verò inter Dominum Territ. & Imperatorem de Territorio & superioritatibus Territorialibus lis oriatur, quæritur quis hîc judex sit? Sixtin. *de Regal. n. 91. & seqq.* Palatino locum facit sive quæstio sit de Allodialibus sive de Feudalibus propter textum Aur. B. sine ulla distinctione loquentem. At Dn. Præses *d. concl. 14. Reink. 1. cl. 4. c 5. n. 6. & seqq. Limn. 3. c. 9.* in causis Feudalibus Imperatorem Parium subire judicium volunt: pro quibus facit *text. in c. 1. §. sententiæ vers. si qua. de Pace Constant.* sed de his fortè pluribus agetur *disp. seq.* Sed quis, si inter subinfeudantem inferiorem & subinfeudatum de juribus superioritatis quæstio, quæ non rara est, sit, judex erit? De jure Feudali constat litis inter Dominum & Vasallos Pares Curiæ esse judices *2. Feud. 55. § fin. 2. Feud. 39. § si inter. 2. Feud. 16. c. un.* unde Sixtin. *de Regal. c. fin. n.* 48. concludit, controversiam de Regalibus inter Dominum & Vasallum per pares etiam non in eadem dignitate cum litigantibus constitutos, decidi debere: sed vix hæc sententia in nostris terminis locum habere potest; cum superioritas hæc licet non immediatè in persona subinfeudati, mediatè certè pendeat ab Imperatore, ut adeò ad hunc, vel de quo adhuc dubito, ad Cameram recurrendum sit, si eam vel subinfeudatus sibi contra subinfeudantem; vel subinfeudans in subinfeudatum asserere velit. In particulari tamen, si de hoc vel illo superioritatis jure inter subinfeudantem & subinfeudatum controversia fuerit, Paribus curię locus esse queat, pro quibus etiam in terminis juris collectandi inter P. N. subinfeudantem & C. S. subinfeudatum controversi ab amplis. Facultate in hac Marp. Juridica nuperrimè pronunciatum esse accipio. Nonnunquam & ipse Dominus in hujusmodi judiciis judex est, præsertim contra inobedientes Landsassios & subditos *vid. lit. B. h. t. th. 20. lit. A. th* 23. *l A. & B.* Cæterũ de judice in causis Feudalibus & Regalibus pluribus agunt Sixtin. *d. c. fin.* Vult. 2. *Feud. c.* 2. qui videri possunt: mihi non licet hîc esse prolixiori; & fortè *in seqq. disp.* erit amplior de his agendi locus.

Sequitur ut videamus de successione *a*) in jura territorialia & ipsa territoria; ubi primo distinguendum est 26.

Inter Territoria Ecclesiastica & politica; in illa successor venit ex Electione *b*), in hæc si sint allodialia vel ex Testamento *c*) vel ex lege ab intestato per omnes ordines *d*) & sic verè heres *e*) venit; si Feudalia saltem *f*) ex lege *g*) successores *h*) cum onere intra legitima tempora *i*) petendæ *k*) investituræ vocantur.

A *a*) *Ming. th.* 28. hanc refert inter modos superioritatem Territorialem acquirendi; sed cum successio non tam acquirat superioritatem quam acquisitam in successores transmittat, post explicata jura superioritatis peculiare caput successioni, quæ in ea fit, hîc tribuere visum fuit De Civitatibus nec hîc quidem quæstio successionis locum habet *arg. l. 76. de judiciis l. 56. de usufr. vide supra th. 3. lit. A.* Illud tamen hîc notandum venit, quod si quæ sint Feudales (*vide supra th. 8. lit. F.*) licet non ex capite successionis vasallorum, quæ hic nulla est, ex capite tamen successionis Dominorum Investituræ renovationem & confirmationem petere *juxta lit. I. & K. h. th.* reliquæ verò ex eodem capite juramentum subjectionis renovare & præstare teneantur: De Argentinensi civitate notat Dn. Reink. 1. *cl. 5. c. 4. n.* 10. quod illa vetusto more hoc juramentum non præstet; quæ tamen & si quæ sunt similiter privilegiatæ nihilominus Imperatori obedientiam & fidelitatem debent per ea quæ supra *th. 17. lit. A.* dicuntur

B *b*) repetantur huc ea, quæ supra *th. 3. lit. D. & th. 11. lit. E.* dicta sunt, *addatur Mingius th. 29. Gail. 1. observ. 30. n. 10. Schönborn. 5. Politic. c. 22.* à quibus tamen quod traditur, superioritatem ab Episcopo resignari capitulo & penes ipsum sede vacante residere, scrupulo non caret, cum superioritatem Episcopus non ut Episcopus & sic non à capitulo habuerit, nec in ipsum adeò eam transmittere potuisse videatur: Vide in simili Dn. Præsid. *d. disp. concl. 20. lit. D. & concl. 22. lit.* C.

C *c*) neque enim de Territoriis allodialibus prohibita magis reperitur dispositio testamentaria, quam aliis bonis allodialibus & propriis; amplius cum de Feudo hereditario testamentum fieri & pro lubitu disponi posse concedant Interpp. juris Feudalis, teste Dn. Vultejo 1. *Feud. 9. n.* 156. multò magis id concedendum erit in merè allodialibus: cui consequens est, etiam hîc, ut aliàs primam

causam

causam esse Testamentarii heredis & hoc demum deficiente vocari legitimum *l.39.de Acquir.vel omitt.hered.l.98.de R.I.* *d*) Descendentium, Ascendentium & Collateralium, secundum dispositionem juris Civ. neque enim hîc diversa ratio & diversum jus territoriorum allodialium ab aliis allodialibus bonis datur *e*) quem ipsum ad juramentum subjectionis præstandum omnino teneri putem *vide Maul.de Homagio c.1.n.22.* ubi dicit homagium à subditis esse præstandum quoties persona Domini mutatur & quoties quis fit subditus *arg.c.1.de Capit.Corrad.* licet verò qui succedit heres jam ante subditus fuerit, non tamen in eadem qualitate fuit: sed intra quæ tempora? Mediati Imperii subditi Dominis immediatis in ingressu regiminis homagium præstare tenentur *juxta th.17.lit.A.Reink.d.c.4.n.2.* quod fortè etiam in immediatis obtinet *f*) non etiam ex Testamento: nulla enim ordinatio defuncti in Feudo manet vel valet *1.Feud.8.in pr.2.Feud.9.§.Donare 2.Feud.55.in pr. rationem suggerit Vult.1.Feud.9.n.149.Gail.2.obs.216.n.9.& seqq.Dn.Reink.1.cl.4.c.17.n.43.& seqq.* adeò ut nec sufficiat ad sustinendam dispositionem Domini Feudi consensus *Dn.Reink.d.c.n.51.* Notandum tamen hîc quod in omnibus ferè Principum Germaniæ familiis testamentariæ dispositiones frequententur, in quibus vel æquis vel inæqualibus portionibus Filii instituuntur, præcepta regiminis præscribuntur, Tutores impuberibus constituuntur, vel etiam assignato primogenito Principatu & regimine, reliquis filiis alimenta & portiones bonorum relinquuntur cum sim. cujusmodi Testamenta inter liberos propter reverentiam erga parentes vel etiam jurisjurandi religionem, quâ plerumq; roborari solent, non facilè impugnari contingit, quamvis à Feudorum natura in iis quantisper fuerit recessum: Verùm Principum testamenta, quæ inter agnatos alias ex pacto & providentia majorum vocatos condi solent, non ita semper observantur aut sine controversia transeunt; si tamen agnati publicatis & visis testamenti tabulis, ultrò acceptarent tale testamentum, sibi præjudicium concitarent, quoad dispositain illo etiamsi non secundùm jus, maximè si interveniente jurejurando ad ejusdem observantiā se obstrinxissent *Dn.Reink.d.c.n.60.& seqq. ubi exempla addit* *g*) sc. juris Feudalis; sed an hanc successionē vocare licet AB Intestato? Dn. Vult. *1.Feud.9.*

n.171.

n. 171. in feudis ita succedi minus propriè dici putat, pro quo facit & textus *in l.* 1. *in pr. de suis & legit. heredib.* & ratio quod privatio præsupponat habitum; sed de hac quæstione, An qui testamentum facere nó potuit, intestatus decessisse dici queat? videri potest *Bachov. ad Tr. vol.* 2. *disp.* 16. *th.* 1. *lit. A. in pr.*

H h) Malui hoc generaliori verbo uti quam heredis speciali ori, cum successio Feudalis non veniat jure hereditario adeoque nec faciat heredem: Sunt tamen & in jure Feudali textus, in quibus successor feudalis vocatur heres *vid.* 1. *Feud.* 13. *in f. pr.* 2. *Feud.* 28. §. *his consequenter & sim.* sed impropriè

I i) Annum sc. *arg.* §. vnd behalten vns vor. R.A. zu Wormbs *de An.* 1521. *tit.* Röm. Königl. May. Regim. jus Feudale commune adjecit anno diem. 2. *Feud.* 24. *pr.* 40. *pr.* 52. *in fin.* 55. *fin. pr.* idem tamen parũ sibi constans 1. *Feud.* 22. *in pr.* mensem & annũ requirit; ut hæc concilient alii distinguũt inter vasallum militem & non militem, alii inter rigorem & æquitatem; at Limn. 4. *c.* 7. *n.* 17. contrarias agnoscit Impp. constitutiones; est & textus 2. *Feud.* 97. qui anni tantum mentionem facit; sed capitulum illud, utpote extraordinarium nullam autoritatem habet & ex cæteris explicari debet; & fortè nec supra allegatus §. vnd behalten vns vor excludit diem. Si verò intra legitima tempora propter impedimenta investitura peti non potest, solet Imperator indultum concedere, cujus beneficio Regalia administrantur usque ad tempus prorogatum *Dn. Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 16. *n.* 57. *ubi tenorem hujusmodi Indulti à Ferdinando II. Ludovico Fideli H. L. concessi inserit*; *videatur & d.* §. vnd behalten vns vor. Sed & aliàs de jure Feudali communi justa causa excusat 1. *Feud.* 22. *in pr.* & incuria saltem seu negligentia in petenda investitura vasallũ Feudo privat 2. *Feud.* 24. *in pr.* 2. *Feud.* 55. *in fin. pr.* sed iterum parũ sibi constat idem, dum *tit.* 52. & 97. expressè dolum requirit, cujus tamen, utpote justæ causæ oppositi, latior significatio hic esse queat.

K k) 1. *Feud.* 22. *in pr.* 2. *Feud.* 40. *in pr.* quæ investitura cõfirmatio est & quasi redintegratio investituræ primitus factæ, nec quicquam novi juris addit, sed id, q̃ invenit, confirmat; unde sub eadem forma & pacto fieri debet, quo prima facta est *Dn. Vult.* 1. *Feud. c.* 7. *n.* 96. cur autem feudum & investituram hoc etiam casu (est n. adhuc alius ex mutata nimirum Domini persona 1. *Feud.* 22. *in pr.* 2. *Feud.* 40 *in pr.*) renovari oporteat plures dantur à Dn. Vult. *d. c. n.* 95.

rationes

rationes, quas tamen non omnes probè ad nostram speciem facere putat Limn.*d.c.7.n.2.* Inter Principes autem ejusdem familiæ in successione æquales major natu suo & aliorum nomine investituram petere solet *Reink.1.cl.4.c.17.n.40.* Petenda est investitura regulariter ad domum Domini nisi pactione aliud vel privilegio cautum sit *Limn. d. c.7. n.10. & seqq.* ubi de privilegio domus Austriacæ & Regis Bohemiæ. Investituram qui petit fidelitatem (exceptio est *in §. fin.* 2.*Feud.*3. *& 24. §. Est & alia*, quæ tamen intelligitur salvo debito fidelitatis *arg. tit. de Fidelitate* 2.*Feud.*76.) facere, id est, jusjurandum fidelitatis præstare tenetur, 2.*Feud.*3.*inf.*4.7.*inf.* formula ejus præscribitur 2.*Feud.*5.6.7. qualis sit de stylo Imperii moderno, ostendit Dn. Reink. 1.*cl.2.c.2.n.*202. *Limn. d. c. 7. n.36.* Hoc præstito de moribus Imperii status Imperii non peculiare subjectionis juramentum Imperatori præstant, cum in ipso fidelitatis juramento, quod adeò in effectu duplex est, trew/hold/gehorsamb zu seyn promittant *Dn. Reinking: 1. cl. 5. c.4. n. 12.* ubi se existimare addit nullum Principum aut Comitum Imperii reperiri, qui hoc juramentum Imperatori non præstet, cum etiam ii qui Principitatum suum non immediatè ab Imperatore Feudi lege, sed ab alio recognoscant ad minimum de Regalibus & honorificentiis terris illis connexis ab Imperatore investiantur, idq; in Duce Würtenbergensi, qui Ducatum à Domo Austriaca, Regalia verò ab Imperatore recognoscat & aliis usuvenire dicit. Equidem si de subfeudo (in quod feudum quodvis totum vel pro parte à quovis alii, etiam sine voluntate Domini, concedi potest, modò sincerè, personæ æquali iisdemq; conditionibus quibus principale tenetur, concedatur 2.*Feud.*3.*§. sed etiam* 9. *§. si vero totum* 26. *§. beneficium* 34. *§. similiter Vult.* 1. *Feud.* 10. *n.* 138. *& seqq.* At quid vasallus subinfeudans retinet; utile enim quod ipse tantum habebat dominium in subvasallum transferre videtur? *vide Vult. d.c.n.* 146. *Victorem de Exempt. concl.*28) in genere agatur, expeditæ rationis est, quod subvasallus non recognoscat Dominum primum sed suum immediatum; huic fidelitatem juret, & ab eodem eveniente petendæ investituræ casu (quem adeò ex persona hujus ejusdem, non superioris, mutata evenire censeo) renovationem investituræ petat *Vult. d.c.n.* 146. *adde §. illud quoq; præcipimus* 2. *Feud.*55. Si E. quod

Victor *d.concl.*28. vult & velle quoq; videtur Sixt. 1.*de Regal.c.*4.*n.*57. *& c fin.n.*39. *& seqq.* Domini Territoriales de Territorio suo subinfeudati superioritatem ipsam à Dominis Feudi immediatis, non immediatè ab Imperatore consequuntur & recognoscunt; certè & ipsi casu emergente non ab Imperatore (cujus adeò nec mutatio petendæ investituræ locum faciet) sed ab immediatis suis Feudi Dominis (quorum etiam demũ mutatio necessitatem renovationis inducit) renovationẽ investiturę petere, iisq; fidelitatẽ jurare debent, maximè cum hi ipsi imediati ab Imperatore de territoriis illis investiantur. Quia tamen ita subinfeudati nihilominus imediatè Imperio subjecti (neque enim recognitio Feudi tribuit Domino, à quo recognoscitur, in recognoscentem Vasallum quà talem & aliàs non subditum, ordinariam & universalem jurisdictionem superioritatemq; Territorialem, sed saltem jurisdictionem limitatam & restrictam ad Feudum & causas occasione Feudi ortas *Clem. Pastor.* §. *Deniq; licet. Rex ipse De sent. & Re jud. Sixtin. de Regal.d.c.*4.*n* 67.*&* 68.*& d.c. fin.n.*39.*& seqq.* etiam in terminis Territorii allodialis à Domino, vel ut contra potentiores tutus esset vel aliam ob causam, alteri delati & ab eodem in Feudũ iterum recogniti *Sixt. d.c.*4.*n.*59.67. *&* 68. facit huc *c.unic.* 2. *Feud.* 54. & Consilium Facult.jurid. Ingolstad. in causa Waldeck contra Hessen *n.*10. *in Fasciculo Consiliorũ C.* Klocken *tractatui de Contributionibus annexo*; cui tamen, quod obiter addere visum fuit, ex parte Hessen Responsum plenum oppositum ante aliquot annos in lucem prodiit, in quo, non quidẽ ex mediata Feudi recognitione, unde nostra assertio etiamnum salva manet & hactenus pro nobis facit d.Consilium, sed aliis pluribus ex capitibus demonstratur probaturq; Comites Waldeccenses non immediatos sed Landtassios esse Illustriss. Hassiæ Landgraviorum) manent, certè ad juramentum subjectionis Imperatori præstandum teneri videntur. Verum cum non una omnia hujusmodi Territoria ratione & conditione in subfeudi qualitatem venerint, sed alia Ducatus Würtenbergicus, *vide Limn.*5.*c* 16.*n.*3. *&* 4. aliâ fortè alia, vix idem de omnibus hac in parte asseri potest. Negotium autem Investituræ ab utraq; parte (ex parte Domini quidam hodie statuunt exceptionem in den Fahnen Lehn *per* §. vnd behalten vns vor, R.A. zu Wormbs. *tit.* von Röm.

Königl.

Köniz. May. Regiment *A.B.c.5.* sed dubito an inde concludi queat, Imperatorem ne quidem volentem posse hæc Feuda per Procuratoré conferre *vide* §. vnd sollen wir mitlerzeit *Limn.d.c.7.n.25.* Ex parte eorum qui investiri desiderant, excipit Limnæus *d.c.n.27.* dubitans de aliis majoribus, Feudi Electoralis novi investiturã; sed non renovationem antiqui, de qua nos hîc agimus) per Procuratorem expediri *2. Feud. 3. §. fin.* adeòq; & juramentum per eundem præstari potest, quod frequentissimum hodie esse patet ex formulis à Reink. & Limn. supra dictis locis insertis, idq; vocant in animam alterius in die Seele deß Principalen schweren/quod an & quo cum effectu fieri possit, docet Bachov. *ad Treutl. vol.1. disp.21. th.1. lit. A. adde Gail. 1. observ.83 n.1. observ. 88 n.1. obs. 89. n.1.* De solennibus, sub quibus peragitur investitura jam aliquid dictum est *disp.5. th.29.* & dicentur fortè plura *disp. seq. vide interim, quæ de his tradit Limn. d.c.7. n.28. & seqq.*

Primò quidem descendentes *a*) masculi, *b)* in infinitum, *c*) servatata tamen graduũ *d)* prærogativa & sic primò filii æqualiter omnes, *e*) nisi Primogenitus speciali *f)* jure solus succedat & cæteros *g*) excludat. *h*) 27.

a Horum enim causa, ut in allodialibus, ita & in Feudalibus, omnium prima esse debet per textum *1. Feud. 11. in pr.* *b*) Qui soli jure Feudali legitimi heredes sunt *1. Feud. 11. in pr. 2. Feud. 34. §. similiter, vers. Profectò*: Excluduntur E. hîc (qua adeò in parte differentia est inter Allodialia & Feudalia, cujus rationem ostendit Dn. Vult. *1. Feud. 9. n. 29.* & tamen, quod primogenitis Electorum *in A.B.c.24.*, injunctum est, etiam in nostris terminis Fratribus injunctum puto, daß Sie sich gütlich vnd miltiglich beweisen gegen jhre Schwestern/ nach Gnade die jhnen Gott gegeben hat/nach jhrem wolgefallen vnd nach vermögen jhrer Vatterlichen Güter &c.) fœminæ, ita ut nec cõcurrant cum masculis, nec iis nõ existentibus admittantur *1. Feud. 8. in pr. 1. Feud. 1. §. hoc autem & fin.* quod multò magis obtinere dicendũ in successione jurisdictionalium & Regalium *Vult. d. c. n. 44.* ubi id quosdam ad bona non Feudalia, quibus annexa est jurisdictio, extendere dicit; qui si assensum merentur, suppeditant nobis limitationem ad *lit. D. th. 26.* Sicut autem ipsa regula in thesi plurimas li- A B

 mitationes

mitationes ipso jure Feudali recipit (quas Dn. Vult.*d.c.n.*45. ad tria capita revocat & in seqq. pluribus explicat) ita & in nostris terminis dantur Territoria quæ ex speciali pacto & privilegio herede masculo non existente (& sic quoad concursum etiam hîc fœminæ excluduntur; sicut & aliàs, ubi ex pacto vel natura Feudi, si id sit fœmineum veniant, masculis demum non existentibus veniunt 1. *Feud.*8. §.*fin.*2.*Feud.*30.*in pr.*) ad fœminas devolvuntur; exemplum habemus

C in familia Austriaca & aliis, *de quibus Limn.*4.*c.*8.*n.*108. *& seqq.* c) 1. *Feud.* 1. (ex quo pgressus successionis in ordine descendentiũ patet)

D §. *hoc quoq; sciendum in f.* 2. *Feud.* 50. d) Vult. *d. c. n.* 202. neque enim dubium esse potest, quin pater superstes nepotem ex se natum excludere debeat; cęterum si nepos ex filio præ defuncto cum patruo inveniatur, ipse cum ipso concurret & admittetur jure repræsentationis, quod non minus hic, quam jure civ. in allodiali successione

E receptum est 1.*Feud.*8. *in pr.* 2. *Feud.*50.*in pr.Vult.d.n.*202. e) 1.*Feud.*8. *in pr.*2.*Feud.*26.§.*omnes*, qui licet Territoria & Feuda majora de jure feudali non dividere 1. *Feud.* 55. §. *præterea*, *propter rationes, quas Gail.* 2. *observ.*153. *Reink.*1.*cl.* 4.*c.*17.*n.*6. *& seqq. recensent, adde* §. *decernimus igitur A.B. c.* 24. sed potius indivisa *juxta* §. *omnes.* 2. *Feud.* 26. possidere debebant; plerunq; tamen de consuetudine notoria ea dividunt *Gail. d.observ.n.*2. Notandum tamen hic, quod in Germania in dubio non ipsa Regalia (& jura Territorialia) majorum Feudorum sed potius administratio, fructus & commoditates (quod commodè fieri potest, si Ducatus contineat Præfecturas & ditiones separatas, sonderliche Aempter vnd Herrschafften) quasi ex usu dividi censeantur; unde qui ita diviserunt, non solum de partibus quas ipsi administrant se nominant, sed de omnibus (quorum & possessio civilis & dominium penes omnes manet) acsi nulla divisio facta esset *Dn.Reink.d.c. n.*16.*& seqq.Limn.d.c.*8.*n.*122. ubi id exemplis ditionis Hassiacæ & Ducum Saxoniæ Vinariensium illustrant: sunt & hæ conditiones in hujusmodi divisionibus usitatæ, ut inter fratres illustres separata commoditate territorii exercitium jurisdictionis in seniorem cum emolumento quodam transferatur, item ut fratres alternis annis provinciam administrent *Limn.d.c.n.*124. ubi adhuc alias addit. Veram tamen divisionem Ducatuum & sim. Feudorum accedente Imperatoris

peratoris consensu & non contradicentibus subditis fieri posse ex Cothmanno refert *Reink.d.c.n.28.* *f)* Commune enim Feudale (ut & civile in allodialibus in quibus & in privatorum bonis, an jus primogenituræ recipi queat? *vide Zoannett. tract. de Primatu Prioris geniti Regum c.2.*) dum filios æqualiter ad successionem vocat 1.*Feud.8.in pr.* 2.*Feud.26.§.omnes* est in contrarium; videatur Reink.*d.c.n.85.* & *86.* nec obstat in terminis majorum Feudorum *textus §. præterea 2. Feud.* 55. nulla enim consequentia est; Majora Feuda dividi non possunt; E. Primogenito uni soliq; cedunt; possunt enim ab omnibus simul pro indiviso teneri *d. §. omnes Limn. d. c. 8. n.* 120. Habet tamen Primogenituræ jus justitiam & rationem suam, *vide Zoannettum d. tr. de Primatu prioris genit Regum c.1. Dn. Præsidem disp. de Vicar. Imp. th.24.* habet fundamentum in Sacris *Gen.25. Deut.21. vers.17.* & inde antiquitatem. Primogeniti autem solius jus hodie conspicuum est in Electorum secularium familiis *per Aur.B. c.25.* item in familia Austriaca (in qua tamen ab eo aliquando recessum esse notat *Limn.d.c.8.n.113.*) Ducatu Bavariæ (ante devolutum quoque ad ipsum Electoratum) Brunsvicensi & Würtenbergensi *Dn.Reink.d.c.n.30. Limn.d.c.n.116.* & 118. an & Juliacensi? *vide Limn.d.c.n.117.* In quibusdam quoq; Ducatibus jus Primogenituræ non agnoscentibus, multiplicatis lineis, postea pacto familiarum utiliter fuit introductum, ut in qualibet linea Primogenitus succedat, sic in Hassiæ Cassellana & Darmstatina lineis, in Pomerania (olim) & Ducatu Megapolitano & aliis receptum esse jus Primogenituræ, testatur *Dn. Reink.d.c.n.32. & seqq.* Ea autem quæ requiruntur ad introducendum jus primogenituræ, recenset ex Betsio *Limn. d.c.n.121.* ex quibus quædam tantum necessaria, quædam utilia saltem agnoscit. Imperatoris autoritatem hîc omnino necessariam esse patet ex iis quæ tradit Dn. Reink. *d. c. n. 73. & seqq.* Sed an Princeps in Testamento jus Primogenituræ in præjudicium aliorum filiorum simultaneè & æqualiter ex pacto & providentia majorum vocatorum invitis erigere potest? *vide supra th. 26. lit. E. Reink.d.c.n.67. Dn. Præsid. de Vic.Imp.th.26. circa fin.* *g)* quorum adeò respectu hæc Primogeniti successio nonnihil iniquitatis secum trahit *Limn.d.c.n.* 120. sed cessent ipsi plangere respiciant penes se multò infeliciores, si fortuna volet fient & ipsi primi Dn. Præses *d.disp.*

Tt 3 *th.25.*

F

G

*th.*25. Debentur interim ipsis sicut & sororibus *vide lit.* B. *h.t.* à Primogenito pro dignitate quidem, quam cum ipso Principis titulo retinent, nataliumq; splendore, sed tamen & pro facultatibus Principatus (scil. ut primogenito supersit, unde status dignitatem & territorialem potestatem commodè tueri possit) alimenta *A.B.c.*25. *Dn. Præses d.th.* 25. *lit.B. Ming. th.* 29. in utrumque casum tam contrahen-
H di quam non contrahendi matrimonii *Limn. d. c. n.* 121. *b*) ab ipsa ditione in qua jus Primogenituræ receptum est; si autem aliæ quoque ditiones, quæ hoc jure non censeantur, adsint, cæteri cum Primogenito in eas æqualiter venient *Dn. Præses d.th.*26. unde si tantum capiant, ex quo se suamq; dignitatem exhibere possint, non puto ipsis ratione alimentorum (cum ea jam habeant) Primogenitum ex ditione, quæ jure Protogenio censetur, esse obligatum: *Reliqua ad jus Primogenituræ pertinentia dabit disp. seq.*

28. Deficientibus Descendentibus non Ascendentes *a*) vocantur, sed Agnati ex *b*) latere in infinitum *c*) secundum graduum *d*) prærogativam. Sed quid fit totâ familiâ exstinctâ? *e*)

A *a*) Post Descendentes in successione allodiali jure Civ. proxima est causa ascendentium si supersint *Nov.* 118. *auth. Defuncti. C. ad Sc. Tertull.* at successionis Feudi talis est natura, quod ascendentes non succedunt 1. *Feud.* 50. *in pr.* rationes tradit Vultej. *d.c.*9. *n.*204. *& seqq.* Ex pacto tamen sive antiquum sive novum sit Feudum ascen-
B dens descendēti succedere potest 2. *Feud.* 84. *Vult. d.c.n.*206. b) Qui tales sunt proximè defuncto vasallo; aliàs accuratè loquendo, Collateraliū nulla in Feudis jure Feudali est successio; sc. eorum qui ex latere conjuncti sunt primo acquirenti, ex quo successio feudalis omnis æstimanda est & cui, nō proximè defuncto, succeditur, etiamsi feudum per mille manus ambulaverit *Dn. Reink. d.c.*17. *n.*49. *Gail.* 2. *de P.P.c.*13. *n.*7. & 8. unde pro regula traditur, in Feudo non succedere alios, quam à primo acquirente descendentes *Vult. d.c. n.*208. & 213. qui tamen ipsi aliquando etiam ipso jure feudali, eo, quo dixi, respectu, ex latere venire dicuntur 2. *Feud.*31. 1. *Feud.*1. §. *hoc quoq; sciendum* His consequens est, (1) quod patruus nepoti ex fratre qui primus

mus feudum acquisivit, in ipso, licet jam antiquo, non succedat; quod certè faceret si Collaterales (inter quos patruus refertur *l.* 10. §.8. *de grad. & affin.*) sibi hîc verè succederent; (2) quod frater fratri in novo feudo succedere nequeat, idq; expressum est 1. *Feud.* 20. 2. *Feud.* 12. nisi facta sit eo pacto investitura *dd.tt.* c) confer 1. *Feud.* 1. §. C
hoc quoq; sciendum. 1. *Feud.* 8. §. 1. 2. *Feud.* 26. § *si vasallus culpam.* 2. *Feud.* 31. 2. *Feud* 50. ex quibus progressus successionis feudalis etiam hoc in ordine patet: diversæ aliàs DD. sunt opiniones circa hos textus quas refert Vult. *d.c.* 9. *n.* 217. d) 2. *Feud* 37. *in pr.* 2. *Feud.* 50. quia autem D
graduum computatio & numeratio alia est de jure Can. alia de jure Civ. hanc sequi videtur jus feudale *d. tit.* 37. *Gothofr. ad* § *hoc quoq; sciendum.* 1. *Feud.* 1. *lit. R.* quamvis quoad succesionem, de qua hic agimus, vel nullus vel exiguus hujus differētiæ sit effectus; at magnus est in nuptiis. e) Olim Imperator de Feudo ita vacante providere de- E
bebat & poterat tanquam de re ad se & Imperiū devoluta solte vnd möchte damit thun vnd handeln als mit einem Gut das an Jhn vnd das Reich gefallen *A.B.c.*7 *artc.fin.* ubi licet tantum expresè disponatur de Feudis Electoratuum, regula tamen generalis, in qua se fundat specialis illa dispositio, præsupponitur in verbis als mit einem Gut &c. Hodie aliud juris esse probant Capitulationes Impp. Car. V. *art.* 24. Ferdin. II. *art.* 28. Ferdinandi III. *art.* 32. quibus ita cavetur, wann auch Lehen dem Reich vnd vns bey Zeit vnser Regierung eröffnet vnd ledig heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften vnd dergleichen / die sollen vnd wollen wir ferner niemand verleihen (leihen) auch niemand einige expectanz oder anwartung darauff geben (quibus de expectantia verbis aucta est Capitulatio Ferdinandorum II. & III; in Caroli V. enim non continentur) sondern zu Vnterhaltung deß Reichs / vnser vnd vnserer Nachkommen / der Könige vnd Keyser behalten / einziehen vnd incorporiren / biß so lang daſſelbe Reich wider zu wesen vnd auffnehmen kompt; doch vns von wegen vnserer Erbländer vnd sonst männiglich an seinen Rechten vnd Freyheiten vnschädlich; quod quamvis optimum remedium foret ad labescentes Imperii vires nonihil restaurandas, tamen tantum abest, ut vel semel usu receptum, ut etiam sæpius contrariâ observantiâ abolitum videatur

deatur *Buxtorff.ad A.B.concl.*87.*lit.*I.ubi exempla promit. De Electoratibus tamen quia nihil specialiter in dd. capp. constitutum est salva mansisse videatur dispositio *A.B.d.c.*7. ut nimirum nec hodie Imperator eos Imperio apertos retinere queat; maximè (cum aliàs revgeri posset, contineri hîc Churfürstenthumb sub Fürstenthumb *vide th.*29.*l.D.*) ne Electorum numerus (quod periculosissimum foret, undeque Imperio varia incommoda exoriri possent) imminuatur *Buxt.d.concl lit.E.F.I.Dn.Præs.de Vicar.Imp.concl.*30.*qua de re pluribus D.seq.*

29. Pacto *a)* tamen, quod Confraternitatis *b)* vocant, inter illustres quasdam Germaniæ *c)* familias convenit, ut altera stirpe extincta, ad alteram ditiones illius & bona *d)* perveniant.

A *a)* Pacta de succedendo jure Civ. ne quidem reciproca valere docent *l.*5.*C de Pact.Conv.l.*34.*C.de Transact.l.*4.*C.de inutilib.stip.l.*61.*de V.O.l.*19.*C.de Pactis*; cujus rei duas vulgò afferunt rationes (1) quod auferant hæc pacta liberam testandi factionem *l.*15. *C. de Pact. Conv. contra l.*1 *de SS.Eccles.* (2) quod inducant votum captandæ mortis *arg. l.*11.*C. de Transact.* quas tamen non ita firmas esse ostendit Bachov. *in disp.miscell.c.*13.*p.*136.*& seqq.* qui ipse hanc certiorē reddi posse putat, q; sicut certi sunt jure nostro acquirendæ obligationis & adquirendi dominii modi, ita quoq; adquirendæ hereditatis, Lex nempe & Testamentum *l.*1.*cum seqq.de hered.pet.* pactum autem inter hos modos receptum non reperiatur, imò expresse *l.fin.ff.de suis & leg.Hered.* asserat, circa jus successionis privatorum cautionem legum autoritate non censeri; sed videntur hæc incidere in manifestam petitionem principii, id n.est, quod queritur, quare jura pacta de succedendo valere noluerint, ut adeò tandem recurrendum sit ad supra datas, maximè posteriorem, rationes; quod & fateri videtur ipse Bachov. *ad Treut.vol.*1.*disp.*6.*th.*8.*lit.A.* Hujusmodi tamen de succedendo pacta lege aut consuetudine confirmari posse docemur argumento consuetudinis ejus, quæ hodie reciproca conjugum de succedendo pacta unionemque prolium sustinet; &, quod magis est, pactum de succedendo probatum videmus *in Nov.Leonis* 19. licet verò illius Novellæ authenticæ non sint, non tamen præsumitur Imperator Philosophissimus id confirmasse, quod adversari vidisset naturali rationi

ni *Bach.*

ni *Bach. dd. ll.* Hucadeò pertinet, quod Vultejus 1. *Feud. 7. n. 66.* in terminis pacti similis scribit, pactum aliàs pro illicito habitum, si à jure probetur, (modo tamen naturalem rationem non offendat) eo ipso justum effici atque legitimum: jam verò ea, de quibus nos hîc agimus, Pacta, præterquam quod jure militari (quo Principes confratres Saxones & Hassos in suo pacto, quod hodie solum in pendenti est, uti voluisse arguunt hæc pacto inserta verba Thun auch ermelte auff vnd übergebung gegen einander gegenwertiglich in vnd mit krafft dieses Brieffs in der allerbestendigsten Form, weiß vnd maaß / als solches jure publico militari vnd sonst zu recht geschehen kan vnd mag) valida videri queant *arg. l. 19. C. de Pactis. Gail. 2. observ. 27. n. 9.* nec propriè loquendo sint Pacta de succedendo *vide verba fin. h. l.* Imperator, lex illa viva, confirmavit, de cujus adeò facto & judicio disputare & dubitare an probum sit, sacrilegii instar nobis esto *arg. l. 3. C. de crimin. sacrilegii*; maximè si addiderit, quod fecit Carolus IV. in confirmatione Confraternitatis S. & H. nullum jus, nullam consuetudinem contra eam allegari vel produci debere. Et hic quoque Imperatoris, tanquam Domini Feudi, consensus, ut necessarius omnino fuit *vide Reink. 1. cl. 4. c. 18. in fin. Gail. 2. obs. 127. n. 5. & seq.* (sed anne, si quæ Confratres ab aliis inferioribus Feuda recognoscant, eorum quoque consensus hîc necessarius erit? In thesi videtur dicendum quod sic; incidunt enim hæc pacta in alienationem, quæ invitis Dominis, quales hi omnino & quidem proximi sunt, fieri non potest; & aliàs nullò negotio interverteretur his utilitas dominii, directi sublata ferè omni consolidationis spe & obtruderentur ipsis contra jura alii vasalli: Cæterum in hypothesi certi alicujus pacti in cósiderationem venire possunt certæ circumstantiæ, quæ necessitaté hanc enervent) sufficientissimus est ad elidendas omnes, quæ ratione feudalium bonorum (in quibus aliàs etiam facilius per pactum successio quæritur 2. *Feud. 12.* 2. *Feud. 50.* 2. *Feud. 30. & sim.*) afferri solent dubitandi rationes. Hodie articulus ex Capit. Impp. *th. 28. lit. E.* citatus & recitatus, Imperatoris potestatem ferè coarctare videtur, ne novis ejusmodi pactis consensum & autoritatem præbeat; Illis v. pactis, quæ ante constrictam ita Imperatoris potestatem inita & ab Imperatoribus adhuc liberiori pote-

 state

state gaudentibus primò confirmata sunt, nihil præjudicat, imò expressè ea confirmat in verbis Männiglichen an seinen Rechten vnd Freyheiten vnschädlich vid. Limn. *d.c.* 8 *n.* 153. qui *in prac.* & *seqq.* plenius justitiã horum pactorũ propugnat, inter alia demonstrando, votum captandæ mortis non ex jure vel spe successionis nasci, sed ex hominum malitia; quæ tamen & ipsa in omnibus non una sit & vix videatur cadere in Principum Germanorum heroicam integritatem, in summa non ex accidenti & eventu rei sequiori, justum an injustum quid sit, sed ex rei natura æstimandũ esse. Faciunt a. & spectant hæc pacta ad tranquillitatẽ Imperii & defensionẽ subditorum conservationẽq; illustriũ familiarũ *Gail. 2. obs. 127. n. 2. Reink. d. c. n. 6.* quorum intuitu pactum S. & H. facilius confirmationem apud Carolum IV. meruisse evincunt ejusdem verba vnd sonderlich daß dasselb H. Römische Reich mit besserung vnd einmüthigkeit seiner Fürsten seeliglichen gemehret vnd gestärcket wird: Valent verò hujusmodi pacta non in ultimæ voluntatis sed contractus & mutuæ obligationis vim; imò sunt quasi quædam bonorum omnium reciproca donatio, cujus effectus saltem in mortis casum suspenditur, dominio interim & civili possessione penes omnes confratres per interventũ fictæ & tacitæ traditionis constituta *Dn. Reink. d. c. n. 9. & seqq.* idq; in terminis Confraternitatis S. H. probant tum verba supra allegata Thun auch &c. tum mutua Homagii ab utriusq; partis subditis præstatio, ex qua & ipsi Principes suos invicem subditos Jhre liebe Getrewen nennen *Reink. d. c. n. 25. & 28.* Ex his sequitur (1.) propriè loquẽdo hujusmodi pacta non esse pacta futuræ successionis *Reink. d. c. n. 18.* (2) non ea nisi mutuo consensu revocari posse *Reink. d. c. n. 22. adde Gail. 2. observ. 127. & seqq.*

B *b)* Erbverbrüderung / Brüderschafft; à fraterna conjunctione animorum & communione bonorum; Facti enim sunt & succedunt sibi invicem Confratres als rechte / gleiche natürliche Mitgeerben / gemeinere vnd vngesonderte Brüder; *juxta tenorem Confirmationis & Investituræ Caroli IV.* über die Erbverbrüderung der Häuser Sachsen vnd Hessen; latius est vocabulum Erbvereinigung / quod non solum denotat die Vereinigung so wegen deß Erbs geschicht / sed etiam quaslibet pactiones quæ heredem sequuntur & inter familias perpetuo nexu contractæ sunt *Limn. d. c. n. 126.*

C *c)* Inter

ter Landgravios Thuringiæ qui hodie sunt Duces Saxoniæ, atque Landgravios Hassiæ pactum tale longis retro ab annis (quidam initium ejus referunt ad annum Ch. 1262. quidam ad annum 1373. *vide Reink. d.c.n.5. Limn. d.c.n.161.*) initum adhuc hodie viget *Limn. d.n.* 161. à Carolo IV. primum *An. Ch.* 1373. *ipso Luciæ die* & ab omnibus huc usq; Impp. *Dn. Præses concl.* 30. interventu simultaneæ Investituræ (vide Extract auß dem Keyserl. Lehnbrieff der Fürsten zu Hessen sub dato letzten Apr. An. 1597. in Actis die Marpurgische succession belangend *tit. Documenta ad deductionem causæ princ. p.* 24. in verbis vnd darzu die Brüderschafft die jhre Eltern gehabt vnd Sie noch haben mit den Landen Sachsen/Hessen/Thüringen vnd Meissen/ die jhnen confirmirt, bestättigt vnd verliehen seyn sollen zu versambter Lehn) tandemq; per ipsam Pacem Pragensem, *vide mox seq.* confirmatum & ab ipsis Dominis Confratribus aliquoties renovatum & extensum *Limn. dict. n. 161. ubi tenorem confirmationis Carolinæ & renovationum subjungit.* Hîc verò quæritur, an unquam Confraternitati huic quæ inter S. & H. familias contracta fuit, Marchionum Brandenburgensium familia accesserit? Limnæus *d.c.n.*172. post allegatas pro utraq; rationes & autoritates, duplici propositione rem expedit (1) est; quod inter familias Saxonicam, Brandenburgensem & Hassiacam, non solum longo tempore fœdus defensionis mutuæ hereditarium fuerit & etiamnum sit, sed etiam postea pactum successionis mutuæ inter easdem perfectum & *An.* 1614. Naumburgi æquè ut fœdus hereditarium reiteratum sit juxta tenorem insertum (2) Limnæi propositio hæc est, quod pactum hoc Imperatoris & aliorum quorum præter Paciscentes interest consensu & confirmatione corroborandum sit; sed dubitare liceat per dicta *th.* 28. *lit. E. & lit. A. h.t.* an hodie Imperatoris consensus quid huc conferre queat: Pax verò Pragensis, utpote Lex Imperii, an quid roboris huic negotio dederit, colligat quis ex verbis illius So sollen auch dadurch der dreyer Chur- vnd Fürstlichen Häuser/ Sachsen/ Brandenburg vnd Hessen/ vhralte von den Römischen Keysern confirmirte Erbeinigung vnd Erbverbrüderung ohnbeschadet seyn *p.* 35. *in pr.* Alterum pactum mutui successori; exemplum fuit inter Comites Hennebergenses & Duces Saxoniæ, hinc districtus Coburgensis, inde totius Comitatus re-

spectu, *An.* 1554. initum ab Hassiæ Landgraviis, Saxonum jam dudum Confratribus approbatum & à Carolo V. (sed an salvo capitulationis ipsius articulo 24? *vide th.* 28. *lit.* E.) *An.* 1555. confirmatum; cujus effectus hodie cuilibet in oculos incurrit, devoluto nempe post extinctam familiam Hennenbergensem *An.* 1583. ejus comitatu ad Saxones *Limn. d. c. n.* 173. Referunt etiam huc quidam Pactum (cujus itidem effectus hodie patet) inter Brandenburgenses & Pomeraniæ Duces, verùm utut exemplũ hoc fuerit pacti successorii, tamen mutui non fuit, sed uno tantum ex latere; scil. ut Brandenburgensis succederet familiæ Pomeranæ, non V. V. unde incommodè ad species nostras refertur Limn. *d. c. n.* 175. ubi recenset occasionem & summam hujus pacti. Idem *n. seq.* nec magis commodè huc referri tradit & proposito casu probat exemplum Hassiæ Landgraviorum & Comitum Katzenelubogensium; neque enim inter eos fuisse pactum mutuæ successionis, sed tantum simultaneã quandam Investituram & ejus vi successioné simplicem in uno eodemq; Feudo

D *d*) Omnia (juxta terminos Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ: aliàs pro placito contrahentium pacta hujusmodi ad certam etiam bonorum partem dirigi potuisse, constat per exemplum pacti quod fuit inter Saxones & Hennenbergenses) Allodialia & Feudlia, tam quærenda quàm quæsita; Beyder Partheyen Fürstenthumbe/ Grafschafften/ Herrschafften/ Lehen vnd Pfandtschafften Land vnd Leute/ Erbe/ Eygen/ Kleynodien/ Schulden/ Gülde/ Geschütze vnd zugehörige Arcteleren/ auch alle andere fahrende Haab/ nichts außgeschlossen/ beweglich oder vnbeweglich die sie jetzund (tempore pacti) haben oder Sie vnd ihre Leibes-Lehen-Erben noch gewinnen mögen/ wie man die mit sonderlichen ihren Namen beneñen mag/ quæ sunt verba ipsius pacti & Caroli IV., ad quam posteriores Imperatores *vide d. loc. Extract* auß dem Keyserl. Lehnbrieff der Fürsten zu Hessen/ se referunt, confirmationis; quæ ipsa, præter homagii non minus in Electoratus quàm cæteris serenissimorum Confratrum terris præstiti utrinq; receptionem & confratrum verorum in omnibus communionem *vide Dn. Præsidem disp. de Vicar. Imp. concl.* 30. erroris convincunt eos, qui in pacto confraternitatis Electoratum, eo quod ad Imperium pertineat nec generi tribuatur sed honori & non à dispositione

spositione hominis *Aur.Bull.c.7.* dependeat, non comprehendi putant. Et verò Electoratus non tam vi pacti & ex dispositione hominum quam ex Investitura de omnibus bonis à Cæsarea Majestate facta defertur & licet honoris sit, per ipsum tamē *c.7.A.B.* generi quoq; tribuitur. Nec est quod tantopere urgeat Limn. *d.c.n.* 169. in renovationibus, quas ipse viderit, factis eo tempore, quo Electoratus Saxoniæ Landgraviis Misniæ jamdum datus & concessus erat, nullā fieri mentionē Electoratus nec expressè neq; per æquipollentiā & aliud esse Fürstenthum/aliud Churfürstenthumb; imò n. Churfürstenthumb sub Fürstenthumb ut in ipso *c.7.& 9.A.B.* & aliàs non rarò, ita etiam hic tanquam species sub genere comprehenditur, adeòq; in eo ipsam exprimi sufficit; Nulli v. hodie amplius dubio hîc locum esse norunt ii, qui pacta & documenta expressè huc facientia & ab Imp. confirmata in Archivis Dominorum Confratrum extare norunt. Excepta solum est in pacto hoc confraternitatis S. H. summa 30000. florenorum, super qua illustrissimis Confratribus testari (ut adeò eo minus contra validitatem hujus pacti allegari queat ademptra testandi facultas) liceat juxta verba der erneweten Erbverbrüderung zu Naumburg 12. Martii Anno 1555. Unser jeglich Parthey auff die deß andern Fürstenthumb/Graffschafften und Herrschafften also kamen / soll auch der abgangenen Partey Testament / ob sie anders Testament gesetzet hette / ohn allen Eintrag handhaben / darzu helffen und thun / daß es auff das redlichste / nach deß abgegangenen letzten willen und begehrung außgerichtet werde / doch so soll dasselbe Testament über dreyssig tausend Gülden nit seyn/und auch mit keinen Schlössern/Stätten noch Dorffen/sondern auß fahrender Haab gemacht und gesetzt seyn/auch ohn gefehrde.

Amittitur superioritas Territorialis per Exemtionem *a*) ab Imperio, abusum *b*), non usum *c*), crimen Majestatis *d*) & fractæ pacis *e*) publicæ omnemq; aliam causam *f*), per quam quis ipso Territorio privatur. 30.

a) Neque enim ei qui se ab Imperio eximere conatur, superioritas, qualem nos *supra th.* 5. descripsimus & hactenus tractavimus, competere potest, quamvis conditionem suam non deterio- A

rem inde, sed meliorẽ reddere intendat & satagat *Ming.th.*84. cæterũ de justitia Exemtionis hujus & causarum validitate quin & eximentium se stulto conatu actum jam est *disp.*1.*th.*18. & 19. *adde Vietorem de Caus. Exempt. Imp. concl.*7.

B *b*) Quando Dominus Territorialis nimia crudelitate & sævitia in subditos & Landsassios suos utitur, administrationem justitiæ denegat & recusat, insolitas ab iis operas & injusta servitia exigit, eosvé ultra debitum modum collectat & sub umbra officii turpiter & flagitiosè emungit, recurrere ipsi possunt ad Imperatorem vel Cameram Imperialem ejusq; auxilium implorare; quo facto solent & debent mandata sine clausula adversus Dominum decerni, modo ex narratis supplicationum constet factum ipsius Domini injustum esse & omni jure prohibitum; neque enim facilè ejusmodi mandata decernenda sunt; ne subditi eorum fiducia adversus Dominum incitentur & animentur: Quinimò si constet de sævitia Domini, superior etiam non imploratus potest & ex officio debet subditis nè indebitè & plus æquo à Dominis suis vexentur, providere & Dominos monere, ut lenius agant & à crudelitate desistant *Arg.l.*6.§.2.*de Offic. Præsid.* Quod si Domini parere recusent & contumaciter sævire pergant, Feudo & jurisdictione atq; Imperio suo privari possunt, ita ut in eorum potestatem nullo unquàm tempore subditi recidant *l.*1.*in f.l.*2.*de His qui sui vel alien.*§.*fin. Inst. eod. tit. l. fin. si quis à parent manum. c. Literas* §.*fin. de Restit. spol. d.c. in quibusdam x. de Pœnis. Ming.th.*84. *Thom. Mich. de jurisd. concl.*135. *Gail.*1.*observ.*17. & 1. *de P.P.c.*2.*n.*22. *Mynf.*5.*observ.*8. Sed an subditi ipsi impunè sponte sua discedere possunt, ita ut à Dominis repeti & revocari nequeant? Ita putat *Gail. d. observ.*17.*n.*4. modò, quod jam nos præsupposuimus, admonitio superioris præcedat

C *c*) Si nimirum Dominus Territorialis jura sua & eorundem usum per negligentiã omittat ac eadẽ occupandi viam aliis præbuerit, qui jam illo legitimo tempore (quod accipio *juxta th.*8.*lit.*D.) præscripserit *Ming.th.*84. solo aliàs non usu quod nõ incidit in abusũ amitti posse nõ videntur *Bachov. ad Tr. vol.*1.*disp.*3.*th. fin. lit.* B *VVes. de jurisd. n.*14. multò minus casibus non emergentibus circa quos jura superioritatis exerceri potuerint *l*34.§.*fin. cum l. seq. de S.P.R. arg.*1.*Feud.*21.*in f. pr. Treut.*1.*Vol. disp.*3.*th.*7.*lit.* C. *in terminis meri Imperii*

D *d*) Crimen Majestatis Vasallos ut

Vasal-

Vasallos non committere certum est *per Clem. Pastoralis vers. rursus non est silentio &c. de sentent. & rejud.* subditus enim, qui subest summæ illi potestati & majestatem recognoscit, eam demum lædere potest *vide Gail. de P.P. 2.c.13.* At cum Principes Imperii & Domini Territoriales, etiã qui Vasalli sunt, sint quoq; subditi Imperatoris & Imperii *th. vid. 1. lit. A. th. 5. lit. C. th. 7. l. C. & E.* nec dubiũ esse potest, quin comittere queant crimen Majestatis *Limn. 4. c. 7. n. 44.* Sic E. & ipsi eo commisso incident in pœnam *l. 5. C. Ad L. Jul. Maj.* & Territoria cum juribus superioritatis, amittent etiam Feudalia, cum Felonia quoque cum ipso crimine Majestatis concurrat & Feudum aliàs ex levioribus causis committatur, ipseque tandem Reus nihil bonorum sibi retineat; sed anne hîc etiam *ut th. 19. lit. D.* distinguendum erit inter crimen perduellionis & simplex Majestatis crimen? *e)* nam ex hoc etiam vel alio in pœnam banni declarati omnia bona tam Feudalia quàm allodialia omniaq; jura amittunt Landfried *de An* 1548. *tit.* die Pön der Friedbrecher *Ord. Cam. p. 2. tit. 9.* §. So jemand. *Gail. tract. de P.P. Sixtin. de Regal.* 1. *c. 6. n.* 55. & sic Territoria etiam cum juribus superioritatis. *f)* Cum enim superioritas Territorio cohæreat nec sine illo subsistere queat *vide th. 11. lit. A.* necessariò sequitur cum ipso Territorio amitti quoque superioritatem Territorialem *Braunlach. de jur. publ. 3. c. 5. n. 14.* Territorium autem Feudale ex omnibus causis, ex quibus aliàs Feudum amittitur (quæ recensentur & exprimuntur 1. *Feud.* 5. 13. 17. & 2. *Feud.* 23. 24. 27.) amitti dicendum videtur; quia enim nihil de eo peculiare constitutum reperitur, communibus Feudorum Regulis id subjacere sequitur *Carpzov. de Regal. th. 123. Sixtin. de Regal. 1. c. 6. n. 67. in ipsis terminis Ducatuum & aliorum Feudorum Regalium.* Sed jam intricatissimæ quæstionis & periculosissimæ decisionis est ad quos bona & territoria ita commissa perveniant? Territoria allodialia quod attinet, ea omnino à Dominis ex culpa quacunq; amissa ad Imperatorem & Imperium devolvi puto; cum enim non nisi hereditario jure deferri queant heredibus certè nec hi quicquam juris in illis sibi vindicare possunt nisi quod (quod in nostris terminis nullũ est omni quippe per culpã amisso & perdito) ab ipsis, quorũ sunt heredes, ad ipsos transmittitur (Sed anne hîc locus esse queat dispositioni *Nov. 134. §. fin.*) In feudalib. distinguo

E

F

guo inter Secularia & Ecclesiastica; Nimirum si Clericus, veluti Episcopus, Abbas, beneficium habens à Rege datum non solummodo personæ sed Ecclesiæ, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente & Ecclesiasticum beneficium vel honorem habente (remoti E. non expectatur mors, sed ad successorem excluso Domino Feudum rectâ pervenit) ad Regem pertineat, post mortem verò ejus ad successorem ejus revertatur *textus est expressus in c. fin. 2. Feud. 40. ibiq; Baro Schenck. Vult. 1. c. 11. n. 149.* Secularia quæ sunt & ipsa quidem per Vasalli culpam amittuntur at non in bonorum publicationem (quæ consideratio usum quidem etiam habet in Feudis immediatè ab Imperio recognitis, at majorem in mediatè recognitis per immediatos) veniunt, sed ad alios perveniunt Landfried *de Anno* 1548. *tit.* die Poen der Friedbrecher. *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §.* So jemand. *Gail. de P.P. 2. c. 14. adde th. 19. lit. C. & D.* Ast ad quos? ad Dominos nè an Agnatos? In genere circa Feuda secularia cum Dn. Vultej. 1. *Feud.* 11. *n. 36. & seq.* & Gail. 2. *de P.P. c.* 13. distinguendo statuendum videtur; quod novum indistinctè exclusis agnatis (nisi hi speciali conventione pariter & simul in Investitura nominati & comprehensi fuerint daß sie mit belehnet weren vnd die gesambte Hand hetten *Gail. d. c. n. 3. vide th. 28. lit. B. inf.* sed hoc posito distinctione delicti in Dominum vel alium commissi *juxta seq.* opus erit, neque enim efficacior esse potest in novo feudo speciali conventio, quam in antiquo jus ex ipsa Investitura agnatis quæsitum) & descendentibus redeat ad Dominum sive in ipsum delictum, ex quo Vasallus Feudo privatur, sit commissum sive in aliũ *v. seq.* seu extraneũ *per §. fin. 2. Feud. 24. c. un. 2. Feud. 31. pr. 2. Feud. 37. Vult. d. c. n. 137. & 147. pag. (mihi) 623. vers. At si delictum. Gail. d. c. n. 2.* Paternum verò seu antiquum & gentilitium, das Alte vätterliche Lehn / delicto quidem in Dominum commisso se die Mißhandlung wider den Lehnherrn begangen (& sic etiam ob non petitam investituram 2. *Feud.* 24. *in pr. Vult. d. c. n.* 139 an & ob alienationem illicitè factam? *Vide §. fin. d. t. Vult. d. c. n.* 150. *& seqq.*) ad ipsum Dominum (immediatum, si vasallus duos subordinatos habeat, non mediatum, sive in hunc sive in illum vasallus deliquerit; at quomodo Domino mediato læso satisfit? *vide Vult. d. c. n.* 143. *& textum expressum 2. Feud.* 55. *§. illud quoq; præcipimus. conf. th. 19. lit. D.* quid si immediatus

mediatus Dominus ipse delinquat? Dixerim subinfeudatum, utpote ab ipso causam habentem amittere, subfeudum *arg. l. 3 :. de Pign. l. 9. §. 1. de Locat. l. 8. §. fin. de Peric. & Comm. Rei vend.* idq; pro diversitate delicti vel agnatis vel Domino primo cedere) revertatur, ut is hanc saltem injuriæ suæ ultionem habeat *per dict. §. fin. 2. Feud. 24. & 2. Feud. 37.* quod & in terminis fractæ pacis publicæ probare videtur Carolus V. *d. tit.* die Pön der Friedbrecher *in verbis* wo aber der Friedbruch wider den Lehnherrn beschehen were / so soll derhalben / was hierin das Lehenrecht vermag vnd gebräuchlich ist / gehalten werden *Gail. dict. c. n.* 10. *n.* 13. *& seqq. Vultej. n.* 138. (quæ sententia literæ quidem *dd. tt.* omnino convenit, at quia durior est, multos ex capite æquitatis pro agnatis, non descendentibus *Gail. d. c. n.* 21. invenit contradictores citatos à Vult. *d. c. n.* 145. & Gail. *d. c. n.* 12. ipse verò Gail. *n.* 15. priorem opinionem non de qualibet injuria Domino facta sed de gravioribus & enormibus, armorum V. G. contra Dominum sumptorum, structarum ejusdem vitæ insidiarum & maxime rebellionis & læsæ Majestatis criminibus accipiendam exististimat & ita aliquando observatũ meminit: at Vult. *d. c.* 147. utramq; sententiam hac distinctione æquitati & textibus consentanea conciliari posse putat, quod scil. prior (pro Domino) sententia vera sit, quamdiu vasallus, qui deliquit in vivis est, posterior (pro agnatis) verò Vasallo, qui deliquit, mortuo; & hanc moderationem Vultejus firmat similibus petitis *ex l. 48. §. fin. de jure Fisci l. 69. §. 1. de Legat. 2.* in *seqq.* tamen idem casus quosdam excipit, quibus protinus ex tempore delicti, etiam in ipsum Dominum comissi, non expectata morte Vasalli, qui deliquit, Feudum deferatur agnatis, ut; si Feudum sit concessum pro se, filiis & descendentibus cum facultate, ut unus succedat alteri; item si Dominus dixerit in Investitura concedo feudum de uno in alium vel concedo Feudum omnibus principaliter, item si Feudum sit concessum familiæ, item si concessum sit patri & filio nominatim, ut filius habeat partem in Feudo etiam patre vivo, item si Feudum sit commune inter agnatos idque individuum; sed in horum rationes nec lubet nec per tempus licet mihi accuratius inquirere) delicto verò in alium, sive extraneum sive se ipsum (si forte Vasallus se ipsum interficiat *Vultej. d. n. 147. pag. 625. in f. pr.*

Zasius in Usus Feud.p. 10.*n.* 105. jus Civile quidem distinguit, utrum quis impatiens doloris &c. adversæ valetudinis vel tædio vitæ & aliqua furoris rabie constrictus vel jactationis, ut quidam Philosophi in ea causa sunt, causâ, an vero conscientiâ sceleris alicujus, propter quod, si convinceretur, bonis carere debuisset, constrictus, manus sibi intulerit & vitam finiverit; Et hujus quidem bona Fisco tribuit, in illius verò vocat & admittit heredem vel ex testamento vel ex lege *l.6.§.7.de injust.rupt.irrit.l.34.in pr.de Test.Milit.l.3.in pr.§.1.2.3.4.ff.de Bonis eorum qui mortem sibi consciv.l.2. C. de Testam.* In nostris quoq; terminis Zasius *d.loco*, Ego, inquit, causam propter quam se interfecerat, attenderem an propter crimen an propter valetudinem an propter alia & distinguerem sicut jus distinguit *in l.1.2.3.ff. de Bon. eor. qui sib.* Si E. vasallus, quæ fortè mens est Zasii, sceleris in Dominum commissi, propter quod si convictus esset, Feudum exclusis agnatis ad Dominum transmitteret, conscientia sibi mortem consciverit, Feudum ad Dominum pertinebit, si in alium commissi delicti conscientiâ, ad Agnatos; si verò impatientia doloris, tædio vitæ, vel jactationis causa, posito quidem eo, quod hujusmodi causæ, ut olim fuisse videntur an hodie sint? disputent Theologi, sint sine delicto, Filii in successione agnatis præferentur: Et licet hodie sint in vitio, Fisco tamen ex iis in Feuda quidem jus non quæritur *vide th.19.lit.C. & D.* nec Domino Feudi inde, cum in illum delictum hoc non sit commissum, Feudum cedet, sed, exclusis filiis, agnatis; At quid juris, si quis sibi manus intulit, cædem verò non perpetravit? *Vide dict.l.3.§.6.& seqq.*) commisso, exclusis iterum descendentibus seu Filiis (ad quos adeò nullo casu Feudum per delictum patris amissum pervenit propter textus rotundos in c.un. 2.Feud.31.§.si Vasallus 2. Feud.26.§.fin.2.Feud. 24.pr.2.Feud 37.Vult. d.c.n.136.&147.pag.(mihi) 624. & pertinet huc §. was dann sein Herzog. N. A. *de Anno* 1570. in cujus casu ex capite specialis gratiæ restituuntur filiis Feuda: Sic E. horum conditio multò est gravior quàm agnatorum, cujus ratione Gail.*d.c.n.*12.& 21.& *seqq.* ubi tamen filiis in terminis nostris favere videtur, reddit ex eaq; cessante concludit, per delictum Patris immediati non cadere filios Feudo, quod tempore delicti adhuc penes avum superstitem erat: utrum delictum patris ante nativitatem filii commissum noceat filio

lio postea nato? *vide eundem n.27.* An a. & quatenus per delictum filius patri adhuc possessori Feudi sibiq; in delato per mortem patris Feudo præjudicet? docet *c. Quæsitum. 2. Feud. 51. §. Insuper. 2. Feud. 55.)* ad agnatos (ex latere nimirum proximè defuncto tales ex primo tamen acquirente descendentes *vide th. 28. lit. B.*) proximiores *d. §. fin. 2. Feud. 24. pr. 2. Feud. 37.* (non obstant *§. si Vasallus culpam 2. Feud. 26. & c. unic. 2. Feud. 31.* non enim illorum textuum hîc sensus est, quod agnati illi demum vocentur ad Feudum, qui sunt in quarto gradu & non qui propiore sunt, ut *Zas. d. p. n. 104.* & Feudistæ communiter omnes volunt, sed quod ii demum vocentur, qui sunt intra, non ultra, quartum gradum; & sic in iis extat vestigium juris Feudalis veteris, quo successio ex latere venientium ultra quartum gradum non extendebatur *conf. 1. Feud. 1. vers. Hoc quoq; 1. Feud. 8. §. hoc quoq; 2. Feud. 50. in pr. th. 28. lit. C*) pertinet *d. §. demq; 2. Feud. 24.* &c. (statim à tempore commissi delicti, non expectata morte Vasalli rei *Vult. d. n. 147. p. 625. vers. Nec opus est.*) Hereditaria certè quæ sunt Feuda, ad exemplum verè hereditariorum & allodialium, facilius agnatis quoque interverti possunt *Vult. d. c. n. 146. Carpzov. de Regal. th. 87.* cum in ea succedatur proximè defuncto jure hereditario *Vult. 1. Feud. 9. n. 213.* quod secus est in Feudis propriè sic dictis *vid. th. 28. l. B.* Ex hactenus traditis de Feudis in genere decisio applicanda erit specialib. & sic etiam territoriis Feudalibus, cum nec circa hæc specialis dispositio reperiatur *vide lit. F. h. th. conf. d. §.* was dan sein Herßog nisi in casu fractæ pacis *juxta d. t.* die Pön der Friedbrecher *& O. C. p. 2. t. 9. §.* So jemand. Præjudicia quæ fortè allegari possent, mea non facio, nec quicquam in præjudicium quorumpiam statuo; Hoc saltem addo, ex Confratribus si quis delictum, ex quo Territorium aliàs amittatur, committat, nullum inde periculum & damnum pertinere ad cæteros Dominos confratres constitutos quippe in bonorum communione; quæ adeò nec pro parte, quam delinquens possedit, ipsis per eum interverti possunt. Corpora quoque universa & civitates dolum committere & delinquere posse probat *l. 9. §. 1. Quod met. caus. l. 15. § 1. de dol. mal. l. 160. §. 1. de Reg. jur. l. 22. de Fidejuss. 2. Feud. 53. § si quis ausu temerario Gail. 2. de P. P. c. 9. n. 1. 2.* Ut autem delictum ab Universitate commissum esse dicatur, necesse est eam convocatam deliberatè, consulto & communicato consilio in id consensisse; In

delicto tamen continuato & permanente V.G. rebellione, satis ipso facto voluntas Universitatis declaratur *Gail. d. c. 9. n. 5. & 32.* Quod verò à majore parte universitatis ita perpetratur, pro eo habetur ac si ab omnibus perpetratum esset *l. quod major. 19 Ad L. Munic. d. l. 160. §. 1. de R. I. Gail. d. c. n. 14.* Imò in statu Aristocratico facto optimatum, non minus ac Principis in Monarchico totam universitatem gravari censeo *vide Gail. d. n. 14.* Delictum E. quod in aliis amissionem Territorii causatur, si Civitas quædam Imperialis committat juribus Territorialibus (non semper ipso Territorii materiali, diversa enim hujus & aliorum est ratio *vide th. 8. lit. E.*) excidit & nonnunquam, maximè Feudalis *confer d. lit. E.* ad Imperatorem recidit: sed & in pœnam Banni aliquando, ob violatam præsertim Pacem p. incidit wird auß dem Frieden in den Unfrieden gesetzet und ihre Leib / Haab und Güter dem Kläger und allermänniglich erlaubet / *vide formulam sententiæ apud Gail. d. c. n. 10.* Imò si atrocius sit delictum, quod atrociorem aliquam in exemplū pœnam mereatur, V. G. Majestatis & Rebellionis (hîc n., ut & ad pœnam Banni non facilè nec ex quovis delicto deveniri permittunt innocentes pupilli, minores, mulieres, prægnantes fœminæ & nascituri infantes *vide Gail. d. c. 9. n. 17.*) aratro, cujus usus etiam in urbibus fundandis veteribus erat *l. 239. §. 6. de V. S.* inducto urbs deletur, destruitur, solo æquatur, sicq; civitas mori dicitur *in l. 21. quib. mod. ususf. amitt.* omniaq; jura & privilegia regalia quoque (& superioritatis) amittit *d. l. 21. Sixtin. 1. de Regal. c. 6. n. 45. & seqq. Gail. d. c. 9. n. 30. & 2. observ. 61. n. 1. & seqq. Tap. ad l. fin. p. 2. c. 4. n. 24. de Constit. Princip.* qui addunt nec civitate quidem reædificata jura revivíscere, sed expressa restitutione vel nova concessione opus esse. Quod autem hactenus de Civitatibus dictum est, eadem ratione obtinet in aliis Corporibus & Collegiis (*vide th. 10. lit. G.*) Regalia (& jura superioritatis) habentibus *Sixtin. d. c. n. 47.* Sed quodnam jus & quænam potestas Imperatoris in territoria ita ad ipsum & Imperium reversa? Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 87. lit. A.* caput 7. *A. B.* extendit etiam ad Feuda per culpam Imperio aperta; eadem ego ratione capitulationes Impp. *vide th. 28. lit. D.* de iisdem quoq; accipi, imò & ad Territoria allodialia, si quæ Imperio per culpam cesserint, extendi posse puto.

FINIS DISPUT. VI.

DISPUTATIO VII.

De DIVISIONE STATUUM, ET PRIMÂ eorundem classe, nempe de Collegio Electorali.

Respondente Heinrich-Friderich REINHARDO, *Gerano.*



ENERALEM Statuum Imperii doctrinam, *a)* excipit specialior consideratio. *b)* Constituunt autem Doctores tres illorum classes, *c)* quarum prima Electorale Collegium, *d)* altera Principes, *e)* tertia Civitates liberas *f)* continet. I.

a) Quam præcedens Disputatio exhibuit. *b)* Commodissimæ methodi lege, quæ naturam rerum secuta, ab Universalibus progreditur, & ita artem Juris componit, ut loquitur noster *VVesenb. in παρ. de I. & I. n. 2.* c) *Dn. Reink. de regim. secul. lib. 1. cl. 4. c. 3. Dan. Otto de jure publ. c. 17. p. 546.* Consentaneum enim admodum est, cum augustis Imperii moribus, in Comitiis per totidem classes suffragia ferantur, Status eadem, quasi ab ipsis constituta triplici differentia ponere. *Dn. Lampad. de Constit. Imp. Rom, Germ. c. 3 n. 22.* Non quidem eo intellectu, quasi Comites & Barones in Principum classem admissos, eadem cum illis dignitate, eodemvé jure censeamus, contrà quàm notissimùm, & disput. 10. enucleabitur, sed tantùm quatenus nec primæ nec ultimæ, sed Mediæ Principum classi, quanquâ debiliori duorum duntaxat suffragiorum jure annumerati, cum illis unum eundemq; Senatum constituunt *Bertr. de Comit. concl. 3.* d) *Vid. th. seq. lit. A.* e) E tot significationibus quas fortè *disp. 8.* dabit, nobis Principes hoc loco dicuntur, quicunque exclusis & in sublimiorem Electorum classem elevatis Septemviris, regali dignitate, AB C D E

sive Ecclesiastici, sive secularis ordinis, illustres sunt. Ita ut etiam Comites & Barones comprehendantur, *Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. n. 28. Pruckm. consil. 4. n. 4. vol. 1.* Quo sensu ferè utitur Fridericus Imperator *de prohib. feud. alien. per Frider. in verb. à Princip. Italicis.* f) Quæ &
F ipsæ egregia Imperii nostri fulcra sunt, ut habet autor des gründlichen Berichts / deß H. Reichsstadt Fridberg *p. 1. c. 15. n. 14.* Quarum opes & robur, opes & robur Imperii sunt, secundùm Peucerum *lib. 5. Chron. in vit. Carol. IV.* quem propterea in iis extollendis admodum sedulum fuisse adjungit, allegante Bertram *de Comit. concl. 45.* Ut ita non imeritò Sanctarum Sigilm. *Ord. Polit. c. 10. apud Goldast. tom. 2.* der Reichsf. Nobilium *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 8.* Illustriumq; Rerumpubl. *Schurf. respons. 26. n. 1. cent. 1.* titulo gaudeant. Modò quietè agant, nec viribus suis nimis fisæ, & civilitatis suæ, ultimæq; in quam remissæ sunt, classis oblitæ, comitatem exuant, quâ inferiores Imperii Status superiores suspicere debebant, *Becht. de secur. & salv. conduct. th. 61.* Ad morem membrorum corporis humani, quod non ex capite & capite, sed capite, artubus & pedibus convenientissimè constare, suis Romanis olim explicabat M. Agrippa *apud Florum l. 1. c. 23.* Nam omninò in extremis hærent & Dn. Bertrami judicio *de Comitiis concl. 45.* meritò displicent duo illa hominum genera, quæ & Romæ & Athenis malo publico grassabantur, ac extra medium, sive invidia in Principes spumantes Democraticæ rationi, sive Civitatibus infensiores dominationibus nimium favebant, *Clap. lib. 2. de arcan. Rerump. c. 10.* quæ ille ex Germaniæ usu Gutt Fürstisch / vnd gutt Städisch appellat. Luceant illæ stellæ, dum meminerint, cui soli lumen hoc debeant, nec caliginem faciant nostro Orbi, quemadmodum de Sicilia sua elegātissimè loquitur Cleobulus *apud Barcl. Argen. lib. 3.* Et, ut verbo rem exprimam, se moderatè contineant intra horizontem suæ classis.

2. Nobis hîc de prima classe, nempe de serenissimo Collegio Electorali sermo est, a) qui potissimùm de Origine Electorum, Acquisitione Electoratuum, & juribus septemviralis dignitatis instituendus venit. b)

A a) Illud enim meritò primam sibi classem vendicat, quia in eo Impe-

Imperatoriæ gloriæ celsitudo consistit, Sigism. *in Constit. de success. Elect. Palat.* §. 1. apud Goldast. *Constit. Imperial. tom.* 1. *p.* 143. Et hæc sunt proxima summo Capiti membra, die oberste vnd allernäheste Glieder deß H. Reichs / in Churfürstl. Vrtheil als Wenceslaus abgesetzet wurde/ *apud Goldast. in Constit. Imp. tom.* 1. *p.* 140. die vorderste/ vornehmste/ innerste Glieder/ vnd Hauptstücke deß Reichs/ *Capit. Ferdin. II. art.* 3, 14. 41. & *Ferdin. III. art.* 48. Oberste Vätter vnd Rahtgeber der Teutschen Nation/ *apud Hortled. de caus. bell. Germ. lib.* 1. *c.* 37. *n.* 511. Sieben helle Leuchter deß H. Reichs in Heiligkeit eines siebenförmigen Geistes zuerleuchten &c. *Aur. Bull. in pr.* die hohen Seulen welche den heiligen Baw der fürsichtigen Weißheit vnterhalten *Aur. Bull. c.* 3. *pr.* deß Reichs Seulen vnd Stützen *Aur. Bull. c. ult. vid. infrà.* b) Eam enim methodum natura suggerit, quâ in causas inquirimus, & exinde ad effectuum cognitionem devehimur. Causa verò est vel rei in thesi, quæ constituendi dici potest, & augustum Electorum ordinem introduxit, Vel in hypothesi sive Acquirendi, quâ ratione illa dignitas ad hunc vel illum devolvitur. Cujus maturior contemplatio ipsam substantiam, & internas causas unà satis involvit. B

Origo Principum Electorum illustrissima, in maxima Doctorum concertatione *a)* communissimè *b)* ad Ottonem III. *c)* refertur, qui circà An. 996. septem Imperii Officialibus *d)* Germanis, *e)* jus eligendi Imperatoris augustissimum *f)* concessit. 3.

a) De qua *disp.* 2. *th.* 6. *lit. A.* Quia & hic contingit, quod in vetustis plerisq;, ut eorum origo ignoretur, *l.* 28. *de probat. Dn. Reink. de regim. secul. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 3. *n.* 7. Et nos militarium illiteratorumq; illorum seculorum, damno publico, patiamur pœnam. *H. Bruno diss. de pact. concl.* 21. b) ut videre licet *in d. th.* 6. *lit. B.* & *apud Dan. Otton. Diss. de jure publ. c.* 10. Inter quos nos jure respicimus *Nobilissimum nostrum Dn. & Præsidem in diss. de Vicar. concl.* 19. *lit. B.* *c)* Non tamen diffitemur, præter ea quæ *in disp.* 2 *th.* 6 *lit. B.* jamdũ declinata sunt, nempe præter *c. venerabilem x. de elect.* ubi consuetudini tribuitur, nec non præsumtum reliquorum Principum dissensum, qui sua jura non censendi sunt jactasse, atque Historicorum quorundam contradictiones: ad A B C

huc & alia satis acriter adversari, quæ contrariæ sententiæ Autores conquisiverunt, & nos recensere non detrectabimus. Nim. quod ipsa etiam *A.B.tit.1.pr.tit.*4.§.2. *tit.*5.§.3.*tit.*9.§.12.*in verb.* Nach alter löblicher Gewonheit/ zuverreisen seyn wird/ se ad consuetudinem referat. 2. Quodq;, ut *Dn.Lampad.in Rep.Rom.Germ.c.*4.*n.*1. urget, post Ottonis tempora, usque ad Heinricum V. Imperatores legitima successione Imperium adierint. Cui adsertioni, si rem exactius metiri velimus, satis validè adstipulari videtur, quod de Henrico II. qui ipsius Ottonis nostri Imperium excepit, *apud Ditmar. lib.* 5. *Sigeb. Chron. Frising. lib.*6. habetur, Eum utut omnium procerum consensu niteretur, *Frising.lib.*6.*c.*27. tamen hereditario jure, tanquam Ottonis I. ex fratre Henrico nepotem, & Ottonis III. sobrinum, ab Heriberto Coloniensium Præsule Imperii insignia extorsisse. Similiter quod dictus Heinricus Bambergensis seu Claudus Conradum II. testamento successorem scripsit, & Statibus Imperii obtulit. Non minus quod Heinricus III. jamdum vivô Patre Rom. Rex coronatus, item Heinricus IV. aut hereditraio aut saltem non absimili jure emerserunt ad Imperii clavum. Præsertim cum Heinricus IV. ad vidua patris sceptra adhuc quinquennis vocaretur, successione adeò indubitatâ; ut etiam mater ejus in vices iret, & filii pupilli nomine gubernaret Rom. Imperium. *Frising. lib.* 6. *c.*34. eodem planè tempore & fato, quo etiam Orientale Imperium à Theodoræ Imperatricis commendatione ad Michaelem Stratioti cum defluebat *Zon. tom.*3. Imò adeò certa erant illis temporibus hereditariæ successionis jura, ut Paschalis II. Pontifex ea præsupponeret, Heinrico V. persuasurus, ut in excommunicati Parentis sceptra adsurgeret, ne in alium iis turbis & Patris invidia, devolverentur. Et quanquam extincta Franconum familiâ jus Electionis ad Status videretur redire, tamen successionis jura tàm altè radices egerant, ut Electo Lothario Saxone, ne quidem Conradus cedere voluerit, Heinrici è sorore nepos, sed turbas dederit satis turbidas, donec tandem Lothario elato, succederet in debitam etiam fæmininæ lineæ Coronam: quam ipse fatis functus ad Fridericum Fratris filium, intervenientib. quidem abusivis omnium Principum suffragiis *Gunth. lib.* 1. *Ligur.* ita transmittebat, ut tamen publicè profiteri auderet

Electus

Electus, se à Parentibus & regni dignitatem suscepisse, & coronam *in Epist. ad Adrian. apud Goldast. tom. 1. Constit. Imp. p. 58.* Sed quid Philippi temporibus? Ille, cum fratris Heinrici VI. filius Fridericus II. adhuc in infantia hæreret, successor tamẽ Paternus declaratus esset *Otto d. S. Blas. c. 45.* ut Patruus & Nepotis & Imperii tutelã capessebat, *Arn. Lubec. lib. 6. c. 1.* & cum Ottone IV. Anti Cæsare, post longos motus, de rerum summa transigebat, ut regiæ filiæ nuptiis acquiescens, defuncto socero succederet in illud, de quo ita liberè pacisci poterant, fastigium. *Arn. Lubec. lib. 7. c. 14.* Omnia ita liquidis successionis vestigiis, ut ineptos esse non oportet, qui, si ullum, certè Fridericum II. Electores instituisse adserunt. Præsertim 3. si attendamus ante Friderici II. ætatem Septemvirorum non meminisse Historicos, *secundum Thuan. hist. 2.* Et Martinum Polonum primum & nomina & officia illorum, vulgatis iis, qui *è Papeb. de juribus Imperii* circumferuntur, versibus definivisse: Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis, quilibet Imperii sit Cancellarius &c. *Limn. lib. 3. c. 2. n. 25.* 4. Imò Johan-Monach. *in magno Chron. Belg.* quod *Ioan. Pist.* edidit, allegante *Lampad. d. c. 4.* disertè testatur Heinricum VI. offensum Imperii perturbationibus, quæ ex invalescente Electionis jure suborta fuerant, pristinam succedendi consuetudinem lege lata reduxisse. 5. Quod autem in omnibus ferè memoratorum Cæsarum successionibus etiam Electio intervenisse memoratur, ita declinant Adversarii, quod illud tum demum contigerit, si legitimus successor defecerit, vel etiam quod ad externam tantùm solennitatem, sive legitimæ successionis declarationem, intervenerit, non secus atq; Austriaci hactenus disputarunt, Bohemorum, quam vocant abusivam Electionem, cum hereditario suo succedendi jure optimè stare potuisse. *Vid. infrà th. 11.* Et tandem quod diversissimum sit à nostro casu, quia non à certo Septemvirorum Collegio, verùm omnibus Principibus factum fuerit, quemadmodum Conradus Svevus promiscuo Procerum consensu, sede Moguntina vacua, Saxone etiam & Norico prorsus non vocatis, Imperium obtinuit. *Otto Frising. lib. 7. c. 27.* Et Fridericus I. ipse suis literis testatur, se unanimi omnium Principum suffragio electum *Radev. lib. 1. Gunther. Ligur. lib. 1.* Quod ipsum generaliter. 6. de omnibus Ottonis III. successoribus & qui-

dem de Heinrico II. *ex Frising. lib. 6. c. 27.* Conrado II. *ex eod. c. 28.* Heinrico IV. *ex Abb. Vrsperg. An.* 1053. Heinrico V. *ex eod. An.* 1106. Lothario II. *è Continuat. Sigibert. An.* 1126. Conrado III. *è Frising. lib. 7. c. 22.* Friderico I. *ex eod. lib. 2. de reb. Frideric. c. 1.* Philippo *ex Vrsperg.* Ottone IV. Friderico II. *ex eod.* adserit, & probat *Onuphr. Panvin. de Comit. Imp.* quem refert, & refellit *Bellarm. de translat. Imper. lib. 3. c. 2. per tot.* 7. Aliud dubium est, quod sibi ægerrimè omnium persuaderi patitur *H. Brun. in d. Diss. de Pact. concl.* 21. quod Otto III. per memoratam VII. virorum ordinationem proprios liberos, si quos suscipere, & omnes suos agnatos Bavariæ & Brunsvicensium Duces ab hereditaria illa Imperii successione; imò etiam ab ipsa, cujus ille autor erat, tam augustâ Electorali dignitate sponte exclusisse credi non possit. 8. Et videtur manifestè absurdum, quòd Bohemiæ Rex inter Electores ab Ottone III. in constitutione *apud Goldast. tom. 3. Constit. Imper. p.* 371. relatus legitur, cum non solum longè post nomine regio inclarescere cæperit, sub Friderico I. *Bodin. 1. de Republ. c. 9. sub fin.* verum etiam, *ut Heig. loquitur q. 3. n. 47.* Bella inter Imperatores & Bohemiæ Duces toties renovata, ostendant, non adeò firmiter tum temporis Bohemiam cum Imperio coaluisse. 9. Nec absre est, quod Gregorius VII. & Urbanus II. post rebellem Heinrici IV. depositionem, de novo Imperatore eligendo non ad certos Electores, sed ad universos Germaniæ Principes scripserint; imò ne quidē Electorum ullam unquā fecerint mentionē. *Vid. Goldast. Const. Imp. tom. 1. p.* 44. 10. Similiter quod Lothario II. & Conrado III. Svevi, Bavari, Franci, omnes acriter contradixerint, quod fieri non potuisse putat Calvisius, *ad An.* 998. si Electionis jura penes solos Septemviros fuissent. 11. Nec præteriri debet quod veteres historiæ in conventibus Electoralibus etiam Abbatum, Comitum, Baronum mentionem faciunt, quemadmodum *Vrsperg. in Chron. A.* 1015. in Conradi Salici Electione, inter alios quamplurimos etiam Bambergensem Episcopū & continuat. Sigeberti *Chron. ad A.* 1126. in Lotharii II. Electione octo Episcopos & permultos Abbates nominat. Qui tamen unquā inter Electores relati fuerunt! Et quorsū tandem 12. Constitutio Ottonis IV. *de A.* 1208. *apud Goldast.* qua Electorale Collegium institutū legitur. *Calvis. in Chron. ad d. A.* 998. qui posterioribus

ribus rationib. commotus à nobis in mediam viam abit, Et sub Ottone III. Electionem ad omnes Germaniæ Principes delatam fatetur, non tamen certis familiis numeroq; institutis, quibus Otto IV. postea eam propriam fecerit. Verùm aut nos admodum fallimur, aut iis omnibus, quamcunque etiam non contemnendæ gravitatis speciem habeant, datâ opera satisfieri potest, quemadmodum in ipso discursu Deo dante tentabimus. Tamdiu sententiæ nostræ cõstanter inhærentes. *d)* Olim n. Imperio certi sui officiales erant, *vid. infrà.* quibus, cum Electio Imperatoris primitùs omnibus Statibus rara quiete competeret, tandem sanguineis dissensionibus amputandis, augustum eligendi munus, totius Imperii nomine datum fuit. *Chreg. in Velit. de Sept. Imp. official. ad f.* 18. *Disp.* 2. *th.* 8. *lit. D.* Unde etiam tritæ apud Historicos voces, Palatinus eligit, quia Dapifer, Saxo quia Mareschallus *d. l. ad f.* 17. Et Septemviri non solum initio, officiorum titulos tantummodo, Electorum nomine omisso, usurpabant, *Knich. de Sax. non provoc. verb. Electorum c.* 1. *n.* 209. sed etiam hodiernum officia Electorali dignitati præmittunt, deß H. Reichs Ertzmarschall vnd Churf. De his officiis etiam dispiciendum est, quando cœperint, *Onuphr. Panvin. de Comitiis*, putat Ecclesiastica Archicancellariorum ætate Ottonis M. orta. Verùm *Chreg. d. velit. ad f.* 12. demonstrat sub Ottone II. Ecbertum Cancellarium ad vicem Willigisi Archicapellani diplomata Ratisbonæ notavisse, & Hildebaldum ejusdem vice Veronæ, & Francofurti, quod etiam Heribertus Romæ fecerit. Imò à Caroli M. ad Ottonis II. ætatem, officia notandi literas ad arbitrium Cæsaris nonnullis fuisse demandata, Ac ab Heinrico Sancto demum, iis quos hodiè novimus, Archiepiscopis data, *Gevvol. d. de Septemv. c.* 6. Quo tempore etiam secularia officia, quæ & ipsa ab initio temporaria fuisse, *vid. th.* 23. *lit.* N. hereditaria facta eò certius est, quod conjunctim perpetuitate donata sunt. Veluti Electores in decreto elect. Maxim. I. in protocoll. elect. tit. 5. attestantur. Illud dubium non habet, ea non demum per A. B. Electorib dara, cum Spec. Sax. diu ante eam compilatũ, eosdem officiales numeret, *lib.* 3. *c.* 58. Ipsaq; *A. B.* eorum relativam tantùm mentionem faciat, tanquam rei jamdudum certissimæ *c.* 1. *e) Vid. infrà th.* 15. *lit. B. f)* De aliis enim juribus, quæ augusto Septemvirorum Sena-

D

E F

Senatui meritissimè competunt, & ipsa ab Ottone III. in eum collata, ut adseramus, non habemus. Verùm illa partim officiis eorum, quibus anteà illustres erant, partim novis subinde concessionibus, partim & consuetudini longævæ deberi arbitramur. *Vid. infrà per tot.*

4. Ut ita planè ineptum sit Romanensium Parasitorum vulgus, *a*) quod augustam Electorum institutionem suo Papæ tribuere non erubescit. *b*)

A *a*) *Blond. lib. 3. decad. 2. August. de Arcan. p. 2. de Ecclast. q. 35. consid. 2. Alphons. Alvar. de potest. Pontif. c. 16. n. 15. Carer. lib. 2. de pot. Pont.* Et quos

B præterea citat Limn. *de jure publ. lib. 3. c. 1. n. 21.* *b*) quorum Primipilus ferè est ille detectæ Meretricis Advocatus *Bellarm.* qui id commenti integro libro juvit, operosè demonstraturus Gregorium V. Romanum Pontificem publica constitutione Septemviros instituisse, iisq; eligendi Imperatoris potestatem fecisse *lib. 3. de translat. Imp.* Sic nimirum loqui, sic disputare oportuit, discipulum ejus, qui in veritate non stetit, ut majori ratione in eum retorqueam, quæ ille de Illyrico *d. l. 3. c. 4.* effutiit. Nobis tanto minori vitio verti poterit, si Veritati quasdam lineolas dabimus. Nimirum si vera sunt, quæ Cic. ait, tantum cuique tribui debere, quantum is cui tribuitur, possit agnoscere, & sustinere *Dresser. in confut. Bell. de translat. Imper.* Et verò aurea est Friderici I. ad Hadrianum IV. admonitio, ut potiùs de sectandis vestigiis Petri, de portanda cruce Domini, quam de regnis tradendis adimendisq; & transferendis cogitet Rom. Pater *Spiegel. in not. ad Ligur. lib. 6.* Præterea etiam supremus Ecclesiæ Pastor, Salvatorq; noster, nec cum regno *Ioh. 18, 36.* nec cum Imperiis *Luc. 22, 25.* nec cum arbitrio secularium dominiorum *Luc. 12, 13.* quicquam voluit commune habere. Ipsiq; saniores Canones etiam ab ejusmodi statuum confusione abhorrent *c. novit. de judic. c. causam qui filii sint legit. c. venerabilem. de elect.* ubi ex restitutione Potgiesseri *apud Schard. de Elect. c. 8.* Innocentius aliquanto modestior: Nos qui singulis, ait, in justitia debitores sumus, sicut justitiam nostram ab aliis nolumus usurpari, sic jus Principum nobis nolumus vindicare. Ecquis non videt in sanctissimam sui Patris, servorumq; servi famam gravissimè impingere, qui Ei politicam ejusmodi Septemvirorum institutionem tribuere conantur: laude à persona ejus adeò alienâ, ac ab Ussia erat

ſia erat manum acerræ admoviſſe 2. *Paral.* 26,18. Diſtinxit mediator DEI & hominum officia Pontificis & Imperatoris, ne aut Imperator jura Pontificis, aut Pontifex jura Imperatoris præſumeret uſurpare, quemadmodum Nicolaus I. Pontifex *in Epiſtol. ad Michaelem* graviter inculcat, & pro ſe benè allegat *Bellarm. de Rom. Pont. lib.* 5. *c.* 4. *&* 5. qui & ipſe toto illo libro in eo eſt, ut probet, nullam Pontifici temporalem juriſdictionem in Chriſtianorum provincias, niſi indirectè, competere, in ordine ad Eccleſiæ ſalutem. Aut igitur intererat ſalvificæ Fidei, ac ſalutis animarum, Septemviros potius, & quidem earum, quæ inſtitutæ ſunt, familiarum Principes Imperatorem eligere, quam univerſos, ipſa Canonum ęquitate fultos *arg. c.* 29. *de R. I. in* 6. Imperii Magnatęs: Aut pennas extra nidum erexit Pontifex ea ſanctione, & prodidit Cuculi fœtorem. Quod enim dici poſſet, hanc ipſam in Imperium poteſtatem ei ex alio capite jactatę illius tranſlationis competere, quo Bellarm. *d. l. c.* 8. *& lib.* 3. *de translat. c.* 3. *poſt pr.* inclinat: Illud præter principii petitionem, etiam eo laborat, quod in inextricabilem circulum exerrat. Quia *Bell.* dictam tranſlationem hac ipſa Electorum conſtitutione confirmat, *d. l* 3. quæ tamē mendicare jubetur à ficto illo, è ficta tranſlatione quæſito jure, ſuas vires. Ut taceam, poteſtatē illam indirectā, ex neceſſitate & ſalute Eccleſiæ ad tranſlationis effectum enatam, ſuâ illa cauſa ceſſante, dudum evanuiſſe, nihilq; Imperii in Imperium noſtrum conciliaſſe Rom. Pontifici: Niſi dicere velimus, quod ferè machinantur Romanenſes, indirectę ejuſmodi poteſtatis exercitio ipſum directum Imperium Pontifici quæri, argumento eorum quæ *Bell. d. c.* 8 *lib.* 5. *de Rom. Pontif.* diſputat, in verbis: licet Imperatoria dignitas abſolutè non ſit à Pontifice, tamen Imperatores, qui fuerunt à tempore Caroli M. eidem debere Imperium. Cui invigilare debebunt Europæi Reges tantò cautius, quanto certius eſt, etiam ipſum Galliarum regnum iſtam nimis indirectam Zachariæ & Sixti V. poteſtatem, in Childerici depoſitione, & Navarræi Condæiq; excommunicatione expertum, nihilq; facilius eſſe, quam neſcio cujus Eccleſiaſticæ neceſſitatis fuco, formam & aliorum regnorum immutare, eoq; invadere totius Europæ Majeſtates. Nos ita tenemus, juriſdictionem eſſe qualitatem quandam accidentalem, quæ naturaliter

 liter

liter homini non inest, & propterea necessariò probanda, uti loquitur *Vantius de null. sent. ex defect. jurisd. n.* 13. Nisi igitur jura sua probet Rom. Papa, quibus illi Imperium subsit, Principesq; Imperii, Nos ejus sive Institutiones sive Constitutiones, & quicquid impudentia Clericorum unquam potuit tentare, non unius æstimamus assis. Aliter Augusti nostri, aliter Imperii Proceres. Inde enim Ludovicus IV. & Imperii Status Coloniæ generali Constitutione A. 1338. læsæ Majestatis reum pronunciabant, qui Imperium à vel sub Papa esse, ausus fuerit adserere *Nobiliß. Dn. Præses de Vicar. concl. 3. in fin. Reink. de regim. secul. lib. 1. cl. 2. c. 3.* Inde Fridericus I. mortis periculum incurrere maluit, quàm suis temporibus tantæ confessionis opprobrium sustinere, ut iniquorum Presbyterorum ab Hadriano legatorum, nefandam & omni veritate vacuam, divinæ institutioni, & doctrinæ Petri contrariam, mendaciiq; plenam vocem ferret, qua Eum imperialem coronam pro beneficio à Papa suscepisse, imprudentius jactaverant, veluti gloriosissimi Imperatoris verba habent in Epistola ad Princip. Imp. *apud Goldast. tom. 1. Constit. Imp. p. 60.* Imò inde verbis illis universa Respubl. Imperii nostri adeò commovebatur, ut nec aures Principum ea sustinere, nec Episcopi tueri aut approbare ausi sint aut potuerint, eò quod insolita, & inaudita fuerint, usque ad illa tempora, quemadmodum ipsi Germaniæ Episcopi Adriano candidè respondent *apud Goldast. d. l. p. 62.* Et inde ipse Papa sive imprudentiam sive impudentiam suorum legatorum tàm operosè tegit, ut ferè nesciat quibus coloribus Etymologiis, & explicationibus duritiem memoratarum vocum beneficii & conferre, mitiget & excuset *in lit. ad Imper. d. l. p. 63.* Atq; ille suas Constitutiones nobis obtrudat? Leges Germaniæ ferat? Et Reipubl. formam mutasse, tantiq; momenti negotium suo arbitrio expedivisse credatur? Aliter Serenissimi Electores *apud Gold. tom. un. Constit. Imp. p.* 439. qui satis mirari nequibant Pontificis responsum, ut Electoribus præscriberet, vetaret. Ac Germano animo Princeps Fridericus Palatinus, Moguntinum Episcopum bruto Impii II. fulmine, quod Electorum autoritatem Pontificis pedibus prosternere recusaverat, perculsum generosissimè defendebat *è Peuc. 5. Chron. Limn. de jure publ. lib. 3. c. 2. n.* 23. Imò Maximilianus I. reliquiq; Imperii

Magna-

Magnates Pontificem pro parte Imperii habent, R. A. zu Augspurg. *An.* 1512. rubr. wie man mit dem Papst. ibi: deß Reichs / deß dan seine Heiligkeit ein Verwandter seyn. Et: Es soll auch deß Reichs Regiment/wo sich der Papst widersetzet/ vnd keine Hülffe darzu thun wolte/ rahtschlagen wie er darzu zubewegen. Et quot exempla occurrerent per historiarum vireta ituro, quibus Pontifices Electoribus diversos Reges eligendos frustra commendarunt. Quod in jure Romanæ sedi ita indubie competente fieri opus non erat. Ulterius etiam eo Pontificiorum commentum vacillat, quod annaliũ fide tenemus, Gregorium V. maximis beneficiis ab Ottone affectum, & sedi Pontificiæ, unde illum Itali detruserant, restitutum fuisse. Annon enim saltem pudore, si non alia re, prohibitum credamus, sese Patrono suo anteferre, & honores præripere non nisi Imperiali fastigio debitos? Nam quod alii arbitrantur cum *Dithmar.* illum satis ingratum & nefaria in Imperatorem molitum fuisse, fidem vix invenit, & nec dum contra nos facit, quia tùm Italiæ Dominus Imperator passus non esset, ab eo quicquam in Imperio ordinari, & libari Rom. Aquilæ Majestatem: uti colligit *Dresser. d. tr de transl. Imp.* Ad hæc *Crantzius*, quem reprobare *Bell.* non potest, quia illum Germanum vocat, qui ante Lutheranas contentiones scripserit, adeóq; nec amore nec odio ductus, *lib. 2. de effect. Sacr. c.* 18. rem aliter enarrat, Et in d. Electorum institutione Ottoni Imperatori primas tribuit *Metropol. lib. 3. c. 46. Vandal. lib. 3. c. 15.* Ut ita mirari liceat, quod *Bell.* illum pro se allegavisse non erubuerit *è Saxon. 4. c. 15. in lib. 3. de translat. Imp. c. 3.* Cum satis appareat ea verba ex nostris his citat. locis intelligenda venire: de quo mox, cum ad ipsam Constitutionem respondebimus, plura dicemus. Porrò etiam illud absonum est, & sese ipsum jugulat, quod Pontifex Imperiũ in Carol. M. ejusq; familiam transtulerit, & tamen, quod translatum & hereditarium factum, denuò invaserit, & converterit in electitium. Illudne in alios transferre potuit, quo ipse carebat contra *c. nemo 79. de R. I. in 6. l. 54. l. 120. eod?* Omnium autem crassissimum est, & Pontifices satis stupidum reliquum Laicorum orbem æstimare oportet, quod rem tanti momenti iis persuadere laborant, cujus Antiquitas incorrupta ne vestigium quidem & jota reliquit. De officiis Sacristæ, Custodis, &

 nescio

nescio quibus non minutiis capitula inter decreta Pontificum loca meruerunt, & de institutione Electoralium officiorum, quibus Imperium orbis terræ, atque possessio humani generis ad unum hominem defertur, præter nomen nihil sciri! ut in simili de lege regia querulatur *Scip. Gentil. Orat. 3. Rectorali de lege reg. apud Limn. lib. 1. c. 12. n. 47.* cum Compilator; qui in minimis usque adeò diligens fuit, nec majora neglecturus fuisse meritò præsumi debeat, veluti argumẽtatur *Schard. de elect. c. 1. p. 873. in vol. de jurisd. Imp.* Eccur ne quidẽ cum fictis Constantini & Ludovici donationibus in Canones irrepsit! Imò, quod *Schard. d. l.* graviter urget, eccur Pontifex, qui alioquin ex musca Elephantum gignere consuevit, illud singulare Romanæ autoritatis documentum dissimulavit in famosissima decretali *venerabilem x. de elect.* Ubi jura Electionis vigori translationis Imperii in Carolum, nullo modo a. sanctioni Gregorianæ imputat? quod testimonium Bellarm. *lib. 3. de transl. c. 3.* pro se allegavisse, tantò majoris impudentię est. Verum nec juvaret illa adversarios, si vel maximè extaret, quia *Bell. l. 3. c. 3. pr.* contrà seipsum *l. 3. c. 1. pr.* ubi Imperatorẽ planè excluserat, fatetur, consensum Imperatoris intervenisse. Si itaq; quicquam valeret illa Constitutio, illud omne ex hoc consensu haberet: Pontificis a. partes majoris momenti non essent, quàm illud Ambrosii consilium, quod Theod. postea in legẽ 20. *C. de pœn.* retulisse dicitur *Rittersh. de diff. jur. civil. & Can. lib. 1. c. 7.* aut subscriptio Honorii Papæ, constitutioni Friderici II. 5. F. 17. subjuncta, qua ad ejus seculi simplicitatem, æquitas & cum divino verbo consonantia declarabatur. Verbo: de omni illo, quocunq; etiam modo intervenerit Pontifex, atque inde quoque ad nonnullorum Historicorum testimonia, dicere possumus, quod ad *C. quicunq; litem 31. q. 1.* ipse Bellarm. respondet *lib. 5. de R. I. c. 5.* Theodosium ex pietate, non ex debito id honoris Ecclesiæ detulisse, nim. ut & ipsa post Imperatorem tanto negotio accederet. Et hoc temperamento lenire oportet, quod novissimè habet Autor der gründlichen Ableinung deß vermeinten Manifests Pfaltzgraf Carl Ludwigs/ p. 65. Daß die erste institution vnd Anordnung der Churfürsten im Reiche/ durch Authorität/ Cooperation, Rath / Hülffe / vnd zuthuung deß Päbstlichen Stules / vnd damaligen Pabsts Gregorii V. beschehen/vnd fürgegangen. Quemadmo-

admodum jamdudum *Buxtorf.ad Aur.B.concl.14.lit.F. Norderm.de jure Principat.th.19. Bort.in jurisp.publ.c.2.th.11. Paurm.de jurisdict. lib. 2.c.2.n. 29. Dan.Ott.de jure publ.c.*10 *p.*219. consilio Papæ ibi locum fuisse largiti sunt. Quantum enim ad autoritatem, præsertim dependentiæ, & superioritatis, hactenus non vidimus ullum Acatholicorum, quos ille vocat, qui eam concesserit. Nos sanè illam cum nostris hactenus deductis principiis conciliare nescimus. Quid a. ad Germanorũ Electorum instrumentũ, ad Nicolaum Papam scriptum, quod ex Autographo, Romæ in arce S. Angeli conservato, transscripsit *Bell. lib.3.de translat.Imp.c.3.in fin.* quo sibi à Romana sede eligendi Imperatoris jura data, disertè fatentur testes omni exceptione majores? Poteramus ipsi mendaciorum præscriptionem *l. 2. c. si contra jus vel util.publ.* quam sub- & obreptionis exceptionẽ vocant Dd. *Zang.tr. de Except.p.2.c.17.* objicere. Verum etiã aliunde falsum est: Saltem pro Bellarmino nihil facit, quia ab omnibus Imperii Principibus emanavit, cum ille de solis Electoribus disputet, iisq; electionis jura à Gregorio data probare debeat. Certè suprà allegata Ludovici IV. Constitutio aliud canit, & reum læsæ Majestatis pronunciat, qui quocunq; modo Imperiũ à Pontifice dependere statuat. Sed & ipsa verba d. instrumenti destituunt Bell. quia longè exilioris soni sunt, quàm ut tantam rem nobis persuadeant. Ita n. loquuntur fictitii illi Principes: Ut Principes, Ecclesiæ autoritate suffulti, velut Germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani teneret Imperii, germinarent. Tantum momentum enim tàm obscura & colorando exordio potiùs aliunde accersita narratione niti? Imò annon etiam reliquos Imperii Status instituit Imperiorum ille arbiter? Ita enim paulò ante jam allegata verba loqui introducuntur dicti Principes: Plantans in Germania Principes tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari. Ut prætercam quod non nemo observavit, vocem suffulti in dict. literis, tanquam à voce fulti æquè diversam, atque ab institutione substitutio est, saltem secundariam Pontificis autoritatem inferre, quæ reliquis Principibus jus suum eligendi remittentibus communis sit, & nihil valeat speciale operari. Reliqua quibus causæ suæ in *d. lib.* 3. subsidio venit Bell. refutatione indigna sunt, & sua sponte evanescunt.

ſcunt. Quis enim qui cerebro valet, Innocentii III. *in c. venerabilem x. de elect.* teſtimonio? quis Viennenſis Concilii decreto, ubi ab Eccleſia Rom. Imperium ad Germanos, & jus eligendi Regis ad certos eorum Principes perveniſſe dicitur, manus det? Ita & cætera JCtorum, Theologorum, Hiſtoricorum, Italorum & Germanorum domeſtica teſtimonia, quæ omnia ex eodem fonte manant, aut ſaltem eodem accipienda ſunt temperamento, veritati nihil magis officiunt, quam nubeculæ aliquot lumini ſolari cum ſudum eſt: quemadmodum demonſtravit *Iun. & Dreſſer in refut. Bellar. de translat. Imp.* Nec non *Anonymi alicujus, de eadem materia Politica Diſputatio, Hannoviæ emiſſa: Schard. tr. de elect. per tot.* Et nos, ſi qui ſcrupulus relinqui potuit, pro viribus conabimur oſtendere.

5. Acquiritur autem Electoratus tribus legitimis & ordinariis modis *a)* nempe Electione, Succeſſione, *b)* & nova inveſtiturâ. *c)*

A *a)* Quibus etiam reliqui Principatus regulariter deferuntur *Brautl. in Epit. Iuriſpr. lib. 2. c. 1.* Vid. tamen *diſp. præced. th. 6.*
B *b)* Et quidem ex lege, aliter atque in quibuſdam aliis Imperii territoriis
C allodialibus. *Vid d. th. 6. lit. C. & infrà th. 9. lit. B.* *c)* Ita ſtrictius eam hîc accipimus, non ignari alias, quemadmodum ſucceſſionis modus eſt, cum civili jure deficientibus heredibus bona vacantia ad fiſcum deferuntur *l. 1. l. 4. C. de bon. vacant. V. Diſp. 6. th. 19. lit. B.* Ita etiam ad ſucceſſionem non ineptè referri poſſe, cum vaſallo ſine herede defuncto Dominus ſuccedit *c. un. de alien. feud. 1. F. 13. c. un. qual. olim. feud. pot. 2. F. 9.* Verùm cum hoc caſu Dominus non tàm ſuccedere, quam feudum ad eum reverti videatur *d. c. un. verſ. etſi clientul. de alien. feud. Rittersh. partit. feud. lib. 1. c. 16. q. 28. Aur. B. tit. 7. ibi:* dem Reiche mit Recht heimgefallen: Præcipuè autem nobis non tam de eo ſermo ſit, quod Electoratus ad Imperatorem redit, quam quod ille eum in Novum aliquem Vaſallum transfert; Commodius viſum fuit hîc peculiarem acquirendi Electoratus modum ex methodi libertate conſtituere.

6. Electio in Archiepiſcopatibus atq; Electoratibus

Eccle-

Ecclesiasticis *a*) obtinet. Et est legitimus modus, quo persona idonea *b)* ad vacans *c)* Archiepiscopatus munus, cum Electorali dignitate conjungendum *d*) à Capitularibus *e)* Canonicè *f*) eligitur atq; vocatur.

A *a* De iis enim nobis hoc loco sermo est, tanquam de nostra materia principali, licet quam plurima, quæ de Archiepiscopatibus nostris admonebuntur, etiam in reliquis Episcopatibus locum habeant. *b)* Consistit autem ea idoneitas in sex requisitis, *Brautl.lib.* B *2.c.2.n.5.* Nempe 1. Ut sit persona unica, ne qua Diœcesis diversos Pontifices habeat, diversis capitibus in monstrũ degeneratura *c.quoniam in plerisq; de offic.jud.ordin.vid.lit.seq.* 2. è gremio Collegii *c.nullus 13. dist.61. c.inter 21.ibiq; gl. de Elect.* 3. Legitimæ ætatis, *c.cum nobis 19. de elect.* quam ad 30. annum completum extendit *c.cum in cunctis 7.eod.* 4. Scientia literarum, & gravitate morum ornata, *d. c. 7.* 5. Orthodoxa religione in seipsâ ostensura, qualiter alios in domo DEI oporteat conversari. *d.c.7.* Adeò ut schismaticus, licet ad Ecclesiæ unionem reversus, non aliter, nisi ex dispensatione, possit confirmari *c.5.de elect.* 6. Et tandem illæsa natalibus *d.c.7. de elect.* Quæ omnia ita sanctè observari voluerunt sacri Canones, ut qui scienter indignũ eligere præsumserint, Concilium Lateranense sub Innocentio III. *c.15.* potestate eligendi, in electione quæ primò facienda occurrit, privet *c.cum VVintonensis 25. de elect.* Imò suspenduntur ejusmodi eligentes à beneficiis Ecclesiæ per triennium, neq; interea ad dignitatem Episcopi eligi possunt. *c. per inquisitionem 26. de elect.* c) C Consuli enim debet Ecclesiæ Pastoris regimine destitutæ, *c.cum terra 12. de elect.* ne dominicum gregem antiquus hostis insidiando dilaniet, *c.postquam 11. dist.50.c.ne pro defectu 41.x.de elect.* Interim tamen nec ex altera parte, nisi Ecclesia viduatâ seu sede vacante, Electio institui potest, Ne, quod *lit.praecedente è c. quoniam in plerisq; de offic.jud.ord.* dictum, unum corpus duo capita, in monstri horrorem, nanciscatur. De Coadjutore alia res est, quam *infrà th.8.lit.B.* dabimus. *d*) D Adeò ex natura rei non pugnant Episcopalis & secularis potestas, quemadmodum ille *apud Virgil.* Rex Anjus Rex idem hominum Regumq; sacerdos celebratur: Nec Aug. Confess. *tit.de potest. Eccles.*

Ejus-

Ejusdemq; Apologia *eod.tit.p.*292. dissimulat. *Vid. disp.seq.* An autem & qua ratione Electio Electorem constituat, explicabimus *thes.seq. lit.G.H.I.*
E *e)* Hic omnium maximè tenendum est, quod *c.si peccavit.* 2.*q.*9. dicitur: Distinguenda esse tempora, ut cōcordet scriptura, veluti in nostris terminis monet *Laur.Ohm. de jure Episcopali concl.*14. *lit.B.* Nempe primis nascentis Ecclesiæ temporibus Episcoporum Electio penes Apostolos erat, *Act.*1,21.13, 2.*junct.c.porrò dist.*66.*Euseb.lib.* 5.*hist.*5.*hist.Eccles.c.*11. quæ brevi post ad Clerum & populum transferebatur *c.*1.*pr.c sacrorum* 34.*c.Episcopos* 13.*c.nulla dist.*63. ita tamen, ut Cleri esset Electio, *c nosse* 12.*d.dist.* Populus verò præsens *c.plebs* 11. *dist.*63. eidem consentiret *c.Cleri* 26.*& seq. d.dist.* quia docendum esse populum arbitrabantur, non sequendum, uti loquitur *c.nosse in fin. dist.*63. Cum a. Ecclesia melius haberet, & Imperii fasces ad Christianos Principes abirent, adhibebatur etiam Imperatoris consensus, veluti *Laur.Ohm.d.diss.concl.*14.*lit.B* ostendit *è can.breviter* 1.*dist.*62. *quem tamen secundum vulgatos Codices legi oportet, quia verba: Consensu Principis, hodie sunt absorbta.* Cui rei etiam fidem facit exemplum de Electione Chrysostomi *apud Niceph.lib.*2.*hist.Eccles.c.*2. Et quis nescit Augustissimos Imperatores olim non solum ipsi Pontificiæ sedi, *vid. thes.seq. lit.* C. verum etiam omnibus aliis Ecclesiis Romani Imperii, suo arbitratu, viros doctrinâ & sanctitate conspicuos præposuisse? Publico sane bono, & ex salute Germaniæ nostræ, cujus maximè interest, nosse & deligere, qui Ecclesiam intra suos fines sint administraturi, quemadmodum de sua Hispania loquitur *Covarruv.tom.*1. *var.resolut.P.*2.*in relect.c.malæ fidei de jur.Patron.*§.10. Et *vid.th.seq.* Verum lapsu temporum factum, ut in Ecclesiis Cathedralibus ad Collegia Canonicorum jus istud transierit, *c.Ecclesia* 48. *c. cumana* 50.*c.in genesi* 55.*de elect.* Cujus rei originem in Germaniâ Laur. Ohm *d.l.* ad Imperatores refert, qui, cum primitus Episcopatus erexissent, Episcoposq; constituissent proprio arbitrio, liberam Electionem postea Capitulis remiserunt, quemadmodum Ottonem II. Magdeburgensi Capitulo liberam Archipræsules eligendi potestatem concessisse Matth.Steph. *de jurisd.lib.*3.*p.*1.*c.*7.*n.*8. testis est. Et vero admodum affine est, quod ex *Chytr.in Chron.p.*108. recenset Wurmser. *Exerc.Iur.publ.*2.*concl.*8. Pace in Comitiis Wormatiensib. inter Henricum

ricum V. Imperatorem & Callist. II. P. M. *A.* 1122. de investituris Ecclesiasticorum Procerum, initâ, *de qua th. seq. lit.* C Capitulares jus eligendi Episcopos ab Imperatore impetravisse. *Vid.* Bedencken der Stånde deß Röm. Reichs. *apud Goldast. tom.* 1. *Constit. p.* 1601. Atq; hoc est quod Archiepiscopi nostri hodie à Capitularibus Collegiorum eliguntur, Laicis non solum ab ipsa electione, verum etiam ipso antiquo illo, sese electioni votis arbitriisq; suis immiscendi, jure, *c. vota* 27. *dist.* 63. planitus exclusis *c.* 1. 2. 3. 5. 7. *d dist.* Adeò ut ne compositione quidem *c. sacrosancta* 51. *x. de elect.* aut cousuetudine, quamvis immemoriali, introduci possit, ut Principis vel Patroni consensus in Episcopi electione requiratur. *c. Massana* 56. *eod.* Nisi post factam demum electionem, ubi Regis, sive Patriarchæ consensus requiri non prohibetur *c. cum terra* 14. *x. de elect.* Aut nisi speciale Pontificis privilegium intercedat, *c. hinc est* 16. *q.* 1. quemadmodum per concordata inter Leonem X. & Franciscum I. *A.* C. 1517. in Galliis, omni eligendi Prælatos jure Canonicis ademto, nominatio personarum idonearum Regibus absolutè competit *Thuan. lib.* 3. *&* 196. *hist. Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 2. *Rebuff. ad d. concord. tit. de regia ad Prælat. nomin. faciend.* Ita Concilii Toletani XII. *A.* C. 685. sub Hervigio Gothorum R. celebrati decreto in Hispaniâ & Gallicia Tholosano Pontifici licitum mansit, quoscunque regalis potestas decedentibus Episcopis successores elegit, probare & in antecedentium sedibus Presules præficere, ut *c. cum longe* 25. *dist.* 63. attestatur. Quo jure Hispan. Rex adhuc hodie illibato utitur, ut Episcopali dignitate nisi à Rege nominatus insigniri non possit, *Covarr. in c. quamvis p.* 3. §. 10. *n.* 5. *de R. I. in* 6. *Bodin. de Rep. lib.* 3. *c.* 3. *Thuan. lib.* 1. *hist. vid. th. seq.* In Germaniâ memorabile exemplum observavit *Matth. Stephani de jurisd. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 9. de Episcopatu Caminensi, ubi neque Episcopus, neque ullus Prælatus, aut Canonicus eligi potest absque consensu & nominatione Pomeraniæ Ducis. Verùm hæc singularia sunt, & ad consequentiam trahi non debent, ut *è l.* 14. *& seq. de ll.* monet *Laur. Ohm. d. l.* & communem legem Regibus dare nequeunt: ne quod uni sigillatim competit, statim omnibus concedatur, ut ferè in terminis nostris loquitur *d. c. hinc est.* 16. *q.* 1. Nostri Archiepiscopatus ex regula se habent, & Præsules non agnoscunt, nisi sibi cathedralium

suorum electione præfectos. Imò Capitulares, Moguntinenses præsertim & Trevirenses, rem tractu temporis eò prudenter deduxêre, ut nō tantum plebeis (quorū mores, & solidiorē literaturā etiam hęc augusta fastigia, dispensatoribus Imperatorib. manebant, exemplo Willegisi Rhedario, & Gnitelkopii pistore natorum, & ad Moguntinensem & Coloniensem Archipræsulatū evectorū, *Limn.lib.3.c.4. in fin.*) verum etiam ipsis ferè Principib. viris exclusis, jam soli Nobiles memoratas summas, post Imperatorē, dignitates *Heig.lib.1.q.4.* sibi solis vindicaverint. *H. Bruno diss. de Pactis concl. 21.* Illud in aperto est nostro Monarchæ nihil relictum, nisi quod ratione primariarum precum, in qualibet Germaniæ Ecclesia adhuc unum recipi jubere possit, *Sixtin.de regal.lib.1.c.2. Vid.disp.5.th.16.lit.C.* Et quod ei præterea jus præsentandi aliquibus in locis, vel ob jus Patronatus, vel ob fundationem adhuc competat, *d disp 5.* prout consuetudine hîc vel alibi receptum invenitur *Buxtorff.ad Aur.Bull.th.65.lit.b.* Quod nec ipsum tamen satis ferre potest Romana Invidia, sed mox Pontificię concessioni imputando *disp.5.th 16.lit.C.* mox verò aliis variisq; cuniculis tentando, ita fatigat, ut publica adhortatione opus fuerit, qua illud Cæsareæ Majestati cōmendarunt Septemviri *in Capit.Ferd. III.art.18.* Ita etiam jus aliquod Imperatori in Patriarchatum Aquilejensem competere oportet, quia *An.1628.d.10.Aug.* per Legatum suum Baronem de Rudolphsberg tam sollicitè protestatur, & Pontifici exprobrat, quod Venetum quendam Patricium eo investierat, apud Meter. *&Theat.Europ.p.2.*p.1280. Das alles was seine Heiligkeit Jhrer Keys. May. vnd dem H. Röm. Reich zu nachtheil hierin verordnen würde / für null / vngültig / ja vor vnziemlich vnd vnbillich gehalten werden soll. De Electione autem Capitularium notandum est, eos omnes vocari debere *c. cum inter 18. & c. quod sicut 28. de elect.* Alias perperam proceditur, & electioni plus contemtus unius, quam contradictio multorum obsistit, *c. venerabilem 34.eod.* Necesse n. est, ut omnes, qui possunt, & volunt commodè interesse, *c. quia propter 42.de elect.* vel ipsi, vel in casu absentiæ, justiq; impedimenti juramento probandi, per alios de ipso Collegio procuratores *d.c.42.* Electioni intersint. Et ille demum, in quem omnes, aut saltem major & sanior pars consentiunt, collatione habita eligitur *d.c.42.* Ubi tamen

tamen prætereundum non est, non solum majoris, sed etiam sanioris partis consensum conjunctim requiri, *Laur. Obin. de jure Episc. concl. 14. lit.* E. Adeò ut licet major pars conveniat, nisi etiam ea sanior existat, electio non sustineatur. Nisi major pars alteram in duplo excedat, quo casu majoritas observatur *c. si quando 9. de elect. in 6*. Similiter & illud notare expedit, majorem partem non eam obtinere, quæ ratione minorum partium constituitur, sed necesse esse, ut ipsa ipsius Capituli pars major consentiat. *c. Ecclesia* 48. *de elect.* *f)* Quod F
legitimâ temporis, loci, modiq; observatione absolvitur. Quantum ad tempus, ultra tres menses Ecclesiam Pastore vacare statuta sacrorum Canonum non permittunt *c. postquam* 11. *dist.* 50. *c. ne pro* 41. *x. de elect.* quia dispendiosam & animabus periculosam esse vacationem, non solum jura, sed etiam ipsa rerum efficax magistra Experientia testatur, secundum *c. quam sit 6. de elect. in 6*. Deinde Electio in ipsa cathedrali Ecclesia debet celebrari *c. quod sicut* 28. *de elect. c. in nomine 2. dist.* 33. *c. qua fronte* 25. *x. de elect.* Modus triplex erat, vel per quasi inspirationem, qui ferè expiravit *Ioach. Steph. lib. 3. de jurisd. c* 11 *n.* 41. vel per compromissum, qui rarissimus, vel per scrutinium, qui usitatissimus est, *d. c. quia propter* 42. *de elect. Vid. gl. & CC. hic.*

Electionem Archiepiscoporum nostrorum sequitur præsentatio, *a)* acceptatio, *b)* confirmatio, *c)* consecratio, *d)* Pallii impetratio *e)* & quod potissimùm est, Cæsarea Investitura. *f)* Ea enim nobis utramque paginam facit, *g)* adeò, ut Electum, si investitus sit, licet confirmatio & consecratio nondum accesserit, Electorem tamen esse, & agere; *h)* E contrario autem nec cõsecratum nec infulatum, citra investituram, Septemviralia jura habere *i)* adseramus. 7.

a) A toto Capitulo *c. ea noscitur 6. de his quæ fiunt à prælat.* & ab Electis, juxta Constitutionem Nicolai III. *in c. cupientes* 16. *de elect. in 6.* intra mensem, post consensum, vel obtentam de sua Electione notitiam, expedienda. Potest autem etiam per literas fieri, *d. c. ea noscitur 6. de his quæ fiunt à prælat. c. 1. c. 2. dist. 64.* quibus statur, donec A

contrarium probetur, si fortè iis contradici contingat *gl. in d.c. ea noscitur, arg. c. post cessionem de probat.* B *b)* Et recipiendus est Electus omninò, nisi sint quæ contradici possint, aut electio & præsentatio vitium habeant, vel aliàs evidens causa subsit, *per concord. Germ.* C *c)* Quam à superiore petere tenentur, *c. nihil est* 44. *x. de elect.* In Ecclesia Orientali Patriarchæ Constantinopolitani ab Imperat. Græcis confirmabantur, ut *è Gregor. lib.* 4. ostendit *Laur. Ohm. de jure Episc. concl.* 14. *lit. D.* quem morem subjugatâ Constantinopoli, etiam Turca huc usque observare dicitur, *Ohm. d.l.* Licet ad confirmationẽ ejusmodi impetrandam, tributum, quod illi Pescesium vocant, successores Sultani hactenus exegerint. *Crus. in Turc. Græc. lib.* 2. In Occidente nostro Episcopos Hispaniæ, Angliæ, Ungariæ, etiam per Reges introire, & confirmari notissimum est. Id quod etiam tàm rationibus gravissimis, quàm ipsis Canonum decretis convenire deduxit *VValtram. tract. de invest. Episc.* Maximè omnium autem in Augustissimo Rom. Imperatore obtinere debere, cum sanâ ratione jura docent, quæ *Theod. à Niem. in tr. de privileg. Imp. circà investituras Episcopat.* exponit: Fundamento potissimùm *c. Adrianus* 22. *& seq. dist.* 63. Ubi definitum, Archiepiscopos, nisi à Rege laudentur, & confirmentur, à nemine sub anathematis pœna, consecrari debere. Facit etiam modestia *c. lectis* 18. *d. dist.* 63. In quibus tamen notatu dignum est, crassè labi, qui inconsiderato monachalium verborum positu decepti, ea jura noviter à Pontificib. impetrata arbitrantur, cum jamdudum Imperatores jure regio habuerint, *arg.* 1. *Reg.* 2, 26. *Levit.* 8, 1. quo sensu etiam *d. Theod. à Niem.* Jura Restituta vocat, quia non noviter concessa sed fonti suo, id est, Cæsareæ Majestati, communi Synodi decreto reddita fuerũt. *Dn. Engelbr. de jurisd. concl.* 84. Oportetq; omninò olim dignam Aquila nostra majestatem spiravisse, cum Impp. Augustissimi tantos Præsules per baculum & annulum de dignitatibus Episcopalibus investire visi sunt. Verùm Antichristi ambitione Luciferiq; turbis factum, ut Prælatos Imperii nostri hodiè Papa confirmet: Nimirum postquam Heinricus V. impulsu ejus diabolico, Patrem cognominem, fortissimum, & sexaginta duobus præliis illustrem Heroa cepisset, & exuisset Imperio *vid. apud Gold. tom.* 1. *Const. Imp. p* 51. brevi post eidem tyrannidi præda factus, Callisti III. pertinaciæ

tinaciæ, ſupera inferis, pro arrogantiæ ſuæ faſtigio, miſcentis, inveſtituram Epiſcoporum per annulum & virgam, trecentos & amplius annos inde à Caroli M. ætate legitimè exercitam ceſſit, contentus ut regalia per ſceptrum concederet deſignatis. *Abb. Urſperg. Sigon. lib. 10. de regn. Ital. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imper. p. 55.* Cui acceſſerunt noviſſima inter Fridericum III. Imp. & Nicolaum V. Papam *An.* 1447. M. Aprili inita, Pontificiis concordatorum Germaniæ nomine notiſſima, pacta, quibus Rom. Papa ſibi reſervavit, non ſolùm Electiones in Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis factas, ac præſentatas confirmare, verum etiam ſi minùs legitimè, nec intra unius menſis, & viginti dierum ſpatia præſentatæ, vel non Canonicæ, vel ſaltem ſpiritui Pontificio ex rationabili cauſa minus commodæ viſæ fuerint, Cardinalium conſilio Eccleſiis de digniori & utiliori perſona providere. Adeò, ut Imperator non aliter ulli Epiſcoporum quàm à Rom. ſede confirmato regalia concedere debeat. *Vid. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. p. 207. Cran. diſſ. de juriſd. 6. p. 78.* Ilud certum eſt, indignum facinus omninò ad indolem Antichriſti, ſuprà omne quod D e u s eſt, arrogantiſſimè adſurrecturi, *2. Theſſ. 2, 4.* accedere. Adeò ut etiam ambigere non liceat, Annon ejuſmodi diſcordata juri divino, & gentium, ipſiq; Imperii fundamento diſcordantia *argumento eorum quæ in diſput. 3. th. 7. deducta fuere,* una litura induci debeant, & revocari quod geſtum eſt, eleganti & propria confeſſione *capituli 33. de jurejur. c. in malis 22. q. 4.* Ne reſpiciamus quid factum ſit Romæ, ſed quid fieri debuerit *l. 12. de off. præſid.* Ut eò me non penetrem, an non incumbat ſummo Capiti, vi juratæ Capitulationis *Ferd. II. §. 8. & Ferd. III. §. 9.* tàm auguſta jura repetere. Namq; contra regni jura nullus ſucceſſorum ſeſe obligatum credat, *Dn. Bertr. de Comit. concl 25.* argumento eorum, quæ de fabuloſa Conſtantini donatione abſolutiſſimè diſputantur *apud Reink. lib. 1. reg. ſecul. claſſ. 2. c. 8.* Quid enim ex Imperii majeſtate auguſtius eſſe queat, quàm Romanorum Imperatorem adhuc hodiè autoritatem ſuam in Prælatorum Electione interponere, Juris ſui tantò tenaciorem, quanto certius eſt, illud Aquilæ noſtræ adeò competiiſſe, ut non tantùm modum præſcripſerit Electioni, *Auth. Presbyter. in fin. l. 31. l. 47. de Epiſc. & Cler. N ov. 6. 57. 123. 137.* Verum ipſum etiam univerſalem

Papam confirmaverit *c. Agatha* 21. *dist.* 63. elegerit, & crearit *textus elegans in c. Adrianus* 21. *& seq. dist. ead. Vid. Goldast. tom.* 1. *Constit. p.* 1. 13. 34. 44. Unde cum Romano Pontifici scribimus, ait Invictissimus Fridericus ad Hadrian. Papam *apud Gold. tom.* 1. *Const. Imp. p.* 38. jure & ex antiquo nomen nostrum præmittimus, quia quicquid regale Papatus vester habere dignoscitur, largitione Principum obtinet. Redire animo Imperatorio debebant, præter hoc ac multa alia, saltem Ottonis M. & Nicephori Imperatorum Heroi motus, quorum, uno ferè tempore, ille quidem Benedictum in exilium, Leonem VIII. verò in solium Pontificale ire: Hic autem Episcopos se inscio nullos fieri jusserunt. *Luitpr. lib.* 6. *c.* 10. *Cedren.* Omninò ad exemplum sapientissimi Salomonis, qui remoto Abiathare Sadocum substituisse legitur 1. *Reg.* 2, 26. Quod ipsum tamen, ut etiam locum *Levit.* 8, 1. Arminiani nimis largè extendunt, ad suæ hæreseos colores, qua definiunt generaliter ministrorum vocationem à solo Magistratu fieri debere. Et eccur deterioris conditionis Aquila nostra habeatur, quam reliqui omnes universæ Europæ Principes. Quâ juris, quâ æquitatis specie Augustissimis Imperatoribus auferri potuit, quo cæteri Reges omnes fruuntur. Ita enim accepimus, in omnibus aliis Christianorum regnis hoc ipso temporis puncto adhuc dum electionem, præsentationem, nominationem, vel saltem confirmationem Prælatorum solorum Regum beneficium esse *H. Brun. d. diss. de pact. concl.* 21. De Hispanis & Gallis *th. praced. lit.* E. vidimus. De Hungariæ Rege testatur *Alexander. consil.* 64. *vol.* 4. *Goldast. tom.* 3. *constit. p.* 458 *&* 345. de Polono *Thuan lib.* 56. de Anglo *Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 2. *Thuan. lib.* 13. 22. 131. *Sleidan. lib.* 9. In Dania jamdudum in Episcopis constituendis præcipua Regum autoritas fuit *Crantz. lib.* 5. *Dan. c.* 2. 13. 19. *lib.* 6. *c.* 8. *lib.* 4. *c.* 33. Idem de Sveciæ regno legere licet *ex eod. & Thuan. lib.* 109. De Siciliæ & Neapoleos regno referunt *Matth. de Afflict. in constit. regn. in prælud. q.* 18. *H. Brun. d. concl.* 21. Pessimè omnium verò non neminem habere possit, quod Germania nostra, cui suos spiritus moderna Francia debet, minori alacritate exceperit Pontificum fraudes, quàm Galliarum Reges, qui eas sub Ecclesiasticæ potestatis specie, etiam in liliorum majestatem irrepere conatas, nihil imminuto Christianissimi titulo fortissimè represserunt.

sunt. *Vid.Dn.Lamp. de Rep.Germ.c.6. n.10.* Alius Parisiensium Senatui animus erat *apud Thuan.lib.28.* qui Theologiæ quendā Candidatum, quod de Papæ potestate in Reges liberius disputasset, læsæ Majestatis damnabat, & tantùm non ipsi Sorbonæ minitabatur excidium. Verum ita fieri oportuit, ut locum daremus, quod jam dum Ludovici Bavari tempore terebatur, proverbio, *Maximè Romæ expedire Germanos esse quam stultissimos. Ex Avent. lib. 7. Cluver. in Ludov.* Neq; a. de externo splendore tantùm agitur Ipsa etiam salus Imperii hâc Pontificia indignitate pessum it. Nam tantùm non de Principe actum est, qui ministrorum aliquem moderatorem beneficiorum constituit. Unde elegantissimum Galliarum arcanum est, quod soli Reges beneficia, Magistratus verò pœnas largiuntur *Bodin. 4. de Rep.6.* Nec crassè colligit *Buxtorf. ad Aur. Bull. diss. 86. lit.D*: Ideò procul dubio Imperatorem regalium feudorum investituram sibi soli reservasse, ne tantæ autoritatis ordines alii quàm soli Capiti quicquam deberent. Jam a. cum tot Proceres se Papæ debeant, & Romæ oriatur quo incalescere possint Sole, quis non videt, his solas machinas Pontificem suo fastigio admovisse, eumq; Cæsarum facilitate condidisse hoc culmen, ex quo toties in Imperium pugnavit. Quævis enim hedera arborem quærit in quam recumbat, eamq; incolumem cupit à qua pendet, uti *accuratissimus Barclai.lib.1. Argen.* philosophatur. Imò non desunt, qui dubitent, an sua Imperio Majestas illibata constare queat, tot Principibus ab alia quàm ejus autoritate pendentibus. Ita enim est, in Imperii Comitiis, ubi de rerum summa agitur, præter tot Episcopos, benè multi Prælati singuli suffragiorum jura habent, si igitur illi omnes à Pontifice dependent, annon fateri cogemur, verissimū fuisse Æmilium, qui questus fuerat, Heinricum V. cum jus Episcopatuum Pontifici concederet, plusquam dimidium jurisdictionis perdidisse *Dn.Lampad.d.l.c.6.n.10.* Et quod *Barclaj.in Icon.c.5.* ridet, Nos ipsos adhuc publico errore nostræ Patriæ Majestatem exarmare. Saltem occasio diffidentiæ & motibus præcisa fuisset, quibus aliqui Imperii status in particularia fœdera abierunt. Hanc ipsam enim excipiendi rationem prætendebant Unioni HaloSvevicæ addicti *in responso de 7. April. An.1617. Heilbronnâ ad literas D.Matthiæ d.3. April. transmissas, quibus eos à fœderibus specia-*

libus

Papam confirmaverit *c. Agatha 21. dist. 63.* elegerit, & crearit *textus elegans in c. Adrianus 21. & seq. dist. ead. Vid. Goldast. tom. 1. Constit. p. 1. 13. 34.* 44. Unde cum Romano Pontifici scribimus, ait Invictissimus Fridericus ad Hadrian. Papam *apud Gold. tom. 1. Const. Imp. p. 38.* jure & ex antiquo nomen nostrum præmittimus, quia quicquid regale Papatus vester habere dignoscitur, largitione Principum obtinet. Redire animo Imperatorio debebant, præter hoc ac multa alia, saltem Ottonis M. & Nicephori Imperatorum Heroi motus, quorum, uno ferè tempore, ille quidem Benedictum in exilium, Leonem VIII. verò in solium Pontificale ire: Hic autem Episcopos se inscio nullos fieri jusserunt. *Luitpr. lib. 6. c. 10. Cedren.* Omninò ad exemplum sapientissimi Salomonis, qui remoto Abiathare Sadocum substituisse legitur *1. Reg. 2, 26.* Quod ipsum tamen, ut etiam locum *Levit.* 8, 1. Arminiani nimis largè extendunt, ad suæ hæreseos colores, qua definiunt generaliter ministrorum vocationem à solo Magistratu fieri debere. Et eccur deterioris conditionis Aquila nostra habeatur, quam reliqui omnes universæ Europæ Principes. Quâ juris, quâ æquitatis specie Augustissimis Imperatoribus auferri potuit, quo cæteri Reges omnes fruuntur. Ita enim accepimus, in omnibus aliis Christianorum regnis hoc ipso temporis puncto adhuc dum electionem, præsentationem, nominationem, vel saltem confirmationem Prælatorum solorum Regum beneficium esse *H. Brun. d. diss. de pact. concl. 21.* De Hispanis & Gallis *th. præced. lit. E.* vidimus. De Hungariæ Rege testatur *Alexander. consil. 64. vol. 4. Goldast. tom. 3. constit. p. 458 & 345.* de Polono *Thuan lib. 56.* de Anglo *Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 2. Thuan. lib. 13. 22. 131. Sleidan. lib. 9.* In Dania jamdudum in Episcopis constituendis præcipua Regum autoritas fuit *Crantz. lib. 5. Dan. c. 2. 13. 19. lib. 6. c. 8. lib. 4. c. 33.* Idem de Sveciæ regno legere licet *ex eod. & Thuan. lib. 109.* De Siciliæ & Neapoleos regno referunt *Matth. de Afflict. in constit. regn. in prælud. q. 18. H. Brun. d. concl. 21.* Pessimè omnium verò non neminem habere possit, quod Germania nostra, cui suos spiritus moderna Francia debet, minori alacritate exceperit Pontificum fraudes, quàm Galliarum Reges, qui eas sub Ecclesiasticæ potestatis specie, etiam in liliorum majestatem irrepere conatas, nihil imminuto Christianissimi titulo fortissimè represserunt.

tunt. *Vid.Dn.Lamp. de Rep.Germ.c.6.n.*10. Alius Parisiensium Senatui animus erat *apud Thuan.lib.*28.qui Theologiæ quẽdã Candidatum, quod de Papæ potestate in Reges liberius disputasset, læsæ Majestatis damnabat, & tantùm non ipsi Sorbonæ minitabatur excidium. Verum ita fieri oportuit, ut locum daremus, quod jam dum Ludovici Bavari tempore terebatur, proverbio, *Maximè Romæ expedire Germanos esse quam stultißimos. Ex Avent. lib.*7. *Cluver. in Ludov.* Neq; a. de externo splendore tantùm agitur Ipsa etiam salus Imperii hâc Pontificia indignitate pessum it. Nam tantùm non de Principe actum est, qui ministrorum aliquem moderatorem beneficiorum constituit. Unde elegantissimum Galliarum arcanum est, quod soli Reges beneficia, Magistratus verò pœnas largiuntur *Bodin.* 4. *de Rep.*6. Nec crassè colligit *Buxtorf. ad Aur.Bull. diß.* 86. *lit.*D: Ideò procul dubio Imperatorem regalium feudorum investituram sibi soli reservasse, ne tantæ autoritatis ordines alii quàm soli Capiti quicquam deberent. Jam a. cum tot Proceres se Papæ debeant, & Romæ oriatur quo incalescere possint Sole, quis non videt, has solas machinas Pontificem suo fastigio admovisse, eumq; Cæsarum facilitate condidisse hoc culmen, ex quo toties in Imperium pugnavit. Quævis enim hedera arborem quærit in quam recumbat, eamq; incolumem cupit à qua pendet, uti *accuratißimus Barclai.lib.*1.*Argen.* philosophatur. Imò non desunt, qui dubitent, an sua Imperio Majestas illibata constare queat, tot Principibus ab alia quàm ejus autoritate pendentibus. Ita enim est, in Imperii Comitiis, ubi de rerum summa agitur, præter tot Episcopos, benè multi Prælati singuli suffragiorum jura habent, si igitur illi omnes à Pontifice dependent, annon fateri cogemur, verissimũ fuisse Æmilium, qui questus fuerat, Heinricum V. cum jus Episcopatuum Pontifici concederet, plusquam dimidium jurisdictionis perdidisse *Dn.Lampad.d.l.c.*6.*n.*10. Et quod *Barclaj.in Icon.c.*5.ridet, Nos ipsos adhuc publico errore nostræ Patriæ Majestatem exarmare. Saltem occasio diffidentiæ & motibus præcisa fuisset, quibus aliqui Imperii status in particularia fœdera abierunt. Hanc ipsam enim excipiendi rationem prætendebant Unioni HaloSvevicæ addicti *in responso de* 7. *April. An.*1617. *Heilbronnâ ad literas D.Matthiæ d.*3. *April.transmißas, quibus eos à fœderibus specia-*

libus

libus dehortabatur, eò quod & Moguntinus Catholicorum nomine promisisset, se à Ligæ suæ vinculo ad communem Imperii compagem redituros, his verbis: Liesen dahin gestellet seyn / was die Catholischen sich jhrer Ligæ auffhebung halber erklären haben möchten / allein befinde sich zwischen derselben vnd jhrer Vnion / darin ein grosser Vnterscheid / daß wan sie gleich jhre Ligen cassiren solten / daß doch / so viel die Geistlichen Stände betrift / sie einen als den andern weg vnter einem frembden Häupte / dem sie zugleich vnd neben der Kays. May. verpflichtet / auffs kräfftigste in sich vnd mit einander verbunden bleiben / Sie (die Vnirte aber) hergegen in dieser Welt kein ander Oberhäupt erkennen / als einzig vnd allein Jhre Kays. May. &c. *apud Lundorp. Act. publ. lib. 1. c. 22. p. 55.* Ita ergò constat: Aut Pontifex Imperii legibus obnoxius in confirmandis Episcopis Magistratus tantum officio fungatur, qui in Imperii Majestate radicem habeat, aut si absolutè Princeps agit, fateamur oportet tantum Aquilæ nostræ libertatis cum irreparabili Rom. Imp. minutione decedere, quantum in Episcopis consistit. Et meditemur quî illi Reip. libertatem adserere velimus, cujus majestas magnam partem à Principe extero dependeat. *Dn. Lampad. d. l.* Quid si eò impudentiæ grassaretur Malefacius aliquis, ut sibi partem Majestatis nostræ exinde vendicare auderet, quod Imperatore Ecclesiasticorum neminem nisi confirmatum investire valente, ipsum quasi jus status tot Procerum, ab ipso videatur si non conferri, saltem aliquo modo dependere. Neq, n. ignotum esse potest, quanta opum fames, & quam inexplebilis honorum sitis sit illis Babyloniæ Flaminibus, quam jamdum ferè ante trecentos annos ad vivum expressit Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis in publico Imperii conventu, *apud Aventin. lib. 7.* Cum ait: Illi soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt. Quo plura avidis concesseris, eò plura appetent. Porrige digitum, & manum concupiscent. *Autor Brut. fulm. p. 8.* Neq; etiam cum Bonifacio VIII. omninò mortua est illa maxima fatuitas, *in lit. Philippi Pulchri Gall. R. in Defens. Pac. Marsil. Patavin p. 2. c. 20.* qua sese & Papam & Imperatorem jactabat, & coli crediq; conabatur. Sed manet, manet alta mente repostum Æneæ Sylvii seu Pii II. Facinus, qui conculcato pudore Moguntinum Electorem cogere conabatur, ut se Babylonicæ

sedi

ſedi juramento obſtringeret, ne vel ipſe, vel ſucceſſores, niſi Papæ conſenſu, Septemviros unquam convocarent. *Peuc.5. Chron.p.946.* Ut ita tantam potentiam tantæ aviditatis & impotentiæ Hominibus indulgere, ſit furioſo miniſtrare gladium, & aquam hydropico in alimentum ſitis. Exurgat ergo bonus Imperator, & repetat utrumq; gladiũ, quem Imperiũ aliquando habuit uti Ferrarienſ. JCtus optat *in form. libell. quo agitur ex ſubſt. in verb. ex ſuo corpore. n. 3.* Et ipſius Heinrici ſucceſſores Otto IV. Frid. II. Ludov. IV. Heinr. VII. & Carol. IV. ſæpius tentarunt. *è Defenſ. Pac. P. 2. c. 26. Dn. Engelt. de juriſd. Imp. concl. 67.* *d)* Conſecratio ſ. Ordinatio, (prout iis promiſcuè utitur *gl. in c. ſi Archiepiſcopus, verb. Ordinandus x. de templ. ord.*) quam Benedictionis nomine exprimit, *c. nihil eſt 44. x de elect.* ſpirituale matrimonium inter Epiſcopum, & Eccleſiam electione inchoatum, confirmatione contractum *c. 2. 3. x. de translat. Epiſc.* tandem perficit *c. 4 eod. c. pallium diſt. 100.* Adeò ut rigor Canonum ne Epiſcopum quidem dicat niſi conſecratum *d. c. licet 4. x. de translat. Epiſc.* De quo tamen *infrà pluribus lit. H.* Et inde eſt, quod *diſput. 2. th. 10. lit. B.* monebat, ſi Colonienſis nondum conſecratus ſit, Coronationem Imperatoriã Moguntinum peragere, quemadmodum in Inauguratione Maximil. II. Rudolphi II. & Matthiæ factum refert *Buxtorf. ad Aur. B. th. 48. Cubach. in Iuriſp. Rom. Publ. c. 17. n. 14.* Illud autem certum eſt de canonum decretis, quod poſt confirmationem, & inveſtituram conſecratio ultra tres menſes protrahi non debeat *c. quoniam 1. diſt. 100.* niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas coëgerit, eam amplius protelari *c. quoniam 2. diſt. 75.* quales *in c. fraternitatem 5. diſt. 71. & c. de Syracuſana 13. diſt. 28.* leguntur. Item verum eſt, quod *Dn. Victor. de exempt. concl. 32. è Cujac. lib. 3. de feud. c. 1.* monet, Epiſcopum conſecrari non poſſe, antequam trabeam ab Imperatore acceptaverit. Conſecratur autem Archiepiſcopus ab omnibus ſuis ſuffraganeis *c. quia per ambitiones 6. diſt. 64. c. ſi Archiepiſcopus 7. de temp. ordin.* formâ quæ *in c. Epiſcopus 7. diſt. 23.* habetur, nim. ut duobus Epiſcopis Evangeliorum Codicem ſuper caput ejus tenentibus & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui qui adſunt manibus caput ejus tangant: Et tandem accedente ſacra unctione *in c. un. de ſac. unct.* deſcriptâ. Nos quid de illis ſtatuamus, non habemus niſi quod χειροτονία nec primitivæ Eccleſiæ incognita fuerit, *Act. 6, 5. 13, 3.* Et mos Reges atq; D

 Ponti-

Pontificcs inungendi in V.T. receptus, in Imperatorum Regumq; Christianorum inaugurationibus, etiamnum hodiè sine superstitione soleat observari *Obm. d.l. lit.E.* Episcoporum verò consecratio à Metropolitano cum suis suffraganeis, aut saltem à tribus ejusdem Provinciæ Episcopis, jussu Archiepiscopi *c. si Archiepiscopus 7. & seq. de temp. ordin. c.* 1. 2. 3. *dist.* 64. expedienda, alius loci est, & nostrum
E institutum transcendit. *e)* Hoc enim fabulæ pretium est, & offa cui inhiat perversus AMOR. Nim. absonus non est Pontifex, neq; frustra suas nugas ita seriò agit, sed ut ipsam Regum majestatem imitatus, quam Augusto nostro debebat sibi impendat autoritatem, uti *suprà lit.* C. sumus conquesti, investiturā sibi sumsit: Ut verò etiam loculis studeat, ingratam Pallii gratiam confinxit, quo Archiepiscopos atque nonnullos Episcopos Episcopalis dignitatis & nominis *c.3. de aut.& us.pal.* privilegiorumq; aliquorum *c.9.c.10.dist.*100 eminentia honoratos, in sanctitatem pastorum, sollicitudinis partem, & Pontificalis officii plenitudinem *c.3. 4. de aut.pall. d.c.10.dist.* 100. recipere fingit. Ex tripode enim est, quod ante trecentos annos circumferebatur, proverbium: *Curia Romana non pascit ovem sine lanâ. Cluver. in Ludov. Bav.* Nos ineptiarum pertæsi, plura iis non impendimus, nisi quod appellationē Pallii, & an non Paleum scribi debeat, *apud Alb. in rubr n.3. de aut.pall.* quæq; ejus à Baldachino *in lib.1. cerem. Ecclés. de consecr. Pontif.* differentia, *apud Limn. lib.3. c.4. n.45.* formá autem *apud Matth. Steph. de jurisd. lib.3. p* 1.*c.*12. texturam & conficiendi, consecrandiq; modum *apud Limn. de jure publ. d. l. n.* 48. mysticam verò interpretationem *apud Durand. de ritib. Ecclesiæ lib.2.c.9. Panorm. in c. antiqua de privil.* Et usum tandem *apud Limn. d.l. n.52. & in t.t. de usu pall. nec non d. st.100. ibiq;* CC. legere liceat. Hoc v. concoquere non possumus, de quo jamdum Majorum ætate inter ipsas Pontificatus tenebras Germani nostri in Beschwerden der Teutschen Nation/vnd deß H. Röm. Reichs/wider deß Pabsts zu Rom Geitzigkeit vnd Tyranney/an die Keys. May. *Maximilian. I. An.*1505. *apud Goldast.* in Reichss. *fol* 215 *& Sleid. lib.* 13. conquesti sunt. Sub ista religiositatis larva, versutissimum indignissimæ nundinationis modum irrepsisse, qui Rempubl. expilet, & suo nervo exuat, quo majestas Imperii vivere debebat. Namq; adeò care vendit Pontifex suum linum, *Sleid. d. l.*

Nob.

Nob. Præses de Vicar. concl. 4. ut *d. gravam. Nat. Germ. art.* 3. & 4. universæ Germaniæ testimonio, Bey Zeit eines Menschen Lebens auß dem einigen Ertzbistumb Meintz / für die Confirmation der Ertzbischoffe / siebenmahl 25000. fl. (totidem enim singulis vicibus exigit Nundinator Romanus, quia non solum Episcopi eô pallio ornati sepeliuntur, verum etiam, si quis redempto lino, forte permutatione vel alia ratione alterius Ecclesiæ Metropolitanus creatur, nova emtione opus est *Limn. d. l. n.* 48.) vnd also zusammen 175000. fl. nach Rom gelifert worden / dahero auch Jacobum Ertzbischoffen zu Meintz sein vorstehender Todt nicht so sehr geschmertzet / als daß seine arme Vnderthanen für das Pallium widerumb eine so grosse Schatzung geben musten. *in d. gravam. art.* 7. Contra omnem non dicam juris & rationis, verum etiam piorum Can. autoritatem, quæ ejusmodi nundinationem non tantum Simoniacam hæresin appellat, *c. in ea Synodo* (quæ eadem illa erat, de qua *in c.* 3. *eod.* agitur) 5. *dist.* 100. Sed etiam omninò suo Simoni remittit, & exterminat *in d. c. novit.* 3. districtè vetans tàm de Pallio, quàm de Ordinationibus aliquid accipere. Imò quia tota Pallii larva adeò superstitiosa est, & tot alias absurditates parit, nos eam ne quidé gratis experi amplius debere, putamus *cum Laur. Ohm. de jur. Episc. concl.* 14. *lit.* E. *f*) Verè enim illa noster scopus est, de Archiepiscopis non quat. Ecclesiastici, sed quà Principes, & sublimia Imperii Collegiiq; Septemviralis membra sunt, disserturis *arg. l.* 15. §. 1. *de adopt. item eorum quæ Eberh. habet in lo. o à tanquam* Dicimus autem Cæsaream investituram, qua Imperator Electos Archiprælules jure superioritatis, & regalibus cum ipsa Electorali eminentiâ per sceptra investit, & quę alia est, ab ea qua eosdem etiam de Prælaturis & dignitatibus Archiepiscopalibus per baculum & annulum investiebat, quamq; per allegata absurda concordata Majestatum invasor Rom. Præsul hodiè detinet, & remittere suo Domino jure debebat, per ea *quæ lit.* C. diximus. *g*) Ita enim nobis hactenus visum fuit, quia Electoralis dignitas & omnia, quæ ab ea dependent, Archiepiscopis nostris, non ut Ecclesiasticis, sed ut Principibus Imperii nostri, & Collegii Electoralis membris, competunt, *arg. c.* 1. *pr.* & § 2. 3. 5. *item c.* 2. *c.* 3. *c* 4 *pr. c.* 7. *pr. c.* 10. *in fin. A. B.* & verò illi hoc ipsum non nisi investituræ Imperatoriæ debent,

F

G

in proclivi esse solam investituram nobis Ecclesiasticos Electores constituere. *Nobil. Dn. Præses de Vicar. concl. 23. lit. C.* Cui rei tanto certius investigandæ præmittendum duximus, quod negari posse non videtur: Nempe Electionem nihil, nisi quod potest, id est, Archiepiscopum facere, Electorem verò constituere non posse. Non solum quia illud potentiam ejus & objectum Canonum transcendit, verum etiam quia Capitulares ad Episcopum se habent, in eodem genere Ecclesiasticæ qualitatis, ut membra ad caput spirituale, subalternum, in ordine ad supremum & universale illud, & in finem salutis Ecclesiæ; qui respectus à nostro, & ab ordine ad caput seculare summo Imperatori immediatè subordinatum in genere politiæ ad beatitudinem Monarchiæ nostræ alienissimus est. Alio itaq; fonte opus, alioq; principio, quod nobis Electorem constituat, quod ipsum sola Cæsarea investitura est, personam idoneam ad Archiepiscopum Moguntinensem, Coloniensem, vel Trevirensem legitimè electam Electorali dignitate exornans. Ubi facilioris cognitionis gratia, dignitatem Archiepiscopalem, per electionem capitularium suo modo collatam, potentiæ receptivæ, sive terminis habilibus comparamus, quibus Imperator etiam eminentiam Electoralem conferre teneatur. Nam quemadmodum secundum leges fundamentales Imperii nostri, Proximus defuncti Electoris agnatus jure feudi succedit, adeòq; si in Electoratus possessione cõstitutus est, Electorali dignitate investiri debet, *A.B. tit. 7. & 25.* Quo ipso tamen in casu jus aliquod fortius propter simultaneã investiturã, & providentiã majorum, atq; primi acquirentis, nec non usuum feudalium vocationes militat. Ita iisdem Imperii nostri legibus cautum est, eum, quem Capitulares dictorum Archiepiscopatuum, in Archipræsulem elegerint, insuper Electorali dignitate exornari debere: Ut ferè dicere possimus, collatæ ejusmodi Archiepiscopali dignitati sive potentiam receptivam, sive jus aliquod cohærere, ut etiam cum Electorali Eminentia & possit, & debeat combinari. Quod nobis commodè illustrare posse videmur, si fingamus cautũ esse, ut civitatis alicujus Imperialis Consul officio aliquo Imperii publico decoretur, quemadmodum Basilienses olim Imperii Piscatores fuisse, *infrà th. 23. lit. O.* allegabitur, sanè Cives Consulem eligendo

eligendo Piscatorem non eligent, quia ea Dignitas à sola Cæsarea investitura pendebit, & potentiam Electionis popularis transcendet; Nihilominus tamen quia dicta prærogativa Consuli ejusmodi regulariter debetur, videntur etiam eligentes receptivitatem ut ita loquar, impressisse suo Electo, & habilitatem, imò & jus, ut ab Imperatore de officio modò posito investiri tàm possit, quam debeat. Atque ex hoc notabili Principio, quod scil in Ecclesiasticis sola Cæsarea Investitura Principem Electorem constituat, Electio verò, præter habilitatẽ cum jure recipiendi dictam dignitatem, hic nihil tribuat, duæ illæ egregiæ conclusiones *sub lit. h) & i)* pace magnorum Dissentientium, seipsas expediunt. Namq; si sola & unica Cæsarea investitura Archicancellarium constituit, non potest non investitus Elector esse, & nondum investitus carere, quam nõdum accepit, dignitate: nisi contradictionem involvere, causaque sufficienti cum omnibus requisitis posita, effectum suspendere, aut hunc eâ negatâ, concipere, contra rationem & magnum ejusdem interpretem Aristotelem 1.*post tit.*11.*& 2.post tit.*12. velimus. Neq; huc quicquam confert, quocunque modo se res cum Pontificia cõsecratione, & confirmatione habeat, quia ea principia sunt alius generis, &ad alium ordinem tendunt. Præsertim autem si ad quæst. *lit. H.* affirmativam, præter ea quæ *thesi seq. lit.D.* dicentur, adjungas, quæ *Laur.Ohm.de jur.Episc.concl.*14.*lit.F.* pro ea disputat exemplis aliquot illustrium Catholicorum Episcoporum in Germaniâ, & *arg.c.* 44. *circà pr. & §. cæterum x. de elect.* ubi extra Italiam Electis administratio etiam ante confirmationem conceditur. Quibus adde quæ Nobiliss. Præses *de Vicar. conclus.* 22. *lit.* C. ad rem monuit. Verum planissimæ huic simplicitati non desunt gravissima sua dubia, quæ eam in se satis liquidam mirè involvunt. 1. Annon frustra simus, dum de investitura Archiepiscopi quærimus, qui nõdum consecratus sit, cum tamen ante consecrationem non detur Archiepiscopus *c.licet* 4.*x.de translat. Episc.* Imò 2. cum per suprà allegata cõcordata nulli Episcoporũ, antequam confirmatus sit, regalia ab Imperatore conferri queant. *Dn.Bertr. de Comit.concl.*35. 3. Sed expressi juris sit, ut Electus, omissa confirmatione sese administrationi ingerens, jure suo cadat, *c.*44.*circà pr. c.qualiter. x. de elect. c.avarit.cod.*

H I

rit.eod. in 6.c.licet.x.de translat. Episcop. 4. Ita suprà dictum est *lit.D.* Electorem Coloniensem à Coronatione excludi, si infulis pallioq; careat. 5. Nec videtur subsistere, quod nos Archiepiscopos in Septemviralium officiorũ materia, non nisi ut Principes, omni Ecclesiastici ordinis respectu semoto, considerari præsupposuimus. Cum tamen negari non queat, Coronationem Imperatoris, Missæ celebrationem, nec non ipsam, qua secularibus præcedunt, sessionis aliasq; prærogativas, iisdem non magis quà Electoribus quam quatenus Archiepiscopi sunt, competere. *Aur.B.tit.*3.21.23.28. 6. Nec satis cum nostra opinione coire videtur, quod *disp.6.th.3.lit.B.* habetur, Episcopos non quidem electionis, interim tamen nec investituræ Cæsareæ vi, sed primæ in matriculam receptionis, Status esse. 7. Ac eccur nos ipsi Electionem inter modos Electoratuum acquirendorum retulimus, si ea Electorem non facit, sed soli investituræ omnia debentur? 8. Sanè Ecclesiastici Electoratus mortuis suis Præsulibus apud Capitula reservãtur, unde Capitulares deß Stiffts Erbherrn nominantur, *Mind. d. Proceß c.* 19. *n.* 14. Eccur E. ab illis in Electos suos nequeant transferri? 9. Et qua ratione tantum investituræ tribuatur, ut Archicancellarium constituat, cum nil nisi quædã solennitas sit, quæ ne possessionem quidem transfert, *c.un.pr.2.F.2.* sed consequens potius est feudi debitè apprehensi *Brautl.Epit. Iur.ij. publ lib. 2.c.10.pr.* 10. Non minora dubia ebulliunt, si Capitulum respiciamus, quod eadem potest, quæ Episcopo tribuuntur *c. un. de maior. & obed. in 6.c.14.x. eod.* Unde vidémus illud mortuo suo Episcopo jurisdictionem, regalia, & omnia superioritatis jura exercere. Mirum autem est, illa Electo Episcopo denegari, quæ Capitulo citrà ullum dubium tributa sunt. 11. Præsertim si attendamus ipsa Capitula etiã ad Comitia vocata cõparuisse, *Limn.lib.9.c.1.n.10.* Ita n. *A.*1555. Dechand vnd Capitul zu Minden *A.*1576. Dechand vnd Capitul zu Halberstadt Comitiis interfuisse ex ipsorum subscriptionibus docemur, & dicetur pluribus *infrà disput.* 10. Quam enim rationem confingi posse putemus, qua minorem Episcopo, in quem sua jura Capitulum transtulit, potestatem concedamus? 12. Imò de secularibus infrà *th.* 20. *lit. H.* adseremus, eos ad jurium suorum exercitia etiam ante investituram admitti: Eccur itaq; diversum de

Eccle-

Ecclesiasticis credamus, quibus tantùm Electio, & prima in matriculam receptio tribuit, quantum illis successio, *Buxtorff. ad Aur. Bull. concl.* 18. & pacti providentia *Dn. Bertr. de Comit. concl.* 40. 13. An negabimus Bohemorum Regem casu electionis contingente, statim atq; Electus est, ad Imperatoris electionem admitti debere? Minus autem Capitularium electioni tribuere non possumus. 14. A. B. præter possessionem Electoralium terrarum nihil exigit, ut quis ad electionis Imperialis conclave possit admitti, Eam a. Electis Archiepiscopis denegare non audebimus. 15. Nec prætereundû videtur, q Besold. *de succ. reg. conc.* 9. monet, ex nostræ sententiæ casibus evenire, ut multis vigiliis excogitatus Electorum ordo suo fine careat, & facilè interturbetur, impediaturq; 16. Sed ut nihil dubii relinquatur, videtur observantia sententiam dixisse, qua receptum est, ut Archiepiscopi nostri etiam ante investituram ad Comitia comparere possint. Quemadmodum exemplis Jacobi ab Els Trevirensis *An.* 1567. & Danielis Moguntini *An.* 1555. demonstrat *Dn. Bertr. de Comit. concl.* 40. Imò quod omnium dignissimum notatu est, in terminis nostræ disputationis, cum sub tempore Comitiorum *An.* 1562. ad Maximil. II. in Regem Rom. eligendum, institutorum, Coloniensis fatis concessisset, tamdiu comperendinata fuit Electio, donec Fridericus à Capitulo Archiepiscopus proclamaretur: qui tantùm abest in Senatum Electorum ante investituram admissus non fuerit, ut etiam Imp. Ferdinandus I. Capitulo mandaverit Electionem, Electorum numero complendo maturare, veluti è *Bertr. d. l. allegat Limn. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 12. Qui nodi satis quidem intricati, non tamen Gordii, inexplicabiles, aut nos à nostra mente avellere, satis validi sunt, quemadmodum demonstrare possemus, nisi ea specie essent, ut sileri mallent, quam paucis expediri. Commodius itaq; ad Discursum ipsum provocamus, ubi eorum conciliationem, DEO annuente, tentabimus. Interea ad aliam quæstionem abibimus, quam Ecclesiastico ordini, ejusq; seculari respectui intenti, non vellemus præteritam. Nimirum an Ecclesiastici Imperii nostri Status Jure Cæsareo vel Pontificio in terris suis utantur? Pro Pontificio facere videntur, quæ *th.* 8. *lit.* C. de Papa loquebamur, cum Ecclesiasticorum Procerum caput esse, à quo habeant ut Archiepi-

scopi

ſcopi, eoq; Imperii loco ſint, quo conſpiciuntur. Illius enim auſpicio eliguntur, confirmantur, inveſtiuntur. Ita etiam terræ ipſorum terræ Eccleſiæ ſunt, *argumento eorum quæ pro bonorum Eccleſiaſticorum recuperatione Dilling. in Comp. Pacis, Sciopp. in Aſtro inextincto, multiq; alii & calamo & ferro urſerunt.* Terras autem Eccleſiæ Canones venerari, & jure Eccleſiæ cenſeri, non eſt qui ignoret. *Dd. communiter in c. Clerici. 8. x. de judic. & c. 1. x. de nov. oper. nunc. Mart. de juriſd. caſ. 25. n. 11. caſ. 156. n. 3.* ubi: ſervatur ſemper, ait, inter ſubjectos Pontificis, & in terris Eccleſiæ. Et apud noſtrates quoque in confeſſo eſt vulgata doctrina, quam tradit *Schneidvv. ad pr. I. de interd. n.* 21. Jus Canonicum in terris Eccleſiæ, vel Papæ, vel Epiſcoporum indiſtinctè ſervari: quam etiam inculcant *VVurmſer. in Exerc. Iur. publ. 7. concl. 9. pr. & Harpr. ad pr. I. de oblig. quæ ex delict. naſc. n.* 18. ubi in fortioribus terminis, Jus Canonicum etiam in foro Cæſareo, coram tamen Judice Eccleſiaſtico eſſe ſervandum, adſerit. Cui acccedit quod ipſa Præſulum juramenta, præter ſcripturam, traditiones, Patrum ac Eccleſiæ, Papæq; arbitria, etiam in Canonum decreta dirigi dicantur. Verum in contrarium militat, quod ſuprà *th. 5. lit. D.* evicimus, Pontifici in nullum Imperii civem ullum jus Politicum, aut Facultatem Nomotheticam competere, ex quo facilè conficitur, ejus canones quoq; extra territorium invalidos haberi *arg. l. fin. de juriſd.* Nec ſine Imperii noſtri ignominiâ, tot magnos ſtatus alienarum Legum, & poteſtatis neceſſitati ſubjici debere. Præterea jus Pontificium tot omnium ſeculorum querelis fatigatum, tot errorum convictum, tot illuſionibus traductum, vix juris nomen amplius meretur, nedum tantis Imperii Proceribus obtrudi, citra manifeſtam injuſtitiæ notam, valeat. Præter trecenta a. quibus in Dd. ſcholis malè audit, vel unius Mæſtertii Lugdunenſis JCti libellus, quē de juſtitia Legū Romanarum *An.* 1634. ſcripſit, illud de ponte dejicere poſſe videtur. Ita Jus civile à communis ſcholæ calumniis vindicavit, ita nihil reliquit, unde corpus alterum, quod Canonicum dici placuit, Juris nomen tueri poſſit, Ita evicit barbarum illum, nullius penè rei dignæ contextum, cauſam non habere aliam quam ſtoliditatem, detrectandiq; ſtudium, quemadmodum ipſe *in præfat. ad Holland. & VVeſtfriſ. Ordines* ſibi pollicetur. Et quidem, ne novitatem dedignemur,

jam-

jamdudum est quod ante illum Canonum errores prolixè annotati fuerunt. *Vid. Alb. Gentil. in disp. & censur. jur. Can. Iust. Meier. in quæstion. capit. de hæret. p. 340. Flac. Illyr. de dissens. Pontif. 71. D. Gerhard. de confess. Cathol. lib. 1. p. 2. c. 14.* Et *Ferrar. in pract.* eos tantùm ad placitum sine ratione factos pronunciat. Quod etiam toti orbi locutus est Megalander Lutherus, cum illam errorum colluviem inimitabili zelo flammis daret, ac *A. 1520. d. 10. Decembr.* publicè Wittebergæ ad Albin combureret. *Sleid. 2. comment. circà fin.* Indignum ratus, sentinam Pontificalium Blasphemiarum, eo loco videri, unde Evangelii renascentis jubar Deus exoriri voluerat. Idem omninò, ne testimonii hujus fidem religionis odium enervet, ipsorum Pontificiorum de Canonibus judicium est, quos flexiles, plumbeos, & cereos, non moribus regendis, sed ex usu Antistitum argentariæ factitandæ autoritatem accommodare grávissimè conqueritur Galliarum Cancell. *Budæus lib. 5. de asse,* quem *Lud. Vives Hispanus lib. 2. de caus. corrupt. art.* ab omni hæresi tàm abesse pronunciat, quàm dulce ab amaro. Eodem in illos Duarenus animo est, *de benef. Eccles. p. 1.* Ubi eos inconditam quandam decretorum farraginem appellat, à semidoctis Pontificibus ad quæstum editorum, cujus nec liberalis, nec necessaria cognitio videatur. Ita non incognitæ sunt Dyni querelæ, quibus Canonicos sibi jura voluntatis suæ ad commodum suum, propter ambitum secularis jurisdictionis usurpandæ, fecisse testatur *in l. quoties C. de judic.* Et verissimè *in l. si certis C. dè pact.* concludit, JCtos, qui Canonum suffragiis utuntur, habere manum extra Gazophylacium Justinianei thesauri, & vadere mendicatum apud mendicantes. Imò ne juris civilis interpretes, sui studii amore, Canonibus iniquiores fuisse arbitremur, ipsi etiam saniores Canonistæ cum illis sentiunt, præeunte gl. quæ non solùm admodum freqùentes sibi habet has correctionum formulas, *Illud non est verum, Malè dicit, Falsum est* &c. sed etiam *in c. Anthemium 2. q. 3.* notabilem Gratiani errorem leonino versu castigat: *Hic dico planè te mentitum Gratiane.* Eadem integritate est *Panorm. in c. non habet x. de eo qui duxit in matrim. quam per adult.* ubi de jure Canonico incidi pannos ante & retro, concedit. Et Albertus Pighius magnus Hierarchiæ Ecclesiasticæ Patronus *lib. 4. hier. Ecclesiast. c. 1. p. 137.* fatetur, Gratianum multa collegisse sine

 judico,

judicio, atque Canonistas crassiusculos, nec nimis emunctæ naris esse. Ita etiam de decretalium nævis dolet Contius *in præfat. ad edit. decretal. à se editorum.* Et Antonius Augustinus Tarraconensis Episcopus *lib. duob. & 40. Dialogis* quibus Gratiani emendationem parturit, non errores, sed solum errorum genera exponit, quibus misera machina scatet, allegante *Dn. Dorscheo in program. ad dissert. de Papatus fide septuagintiformi.* Et adhuc dubitari posse, & quæri, Num tanti nostri Imperii Proceres tot erroribus absolvendi & expediendi videantur? Quicquid sit, infitiari tamen non possumus, multas Patrum sententias, multaq; Conciliorum decreta, in decreto Gratianico vitium non pati, veluti Laur. Ohm. *de jure Episc. concl. 11. lit. A.* cognoscendum esse ait, *è libello Germanico An. 1530. edito*, Kurtzer Außzug auß dem Päpstischen Rechten / der Decret vnd Decretalen / die Gottes Wort vnd dem Evangelio gemeß seyn / oder zum wenigsten nicht widerstreben. Quod nec ipse Lutherus diffiteri potuit, cum dicto libello præfationem præmisit, quæ habetur *in tom. 5. Ienens. German. fol. 258.* allegante *Laur. Ohm. d. l.* qua zelum limitavit & tanquam publico aliquo facto declaravit, quo usq; Pontificia jura reprobata & combusta voluerit. Imò publicè extat Palinodica dissertatio, de Confessionis Orthodoxæ Evangelico-Lutheranæ, sub Jure Can. latitantib. documentis, qua Argentorati *An.* 1634. post transitum suum ad nostram Ecclesiam, sub Collegii Theologici ibidem directorio probavit *Val. Petr. Saccius* Veram Catholicam Apostolicam fidem, quam nostræ Ecclesiæ profiteantur, plurimis, maximisque in articulis è jure Can. posse confirmari, & præsidium habere. Qua ratione itaq; pretiosum cum vili, & cum scoriis suis ipsum argentum abjiciamus? Aliter moribus orthodoxarum Ecclesiarum obtinuit, quibus hactenus improbatum non fuit, quod non tantum in scholis etiam hujus juris Doctores publicè renunciantur: verum etiam in ipsis Curiis causæ gravissimi momenti, quas certis conclusionibus notavit *Reink. de regim. sec. lib. 2. cl. 2. c. 7.* exinde decidantur. *Gail. 2. obs. 21. n. 15. H. Pist. p. 4. q. 24. n. 6. Hunn. de auth. jur. cap. 9. Dn. Carpz. ad Constit. Sax. 21. P. 1. def. 2. n. 4. & Constit. 20. n. 5. P. 4.* Non quidem propter Pontificis autoritatē, sed ut jus quoddam consuetudinariū, aut spontaneo Procerū consensu receptū est *Gædd. de contrah.*

stipul.

stipul.c.6.concl.7.n.109. Reink. d.l. Nec ulterius quam justitia ac æquitate nititur, *secundū August.in c.fin.in fin.dist.9.Obm.d.l.* Atq; tandem nisi religiosæ Pacificationi, & Aug. Conf. puritati contrarietur, quo casu nec ipsa civila jura nobis officere posse *præter* R.A. zu Speyer *de An* 1544.§. So sollen auch der rc. *ibi:* die gemeine beschriebene Rechte gegen den Ständen/der Augsp. Confession/ so viel die Religion/vnd dieser Friedstand belanget/suspendiret sein vnd bleiben. *Etiam in Capitul. Ferd.II.art. 2. Ferd. III. art. 2. cautum est, ibi:* vnd die andere deß H. Reichs Ordnungen vñ Gesetze/so viel die dem obgemelten angenom̃enen Reichsabschied im 55. Jahr zu Augsp. auffgericht / nicht zu wider rc. Ita ergo dicimus: Archiepiscopos nostros, reliquosq; Ecclesiastici ordinis status, quia Cives & Principes Imperii sunt, eodemq; jure, quo cæteri merè-Principes tenentur, per ea quæ *h. lit.* deducta sunt, & *è Geil.1 obs.30 pr.& 1.de P.P.c.* 8. notavit Disputatio præced. *th.11.lit.* F. non posse non etiam Cæsareis legibus obligari. Quâ ratione enim immediatè Imperio subjectus, legibus Imperii, citrà speciale privilegium, non teneatur? veluti de Megapolitanis Ducibus concludit Cothm. *consil.* 27. *apud Coler.de jure Imp. Germ. sect.* 64. Legum sanè effectus est, ut obligent quoscunq; qui subjectionis nexu Legislatori devinciuntur, definiente Dn. Reink. *de regim. secul.lib.2. cl. 2.c.5. n.*50. & 51. Atque hoc minus dubii habet, si attendamus, quod Imperatoria Majestas *in alleg.2.art. Capitulat.* ad Legum Imperii confirmationem & defensionem, totius Imperii nomine, sine exceptione remissa, non possit non earum autoritatem, etiam indistinctè, ubivis locorum urgere. Nec aliunde fuit, quod ipsa Cameræ Ordinatio *tit.*75 *P.*2. communi statuum consensu promulgata, sese ad jura Imperii communia, citrà ullam Statuum distinctionem retulit. Ut taceam quod Criminalis Carolina, multaque aliæ multorum Recessuum Constitutiones, communi omnium, etiam Ecclesiasticorum Statuum suffragio sive latæ sive receptæ, Jura Cæsarea communia, quorum ipsæ interpretationes, additiones, partes & perfectiones sunt, præsupponant, adeòq; non magis ad suarum definitionum, quam ad illius observationem, omnes indifferenter obligent. Quod Nobil. Dn. Præses *Exerc.Iur.Disput.8.th.6. cum Dan.Moller.è Semestr.lib.3.c.14.* in eleganti quæstione, *An c. cum esses*

 x.de

x. de testam. de duobus testib. cum presbytero, in terris Ordinum Ecclesiasticorum locum habeat, pro septenario juris civilis numero, è Recessu Coloniensi *An.* 1512. omnium, etiam Ecclesiasticorum consensu promulgato urget. Atq; ad hanc sententiam etiam in dubitabilioribus terminis responderunt tres Juris Doctores, Pontificiæ Religioni addicti, & Moguntinensis sedis Advocati, *in consilio, quod inter consil. Gæd. trigesimum est*, quando *circa fin.* concludunt, Civitatem Episcopi alicujus, in iis Imperii locis, ubi Jura Saxonica in usu sunt, sitam, etiam Saxonico jure censeri debere. Subjuncta aureâ & cordatâ doctrina, quæ nobis ad genuinum vulgatæ, supràq; allegatæ theoricæ intellectum, *Ius Canonicum in terris Ecclesiæ observandum esse*, doctè conducit. Nempe multum ridiculosam esse rationem, quod non teneantur Civitates Episcoporum communia jura recipere, quia in terris Ecclesiæ sitæ sint, cum palam & manifestum sit, eas non esse sitas in terris Ecclesiæ, sed in terris Rom. Imperii; Habereq; earum dominos, tanquam Principes Imperii regalia, neq; dici posse, quod suas urbes à Pontifice habeant Episcopi. Nam omninò tenendum est, cum etiam Nostrates docent, *Canonum autoritatem in terris Ecclesiæ primam esse*, Illud de iis Provinciis debere accipi, quæ Pontificis dominio cesserunt, ejusdemq; tanquã secularis Principis seculari imperio subjectæ sunt, quod de nostratium Episcoporum terris, quas Imperii, & seculares esse, *d. consil. d. th. 6. exerc. jur. nec non disput. praeced. hujus volum. th.* 11. *lit. F. & tota h. lit.* ostensum fuit, nemo sanus adsereret. Interim tamen nõ negamus, quia Imperatoriæ leges sacros Canones non omninò dedignantur, *Nov.* 83. *c. 1. & c. 1. x. de oper. nov. nunt.* sed eos in quibusdam materiis nõ minus quam leges valere volunt, *l. 45. C. de Episc. & Cler.* Quemadmodum suprà etiam de Evangelicorũ terris memoravimus: Ita quoque Ecclesiastici ordinis statibus liberum esse, in casibus jure civili non expressis, Canonico verò decisis, nec non in causis, quas ex illo observantia Curiarum componit, Pontificialibus decretis uti.

8. In Ecclesiasticis Dignitatibus, quandoq; Episcopo Coadjutor, *a)* quandoq; etiam Electioni postulatio *b)* subsidio venit. An autem etiam in Archiepiscopatibus

nostris

nostris Electoralibus locum habeant? c) Et num Augustanæ Confessioni addicti in Episcopos, Archiepiscopos, & præsertim in illos Imperii Archicancellarios eligi possint d); non ineleganter disseritur.

a) Nempe ob gravissimas causas, senectutem, morbum, & sim. tàm in cathedralibus quam aliis Ecclesiis, Coadjutor vivo Episcopo adjungi solet *c. grandi 2. de suppl. negl. prælat. in 6.* Ut eidem cooperetur in omnibus quæ ad salutem pertinent animarum *c. inter cætera 15. x. de off. jud. ordin.* Ita inter Nostrates *An.* 1625. illustrissimum Saxoniæ Ducem Augustum, in Coadjutorem Archiepiscopatus Magdeburgensis cum promissione de succedendo, postulatum meminimus. *b)* quæ est ejus, qui eligi non potuit, apud superiorem concors Capituli petitio, *uti cum Lancell. 1. Inst. can. 8. eam definit Joach. Steph. 1. Inst. 4.* Nam, quia multa concurrere oportet in Episcopo, de quibus supra *th. 6. lit. B. C. F. & per tot.* factū est, ut persona, quæ ob defectum Canonicū, v. g. ætatis, natalium & sim. *1. Inst. 8.* vel quia jamdum infula claret *c. ult. de post. prælat.* eligi non potuisset, ob graves caussas, postulationis subsidio juvaretur, *Brautl. in Epit. lib. 2. n. 12. c. 2.* & à superiori postulare liceret Capitularibus, quem eligere prohiberentur *c. ult. x. de postul. prælat. 1. Inst. 8. c. cum in 7. x. de elect.* In quo solo potissimùm ab Electione Postulatio differt, *Brautl. d. l.* observato tamen etiam eo, ut, si postulatio cum Electione concurrat, requiratur numerus postulantium duplo major eo, qui elegerunt, quia alias præfertur, licet paucioribus suffragiis nixa, Electio *c. 4. x. de elect. Canonist. ad c. bona de postul. prælat.* quâ doctrina malè deceptus Asterius *in Exam. Comit. Ratisbon. p. 17.* idem in Regis Rom. Electione fieri, atq; ibi etiam unanimem omnium consensum intervenire debere, sine fundamento credidit. *c)* Nobis sanè de Exceptione nihil constat, sed exempla potius sunt Adolphi, Comitis Schauenburgici, qui Hermanno Coloniensi Coadjutor lectus, eidem Electoratu cedenti succedebat, *apud Sleid. lib. 18.* Ac, *quod subscriptio Recessus Ratisbonensis de An. 1603. suppeditat,* Ferdinandi, Coadjutorn deß Ertzstiffts Cöln/ Pfaltzgrafen bey Rhein. *d)* Pontificii illud nunquam largientur, propter vexatissimū §. vnd nach dem bey Vergleichung *Pacificationis* A B C D

*d. An.*1555. quem Reservatum Ecclesiasticum appellant, ubi tantum abest nostræ Confessionis Status ad hasce dignitates aspirare possint, ut etiam illis excidere dicantur, si ad nos transeant. Cui Imperatoria Majestas Ferd. II. non tantùm verbis *in Edicto restitutorio d. An.*1629. §. Nicht weniger ist nunmehro. & §. Bey dem ander Articul: Verum etiam ipso facto accedebat, cum *An.*1628. Reverendissimi Primatis Augusti, Saxoniæ Ducis, in Archiepiscopum Magdeburgensem capitulariter factam postulationem ratam habere recusaret, Weil der Capitularen motiven mehr auff politische / als Canonische legalische respecte fundiret, Als konte auch Ihre Mayt. dieser Postulation nicht statt geben / *Vid.* Kays. Mayt Resolution auff der Magdeburgischen Capitularen ansuchen *in Theat.Europ.P.1.p.*1235 *Et iterum* Anderwertige Keys. *Resolut.* auff die Erläuterung vorigen Begehrens *d l.p.*1234. konten Ihre Mayt. zu keinem anderen Schluß bewogen werden / müsten bey dem Religionfrieden verbleiben / vnd versehen sich vielmehr / das Capitul werde dem Stiffte ein solch Haupt vorstellen / welchem man es conferiren könte. Et militant etiam ipsa Germaniæ Concordata in hoc campo, quorum tenore Cæsar, *sine* præcedente Confirmatione Pontificia, Postulationem ejusmodi, ne quidem si velit, probare posse videtur. Adeò ut *An.* 1583. Rudolphus II. ex illorum autoritate sententiam Pontificis, qua Gebhardum Truchsesium Archiepiscopali Dignitate spoliaverat, sustinuerit, & Principibus excusarit *apud Thuan.lib.*78.*hist.* Quod ipsum, uti etiam Hermanni, Coloniensis Archicancellarii exemplum *apud Sleid. lib.* 7. valde illustre est, & ostendit, Pontificiorum negativam etiam usu obtinere, nec de nihilo esse, quod Ferd. II. *in d. Resol. d.l.* ad illum remisit, denen Capitularen wohl bewust / daß Ihre Mayt. vnd dero Vorfahren dergleichen Postulation nie probiret. Alterâ ex parte Protestantes sæpissimè contestati & confessi sunt, daß sie solche Meinung nie gewilliget / auch noch mahlen ihrer Gewissen halber nicht willigen könten oder möchten In der Protestation zu Regenspurg *An.* 1556. den 22. *Decemb.* übergeben / *apud Burchard. in Auton. P.*1. *c.*4 *fol.*29. Weil es ihrer Religion ein mercklicher schimpff / spott / vnd verkleinerung / der H. Schrifft / vnd daraus dem Gewissen zu wider / deßgleichen causæ principalis præjudicium, *Cran.de Pac.relig.probl.* 10. *p.*104.

p. 164. vnd Sie der Ehre Gottes nichts entziehen noch in ihren Gewissen einen Stachel lassen könten / Als hetten sie durch jhre Bewilligung einigen Menschen den Weg zu der wahren Erkäntnuß Christi verschlossen / *in prim. suppl. August. A. 1555. d. 20. Sept. apud Burchard. d. l. fol.* 23 oder den Sohn Gottes zu hören verhindert *f.* 28. vnd tacitè concediret, Daß die Augspurgische Confession einer verdampten Secten Lehre wehre / *fol.* 18. Sed urgent potius, quod hæc opinio ipsi pacificationi religiosæ, finiq; ejus saluberrimo, ac tot vigiliis intento, denen Ständen gemeine Ruhe vnd Sicherheit zuerlangen vnd beyderseits Religions Verwandte im beständigen Friede / gegen / mit / vnd bey einander zu lassen R. A. *de An.* 1555. è diametro contrarietur, dann hierdurch nicht sonderlich Vrsach zum guten Vertrawen gegeben werde / uti monent Protestantium Legati *in Replic. d.* 7. *Februar. An.* 1557. verum per indignas hujusmodi Repudiationes Nostratium Religioni, Honori, conscientiis labes contraheretur, & tantopere quæsita æqualitas tàm notabili diversitate, & amplissima litium materia, everteretur. His addunt, nihil esse quod inhabiles Nostrates reddere possit, & indignos tantis Dignitatibus, quam nescio quos Canonicos respectus: Quia autem totius Romanæ Ecclesiæ censura in nos suspensa R. A. *de An* 1555. §. vnd damit auch obberührte / *ibi*: ruhen / eingestellt / vnd suspendiret, similiter ipsa Canonica Jura, & quicquid A. Confessioni quocunq; modo queat contraire, viribus exutum sit, R. A. zu Speyer *An.* 1544. §. So soll auch der Augsp. Adversarios hactenus de nobis ne quidem judicare posse, nedum iis in propria causa indultum sit, in nos sententiam dicere, & sub Pontificiarum inhabilitatum prætextu tantos Principes à Majorum suorum fundationibus, & Verbi Divini veritate pro arbitrio excludere. Et tandem satis permissum putant, quod nullibi prohibitum legatur, Nostræq; Confessioni addictos eodem per omnia jure censeri, quo Pontificia pars beata est, nisi diversitas è sanctionibus Imperii doceatur. Ac verò pro exclusione Augustinorum ne jota potuisse allegari: Sed Ecclesiasticum Reservatum, quod in hac palæstra suas partes satis acriter obit, præterquam quod unilaterum, & cum expressa Protestantium contradictione promulgatum sit, posito etiam, illud non planè nullarum virium esse, tamen de separato & diversis-

versissimo contrariantium Capitularium casu conceptum, nihil obtinere, sed potius fortissimo contrarii sensus argumento affirmativam eleganter juvare. *Vid. Cran. de Pac. rel. P.1. probl.*10. *&* 11. *p.*101. 111. *Dn. Bertr. de Comit. concl.*36. *Syring. de Pac. relig. concl.*37. Nos, quia totius rei momentum in dicti Reservati validitate, cum cujus fato stat & cadit negativa, potissimum consistit: Et verò illud sibi peculiarem & accuratiorem contemplationem *in vol.* 2. postulat, ubi de religiosæ Pacif. materia sermo erit, hic eam satis expedire posse nobis non videmur.

9. Alterum acquirendæ Electoralis Dignitatis modum successionem diximus, quæ in secularibus Electoratibus *a*) obtinet, estq; vel ex lège vel ex pactis. *b*)

A *a*) *A. Bull. tit.*7. von Succession der Churf. vnd dero Nachkommen. Unde Electorum & Principum Legati in der Relation, über etliche Puncten der Keys. Proposition, sub dato Regensp. den 15. *Febr. An.* 1623. Dieweil Sie als die weltliche Churf. derer Dignitet *jure hæreditario ad Posteros transferiret*, am meisten *interessiret, apud Lundorp. tom.*1 *act. publ. lib.*6. *c.*154. *p.*1077.
B *b*) Duplex jure civili successio, testamentaria & legitima, nota est, §. *fin. I. per quas pers. cuiq.* Verum de jure feudali *c. un. de success. feud.* 1. F. 8. regula habetur, quod nulla ordinatio defuncti in feudo valere debeat. *Dn. Vult.* 1. *F.* 9. *n.* 25. *Disp.*6. *th.*26. *lit* F. Adeò ut ne Pater quidem uni filio plus, quam alteri prælegare possit, *c. un.* §. *& quia, ibi: æqualiter, qui feud. dar. poss* 1. *F.* 1. *Vult. d. l. n.* 79. Quia feudum non ex beneficio defuncti, sed primi Acquirentis obvenit, *Vult. d. l.* ubi limitationes habet, ut etiam *n.* 8. *& seq.* Et verò testari non licet nisi de illis, quæ ex testatoris beneficio emanant *l.* 22. *de adopt.* Quod tantò strictius in feudis regalibus præsertim verò potentissimis Electoratibus obtinet, *Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 17. *n.* 39. quanto certius est, ea non ex persona Parentum, sed jure sanguinis, lege gentilitatis, atq; ex pacto & transmissione Majorum, nec non ex dispositione legis, jure primæ & simultaneæ investituræ venire *gl. in c.* 1. §. *cum verò in verbo: Frater.* 1. *F.* 1. *Bl. ad rubr. de success. feud.* Alldar die Agnati nicht nur jure Agnationis, inhalts der gemeinen Keys. Lehnrechte/sondern simultaneæ investituræ, welche propter facto mit

cto mit Leistung deß Eydes vnd angreiffung deß Schwerds acquiriret, vnd empfangen wird/succediren, Chur S. votum zu Regensp. *An. 1623. d. 8. Febr.* Itaq; legitima saltem successio obtinet, *Disp. 6 d. th. lit. F. G.* Nisi quod consuetudo & Eminentia Nostrorum Principum introduxerit, ut quædam illustres familiæ jure militari publico, consensu Imperatoris de ditionibus suis & bonis, stirpe altera extincta ad alteram devolvendis, convenerint. De quo *disp. præced. th. 29* Quē ipsum succedendi modum, nos hîc etiam intelligimus, & infrà pro Electoratuum nostrorum instituto attingemus.

Quantum a. ad successionē ordinariam, tria vocationū genera *a)* distinguemus. 1. Descendentium liberorū, der wesentlichen Churf. Söhne/ 2. Fratrum der wesentlichen Churfürsten Brüder/ 3. Agnatorum, derer von Churfürstl. Stamm/vnd ersten Acquirenten herrührenden Verwandten vnd Agnaten. De primo ordine cavet Imperialis autoritas; *b)* Ut Electoratus post mortem Electoris, cum omnibus Septemviralibus juribus, jure Primogenituræ *c)* ad primogenitum ejus filium *d)* liberè devolvatur. 10.

a) Ita si rem accuratius intueamur, ipsa *Aur. Bull. tit. 7.* & ex eâ Dd. distinguunt, *Cubach. de Iurispr. Rom. publ. c. ult. th. 4. Dn. Engelbr. de success. in Electorat. concl.* 118. b) *In tit. 7. Aur. Bull.* Auß Keyserl. Macht/ durch das gegenwertige Gesetze ewiglich zu halten. *c)* Quod hâc lege fundamentali *d. tit.* 7. stabilitum est, cum etiam antea, quanquam variis turbis & motibus exercitum, obtinuisset. *Dn. Engelbr. d. l. th. 3. & 79.* Non obstantibus quæ Autor der Gründlichen Ableinung deß vermeinten Manifests Pfaltzgraff Carl Ludwigs *p. 9. ex Aur. Bull. tit. 7. §. damit vnter: ibi:* zu künfftigen Zeiten/Et künfftiger Gefahr/urget, quasi Carolina Sanctio die Primogenitur erst auff das künfftige eingeführt / vnd verordnet / vnd daher hoc ipso bezeuget / daß es damit zurück hinein nicht also herkommen / vnd gehalten worden. Junctis Ottonis & Waldemari Marchionum Brandenburgensium, Ludovici Severi & Heinrici Bavariæ Ducum, exemplis, qui conjunctim Electoralia jura exercuisse legantur. Hoc enim est quod indigitavimus

vimus, ut sunt res mortalium, ita armatorum seculorum genium juri satis certo non satis acquievisse, quod etiam in ipsa Imperatoris
D electione contigisse, facilè observant, qui historias consulunt. *d*) *d.tit.7.* Auff dessen Erstgebornen. Quia nim. si ullibi, certè in summis hisce, post Imperatorem dignitatib. obtinere debuerunt, quæ pro Primogenitura allegantur gravissimę rationes apud *Tiraq. in præfat. de jure primog. Nobil. Dn. Præs. de Vicar. concl. 25.* Ne, quod exteri *apud Barcl. in Icon. c. 5.* rident, de tantis dignitatibus diceretur, divisas inter agnatos opes ingentium titulorum magnitudinem non æquare. An autem etiam primogenitus est, qui ante adeptam à Patre dignitatem natus? & anne secundo, sed post acquisitum Electoratum nato, præferendus? Plus satis multis in regnis disputata fuit hæc quæstio, diversas decisiones, sive pro temporum sorte, sive pro armato argumentorum ferreorum robore nacta. Adeò ut in solâ Persarum Monarchiâ pro utraque opinione exempla visa fuerint, Xerxis junioris, majori natu fratri Artibazani, ipso Darii Hisdaspidæ judicio, antepositi, *Herod. lib. 7.* & Artaxerxis Mnemonis præ minore, post adeptum regnum nato, Cyro ad sceptra, Darii Nothi arbitrio vocati. *Xenoph. de exped. Cyr. lib. 1. Pluta. in Artax.* Quo non nemo commotus fuit, ut distinguendum putaverit, an major natu ex patre in spem regni susceptus, licet antequam actu regnaret, quo casu omninò ad successionem admitti debeat: saltem ut ei avi dignitas potius prosit, quam obsit casus patris, veluti loquitur JCtus *in l. 7. in fin de senat.* vel an ex patre privato prognatus sit, cui postmodo ex causa adventitia regia dignitas accesserit, sicuti Dario Hisdaspis, cujus ideò æquissimum judicium fuerit. Verum etiam hoc casu, & ita indistinctè pro primogenito pronuntiandum putat *Tr. vol. 1. disp. 19. th. 16. lit. A. ibiq; Bachov.* Tum quod statim Patre Rege creato, etiam filius iste inceperit regis filius esse, procul dubio regnaturus, si nulli liberi postea suscepti essent, quo jure eum, propter natum postea fratrem, sine absurditate privare non possumus *l. 7. de bon. libert.* Tum quod jus regnandi, si rem dicamus, quæratur non tam ex successione, quàm tacita quadam electione populi, *Vid. quæ disp. 3. th. 6. lit. C. & th 5. ead. lit. disputata fuerunt*, in successionem liberorum eò consentientis, quod illos paternarum virtutum hæredes præsumit. Quem

 in jam

in jam natos Electi Regis filios tantò certius consensisse, dubitari non potest. Cui adde quæ Nobil. Dn. Præses *de Vicar. concl. 27.* disputat, quia post mortem ejus, cui succeditur, successio considerari debet, & illud respicitur, non quod prius fuit, sed quod tùm est, *l. 16. de add. adict.* Et verò primogenitus noster proximus esse negari non potest §. *6. de leg. agn. tut.* Quid eum excludere aliud esset quàm jura invertere? Cæterùm Doctores huic negotio accommodant *l. 5. de senat. l. 9. §. 14. de pœn. l. 2. §. 2. de decur.* quibus affirmativa nostra satis clarè stabiliri videtur. Verum quia certissimum est *quod Bach. d. l. habet*, Leges civiles in decidenda hac quæstione satis momenti non habere, illasq;, quas allegare consueverunt, potius ad privilegia quædam specialiter dignitatibus tributa, & vivo etiam patre cum liberis communicanda, atq; ideò vix commodè ad successionem applicata pertinere: nos eas, quemadmodum quoq; *l. 11. C. de dignit. l. fin. C. de decur.* quæ pro negativa à dissentientibus objiciuntur, missas facimus, & ad speciem nostrorum Electoratuum divertimus: Ubi affirmativa ex jure nostro publico satis facilis est expeditu. Quia n. nostri Electores non nisi jure primæ & simultaneæ investituræ veniunt, *per ea quæ th. praeced. lit. B. notavimus.* Ea sanè sola & unica nostræ quæstionis regula erit, *c. un. § fin. sub fin. ibi; Nisi hoc fuerit expressum, de feud. succes. 1. F. 8. Vult. 2. F. 3. n. 16.* Ita ut nec post adeptum Electoratum nati admitti possint, si investitura repugnet, *c. un. §. 3. sub fin. ibi: Nisi specialiter dictum fuerit, de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. un. § fin. quæ fit invest. 2. F. 2. Gail. 2. observ. 5. n. 15. de P. P. lib. 2. c. 13. n. 4.* Imò nec ipsa A. B. nos destituit, quæ hæc primogenituræ jura *tit. 7.* explicans non tantùm nullas temporum distinctiones exprimit, ut temeritatis foret eas sine juris autoritate adserere *c. is qui in 18. de sentent. excom. in 6:* verum etiam Primogeniti præmortui filium ad avi sui successioné vocando, manifestè sententiam pro affirmativa fert: Quo motu enim eum excluderet, qui, antequam pater gubernaculis adhiberetur, natus est, cum ne illum quidem abesse jubeat, sed ad avi successionem vocet, cujus Pater nunquam actu regnavit, ast ante expiravit, quam Electoratus pateret? Cui A. B. satis luculentæ dispositioni nescio annon tutius in nostra nostrorum Electoratuum specie inhærere valeamus, quam vulgatæ ex antiquata Julia & Papia

lege de matrimonio Senatorũ cum libertis depromtæ *leg. 5. de senat. & sim.* Præsertim cum etiam usus pro ea faciat, quo præter alia exempla ex Judæa, Italia, Ungaria, Romanoq; Imperio *ab Hapr. ad pr. I. de hered. qua ab intest. n. 150. relata*, Modernus Sax. Elector Johan. Georgius Patre Christiano I. jamdum Electore natus, non nisi mortuo Fratre Seniore Christiano II. qui patre nondum ad Electoralem dignitatem evecto prognatus fuerat, ad Electoratum admittebatur. *Coler. de jure Imper. Germ. sect. 52. VVurmſ. Exerc. 2. concl. 14. cum plurimis ibi allegatis.* Hoc ipsum autem Primogenituræ jus lege publica datum ita firmum est, ut ne Pater illud invito filio majori auferre possit, quia lucrum ex lege datum auferri nequit *Nov. 22. c. 35. l. 22. §. 1. de adopt. l. 11. de R. I. Nob. Dn. Præses de Vicar. concl. 27.* præsertim si publici juris est, q nullam privati dispositionẽ admittit *l. 38. de pact.* Nam quod tanti Principes etiam publicam personam sustinere dicuntur *Dn. Reink. lib. 1. cl. 4. c. 17. n. 44.* aliunde verum est, nempe ratione subditorum: Imperatoris enim & Imperii respectu tamen pro privatis habendi sunt, *arg. l. 16. in fin. de V. S. Dn. Reink. d. l.* Nec obstare potest favor ultimi styli, & non redituri arbitrii *l. 1. C. de sacros. Eccles.* quia ille intrà limites legum cohibendus est, *l. nemo 55. de leg. 1.* Jacobææ autem primogenituræ exemplum, quod objici nonnunquam solet, nostrorum temporum secta non admittit *Dn. Præses d. l. Rumelin. ad Aur. Bull. P. 1. diss. 6. th. 6. Tiraq. de jure primog. q. 21.* De ipso primogenito, an & quomodo ille hanc prærogativam sive venditione sive renunciatione transferre queat, *th. 15.* dicetur. Hoc hujus loci adhuc est, quisnam succedere debeat, si ignoretur, uter ex duobus gemellis primogenitus sit? Quanquam natura non ferat uno impetu simul duos infantes nasci, *l. Arescusa 15 de stat. hom.* Tamen quia casus dari possent, quibus vel utriq; excidantur, vel saltem ignoretur quem natura priorem miserit in has auras, non extra oleas exercitii nostri est, quid juris sit, indagare? Sunt *Dd.* qui alternis vicib. utrumq; statuunt præficiendũ *arg. l. 7. §. 10. com. divid. l. 16. §. 2. fam. ercis. clem. 2. v. & ut facti de jure patron.* Alii æquo rigidiores utrumq; excludunt *arg. l. 10. pr. de reb. dub. l. 31. de manum. test. l. 30. de test. tut. l. 43. de hered. instit.* Alii benigniores rem Magnatum, alii Domini, alii patris judicio remittunt, ut videre est apud Rumelin. *d. l. th. 8.* Alii sorti negotium commit-

committendum putant *arg. l. 14. de jud. l. 5. fam. ercisc. l. ult. pr. C. com. leg.* Quod ipsum non nemo eatenus admittit, si gemelli consentirent: verum quia hoc casu omnes superiores sententiæ procederent, nihilq; dubii subesset, quid de recusantibus definiamus? Sanè invitus ad hanc viam cogi non poterit, *Rumel. d. l.* Quidni ergò benigniora præferantur *l. 46. de R. I.* Et uterq; admittatur ad fastigium, in quod natus est? quemadmodum Rumelin. *d. l. arg. l. 34. pr. de vulg. & pupil. subst. l. 9. pr. de reb. dub. l. 16. §. 1. de test. tut.* definit.

At an ab hâc A. B. dispositione & Electorali successione, Bohemiæ regnum excipiemus? *a)* II.

a) Ad mentem A. B. vix audebimus, quæ planissima esse videtur, & absq; omni difficultate *Nobil. Dn. Præses concl. 24. de Vicar.* Namq; *in tit. 7.* von succession vnd nachkommen der Churfürst. ex quo nigrum intelligendum est *gl. in l. 11. de præscr. verbis.* primò expressam Regis Bohemiæ mentionem facit die Durchleuchtige der König in Böhmen / Pfaltzgraffe bey Rhein / Hertzog zu Sachsen / vnd Marggraffe zu Brandeburg; Et deinde nominatis ita secularibus Septemviris, disertè pergit: damit dann vnter jhren / der weltlichen Churfürsten Söhnen / Et iterum: Daß wann dieselben weltlichen Churfürsten / oder deren einer nicht mehr seyn wird / alßdann das Recht auff dessen erstgebornen ehelichen Sohn fallen soll. Ex quo liquidissimè apparet Imperatoris & Imperii Procerum sententiam non esse, ut diversum aliquid in Bohemiæ regno statuatur, quemadmodum in simili loquitur JCtus *in l. de pretio 8. de publ. in rem act.* Quamvis autem non defuerint, qui exceptionem tentarint, & eò allegarint *d. tit. 7. A. B. circà fin.* Ubi restrictio, ac Electio Regis Bohemiæ satis expressa sit, doch vnseren Königreich zu Böhmen auff den Fall da solches ledig wird / seine Privilegia vnd Recht / wegen der Wahle eines Königes durch die Jnwohner / jederzeit vorbehalten. Tamen ipsa contextus structura, ad civilitatem *l. 24. de legib.* accuratius inspecta, longè clarior est, quàm ut hoc evincere possit. Loquitur enim de longè diverso omnimodæ vacationis casu, ut verba: da aber derselben Fürstenthumb eines im Reich ledig würde / soll ein Keyser damit verordnen / als einem dinge / so Jhme vnd dem Reiche heimgefallen / non obscurè arguunt. Nam ab hac posteriori dispositione Bohemiæ Re- A

gnum, *in verb.* doch vnseren Königreich Böhmen/exceptū est. Nempe ut in casu deficientis regiæ stirpis, non secundum reliquorū Electoratuum indolem, ad Provisionem Imperatoris trahatur, sed ad regnicolas redeat, illisq; sibi novum Regem eligere integrum sit, *Limn. de jure publ. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 31. Neq; satis juvat, si secundo loco contra nostrum textum excipiatur, nominari quidem Bohemię Regem, verum non eò, ut simpliciter eodem cum reliquis Electoribus jure censeatur, & sub generalitate omnium subsequentiū dispositionū
31 cōtineri debeat, cum alias præter multa singularia, quæ ipsi singularibus privilegiis data sunt, sequeretur, illum etiam in eo, sub generalitate d. paragrabhi comprehendi, qui masculi tantùm; excluso
A sequiori sexu, ad successionem vocantur, *in verb.* weltlicher Churf. Söne/Item Erstgebornen ehelichen Sohn/Et potissimùm; Da aber ein solcher erstgeborner ohne Männliche Erben: quod tamen ipsi, quorum præcipuè interest nostrum textum etiam ad Bohemiæ regnum extendi, tàm ægrè admittent, quàm acriter hactenus prò Reginæ Annæ linea militatum fuit. Nam ea demum generalitatis limitibus continentur, quæ non excepta, & regulæ, ut ita loquar, territorio exemta sunt, *arg. l. in toto* 80. *de R. I.* Quia verò privilegia peculiaria in contrarium allegantur, quæ fæminis etiam aditum indulgent, hoc posito in passu, & ex hac hypothesi Bohemiæ regnum à generalitate nostri textus abire, mirum non esset. Nec satis validè Bullæ robur impugnat, qꝺ 3. excipitur, absurdā esse dictum ad casum deficientis stirpis restrictam interpretationem, cum ita nunquam electionis casus usu venturus sit. Nam omninò & mortalitatis conditionē, & historiarum memorationes ignorat, quem latet multas familias sæpè unius seculi terminum non transcendere. Et quanquam illud ita facilè non eveniat, propterea tamen concludi non potest, de illis planè nihil disponi debuisse, cum & ea quæ rarò fiunt, non temerè, (id est, non præter rationem, sed prudenter, secundum intellectum Phil. Matth. h.) attendantur *L. ea quæ rarò* 64. *de R. I.* Nec JCti & Impp. planè nullam eorum rationem habuerunt, quæ rarò contingunt *arg. l.* 12. *de stat. hom. l.* 12. *de lib. & posth. l.* 12. *C. de leg. hered.* Neque etiam novum in Imperio nostro est, de dicto deficientis stirpis casu disponere, quod, ne Saxonicorum privilegiorum in

Juliacensi causa allegatorum, à Brandenburgica domo factam interpretationem *in discursibus de vera Iuliacensium successione variis* tanquam & ipsam satis dubiam, memorem, vel sola Lusatiæ in Serenis. Sax. Electorem collatio evincit, quæ in fortioribus terminis deficientium utriusq; sexus liberorum, & insuper illustrissimorum Aldenburgensium Ducum, successionem Austriæ destinavit. Similiter 4. nescio an sufficiat, quod dicitur, Bullam quantum ad Bohemiam nihil sancire, nec ejus privilegiis quicquam derogare, propter verba Seine Privilegia, Recht vnd Gerechtigkeit jederzeit vorbehalten: quæ exceptionem de tota totius tituli dispositione inferant. Nam videtur largius colligi, quam textus admittit, qui, ut nos capimus, ab eo, quod dictum fuerat, In casu deficientis stirpis Electoratus ad Cæsaris providentiam recidere, Bohemiæ regnum excipit. Nec verba sequentia indefinita, die da Recht vnd Macht haben einen König zu wehlen / quæ alii generaliter de omni casu volunt intellecta, commodè de alio quàm eo, qui in regula expressus est, nempe omnimodæ caducitatis explicari poterunt. Si enim à tota totius articuli dispositione Bohemum exceptum credemus, Eccur ejus mentionem factam in ipso dispositionis fronti spicio? Eccur ad illum etiam ferè singulos paragraphos restrictos dicamus, in verbis: vnter Ihrer/ der weltlichen Churf. Item: derselben Churfürstenthumb eines, si de eo adeò dicta noluit, quæ dixit sollicitus Imperator? Gravius non urget 5. quod Bulla expresse Bohemis electionem adserat in verb. Als die da Recht vnd Macht haben einen König zu wehlen: Restrictio autem nostra ad casum rarissimum omnimodæ caducitatis, sit qualitas peculiaris, quæ onus probandi in allegantem devolvat. 9. *ibiq; Dd. C. de his qui accus. poss.* Nam præterea, quæ à successionis Patronis, ex plurimis documentis allegantur, nos illud ex contextu *tit.7. Aur. Bull.* non leviter probatum putamus. Nec satis 6. ad victoriam est, quod ad observantiam, tanquam optimam interpretandi Magistram *l.37. de ll.* provocatur, & ex annalibus Bohemiæ ostenditur, non solum Regnicolas singulis demortuorum Regum casibus sua jura, illibatè, atq; ita à Croco, circiter *A. C.* 345. usque ad Matthiam, quadraginta actus liberrimæ Electionis exercuisse, verum etiam ipsos Reges non alio quàm Ele-

ctorum

ctorum Regum titulo usos, nunquam non solennibus reversalibus ordinibus cavisse, quod Regnum ad universi populi suffragium pertineat, veluti Uratislaus I. *apud Dubrav.* loquitur, atque ipsi libera statuum voluntate, juxta libertates regni electi sint, & liberrimæ illæ electiones Libertatibus Bohemiæ fraudi cedere non debeant, quemadmodum verba reversalium Ferdinandi I. Rudolphi II. & Matthiæ allegat Deductio causæ Bohemicæ *num.* 14. 15. 61. 62. & apud Lundorp. *in Act. pull. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. 23. 24. 25. 26. 27. *p.* 188. 193. *& seq.* legi possunt. Cui argumento sollicitæ commendationes, & preces junguntur, quibus vivi Reges, & è novissimis Ferdinandus I. Maximilianum II. & Hic Rudolphum filium, & Matthias, cui Rudolphus non nisi ea lege regnum cesserat, si status resignationem approbarent, Ferdinandum II. Ordinibus in Reges eligendos clementissimè obtulerint. Nam successionis Patroni his telis non eversi, ambiguitate vocis rem expediunt, & monent: Latissimam & abusivam Electionis acceptionem esse, qua ordines certæ familiæ adstricti, ex eadem demortui Regis successorem veluti recipiunt, ac qui alias jure sanguinis hereditario ad coronam natus est, Regem declarant, & communi voto deducunt in devoluta sceptra. Cui non nihil conferre videtur, quod *ex Autore Discurs. Hisp. de caus. mot. Bohem.* allegat *Evidentia causæ Bohem. p.* 12. *& apud Lundorp. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *p.* 175. Linguâ Bohemicâ quamvis Regis adsumtionem sive successionis sive alio jure fiat, generali Electionis verbo significari. Usu Bohemis ita cognito, ut etiam in publicis regni monumentis impropriam illam Electionem cum hereditario succedendi jure conjungi legiq; mirum non fuerit, *Vid. Revers. Ferdin. I. d. dat. Prag. An.* 1545. *apud Lundorp. t.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *p.* 189. *ubi:* Unsere Person nach unseren Gemahel/als rechten Erbin / zu jhrem König und Herrn / auß freyem Willen erwehlet/und angenommen. Præcipuè autem facit historiarum fides, quâ, nec ipso autore *Evid. Bohem.* dissimulante, habemus Bohemiæ regnum sese à Croco, quem, post Czechum, autorem gentis laudant, usq; ad Moderni Regis tempora, utut abusivis illis electionibus quandoq; intervenientibus, tamen, excepto unico Podiebradii tumultu, semper intrà familias Ducum Regumq; Bohemiæ continuisse. Et dignum memoratu est, quod à d. autore Nationis usque ad Wen-

ad Wenceslaum V. per aliquot secula nemo Ducatum Bohemiæ tenuerit, qui non fuerit ex posteris Croci, & filiæ ejus Libussæ. Quantum autem ad posteriora tempora, quibus tres externas familias in sceptri consortium vocatas legimus, accuratè tenendum est, illud non nisi Fœminarum intuitu evenisse, quæ cum sanguine suorum Majorum etiam ipsam Bohemiam ad maritos deferebant. Ita Wenceslai successores, sive eum Heinricum Carinthiæ Ducem, sive Johannem Lücelburgensem ponas, nec ipsi, nisi uxorum suarum intuitu, quæ dicti Wenceslai sorores erant, potuerunt admitti. Et Alberto, Austriæ Duci, ubi denuò novam Familiam numerant Bohemi, Elisabetha Sigismundi Regis filia nupserat: Similiter Uladislaus Casimiri, Poloniæ Regis, ex sorore Uladislai Bohemiæ Regis, & Alberti Cæsaris filiâ filius, iisdem scalis ducebatur ad Coronam: Ac tandem Ferdinandus I. immortalis gloriæ Imperator dicti *Ladislai* filiam, Ludovici R. sororem, conjugem cum regno habuit, cujus posteri ad hunc usque Ferdinandum nostrum III. invictissimum Imperatorem in Bohemia regnarunt. Quod nescio annon dici possit observantiam pro se habere, & A. Bullam continua exemplorum, temporumq; seriè juvare. Præcipuè si attendatur, quæ humanæ vitæ turbæ sunt, & ambitionis rabies, non potuisse fieri, quin per tot secula aliquoties controversiæ motæ, & fortassis etiam quandoque proximiori sua jura ablata sint: quod hujus sententiæ Doctoribus tantum abest regulam, & continuam successionis seriem, videatur mutare, ut non desint, qui ejusmodi agnatorum dissidia suo bono allegent, quasi argumento sint manifesto, Bohemiæ Principatum hereditarium fuisse, non suffragio electionis, sed prærogativa successionis, veluti colligit libellus *de Iure hered. Austr. fol.* 23. & *apud Lundorp. t.* 1. *lib.* 4. *c.* 90. *p.* 643. Quod autem ad reversales attinet, illas ex primis & præcipuis illis Ferdinandi I. *apud Lundorp. lib.* 2. *c.* 17. *p.* 188. *tom.* 1. æstimandas dicunt, quas non solùm laudatus Rex *An.* 1526. retractarit, & sustulerit *d. l. c.* 18. verum etiam ipsi Bohemiæ Ordines unanimi voto, disertis, inq; earum marginem ad publica Regni Archiva annotatis verbis revocarint. *Vid. d. libell. de jure hered. Aust. apud Lundorp d. l. c.* 94. *p.* 647. ubi non ineptè colligit: Literas de Electionis libertate disponentes, totius Regni con-

sensu revocari, nihil aliud esse, quam publicè declarari, rem aliter, atque scripta erat, sese habere, & contrarium ejus verius esse. Cæterum annon fortè de ejusmodi reversalibus verum est, quemadmodum *secundum Curt.lib.*4. Macedones adsueti quidem erant regio Imperio, sed majore libertatis umbra quam cæteræ gentes, ita & huic libertatis tenacissimæ & ad motus pronæ genti *Cosmo. Prag. lib.* I.*rerum Bohem.fol.*3. quædam Aristocratiæ, ut Taciti verbo Clapm. *de arcan lib.*6.*c.*1. effatur, simulacra indulta fuisse, ne, quod *Arist.*2.*pol.* 8. malæ Reip. signum judicat, ordines nihil de Imperio habere viderentur: Atq; hôc consiliô verosimile est Electionis nomen apud Populum fuisse, vim in Regis domo, quemadmodum absolutissimus *Tacit.Annal.*16.*c.*43.*n.*4.*& Hist* 4.*c.*3.*n.*3. loquitur. Quia autem populus ægerrimè patitur sibi interverti sua, quantulacunque etiam, jura, sed ut *cum Dion.* Clapm. *d.l.* argutatur, cum reipsa careat, hujuscemodi fuco delectatur: Mirum non fuit, hanc utut abusivam Electionem eidem per reversales debuisse adseri. Ex quo tamen nihil novi, multò minus propriè dicta Electio conficitur, sed jus tantum, quod illi, qualecunq; competiit, reservatum fuit: Ad indolem reversalium, quæ non minus atq; protestatio jus, quod præsuppositum est conservant, *l.*4. §.1. *quib. mod. pig. vel hyp.* novi autem nihil elargiuntur *Carpz.ad constit.*28.*P.*2.*d.*10.*n.*6. Daß diese freye Erwehlung Ihnen/ vnd dero Rechten nicht nachtheilig seyn soll/ uti habent verba Reversalium Rudolphi II. *d.An.*1608.*in Act.publ. tom.* I. *lib.*2.*c.*23.*p.*194. Quæ autem & qualia ea jura fuerint, alterius quæstionis est, & vel ex dictis reversalibus inclarescit, ubi causa electionis disertis verbis: daß Ertzhertzog Matthias, Als vnser Eltister Herr Bruder zum Expectanten dieses Königreichs erwehlet worden/ exprimitur. Præterea dici posset & eam dictarum Reversalium causam subesse, quod Reges sæpissimè sibi adhuc vivi de successoribus prospexerint, eosq; statibus commendaverint, declarativa illa Electione recipiendos, quod ipsum, quia aliquando contra Regni duobus Dominis fatigandi commoda facere videbatur, dignum visum fuit sollicito populo, ut cautione juvaretur. Et ex eodem fonte etiam commendationibus illis opus esse potuit, ut quia Regi socium adjungi incommodum videri potuerit *Nob.Dn.Præses de Vicar.com.l.*25. *lit. A.*

lit.A. Populus tantò æquiùs ferret, ad quod obstrictus tenebatur. Et negari non potest, multa hujusmodi honestatis & humanitatis gratia, etiam in aliis quàm plurimis regnis recepta esse, quæ tamen non continuò necessitatem quandam inferre poterunt. Nam non desunt exempla etiam in Principatibus Imperii nostri, ubi Statuum consilio, quod non rarò benevoli consensus nomine exprimitur, expediri videmus, quæ absoluto Principis jure exigi possent. Et in nonnullis regnis videmus nec jus regium, nec regionis discrimina, satis populum cogere ad tributa, nisi ipse per homines à se legatos consentiat, veluti de sua Mauritania memorat, & laudat Hyanisbe *apud Barcl. Argen. lib.* 4. Ut ita adhuc stare videatur Aurea Bulla, nec habeat Asterius, quod ex hoc adsertæ Austriacis hæreditariæ in Bohemiam successionis capite Pacificationi Pragensi tantopere indignetur *in Deplor. Pac. Germ. p.* 22. Quid enim incandescit? quid turbas dat, quasi Germanorum libertatem noviter offendat, quod eorum Capiti, omnibusq; Statibus jamdudum publica Imperii lege visum fuit sanciendum? Ferè eo ingenio est Asterius, quod Tiberius Agrippinæ exprobrabat *apud Tacit. Annal. 4. c. 52. n. 5.* ideò eam lędi, quia non regnaret. An enim novum, aut nudiustertius privato arbitrio statutum esse potest, quod Aur. Bull. tamdiu inculcavit? Imò quod jamdum ante plures ducentis annos universi Bohemiæ Proceres coram toto Christianorum orbe in ipso Constantiensis Concilii Theatro publicè confessi sunt, literis ad Concilii Primates, nec non ad Sigismundum Regem Romanorum *d. ult. Mart.* transmissis, quibus Joan. Hussium vinculis liberari supplicarunt, veluti *ex histor. Ioan. Huss. & Hier. Prag. p. 11. a. & b.* observavit Nob. Præses. Ita a. de Sigismundo loquuntur non ignari patriarum legũ Ordines: Æmulationum sublationem in Bohemiæ Regno Rex Rom. desiderat, ut dicti Regni hæres, & Dominus successurus. Et iterum: Famæ præclari regni Bohemiæ, cujus absque dubio heres, & Dominus successurus fore dignoscimini: Idq; vivo adhuc Wenceslao fratre (quia de patre facilius judicium esse poterat) profitentur. Quod nec ipse Sigismundus aut ignoravit, aut pressit, sed ipsi Orbi luculentissimo facto declaravit, Als er die gerechtsame dieses Königreichs seinem jüngeren Bruder Johanni / nicht anders als die gemeine Leute über

einen stück Feldes/Acker/oder Erbgut zu thun pflegen / cediret vnd überlassen: veluti loquitur, & ipso cessionis instrumento docet Deductio der Erbgerechtigkeit *apud Lundorp.tom.1.lib.4.c.91.p.644.* Huic non invalido *tit.7.A.B.* argumento, visum fuit adhuc unũ adjicere, quod *tit.ult.pr.* ministrat, ubi Für nützlich gehalten/daß die Churfürsten in vnterschiedlichen Zungen vnterwiesen werden / daher ordnen wir daß der Churfürsten / nemblich deß Königes zu Böhmen / &c. Söhne/oder Erben / vnd Nachfolgere in der Grammatic, Welscher/ vnd Wendischer Sprach vnterwiesen werden / Et in fin. daß den Eltern frey stehen soll Jhre Söhne / so sie dero hetten / oder jhre nähesten Verwandten/die sie dafür halten/daß sie Jhnen in den Fürstenthumben nachfolgen würden/an die örther zu schicken. Cui n. alii usui etiam Bohemi filius dictis linguis, Electori in curas Imperii ab Imperatore vocato ita necessariis, non minus atq; Coëlectorum heredes operam dare jubetur, si ille non destinabatur in sceptra, & nihil facilius erat, quam incertissimis Populi suffragiis quemvis alium publicæ sollicitudini suggeri? Quid in electitio regno de Regis filio, Herede, & successore ita sollicita est aurea sanctio? Imò quæ de proximis Bohemi, in regno successuris, præpostera cura, si ea sceptra ita simpliciter Populi beneficium erant. Similiter nec præterire debemus *tit.24.* qui etiam clarè in successionẽ inclinat, dum, ne excidisse aliud agenti titulus 7. videretur, nominatis quatuor secularibus Electoribus denuò repetit augustus Legislator: daß der erstgeborne Sohn in denselbigen nachfolgen soll. Atq; ita nostra A. Bulla. Quanquam enim etiam aliis adhuc munimentis aciem instruat regius sanguis, & in hæreditariæ successionis momentum alleget ipsum, etiam Bohemis ita solenne Friderici II privilegium, & Caroli IV. confirmationem, *Act.publ. tom.1.lib.4.c.87.p.636. & seq. ac apud Goldast.* der Reichssatzung *P.1.p.30.P.2.p.39.* Rudolphi I. privilegium, Bohemiæ Regibus de Electoratu, Erphordiæ *An.*1290. concessum *apud Goldast.tom.2.Recess.Imp.fol.*85. à Carolo IV. Imperatore *An.*1378. *apud Goldast.d.l.fol.*93. ac à Ruperto Palatino S. R. I. Vicario, *apud Goldast. fol.*91. nec non à reliquis Electoribus confirmatum, *vid.* die Achtserklärung *apud Lundorp.lib.6.c.1.p.862.tom.1.* §. vermöge welcher. Item Bullam specialem de successione Bohemiæ, consensu Electorum à

Carolo

Carolo IV. datam *d.* §. vermöge welcher. Nec non Uladislai declarationem, quæ à statibus recepta & inter constitutiones regni relata *lib. de jure hered. fol.* 29. qua in eventum Ludovici filii sine heredibus decedentis, Anna, ejus soror, regni heres constituitur: quæ postea etiam in Ferdinandi I. reversalibus *d. An.* 1545. *in Act. publ. t.* 1. *lib.* 4. *c.* 94. *p.* 647. hoc jure dicitur recepta. Ulterius juramenti formulas, inter regni constitutiones recensitas, quibus regni officiales, veluti supremus Burgravius, Burgravii Carlsteinenses, & Capitanei arcis Pragensis sese Regi obstringunt: ubi expresse Regi, & Regiæ Majestatis heredibus legitimè ex eo descensuris fidelitatem jurant. *Act. publ. t.* 1. *lib.* 2. *c.* 20. *p.* 192. *lib.* 4. *c.* 95 *p.* 651. Ut & ipsas regni cõstitutiones, quibus Electio ad sententiam A. B. Dispositionis Uladislai, & Reversalium Ferdinandi Ordinibus tribuitur, *libell. de jure hered. Act. publ. lib.* 4. *d. c.* 95. *p.* 650. Et multa alia quæ *in libell. de jure hered. Austr. in Iustit. Imperial. Deduction* der Erbgerechtigkeit / *In Actis publ. lib.* 2. *c.* 8. *p.* 173. *lib.* 4. *c.* 85. *p.* 634. legi possunt, & gloriosiss. Imper. Ferdinandus II. tàm in formula proscriptionis *apud Lundorp. lib.* 6. *c.* 1. *p.* 859. quam apud Daniæ Regem & Saxones per Ducem Julium Lauenburgicum, & Hieronym. Elverum *A.* 1620. alegavit & deduxit. Tamen quia ea Academicæ disquisitionis horizontem transcendunt, & ex penitissima historię Bohemicæ cognitione, nec non intimis regni arcanis dependent, quæ sibi mea tenuitas non sumit: Nos, quod Celso *l.* 32. *de reb. cred.* eveniebat, subsistimus, liberâ, & sine omni veritatis præjudicio, Academicè instituta collatione, & iis tantum argumentis, quæ nobis lex Imperii A. B. suppeditat, contenti. Quamvis nec ipsa ita plana, ita catholica sint, ut adversariis careant. Nam & alteri Parti sua robora sunt, quibus sibi Electionem adserit. Adeò ut Juveni, & in Idéa quasi, intrà Academicorum discursuum circulos, tanta rerum momenta speculanti, turpe esse non debeat, si, quæ veterum formula erat, NON LIQUEAT. Quantum enim est, quod tot indubitatos Electionis actus, & eorum circumstantias urgent, quibus contra omnem successionis naturam, licet in una familia, ad exemplum Polonorum, imò ipsius Imperii nostri, in Suevorum progenie per ducentos annos continuati, hæserint Eligentes, tamen præter omnem gradus rationem,

ex mera & libera voluntate, ille demum coronam meritus est, qui Ordinum suffragiis prævaluit, exemplo Libussæ Croci filiæ, quæ præ duabus majoribus natu sororibus, Item Boleslai Pii, qui præ majori natu fratre vocatus est ad sceptra, non secus ac post eum etiam Uratislaus duobus natu majoribus fratribus, & hujus quinque filiis, Frater Conradus electione ordinum prælatus est: quæ eadem libertate, quatuor ejus filiis neglectis, Pretislaum II. Uratislai I. filium, & hujus filio iterum prætcrito Uladislaum I. corona dignabatur. Quemadmodum *Deductio ejusq; Epitome, Evidentia causæ Bohemicæ* Historicorũ fide docẽt & prȩterea aliis adhuc longè pluribus exemplis illustrant, Theoricam nonnullorũ ingeminantes, qua duobus, aut quatuor actibus consuetudo introduci dicitur *Dd. ad l.* 32. §. 1. *ff. de legib. & gl. in c. consuetudo dist.* 1. Præsertim a. non exiguum est, quod sæpè sceptrum in alias familias translatum fuit, quamvis ex priori multi heredes essent superstites: Veluti exemplo Rudolphi I. Svihoviis, Hasenburgiisq; Baronibus præteritis electi, nec non Georgii Podiebradii, qui Casimiro Poloniæ Regi & Wilhelmo Saxoniæ Duci conjugum sanguine in regnũ intentis, præferebatur, demonstrare conatur Asterius *in d. Deplor. p.* 24. Similiter nõ planè nihil sunt triplicia Friderici II. *de Annis* 1212. 1216. 1231. diplomata, quibus expressum, quo jure Bohemiam Reges obtinere debeant, nempe, ut quicunque à Bohemis in Regem electus fuerit, Imperatorem demum accedat, regalia debito modo accepturus. Nec omittunt liberæ Electionis adsertores proprias Regum confessiones, exempli g. Uladislai I. qui regnum non ab uno fratre, sed ab omnibus Ordinibus ambiendum dixit, Friderici II., qui Wenceslaum Ottocari filium, electum Regem fuisse, variis in diplomatibus testatur, Matthiæ, qui se ex libera Statuum voluntate Electum sæpius fatetur: ad quam rem etiam reversales pertinent, quibus de libera electione toties caverunt Ordinibus Electi Reges. Ita etiam antiquissima privilegia Sobieslai *An.* 1135. Philippi Imperatoris *An.* 1210. & aliorum urgent, quæ omnia regiam dignitatem, nisi, quicunque à Regni Statibus electus fuerit, non conferunt. Et ulterius speciem aliquam habet, quod ex Regum liberis nemo hactenus inventus sit, qui more in hereditariis Provinciis frequentato Bohemiæ Princi-

pem

pem vel se vocaret ipse, vel appellari sustineret. Imò cur potius Maximilianus II. in literis *de 12. Mart. An.* 1554. Statibus tam prolixas gratias egerit, daß sie jhm den Königlichen Titul zugebrauchen vergönnet/ *Lundorp. t.1. lib.2. c.21. p.*192. Item annon momentum habeat, quod toties vacantibus Regni habenis Principes exteri, expeditis ad Bohemos legationibus orando, prensando, pollicendo, largiendo, sui suorumq; rationem in electione haberi petierunt? Quos in tanta sanguinis regalis abundantia, in totius orbis conspectu, præter fas & æquum alienæ hereditati insidiatos fuisse, credere non potest Aster. *d.l.p.* 24. Ut nec absurdo carere videtur, quod in Reginæ Annæ successione multum confidant hereditarii Juris Defensores, quam eo modo Electricem fuisse sequeretur, welches dann einer Comedi ehnlicher/ als einem Churfürstlichen Collegio erscheinen würde/ uti acerbè ludit Autor deß Discursus: Ob der Keyser in der Böhmischen Sache Richter sey? *apud Lundorp. t.1. lib.10. c.32. p.*1455. *in fin.* Et quæ sunt alia, quibus nos suspendunt Electionis Assertores *in Deductione Bohem. stat. Evidentia causæ Bohem. Nullitat. libell. proscript. Prodrom. specul. Banni. Inform. Cancell. Bavar. Anhalt. Animadv. in Litur. Thomson. Dissertat. de caus. mot. Bohem. Brieve Inform. des affaires du Palatinat. d.tr.* Ob der Keyser in der Böhmischen Sache Richter sey. *Et aliis.* Quia enim hæc controversia, ad modum litis Corbis olim cum Consua intercedentis, quæ præter Martem alium judicem vix ferebat, *Liv. lib.8. Victor de exempt. concl. 7. pr.* bipenni potius, quam penna disputata, Germaniæ tantùm sanguinis constat, Mihi præter A. B. definitiones, de ea satis constare non potest.

Primogenito autem non existente, ad ejus Primogenitum, *a)* aut illo etiam sine liberis masculis *b)* præmortuo, ad secundogenitum, *c)* ejusq; masculos legitimos Electoralis dignitas devolvitur. 12.

a) tit.7. A.B. §. so ordnen ibi: Da aber der Erstgeborne nicht vorhanden/ auff dessen Erstgebornen ohne einige widerrede fallen soll. Quod expressiùs loquitur Bulla Francofurtensis Saxonica: Ut post dicti Wenceslai obitum, primogenitus filius ipsius, & post ejus obitum senior filius, ex ordine genituræ semper senior succedat *Cubach.* A

*bach.in Iurispr.Germ.publ.c.ult.n.6.è Spalat.*in herkommen der Chur.und Fürsten zu Sachsen *t.2.Goldast.P.2.* der Reichssatzung *p.90.* Eodem modo disposuit Bulla Palatina à Sigismundo Aquisgrani *An.* 1414. Ludovico data, *apud Goldast d.l.* Et quidem optimè, ad ipsam Naturæ, ut ita loquar, mentem, & diserta Primogenituræ jura. Ita enim se res habet, & notandum est, quod *Dn. Engelbr.de success.in Elect.concl.* 16. accuratissimè ponit, duo Primogenituræ fundamenta haberi, Naturam & Legem. Natura enim eò ipsô, quo aliquem primo loco in auras misit, prærogativam indulsit, ut primus ætate, primus stirpe inter fratres constituatur. Inde & primam vim, primumq; robur impendit, *Gen.* 29,3.& arcano quodam motu eum ita comendavit Parentibus, ut impensius longe amari soleat, *secundum Chrysost.in Gen. homil.*51. Quantum autem ad Legem, illa hunc ipsum naturæ ordinem ita venerata est, ut eidem loco, eidem stirpi etiam juris prærogativas concedere æquum censuerit. Atq; ex his principiis tota juris hujus doctrina dependet. Conficitur enim exinde 1. Prærogativam naturæ, esse fulcrum prærogativæ juris, quæ ab illa ita dependeat, ut jus alium Primogenitum ignoret, nisi qui naturæ cognitus est. 2. Itaque verbum Primogeniti secundum naturam accipiendum esse. 3. Et quanquam Doctores nonnulli duplicem Primogenituram statuant, Naturæ & Juris, veram & fictam, illud tamen ex nostris principiis ita intelligi debere, ut Juris prærogativa prærogativæ Naturæ nunquam contraria sit, sed eam quandoque suppleat, illũ vocando, qui naturæ statu inspecto primogenitus quidem non est, interim tamen eo ordine editus, quo & ipsi quid prærogativę conciliare voluisse natura æstimatur. 4. Interim tamen quandocunq; Primogenitus vocatur, illud de vero, non ficto accipiatur. 5. Ulterius hoc ipsum Primogenituræ jus, ejusdemq; prærogativas sive Natura, sive Lege, naturam præsupponente, tributas, ita fixas & stabiles esse, ut ipsa natura certa est, ac immutabilis. Et acquiri 6. eo ipso momento, quo natura quem produxit in lucem, atque adeò jus instantaneum & qualitatem momentaneã esse, quæ ipso Nativitatis instanti radicetur, & temporis tractu opus non habeat. Licet 7. usus, possessio, aut, ut Philosophi loquuntur, actus secundus adhuc aliquandiu suspensus sit, qui tamen non, ut quidam volunt,

volunt, nudam tantùm spem, vel conditionem, quam natura ferre non valet, sed ipsum reale jus radicatū præsupponat. 9. Et tandem naturā, quia non individuorum tantùm productioni acquiescit, sed speciebus & conservationi sui per species intenta, æternitatem molitur, atque ita ipsa singulorum individuorum generatione, singulas familias meditatur, primogeniti editione non illi tantùm, sed toti ejus posteritati, prospexisse, ideòque saltum non facere, sed ut jus nascendi, ita & jus primò nascendi, non interrupta serie ad descendentes, quos veluti in peculiarem familiæ ramum porrigit, propagare. *b) A.B.tit.7. ibi*: da aber ein solcher Erstgeborner ohne rechte Männliche Erben &c. Saltum enim natura non facit, & lineâ primogeniti non egreditur, in qua jus primogenituræ radicatum descendentibus æquè eripi potest, ac non Primogenitus esse, qui primogenitus est. Ac habet se hoc jus ad exemplum conditionis si sine liberis, quia ad secundogenitum non transilit, nisi è primogeniti linea deficiant, quibus prærogativa primogenituræ possit inhærere, & purificetur conditio, sub quâ secundogenitus destinatus est in successionem. *c)* Nimirum deficiente primogenito, ejusq; Progenie lex naturam, tanquam fundamentum suum, respicit, & quemadmodum hæc Primogenito secundogenitū junxit, & quasi in subsidium vocavit defecturi, etiam ipsa ad eum pergit, & secundogenitum loco primi fingit, Alßdann auff den Eltisten Bruder *A.B.t.7.* Atque ita frustrà quæritur: An Nepos è primogenito Patruo præferatur? Nam quantum ad nostrum casum Electoralis successionis decisio habetur in terminis *d.t.7* §. so ordnen/in verbo: Illo nō existente, in Germ. versione, So der nicht wehre/ quod deficere notat, & quidem eum, qui nondum successit, non autem qui jam, cum semel successit, iterum denascitur *l.4. de vulg. & pupill. subst. Dn. Præs. concl.* 28. Ne ita absurdas arbitremur Imperatoris lucubrationes, ut tam sollicitè de Primogenito jamdum ad successionem admisso hic disponere voluisse censeatur, de quo tamen, præter Domitianum, dubitare nemo potuisset. Cui jungi potest conditionis ratio, qua lex secundogenitum vocat; nempe Primogenito sine liberis obeunte. Certum enim est, *quod Dn. Lampad. monet de Constit. imp. Germ. c. 4. n. 17.* Si Primogenitus sine liberis non decesserit, deficere conditionem,

B

C

sub qua secundogenitus vocabatur, & quamdiu adhuc aliquis è primi linea vel millesimo gradu superstes est, secundogenitus admitti non potest, qui tum demum, si nulli è Primogenito liberi supersint, nominatus est. *arg.l.85.de hered.instit.l.32.§.6.de leg.2. Rumelin.ad Aur. Bull.dissert.6.P.1.th.17.* Imò etiam de generali jure in Primogenituræ quæstione vix dubium superesse potest: Adeò valida sunt repræsentationis, §.6.*I.de hered.ab intest.Rosenth.de feud.c.7.concl.26 n.7.*transmissionis *l.19.C.de jure delib.* non quidem ætatem personalissimam, §.*minorem I.de adopt.* & cedi nesciam §.*fin.I.de usufr.* sed jus ex ea quæsitum transmittentis *Surd consil.403.n.3.* Nec non propriæ vocationis, & consuetudinis jura; quibus omnibus Patruo Nepotem præferri docet Dn. Præses *de Vicar. concl.28. Dn.Engelbr.d.diss. concl.46.* & ex iis, quæ ad *lit.A.& B.* præcognoscenda posita sunt, facilè apparet. A quibus non divellimur iis, quæ dissentientes in contrarium movent, rationibus: quasi Primogenituræ jura ex successionis tempore consideranda sint, *l.52.de legat.2.* quo non Nepos sed Patruus senior & natu prior habeatur. *Menoch.consil.94.n.45.* Vocatum esse Primogenitum sub conditione, si extet mortis tempore, illam autem facti esse, & spem tantùm continere, jus aliquando enasciturum *l.4.de condit.instit.* Patruum proximitatis & ætatis jure potiorem nepoti postponi non posse, nisi proximiores remotioribus & seniores junioribus postponere, ac ita ipsi Naturæ, sanæq; rationi vim facere velimus. Atq; ita Germanicarum gentium consuetudinē, ita Hispanorum, Lusitanorum, Francorum, Longobardorum, Saxonum, Anglorum & aliorum ferre, quibus omnibus contradicere sit contra jura gentium sapere, & oculatum esse, ubi tot myriades cœcutierunt. *Vid.Dn Engelbr. concl.27.31. & à concl.62.usq; ad 90.* Quibus satisfacere conaremur, nisi illud post laudatum Doctorem tentare, esset Iliada post Homerum moliri, & Phœbo fœnerari lucem. Hoc unum præterire non possumus, quo Dn.Engelbr. *concl.38.* rem mirè illustrat, quemadmodum in prætoria bonorum possessione gradus proximitas non attenditur, nisi ordinis prærogativa concurrat, *t.t.ff.si tab.test.null.extent.l.1. de success.edict.* Ita etiam in hac materia frustra de majori ætate disputari, nisi etiam de ordine constet. Cum seniorem esse non sufficiat, nisi etiam vocatus sit: Neq;

Neq; quæstio agitetur, quis major aut proximus, sed quis in eo ordine, qui vocatus est, & proximus & major habeatur. Cæterùm quod de tempore delatæ successionis, & spe futuri juris disputatur, ad ea pertinet, quæ tractum successivum habent, & tempore evenientis conditionis demum effectum sortiuntur: Et hujus loci non est, ubi de jure Primogenituræ instantaneo loquimur. *Vid.lit.A.*

Quantum ad secundum vocationis genus, si Elector *a)* omnino sine legitimis descendentibus masculis decedit, *b)* Jus, vox & potestas Electoralis ad seniorem fratrem *c)* laicum, & deinceps ad hujus primogenitum laicum, ac totam lineam ex eodem genituræ ordine *d)* devolvitur. 13.

a) Qui ex providentia majorum, & pacto Primi acquirentis in Electoratum successit. De eo enim qui primus per novam investituram hanc dignitatem nactus est, res se aliter habet, & Fratri, nisi investitura desuper disponat *c.un.§.2.vers.nisi hoc* 1.F.1. *Vult.*1.F.9.*n.*105. locus non datur *c.un.de success.fratr.*2.F.11.*c.un. de fratr. de nov.benef. invest.*2.F.12.*Vult.*1 F.9.*n.*102. *b)* Ita demum enim ad subsidium respicit, naturam imitata, lex nostra, & cum frui non possit Primogenitus, qua eum beaverat, prærogativa, ad Fratrem secundogenitum digreditur, ac tanquam substitutum in successionem tantæ dignitatis, jam in possessionem usumq; vocat suspensi juris. *c) A.B. tit.*7. Soll solch Recht auff den eltisten Bruder / so weltlich / vnd von rechter Vätterlicher linea herkompt / fallen / quod etiam Bulla Saxon. *apud Gold.P.*2. der Reichssatzungen / Et Palatina *apud eund.t.*1. *de Const. Imp.p.*143. definivit. *d)* Ast hoc omnium ægerrimè concoquere possunt, qui pro Patruo contra Primogeniti Nepotem ita acriter disputant. Tantò minus enim induci possunt, ut tertiogenito neglecto, secundogeniti liberis locum faciant. Et tamen ita est, per ea, quæ de Primogeniti Nepote *th.præced.lit.E.* adducta sunt, quæ etiam de tota secundogeniti linea tàm militant, quam certum est lineis à natura distinctis, non aliam esse posse rationem lineæ secundæ ad tertiam, quam est primæ ad secundam: Et naturam cum deficiente primo se in alium ramum immersit, inde non egredi, quan-

A (margin beside a), B (beside b), C (beside c), D (beside d)

diu adhuc restant, quibus inhærere possit. *Rol. à Valle consil. 39. n. 47. vol. 4.* Ac quidni, quocunque modo radicatio in prima linea respectu nepotis consideretur, eadem ratio in secundogenito recurrat? *Dn. Engelbr. concl. 92.* Quia enim secundogenitus ipso nativitatis instanti, quoad omnia jura Primogenituræ jus radicatum post primi lineam habet, nec tertius magis secundus fieri potest, quam secundus, nisi deficiente primi progenie, primus fingi poterat. *d. l. concl. 95.* Sanè ipsa naturalis nascendi ratio successionis ordinem præfinit *Dn. Lampad. de Constit. Imp. Rom. c. 4. n. 18.* & totam in secundogenito lineam vocat: Adeò ut mirum non sit, eam tertiogenitum antevertertere, saltem ex Modestini arg. *in l. 52. § ult. de leg. 2.* ubi primò nominati primo succedunt. Id quod de A.B. nostra ferè dubium non habet, quæ secundogeniti primogenitum præ tertiogenito disertè vocat: *in verb.* Auff seinen eltisten Bruder/vnd dann folgends an desselben erstgebornen Sohn. Ut taceam accuratissimum discursum *Dn. Lampad. d. l. n. 18.* quo Secundogeniti voce, totam ejus lineam vocari probat. Præsupponit autem, quod *ex Aur. Bull. tit. 7.* manifestissimum, & *th. praeced. lit. C.* ostensum est, secundogenitum excludi tota primogeniti posteritate, & inde colligit: Aut vivo aut mortuo Secundogenito deficere primogeniti posteritatem, si illud, quid de re tàm manifesta ita anxie cavit Imperator? Ecquem enim hic seniorem, ecquem proximiorem saltem fingere velimus? Si verò de mortuo secundogenito etiam intelligi voluit Imperator, aut frustra de mortui prærogativis statuit, aut secundogeniti voce, totam ejus lineam præ tertiogenito vocavit. Quod enixius adhuc Cæsar in Bulla Francofurtensi domus Saxonicæ expressit, in verbis: Secundogenitus, & post mortem ejus secundogeniti filius senior. & si secundogenitus sine heredibus legitimis masculini sexus decesserit, tertiogenitus &c. Cum qua Bulla Palatina optimè consentit, *apud Goldast. d. l.* ubi omni dubio amputando: Si secundogenitus, ait, sine heredibus legitimis decesserit, tertiogenitus, & deinceps per talem modum directâ linea geniture descendentes ab eo, ex ordine geniture succedant.

14\. De tertio successionis genere *a)* eadem Primogenituræ regula tenenda est, Agnatos, *b)* quia & ipsi respectu Pri-

ctu Primi acquirentis descendentes censendi sunt, etiam non nisi secundùm suarum linearum, & in illis demum, secundum gradus prærogativam, in dignitatem Electoralem succedere. *c)*

a) V.g. Quando non solum Primogenitus Electoralis ipse, A
verum etiam masculi ipsius ex ordine geniture successerunt, ultimo autem absque liberis & fratribus decedente inter Agnatos successores secundo- & tertio-geniti lineæ, vel etiam in ipsa fortè secundogeniti linea inter diversas primogeniti & secundogeniti progenies, quæstio ex eo incidit, quod alter successurorum Agnatorum ex remotiori, alterum ex priori linea prognatum, vel ætate vel gradu antecedat. Quod ipsum in facto acerrimè controversum legimus, cum inter celsissimas Saxoniæ Domus lineas Aldenburgensem & Vinariensem de præcedentiæ prærogativa disputaretur, ubi ipsa etiam successionis jura non solùm in consequentiam intendebantur, verum etiã maximoperè urgebantur, eò quod ex eorum decisione etiam præcedentiæ prærogativa fluere, saltem ex confessione utriusq; partis censebatur: uti videre licet, In warhafften Bericht/was nechst abgewichenen Jahren/ zwischen denen Churf. Sächsischen in Vormundschafft beyderseits verordneten Regirungen zu Waymar und in Altenburg erregten Præcedenz und Primogenitur Streit/vorgelauffen. *Et apud Limn. de jure publ. lib. 5. c. 15. n. 3.* *b)* Specialius hic B
Agnatos accipimus, non omnes qui ab acquirente descendunt, ita enim etiam in secundo genere Fratres agnatis annumerantur, sed qui præter duo illa genera, secundum casum *lit. præcedent.* adhuc in familia superstites sunt, *Dn. Engelbr. concl.* 129. 130 qui tamen & ipsi primi acquirentis descendentes sunt, ne, cum de transversa Agnatorum successione verba facimus, transversales eorum, qui à primo acquirente descendunt, cum ipsius primi acquirentis transversalibus indoctè confundamus. *c)* Poteramus quidem in quæstione C
tanti momenti tantis Principibus Patribusq; controversa subsistere, sed quia Augusti Rudolphi Imperialis Majestas *An.* 1607. *d.* 27. *Septembris* causa examinata pro Aldenburgensium Primogenitâ lineâ contra ætatis prærogativam Vinarientium pronunciavit, pro-

 pius

pius est, ut & nos pro lineis, earumq; ordine stemus. Neque enim regalem sensum superbiæ tumore contemnere audemus, *l.fin.C.de ll.* A qua sententia nec Nobil. Dn. Præsidem alienum esse colligimus è *concl.29. de Vicar.* Et huic rei lucem, nisi fallimur, afferunt, quæ *th. praced.* de genuinis Repræsentationis & Transmissionis juribus, èq; Bullis Noribergensi, Francofurtana, & Aquisgranensi delibavimus. Juncto, quod in hoc passu observandum, & *lit. B.* notatum est, Agnatos ejusmodi, licet inter se collati agnatorum jure ex latere succedere videantur, pariter tamen, ratione primi acquirentis, descendentes esse, atque inde sibi jure geniture, secundum linearum, non simpliciter secundum gradus aut ætatis prærogativam, præferri *Dn. Lampad.de constit.Imp.Rom.c. 4.n.21.* Similiter *quod Dn.Engelbr.concl.118. urget*, Filium melioris conditionis esse non posse, suo patre, *l. 4. §.5. de div. & temp. præscript.* Atq; inde monstri simile haberi, è remotiori linea agnatum admittere, ubi ne ipsi quidem lineæ autori locus daretur. *Cavalc.dec.12.n.44.lib.3.* Non admitti autem remotiorem lineam, quamdiu è proximiori masculus superest, suprà *th.12.lit.B.C. & th.13.lit.B.D.* satis ostendimus. Illud nobis pro cōperto est, argumēta, quibus Limn. quicquid etiā dissimulet, sibi tamen non planè nihil placet, *lib.5.c.15.* nostrā sententiā non evertere. Adeò exiguū est, quod allegant 1. Inter æquales gradu & dignitate seniorē præferri, *Alem.Palæst.cons.7.p.360.* 2. Seniorē inter fratres præcedere, Patrueles v. fratres vocari, *§.4.I.de grad.cogn.* & in capita, nō in stirpes succedere *Constit.* von Brüder und Schwester Kindern/R.A. zu Speyer *An.1519.* 3. Ubi divisionem successio respuit, seniorem anteire, secundum præjudicia Parlamenti Parisiensis, *apud Bodin. 6. de Rep.5.* 4. Et ita à maximis JCtis in causa successionis Lusitanensis pro Philippo II. Hispaniarum Rege responsum, *Aut. Discurs. exoter. de jure represent. in primogen. Imp.Germ.* Cui præcipua Italiæ & Germaniæ lumina adstipulentur. Imò 5. hoc ipsum à Ludovico IV. Imp. inter Bavaricam & Palatinam Familiam ita ordinatum *Freher. in respons. ad Gerveld.fol.28.* Et 6. in quamplurimis familiis, Domus Saxonico-Electoralis, Anhaltinæ & Misnicæ familiarum, item Brandeburgicæ, Brunovicensis, Luneburgensis, Pomeranæ, Megapolitanæ, Badensis, usu stabilitum esse *Goldast. de majorat.* Quibus nihilo graviora sunt, quæ alii

Diss.

Diss. objiciunt, nempe 7. quod de novissimo jure Repræsentatio in linea collaterali locum non habeat *Nov.* 118. satisq; dubitetur, An in descendenti locum inveniat, per ea quæ pro secundogenito contra primogeniti nepotem disputantur. 8. Ex Constit. Friderici II. *in constit. Sicil. lib.* 3. *c.* 25. in linea collaterali sexus & ætatis prærogativam vocari. 9. In Sax. pro Wenceslao contra Albertum ex Ottone nepotem sententiam latam esse. 10. Et suffragari ... Antiquitatis autoritatem ex Francica historia, filiorum ... 11. Imò vocari expresse *tit.* 24. *A.B* consanguineum proximiorem, qui senior sit, id quod nisi de tempore successionis intelligi non valeat. 12. Inde justissimè majori Roberto adjudicasse Clementem VI. P. Siciliæ regnum. Quæ & alia nos discursui tantò facilius remittimus, quanto nobis certiores esse videmur, eorum solutionem superiora principia tenenti in proclivi esse.

Tum demum verò Primogenitus, & quicunq; proximus successor admittitur, si masculus *a)* Germanus *b)* legitimus, *c)* Laicus, *d)* legitimæ ætatis, *e)* suæ mentis sit, *f)* nec juri suo renunciarit, *g)* Reliquisq; fratribus ex dignitate alimenta constituat. *h)* 15.

a) *Aur. Bull. tit.* 7. *&* 25. *ibi:* Ehelichen Sohn: oder ein anderer Eltister Bruder; Et Rechte Männliche Erben. Si enim ullibi, certè in tanti momenti officiis locum habet, quod *l.* 1. §. 5. *de postul. & l.* 2. §. 2. *&* 3. *ad Sct. Vellejan.* de sequiori sexu cautum est. Inde etiam, quantum ad communia Feudorum jura, excelsiori animo fuerunt Longobardi, quàm ut parta virili sanguine feuda ad colum damnarent, *c. un.* §. 3. 1. *F.* 1. *c. un. pr.* §. 2. 1. *F.* 8. *c. un.* 1. *F.* 24. *Vult.* 1. *F.* 9 *n.* 27. Adeò ut nec mascula proles ex fœminis descendens ad ea aspirare valeat, per text. *in c. un.* 2. *F.* 1. *c. un.* § *hoc autem* 1. *F.* 1. *Vult. d. l. n.* 30. *&* 31. Meritissimè igitur Germania, ut viros fert, virosq; eligit, quibus Orbis Imperium submittit, ita nec ferre potest, ut aliûs sexus præcipua Imperii membra sint, & intimi illi Imperatorum consiliarii. Quod n. primis temporibus *An.* 1215. Otto Bavariæ Dux jure per uxorem Agnetem, filiam Heinrici ultimi Comitis Palatini, devoluto. Elector fuit, aliunde est, & jus certum non immutat. *A. B. d. tit.* 7. Et *Bull. Si-* A

gismund.

Sigfrmnd. Palatin. apud Goldast. Reichssatzung *P. 2. p. 91.* b) Nempe etiam activè Rom. Imperium in Germanos est translatum, *c. venerabilem ibi 3. Dd. de elect. Spec. Svev. lib. 1. c. 29. §. 2. apud Goldast.* Reichssatzung *P. 1. p. 38.* Ut non solum è Germanis, sed etiam à Germanis Imperatores eligantur *Sigon. lib. 7. hist. Ital. Vid. disp. 2. th. 9. lit.* E. Et Imperatores se juramento obligarunt *in Capitul. Carl. V. art. 13. Ferd. II. art. 11.* die Königliche / und deß Reichs Ampter / mit keiner andern Nation / denn gebohrnen Teutschen zubestellen. Quod de Electoralibus nostris officiis tanto strictius observandum, quanto pluris interest, tantas dignitates insititio sanguine non corrumpi. Et quanquam Moderni Imp. Ferdinandi III. Capitul. art. 15. limitativè loqui videatur, si qualitatibus pares cum exteris concurrant, illud tamen de militaribus, aulicis, reliquisq; minoribus, non verò de summis hisce hereditariis officiis accipiendum esse, ea docent, quæ modo retulimus. Quod verò *Specul. Sueri.* etiam alterutrum Parentem Germanum requirit, *d. l.* nos sine lege urgere erubescimus *l. 5. C. de repud.* Licet non diffiteamur illud in Rege Roman. à Protestantibus *An.* 1522. *art. 8. Suinfurt.* requisitum fuisse, à quo tamen ipsi postea per transactionem Cadanensem recesserunt *An. 1534. Chreg. Velit. de 7. Imp. offi-*
C *cial. ads. 8.* c) *Per textum tit. 7. §. 2.* reliquasq; tàm Saxonicam quam Palatinam Bullas, ubi Auff dessen erstgebornen ehelichen Sohn. Quo ipso non solum naturales, *arg. l. 4. unde cognati. Rumel. ad A. B. diss. 6. th. 11. P. 1:* Verum etiam legitimati abesse jubentur, quia & ipsi propriè legitimi non sunt, *Limn. de jure publ. lib. 3. c. 7. n. 18.* nisi per subsequens matrimonium legitimati sint, cui tantam vim jura largiuntur *c. tanta 6. ibiq; Panorm. n. 4. x. qui filii sint legitimi, l. 10. C. de natural. lib.* De quibus fortè prolixius *disp. seq.* dicetur: Uti etiam de adoptivis, de quorum successione nobis sollicitis esse opus non est, quia nostra sanctio dubii nihil reliquit, dum & naturalem & legitimam à primo acquirente descendenté vocat, Erstgebornen ehelichen Sohn / so von rechter Vätterlichen Linien herkompt *t. 7.* so in demselbē Geschlecht /
D von Vätterlichem Stamm / in absteigender gerader Lini *tit. 24.* d) Per text. *in tit. 7. §. 2. tit. 24. § fin. Aur. Bull. ibi:* so der ein Leibe / und weltlich ist. Quod etiam usibus feudorum convenit, qui militem Christi inter milites seculi non ferunt, 2. *F. c. 21. in fin. c. 26. § qui clericus c. 32.*

§. ex hoc

§ *ex hoc.c.36.in fin.* Licet per substitutum servire velit, *per generalit.atem d.c.un.2.F.30.& arg.l.1.§.9. C.de caduc. toll. Goth. Anton. disp.feud. 6. th.9. lit.C. Carpz. ad Const.Sax.28.P.3.def.1.n.3.* quâ Augustus Elector novissimè contrarium in suis terris introduxit. *Moll.comment.ibid.* Vide tamen limitationes *apud H.Pist.lib. 2.q.33.* & Electorum, Statuumq; Ecclesiasticorum exempla. Atque inde erat, quod Albertus Senior Sax. Elector, cum à Pontifice Pataviensis Præsul designatus esset, literas Apostolicas, quibus ei providebatur, acceptare recusabat, ne Electorale Archimareschallatus munus amitteret. *Chregr.in Vult.de sept.Imp.official.ads 9.* Sed num habitum deponere, & ita admitti possunt? Negat H Pist. *d.l.n.13. Berlich.P.3. concl.59.n.5. per text.in c. un.in fin.2.F.30.* Quo commotus modo laudatus Sax. Elector Albertus fratrem ad Electorale officium inhabilem judicabat, quod sacris esset initiatus, *Chregr.d.l.* Quod tamen ita intelligendum monet ex Vult.1.F.9.*n.67.* Limn. *lib.3.c.7.n.19.* Nisi re adhuc integra, & priusquam de successione feudi quæstio, aliivé jus quæsitum fuerit, clericatum legitimè abjiciant, quia tum ad successionem admitti debent, *arg.c.un.4.F.106.& l.104.de condit. & demonstr.* Licet non diffiteamur ultimum Lusitaniæ Regem Heinricum, Ferdinandum Medecum, & Ducem Mantuanum ad delatas successiones habitu ex Pontificis consensu, exuto, admissos fuisse *Limn.d.l.n.20.* Quod autem diximus clericatum legitimè abjiciendum, in iis potissimum locis obtinere admonet ex H. Pist. *d.t. n.15.* Dn. Vult. *d. l.* ubi Canonum valet autoritas. Aliter enim se res in locis Reformatæ religionis habet, ubi Clericorum vota per se nulla sine dispensatione rescindi possunt, atque admitti ad feudi successionem meretur, qui se quocunque modo exuit humanis illis laqueis *Becer. de success.feud.c.3.q.23. & P.2. cl.5. disp.18.th. 9. lit.A. Vid. Rosenth. in synops. c. 7.concl.30.n.26.ubi* è Nervii Cam.adsessoris manuscripto consilio refert, quod in Germania Clericus ordinem, etiam sine dispensatione, ante feudum delatum deserens, ex constit.pacis relig.admitti debeat. Ut ita non videamus, quid obstet, quo minus cum Limn. *lib. 3.c.7.n.23.* adseramus, Catholicæ Religioni addicto Clerico ad veritatem nostræ confessionis transeunti liberrimum ad feudorum successionem locum patere. Verum quid de Administratoribus

Archiepiscopatuum, Episcopatuumq; religioni nostræ addictis, qui conjugati vivunt, dicendum? An etiam illos secularium loco habebimus, atq; ad Electoratuum, aliorumq; feudorum successionem admittendos censebimus? Ita putat *Limn. d. l. n. 24.* Et sanè si fundamentum quæstionis observemus, non præter rem, quia non videmus, qua ratione secularium ordini eximi, & Clericis accenseri queant, qui nullo voto constricti in conjugio vivunt, nec officiis Ecclesiasticis ullo modo præsunt, sed externis Ecclesiæ rebus se non aliter immiscent; quam politico Magistratui permissum est, ac nos ab eo & fieri quotidiè videmus, & fieri debere adserimus. *Vid. in vol 2. de jurisdict. Eccles.* Ut taceam non abstrahi Episcopos nostros ullis aliis servitiis, quo minus Domino suo necessitatis tempore personaliter queant adesse. Quo ipso ratio prohibitionis 2.F.21. explicata manifestè cessat, secumq; ipsam prohibitionem trahit in auras *Besold. Diss. Nomicopol. lib. 1. Diss. 11 n. ult. Buxt. ad A. B. th. 85. lit. D. Arum. ad A. B. disc. 4. th. 8.* Ut ita necessitatis non fuerit, quod Joachimus Fridericus, Marchio Brandeburgensis, Patri defuncto in Septemviratu successurus, Magdeburgensis Archiepiscopatus dignitatem resignavit. *Limn. lib. 3. jur. publ. c. 11. n. 33.* Quid autem si masculus ille Laicus jamdum Electoratum aliquem possideat, an adhuc in alium succedere, & ita binis officiis Septemviralibus investiri poterit? Non possumus quin exercitii ergò hanc quæstionem moveamus potius, quam definiamus. Et quidem si ita est, quod Sigismundum Imperat. Ludovico Palatino, & Friderico Brandeburgico Septemviris, aperti Saxonici Electoratus investituram suis filiis petentibus regessisse tradit Frabric. *orig. Sax. lib. 7. p. 696. Knich. de Sax. non provoc. jure verb. Electorum c. 2. n. 16.* Se promptum quidem esse ornandi filios ipsorum, sed moveri pietate erga DEUM, atque amore in Rempublicam, ne jus majorum suorum violaret, aut antiquum Imperii morem convelleret. Usitatum enim ad sua usque tempora non fuisse, ut pater & filius simul Electores essent: Cujus instituti causas prudentissimi Imperatores, majores sui, graves justasq; habuerint. Quæ etiam habentur In Keyser Sigismundi Bekäntnußbrieff vber das Churfürstenthumb Sachs. Landgraff Friderich gegeben *d. An. 1425. apud Goldast.* Reichssatzung *P. 2. p. 102.* Vix dubium esse potest, quin multò minus unus idemq; Princeps ad binos Electoratus admitti

valeat. Et probabile est graves illas illius instituti causas ab iis non dissensisse, quas accuratiores Politici inculcant, ne sanguine vel affinitate nimis conjuncti in Senatum recipiantur, & votorum libertas privatæ necessitudinis conspiratione excludatur. Præcipuè verò videtur urgere *suprà th.* 17. *lit.* B. de septenario Electorum necessario, & lege fundamentali gravissimè inculcato deducta disputatio, quæ non minus & huc facere potest. Verum nec ex altera parte exempla desunt diligentius in majorum annales inquirenti, quæ non solum modo dictam Sigismundi adsertionem, verum etiam ipsam exinde derivatam quæstionis negativam admodum dubiam facere possunt. Quid enim est, quod ipse Sigismundus eodem tempore & Bohemiæ regnum & Brandeburgicum Electoratum possedisse notavit *Goldast in not. ad d.* Bekäntnußbrieff §. vnd wiewohl seyn *p.* 103. Quod etiam de Carolo IV. qui Marchiam ab Ottone V. Marchione 200000. Ungaricis emit, ejusq; filio Wenceslao probare posse videremur, si accuratiorem Chronologiæ calculum consulere liceret. Ita si Ludovici I. Marchionis Brandeburgici tempora cum transactione Patavina, qua eidem suffragium Septemvirale alternatim cum consobrinis, Rudolphi I. Palatini filiis, à Patre Ludovico Bav. Imp. adserebatur, conferre liceret, etiam ipsum duobus suffragiis in Electorali Collegio auditum dicere possemus. Nec hic eodem planè robore pugnare poterunt, quæ de septenario Electorum immutabili disputata fuerunt, quia ille adhuc etiam in hoc casu obtineret, nec magis immutatus dici posset, acsi quis eum minutum crederet, quod sæpissimè, qui Rex & Elector Bohemiæ, idem & Imperator fuerit, aut quod olim Gerhardus Moguntinus unus omnium nomine suffragia in Adolphum Nassovium tulerit. Duraret adhuc votum, duraret numerus, eademq; persona duobus suffragiis, ac duplici jure cēseretur, quod regulariter in quamplurimis negotiis & fieri, & fieri posse toto die videmus. *arg. Cap. Ferd.* 11. *art.* 30.
30. Ad hæc diversissimū est, votum planè extingui, & in unam personam cum alio coincidere tantùm ad tempus, usq; dum successio iterum locum faciat duobus. Neque enim ita rigidi Primogenituræ exactores sumus, ut hoc casu majorem filium Patri in utroq; Electoratu successurum putemus. Cæterum nunquam me audire memini-

mini, cum aliis vitiis hunc quoque defectum Friderico V. Palatino Electori, cum in Bohemiæ Regem eligeretur, unquam exprobratum fuisse. Ut ita in ancipiti suspensus, quò inclinem, constanter non habeam. Idq; tantò minus, quia notum est, esse augusto Collegio sua archiva arcana, pacta, uniones, & conventiones, quibus ejusmodi casus expeditos, admodum prope est, ut persuadear. Inde nec alteram illam, quę huic substernebatur, quæstioné definire audemus: An pater & filius Collegio Electorali simul adsidere possint? Negat enim disertè Imp. *in d.* Bekantnußbrieff / *ibi:* vnd frembde were / daß Vatter vnd Sohn solten zwey Fürstenthumb besitzen: ac desuper ad jura fundamentalia, antiquum Imperii morem, nec non justas causas provocat *apud Frabric. d. l.* quibus contradicere impudentiæ videretur. Et tamé negari nequit, ea d. l. nó dispositivè sed relativè, & ita non majori fundamento, quam ipsum relatum, dici, nec probari, quibus adeò movebatur, jura, in quæ nos hactenus incidere non potuimus. Quantum verò ad morem, de quo Sigism. *d. l.* daß es nicht viel gehöret / vnd frembde wehre / videtur res perquá facilis esse, quia auditum non esse, qnod nunquam contigerit, mirum non esset: Sed ut privatio habitum præsupponit, ita consuetudo negativa tùm demum allegari potest, ubi casus evenerunt, quibus non attentis contrarium ad contradictionem observatum fuit: *arg. l. 34. § ult. cũ seq. d. serv. rust. præd. l. 35. eod.* ac consuetudo, quia facti est *c. 1. de constit. in 6.* per actus, non autem per non actus, nisi ubi actuũ usus esse potuisset, introducitur *arg. l. 32. d. ll.* Quávis si usui quid tribui debet, ille in contrariũ sit, quia Goldast. *d. l. p.* 103. recenset Albertum Ursum & filium ejus Bernhardum Principes Anhaltinos, simul & eodem tempore Electores fuisse, illum Brandeburgensium, hunc Saxonię, de quo tenendum est, ei in ipsis casus Sigismundo propositi terminis, exautorato Henrico Leone, Electoratum à Friderico I. noviter collatum fuisse. Quò pertinet, quod suprà etiam habetur, Carolum IV. Bohemiæ Regem & Imperatorem (quem posteriorem, & tantum non dubitabiliorem casum sæpius contigisse constat) Wenceslaum filium Electoratu Brandeburgensi investiisse. Cæterum de duobus fratribus res clara est, non solum plurimis priorum seculorum exemplis, v. g. Bernhardi & Ottonis Anhaltinorum, illius

Saxoniæ,

Saxoniæ, hujus Brandeburgensis, Wenceslai Bohemiæ & Johannis Brandeburgensis (ad mentem Goldast. *d.l.* licet non absque dubio,) Ruperti Coloniensis & Friderici Victoriosi Palatini Electorum: Item Alberti & Joachimi Brandeburgensium Marchionum, quorum ille Archiepiscopatui Moguntinensi, hic Marchiæ in electione Caroli V. præerat: Sed etiam ipsa hujus diei observantiâ, quę Serenissimos Bavariæ Duces Coloniensem & Palatinum Electores, ut sanguine & utero, ita etiam dignitatibus æquatos, in Septemvirali senatu curis publicis adhiberi omnium oculis exponit. *e*) De E qua vide *th. seq. lit. A. & per tot.* f) *per text. A.B.c.25.* ubi etiam illud ca- F veatur, ne alterius notabilis effectus existat, Es sey dann daß derselbige nicht wohl bey Sinnen/vnd Vernunfft / oder sonsten einen bekanten Gebrechen an sich hette/ vmb deß willen er nicht solte oder könte über Land vnd Leute herrschen. Consuetudo enim de primogenito non est contra utilitatem regni extendenda, veluti ex *Schurf. cons.* 24. *n.* 8. *cent.* 2. inculcat *Limn. de jure publ. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 22. Et hoc cõsuetudines jamdudum etiam in communibus feudis introduxerũt, I.F.6.§.1. qui textus de altero illo 2.F.36. dubitare amplius non patitur, licet eum cæteroquin tàm pro nostra sententia, quia duas sententias recensens posteriorẽ amplecti videatur *l.* 74. §. *Sabinum ibiq; gl. ad Sct. Trebell.* quam pro contraria cò allegent, quod Obertus *d.c.* 36. autor suam ipsius definitionem reprobasse non credatur *Dn. Carpzov. ad Const. Sax.* 28. *P.* 3. *def.* 6. Quid autem si post susceptam dignitatem in fatuitatem incidat? Vasallum hoc casu privare feudo non audent *Dd. Vult.* 1 *F.* 9. *n.* 64. *p.* 454. Quib. etiam juris Saxonici æquitas adstipulatur, hette er aber Lehn empfangen / ehe er also worden ist / das verleuret er damit nicht / LandR. *lib.* 1. *art.* 4. *post med. Schultz. in Synops. feud. c.* 8. *n.* 105. quanquam administratio ei permittenda non sit *Arum. ad A.B. disc.* 6 *th.* 35. quemadmodum in Gallus Carolo VI. in amentiam illapso, Patrui regnum administrabant, *Io. Titius chron. in Carolo VI. ad An.* 1392. et in I. Ducatu conspiciebatur. *g*) Habet enim G licentiam etiam huic favori renunciare, *l.* 51. *de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact.* quemadmodũ Friderici Brandeburgici Electoris Primogenitus Johannes paternis precib. dabat, ut Friderico, fratri secundogenito totum Marchionatum, cum eligendi Imperatoris jure, cederet,

ut è *Chytr. lib.* 1. probat *Limn. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 33. Modo renunciatio non tendat in præjudicium alterius, *arg. l.* 11. *de R. I.* Si fortè filius adsit, *arg. l.* 22. §. 1. *de adopt.* aut in secundo geniti præjudicium cessio tertiogenito fiat, §. *Titius* 2. F. 26 *Tiraq. de jure primog. q.* 21. & 26. *n.* 5. *Engelbr. de success. Elect. concl.* 21. Atq; ejusmodi renunciatione jus successionis continuò incipit ad alios pertinere, veluti in simili loquitur *Ulp. in l.* 1. §. 5. *de success. edict.* Adeò ut nec pœnitere, & renunciationem revocare liceat, *l.* 4. *pr. quis ord. in possess. serv. l.* 5. C. *de O. & A. l.* 15. §. 5. *ad l. Iul. de adult.* Non obstantibus quæ pro contraria sententia stare videntur *l.* 8. *de collat. bon. l.* 3. §. 10. *de sepul. viol. l.* 8. *de jur. delib.* Sed quid dicamus si renuncians minor fuerit? Rumelin. *ad A. B. P.* 1. *Diss.* 6. *th.* 9. ex vulgata *l.* 3. C. *de restit. in integr. min.* distinctione vel deficientis vel dati curatoris, Renunciationem vel nullam esse dicit, vel restitutionem suadet. Nisi juramentum accesserit, quod ex communi dispositione *Auth. Sacramenta puberum C. si advers. vendit.* inviolabiliter statuit esse

H custodiendum. *b*) *A. B. c.* 25. *circa fin.* Soll sich gegen denen anderen Brüderen allezeit gnädig und Gottsfürchtig erzeigen / *arg. l.* 15. §. 13. *de agnosc. lib.* Pro facultatum tamen modulo nach vätterlichen vermögen *A. B. d. l. & d. l.* 5. §. 7. & 10. *de agnosc. lib.* nec non pro generis dignitate *l.* 1. §. 19. *l.* 4. §. 1. *de ventr. in poss. mit.* etiam in matrimonii contrahendi casum *post Limn. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 121. *disputatio præcedens th.* 27. *lit.* G. Atque hanc pietatem in sacris quoq; de Judæorum rege observavit Nob. Dn. Præses *concl.* 25. *de Vicar.*

16. Legitima autem ætas in Principe Electore octodecim anni statuti sunt, *a*) quos, si nondum expleverit, *b*) tum proximus agnatus tutelam & Electuræ administrationem subit: *c*) Adeò ut ne Pater quidem alium Tutorem testamento dare possit. *d*) Cæterùm de Rege Bohemiæ singulare quid hîc notant nonnulli, quod eo adhuc infra suos annos constituto, Status Regni administrationem expediant. *e*)

A *a*) Per sanctionem A. B. *tit.* 7. *Vid. disp.* 2. *th.* 11. *lit.* E. Forte ad Longobardorum mores qui totidem annis legitimam ætatem definiebant *Cujac. de div. temp. præscript. c.* 27. ac ad indolem veterum Germanorum,

norum, quorum instituto Nobilitatis & Patrum merita Principis dignationem etiam adolescentibus adsignabant. *Tacit. de morib German. c. 13. n. 4.* Quia enim Electoratuum heredes liberalius educamus, majoriq; sollicitudine elicimus tanti sanguinis & indolis generositatem, mirum non est tantæ curæ educationem

Ante annos animum curamq; virilem

Addere, ut verba Poetæ 9. *Aen.* habent. Quæ ratio etiam in Sueciâ *Thuan. hist.* 131. & Siciliâ *Marant. specul. p.* 61. *n.* 80. eundem annorum terminum administrationi regni præfixit *Limn. de jur. publ. tom. 1. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 37: Incommodè autem ad privatorum jura trahitur, quemadmodum de Dithmarsiæ statutis accepimus, Ea masculis Eiderstadensis provinciæ eundem minorennitatis terminum statuisse, eoq; campum aperire nimis præcoci Veneri, atq; exhauriendæ cum re familiari pubertati, quod olim tam absuisse à veteribus Germanis commendat *Tacit. de morib. Germ. c.* 20. *b*) Sicuti enim communi jure, ut quis major fiat, tempus à momento in momentum spectatur *l.* 3. §. 3. *de min.* Ita etiam nostra Sanctio annos completos requirit, *d. tit.* 7. *ibi*: auff 18. vollkömliche Jahre gesetzet / *Nob. Dn. Præs. in exerc. Iur. disp.* 4. *th.* 19. *lit. A.* Ut ita lege tota non perspecta ex priori ejus particula judicavisse oporteat Knichenium *de Sax. nonprovoc. jure verb. Electorum c.* 5. *n.* 43. Cum annum ceptum pro completo habet per *A. B. t.* 2. *in verb. Attigerit.* Cujus opinioni nec ex *l.* 8. *de mun. & honor. l. pen. de testam. milit. l.* 41. *de manum. testam. l.* 74. §. 1. *ad SCtum Trebel.* nec exemplis Friderici IV. Palatini, & Joachimi I. præsidium accedit, quorum hic anno ætatis 16. gubernationem Marchionatus Brandeburgici, ex interpretatione Moguntini, nostrum A. B. textum de casu electionis Imperatoriæ interpretantis, subibat *Limn. lib.* 3. *de jure publ. c.* 7. *n.* 42. Illi verò dierum 59. defectus impedimento non erant, quo minus protinus ad Electoratus administrationem admitteretur *è Freher. de tut. Elect. Buxtorff. diss. ad Aur. B. th.* 86. *lit. G.* Quia A. B. litera adest, *Nob. Dn. Præs. c. l.* quæ & sapientum argumenta *Vantius de nullit. tit.* 9. *n.* 149. & Romæ exemplum *l.* 12. *de off. præsid.* respuit. An autem Pater dictum tempus dispositione sua coarctare, vel prolongare potest? Neg. *Rum. ad A. B. P.* 1. *diss.* 7. *th.* 8. *arg. l.* 22. *de adopt. & Arum. disc.* 194. *th.* 13. per verba nostri textus, volumus & statuimus perpetuò haberi: B

haberi: quibus privatus derogare eo minus poterit, quod Imp. etiam Consulum vel Præsidum decreta ambitiosa habuerit, quibus ante legitimam ætatem minoribus rerum suarum administrationem concesserant; *l.3.pr.de min.* Non obstantibus quod Freher *de tut. Elect.fol.4.* movet, *arg.§.ad certum I.qui test.tut.dar.§.præterea I.quib.mod. tut.fin.* necnon testimonio Apostoli *Gal.4.1.* quæ Dn. Arum. *d.l.* explicavit. Completo autem decimo octavo anno noster Electoralis successor adeò major est, maturusq; suæ dignitati, ut ipsi Tutor non solum ea, quæ personam spectant, sed etiam quæ ipsam rem concernunt, id est vocem, jus & potestatem Electoralem cum ipsa terrarum, ad Electoratum pertinentium plenaria administratione restituere sive adsignare teneatur, *Dn. Præses de Vicar. concl. 31. lit. B.* Nam frustra fuit Richardus Palatinus, qui *An.* 1592. post mortem Johannis Casimiri, Electoratus Administrator Friderico IV. Provinciæ Electoralis administrationem, ante annum ætatis 25, restituere acerrimè recusabat, veluti docent edita in eam rem scripta Churpfaltz Ableinung / Item Gründlicher Gegenbericht Pfaltzgraff Reichards / Et ejusdem Wiederlegung. Quia clariora sunt A. Bullæ verba, quam ut interpretatione suspecta elidi valeant, Soll der Vormund Jhm das Recht / Stimm vnd Gewalt / vnd alles was deme anhänget / gäntzlich sambt dem Ampte übergeben. Ut taceam absurditatem, successori nostro Electorale officium, quo in publicas vigilias & sollicitudinis Imperatoriæ partem adsumitur, imò pro ratione casus evenientis totius Imperii administrationi & vicariatui sufficit, restitui debere, Provinciæ verò suæ administrationem adhuc penes Curatorē relinquendam, donec sapiat summus ille Imperatoris consiliarius, & aptus sit suæ provinciæ gubernandæ, qui jamdum publicis curis satis incubuit. Imò annō hoc modo exceptio reguļę *in t.02.A.B.* tàm sollicitè adornatę, & Principatum cum jure Electorali inseparabiliter conjungenti, invito quasi, & nihil tale cogitante Imperatore, obtrudetur? *Vid.Limn.d.l.* Neq; satis Richardum, & qui cū eo dissentiunt, juvare possunt, quæ allegantur 1. Ex A.B. Eam de administratione terrarum Electoralium nihil inducere, sed solum de jure votandi disponere. Quemadmodum 2. gravissimus Imperii Archicancellarius Moguntinus in supradicta Joachimi successione

hunc

hunc textũ aliter interpretati non potuerit. Et 5. Bullam Sigismundi rem satis expedire *apud.Goldast.Constit.Imper.tom.* 1.*p.* 145.*ubi*: Ætatem autem debitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem, decem & octo annorum haberi volumus. In Principatibus autem Ducatibus & Dominiis aliis gubernandis ætatem observandam decernimus, prout à D. Romanorum Imperatoribus est sancitum. 4. Accedente diversitatis ratione, quod in jure Eligendi, reliquisq; Electoralibus officiis cum Collegio concurrat, quod ætatis imbecillitatem sua prudentia compenset, in terrarum vero gubernatione, quæ socium nō patitur, facilius sit erroribus expositus. Quę partim *Limn.lib.*3.*c.*7.*n* 63.conciliat, partim nos in discursu expediemus. Verùm necdum acquiescitur, sed disputatur, quid de reliquis Principatibus, quos fortè habet, præter Electoratum, Electoralis successor, dicendum sit: Annon saltem illi usque ad perfectum 25. annorum terminum penes Administratorem remaneant? Ita idem opinabatur Richardus in Friderici IV. successione, per eosdem, quibus in præcedenti quæstione nitebatur, colores. Quibus addebat, ut una res non raro diversis respectibus censeri solet, *l.* 26.*C.de adm. tut.* ita in nostro casu, ratione Electoratus & reliquarum ditionum, duplicem quasi personam Electoris & Principis venire considerandam. Utut itaque, quæ diximus, de successore Electorali, quatenus Elector est, obtineant, aliter tamen se rem habere, quatenus & ubi ut Princeps consideratur: nam tùm non posse non idem juris valere, quod in reliquis Principibus constitutum est, per vulgata, quæ ubi duo respectus concurrunt, unicuique sua jura volunt tributa, *Everh.in loc.à tanquam & respect.argum.l.*7. §.*fin.de senat.l.* 50.*locati.c.*75. *de sentent. excom.* Verùm nos repetimus ductum ab absurdo argumentum, quod in præcedenti quæstione pro nobis allegavimus, nempe communibus totius Imperii curis admotum, ad privatæ rei negotia ineptire, & publicè oculatum privatim cœcutire non posse. Cui jungimus observantiam, qua novissimè Fridericus V. Palatinus & Christianus II. Saxoniæ Elector, Bullæ nostræ termino completo, cum Electorali, etiam reliquorum Principatuum gubernationem, ab Administratoribus receperunt. Et facit ad hanc rem alia Caroli IV. in causa Rupertorum, die Johannis An. 1356. atq;

ita posterioritatis prærogativis, *l.ult.de constit.princ.* suffulta Bulla, quæ auream illam benè interpretatur, Soll jhm der Vormund alle Lande/ Herrschafft/ Würdigkeit/ Ehre vnd andere Rechte/ die er als ein Vormund eingenommen hatte/ abtreten! *Limn.d.l. num.* 63. Quantum ad allegatam Sigismundi Bullam *in verbis: In Principatibus autem* &c. aut ea de reliquis Principibus loquitur, & ita nobis non adversatur, *Arum ad A.B.disc.* 4.*thes.*14. aut si de Electoribus intelligenda est, Generalem illam communi statuum suffragio promulgatam *proœm.A.B.* clausulisque derogatoriis munitam, *A.B.c.* 3. auream & fundamentalem Imperii legem abrogare non potuit, *Coler. de jure Imp.Rom.concl.*34. Vel saltem usu quodammodo reprobata ad æquitatem nostri textus *in A.B.* rediit. Tandem & hoc loco controvertitur: An idem terminus reliquis Principibus constitutus sit? Negamus cum Nob. Præside *in Exerc.jur.disp.*4.*th.*19. *Limn. lib.*7.*c.*3.*nu.*40. Cur enim regulę de 25 annis non stemus, donec exceptio doceatur, *l.*8.*de publ.in rem act.* Nam toties citata A. Bullæ dispositio, tanquam jus singulare, de persona in personam extendenda non est, *l.* 14 *l.*15.*de ll.* Sed potius regulam confirmat in casibus non exceptis, *Coler.de jure Imp.Germ.sect.*65. ad quam sæpè allegata Sigismundi Bulla nostrum casum expressè remittit *apud Goldast. d.l.in verb.in Principatibus verò ætatem observandam, prout à D.Imperatoribus est sancitum.* Neque tantoperè obstat, quam in contrarium urgent, rationis identitas, quod in Principibus æquè ac in Electoribus naturæ maturior benignitas, & educatio regalior, ætatem suppleat. Et 2. quod major in Principibus ratio militet, quia eorum una in regendis subditis, Electorum vero duplex, pro personæ & muneris respectu, industria requiratur, *Cothm.consil.* 44. *num.* 52. *vol.* 1. Quodq; 3. plurima exempla, ut Wilhelmi Bavari, Johannis II. & Wolfgangi Palatinorum, Philippi Pomerani, & plurimorum aliorum, *quos Coler. Isag. Iurispr.disp.* 4.*monit.un.& Limn. d.l.n.*41. *&* 66. *recensent*, huic rei certam interpretationem suggerant, *l.minimè de ll.* Nam nos regulæ innixi Exceptionis probationem postulamus, edocti intereà, nec identitatem nec majoritatem rationis operari extensionem in jure singulari, quod intensionis respectu quidem plenissimè explicari, *l.* 3. *de const. princ.* extensivè autem ad exemplum trahi & personâ egredi non

potest,

potest, *l.1.§.2.ibid.* Non igitur de rationibus & argumentis, sed de Principis voluntate laborandum, & ut idem etiam reliquis Principibus indulgeatur, imploranda est summæ Majestatis autoritas, *Rum. diss. ad A. B. 7. thes. 10. P. 1. Cothm. consil. 42. num. 52.* quem malè inter Dissent. ab Arum. *ad A.B c. 7. q* 15. referri, demonstrat Nob. Præs. *Exerc. disp. 4. thes. 19.* Quemadmodum Illustrissimæ Hassorum Principum familiæ etiam annum decimum octavũ legitimæ ætatis terminum constitutum esse comperuimus. Nec dubium est plura eorum, quæ suprà allegavimus exempla, etiam ex specialibus Imperialis Majestatis concessionibus ac venia, vel ex Privilegiis gentilitiis invaluisse, ordinarii juris dispositioni non præjudicatura. Ita Hortl. *de caus. bell. Germ. lib. 4. c. 51. pag.* 730. Propositionem Wilhelmi Bavari refert, quæ libertatis alicujus Provincialis in hoc passu meminit, gemeiner Landes Freyheit / und der Landschafft Erbhuldigung / daß der Landes Fürst bey Erreichung des 18. Jahres / das Fürstliche Regiment annehme. Et Limn. *d. l. nu.* 42. introducit acta gentilitia Mansfeldensium Comitum, daß keiner unter 16. Jahren soll zum Regiment kommen. Antequam hic abeamus, præterire non possumus, legitimum 25. annorum terminum, quem in reliquis Principibus adhuc stare asseruimus, ita strictè tamen accipiendum non esse, ut Illustrissimi Saxoniæ Duces non debeant anno ætatis vigesimo primo majores dici, cura solvi, & ad Ducatuum suorum administrationem admitti. Certum enim est jura eorum Saxonica, singulari Caroli M. Privilegio data, *Tr. vol. 1. disp. 1. thes. fin. lit. A. Privileg. Ferd. I. Saxon. de non appell.* §. Es were auch solche gewonheit / *post pr. apud Ayrer. P. 2. process. c. 4. observ. 2. p.* 514. & A. Bulla *tit.* 5. §. *fin.* approbata, singulisque in Comitiis, repetitis solennibus protestationib. *Georg. Schultz. in prolegom. ad Synops. Instit. rubr. de orig. jur. Sax.* ad serta, nec non veneranda, ipsam civilis juris in Germaniam introductionem antevertente Antiquitate nobilitata, *Bach. ad Tr. d. l.* minorennitatis terminum annum vigesimum primum cõstituisse, Landrecht / *lib. 1. art. 42.* Lehenrecht / *c. 26. vers.* doch müssen. Quam prærogativam tamen nos prudentiæ Saxonum cum Dn. Carpz. *in Iurispr. forens. Sax. P. 2. ad Const. 11. defin. 19. ubi in terris Saxonicis maturius aliquando sapere homines amore patriæ persuasus est*, non audemus acceptam ferre, nec

genuinam ejus rationem magis reddere posse videmur, quam cur mulieres citius tutelâ solutæ *pr. 1. quib. mod. tut. fin.* duobus annis maturius, non solum testamentum facere, *l. 2. pr. de vulg. & pupill. subst.* sed etiam veniam ætatis impetrare potuerint, quam masculi *l. 2. §. 1. Cod. de his qui ven. ætat.* Quia itaque notissimi juris est, consuetudines & statuta loci in omnibus causis attendi debere, *O. C. P. 2. art. 57.* Von des Kayserl. Cammer-Richters vnd der Beysitzer Eyd: Nec aliud in ipsis Principibus observari, quos in contractibus & judiciis jure privatorum uti toto die videmus, *Schrad. de feud. tit. 2. sect. 20. nu. 238. Coler. de jur. Imp. Germ. sect. 63.* Adeò ut *Köpen. q. 47. n. 2. Mod. Pist. cons. 40. n. 20. volum. 2. Wesenb. de feud. c. 8.* jam dudum de simultanea investitura concluserint, eam exemplo subditorum Duces Saxoniæ etiam in Imperialibus feudis observare, *Coler. d. l.* Nos non videmus, cur non etiam in hac ætatis quæstione Saxoniæ Ducibus Saxonicus vigesimi primi anni terminus, legitima ætas censeri debeat. Nisi fortè Principes cura & moderamine aliorum tenere malimus, etiam ubi subditis libera rerum suarum administratio indulta est, & nulla aliâ diversitatis ratione interveniente, Ducum imbecillitatem vereri, ubi de rusticis satis speratur. Atque ita jamdum *A. C.* 1406. Fridericus Thuringiæ Landgravius, cum annos viginti & unum implevisset, ad avitarum ditionum gubernationem admittebatur, *Limn. de jure publ. lib. 3. c. 7. n. 66.* Et novissimè mihi aliter non constat, quam Illustrissimum lineæ Aldenburgensis primogenitum Johannem Philippum Christ. mem. anno Christi 1618. & ætatis 21. quo nuptias celebrabat, etiam cura solutum, Ducatus sui clavum apprehendisse. Præcipuè autem quæstionem nostram expedit transactio dictæ celsissimæ domus, *d. An.* 1554. qua, cum Imperatoria confirmatione, cautum est, daß da ein Articul vorfiele / der sich vmb die Sächsische Rechte in der Hauptsache ziehen thete / darin dem Sächsischen Rechte nachgesprochen werden soll / *apud Coler. d. l. sect. 63.* Et ita arbitramur, salvo aliorum judicio, pro quibus facere videtur, quod jura Saxonica, subditis lata, Principes non obligent, qui potiùs eo jure censeantur, quod iis superius est, nempe communi Cæsareo: Nec Duces Saxoniæ Saxonici juris, verum tanquam membra & immediati subditi Imperii, civilium legum objecta sint: Quibus

legiti-

legitimum ætatis terminum coarctare non minus indulgendum videatur, quàm si singularia ejusmdi, à solâ Cæsareæ Majestatis benignitate dependentia privilegia, communia, & cuivis statui potestatem facere velimus, ea sibi ipsi suis legibus provincialibus, vel invito Imperatore, tribuendi. *c) Per text. ind. c. 7. A. B. ibi*: Daß als dann der Eltiste dessen Vormund/vnd Administrator sein soll. Modò nec ipse minorennis, sed legitimæ ætatis sit, *l. fi. C. de legit. tut.* quã juris cõmunis dispositioni relictam, non a. æquè, ac in Electoribus, 18. annorũ spatio definitam putamus cũ Buxt. ad *ad A. B. th. 86. lit. C.* Non obstante, quod Imperator d. terminum in Electoribus definierit, iisque fratrum eorum tutelam concesserit, atq; exinde nec majorem ætatem videatur in tutore requisivisse. Item quod absurdum sit, Eum à tutela Electorali repellere, cui casu ita eveniente, in eadem illa ætate, jus & vox Electionis, totusq; Electoratus plenariè adsignari deberent. Quib. Rumelin. *Diss. 7. P. 1. th. 5.* satisfacit. Quid a. si ob ætatis defectũ proximus agnatus tutor esse nequeat, & tutela ad remotiorem devolvatur: Anne hic tutor manebit, licet durante administratione proximior legitimæ ætatis esse cœperit? Aff. Rumelin. *d. l. thes. 6. per tit. 7. A. B.* Also lange vnd viel / biß/ꝛc. Cum quo facit Bulla Palatina *apud Gold. P. 1. Const. Imp. p.* 145. §. *talis successio*: quicquid sit, quod jura Saxon. remotiori non diutius, quam usque dum proximior major fiat, tutelam deferant, Weichbild / *art.* 49. *Schneid. ad pr. I. de legit. Agn. tut. num.* 12. *& de fiduc. tut. c. 6. in fin.* ac leges nostræ civiles hoc casu successioni locum planè non faciant, sed curatorem dari velint, *l. 10. §. 7. de excus. tut. arg. l. 1. §. 2. de leg. tut. Vid. Bachov. ad § ult. I. de cap. dim. juncta tamen l. ult. Cod. de legit. tut. ejusq; intellectu Bachoviano ad* §. 13. *de excus.* Hoc loco illud quoq; controverti poterat, an proximus agnatus, si Clericus sit, etiam ad tutelam possit admitti. Nos affirmandi rationes nondum videmus: Sed quia successio & tutela immediato nexu cohærent, *vid. infrà lit. seq.* nescimus qua ratione ad tutelam & administrationem tanti officii admitti queat, qui successionis incapax est, *vid. th. præced. lit. D. Buxtorf. ad A. B. thes. 86. lit. B.* Accedente præterea Bullæ Sigismundeæ autoritate *apud Gold. d. l.* in verbis disertis: Laicus duntaxat dicti pupilli de jure tutor esse debet. Non obstante *Novellâ* 123. *c. 5. & c. 26. dist.* 86. quæ in hanc

C

genuinam ejus rationem magis reddere posse videmur, quam cur mulieres citius tutelâ solutæ *pr. I. quib. mod. tut. fin.* duobus annis maturius, non solum testamentum facere, *l. 2. pr. de vulg. & pupill. subst.* sed etiam veniam ætatis impetrare potuerint, quam masculi *l. 2. §. 1. Cod. de his qui ven. ætat.* Quia itaque notissimi juris est, consuetudines & statuta loci in omnibus causis attendi debere, O. C. P. 2. *art.* 57. Von des Kayserl. Cammer-Richters vnd der Beysitzer Eyd: Nec aliud in ipsis Principibus observari, quos in contractibus & judiciis jure privatorum uti toto die videmus, *Schrad. de feud. tit. 2. sect. 20. nu. 238. Coler. de jur. Imp. Germ. sect.* 63. Adeò ut *Köpen. q. 47. n. 2. Mod. Pist. cons. 40. n. 20. volum. 2. Wesenb. de feud. c.* 8. jam dudum de simultanea investitura concluserint, eam exemplo subditorum Duces Saxoniæ etiam in Imperialibus feudis observare, *Coler. d. l.* Nos non videmus, cur non etiam in hac ætatis quæstione Saxoniæ Ducibus Saxonicus vigesimi primi anni terminus, legitima ætas censeri debeat. Nisi fortè Principes cura & moderamine aliorum tenere malimus, etiam ubi subditis libera rerum suarum administratio indulta est, & nulla aliâ diversitatis ratione interveniente, Ducum imbecillitatem vereri, ubi de rusticis satis speratur. Atque ita jamdum *A. C.* 1406. Fridericus Thuringiæ Landgravius, cum annos viginti & unum implevisset, ad avitarum ditionum gubernationem admittebatur, *Limn. de jure publ. lib. 3. c. 7. n. 66.* Et novissimè mihi aliter non constat, quam Illustrissimum lineæ Aldenburgensis primogenitum Johannem Philippum Christ. mem. anno Christi 1618. & ætatis 21. quo nuptias celebrabat, etiam cura solutum, Ducatus sui clavum apprehendisse. Præcipuè autem quæstionem nostram expedit transactio dictæ celsissimæ domus, *d. An.* 1554. qua, cum Imperatoria confirmatione, cautum est, daß da ein Articul vorfiele / der sich vmb die Sächsische Rechte in der Hauptsache ziehen thete / darin dem Sächsischen Rechte nachgesprochen werden soll / *apud Coler. d. l. sect.* 63. Et ita arbitramur, salvo aliorum judicio, pro quibus facere videtur, quod jura Saxonica, subditis lata, Principes non obligent, qui potiùs eo jure censeantur, quod iis superius est, nempe communi Cæsareo: Nec Duces Saxoniæ Saxonici juris, verum tanquam membra & immediati subditi Imperii, civilium legum objecta sint: Quibus legiti-

legitimum ætatis terminum coarctare non minus indulgendum videatur, quàm si singularia ejusmdi, à solâ Cæsareæ Majestatis benignitate dependentia privilegia, communia, & cuivis statui potestatem facere velimus, ea sibi ipsi suis legibus provincialibus, vel invito Imperatore, tribuendi. *c) Per text. ind. c. 7. A. B. ibi*: Daß als dann der Eltiste dessen Vormund/ vnd Administrator sein soll. Modò nec ipse minorennis, sed legitimæ ætatis sit, *l. fi. C. de legit. tut.* quā juris cōmunis dispositioni relictam, non a. æquè, ac in Electoribus, 18. annorū spatio definitam putamus cū Buxt. ad *ad A. B. th. 86. lit. C.* Non obstante, quod Imperator d. terminum in Electoribus definierit, iisque fratrum eorum tutelam concesserit, atq; exinde nec majorem ætatem videatur in tutore requisivisse. Item quod absurdum sit, Eum à tutela Electorali repellere, cui casu ita eveniente, in eadem illa ætate, jus & vox Electionis, totusq; Electoratus plenariè adsignari deberent. Quib. Rumelin. *Diss. 7. P. 1. th. 5.* satisfacit. Quid a. si ob ætatis defectū proximus agnatus tutor esse nequeat, & tutela ad remotiorem devolvatur: Anne hic tutor manebit, licet durante administratione proximior legitimæ ætatis esse cœperit? Aff. Rumelin. *d. l. thes. 6. per tit. 7. A. B.* Also lange vnd viel / biß/ꝛc. Cum quo facit Bulla Palatina *apud Gold. P. 1. Const. Imp. p. 145. §. talis successio*: quicquid sit, quod jura Saxon. remotiori non diutius, quam usque dum proximior major fiat, tutelam deferant, Weichbild / *art. 49. Schneid. ad pr. I. de legit. Agn. tut. num. 12. & de fiduc. tut. c. 6. in fin.* ac leges nostræ civiles hoc casu successioni locum planè non faciant, sed curatorem dari velint, *l. 10. §. 7. de excus. tut. arg. l. 1. §. 2. de leg. tut. Vid. Bachov. ad § ult. I. de cap. dim. juncta tamen l. ult. Cod. de legit. tut. ejusq; intellectu Bachoviano ad §. 13. de excus.* Hoc loco illud quoq; controverti poterat, an proximus agnatus, si Clericus sit, etiam ad tutelam possit admitti. Nos affirmandi rationes nondum videmus: Sed quia successio & tutela immediato nexu cohærent, *vid. infrà lit. seq.* nescimus qua ratione ad tutelam & administrationem tanti officii admitti queat, qui successionis incapax est, *vid. th. præced. lit. D. Buxtorf. ad A. B. thes. 86. lit. B.* Accedente præterea Bullæ Sigismundeæ autoritate *apud Gold. d. l.* in verbis disertis: Laicus duntaxat dicti pupilli de jure tutor esse debet. Non obstante *Novellâ 123, c. 5. & c. 26. dist. 86.* quæ in hanc C

rem nihil faciũt. *d*) Movebatur hæc cõtroversia in hypothesi, cùm Fridericus IV. Palatinus Elector filio minori tutorem daret Johannem Ducem Bipontinum, proximiore vel seniore agnato Philippo Ludovico Neoburgico præterito: Et disputabatur à quampluri-mis quorum Catalogum exhibent, *Zach.* Friedenreich *in Synops. controv. de tut. Elect. Palat. Anton. Coler. de jure Imp. Rom. sect.* 56. *VVurmser. Exerc.* 2. *concl.* 16. acerrimè. Nos veluti ad spicilegium relicti paucissima in thesi dabimus. Ita ergo est, lege Imperii aurea Agnato proximo tutela Electoralis data est, *d. t.* 7. *A. B.* Ergo eidem hominis dispositione adimi non potest, *l.* 38. *de pact. Gœd. ad l.* 120. *in fin. de V. S.* licet decies millies contrarium velint morientes, ut loquitur Imp. *Novell.* 22. *c.* 33. Nec juvat vulgata regula: *Cessare legitimam tutelam quamdiu testamentaria speratur, l.* 11. *pr. de test. tut. l.* 9. §. 1. *de tut. & rat. distrah.* atque ita A. B. dispositionem tum demum obtinere, cum testamento nihil cautum est. Quia ea jure communi obtinet, ubi ex lege 12 tab. Agnati non simpliciter, sed ita demum, & sub hac cõditione vocantur, si nullus testamentarius tutor existat, §. *quod a.* 2. *I. de legit. agn. tut.* At longè aliter in nostro casu, ubi lex regni purè & præcisè agnatum vocat, eique proprio quodam, perpetuo & immutabili jure tutelam defert: Cui factum testatoris præjudicare non valebit, *l.* 55. *de leg.* 1. *l.* 42. *de oper. libert.* Quod ipsum cardo est totius controversiæ, ipso Bachov. qui contra Tr. *vol.* 2. *disp.* 8. *th.* 3. *lit. A.* testamenti causam subtiliter tegit, consitente: Eo modo, quæstionem arduam non esse, imò carere ratione dubitandi. Neque autem quantum ad rem ipsam, persuaderi ullâ suadâ posse videmur, ut credamus augustas illas Regni, in salutem orbis, tot vigiliis, tantoque Magnatum consensu, omnibus turbis & motibus componendis promulgatas fundamentales sanctiones, ita latas esse, ut facto hominis adhuc locus, & ansa periculosissimis illis, quæ tantopere præcavere studuerunt, civilibus dissidiis relinqueretur: aut augustissimum Imperii senatum conditionem, Si aliter ab homine provisum non sit, quam ita facilè exprimere poterat, voluisse subintellectam. Imò annon vel Domitii exemplo docti sumus, validè stultam esse constitutionem, de qua dubitare sani non potuerunt, *l. Domitius* 27. *qui test. fac. poss.* Ut literatissimum Carolum, cum prudentissimo

Impe-

Imperii senatu, postquam tot curas, labores, & anxietates, *tàm in totius Bulla, quā d.t.7. proœm.* locutus esset, persuaderi velimus nihil majus definivisse, quam quod jamdudū è Justiniani doctrina noverant dupondii. Bullam & illum in primis titulum molitus est, ut tanto celerius orbi subveniretur, quanto purior charitas custoditur, obscuritate succisâ, & jure cujuslibet dilucide declarato, *veluti ipse loquitur d.t.7.pr.* Sed annon cecidisset penitus proposito, & inflammasset ardentius dissensionis fomenta, si rem in dispositione Justinianei juris voluisset relictam? Si enim hoc fixum voluit, cur causam præbuit ambigendi, *uti meritò miratur Dn. Lampad. de Const. Imp. c.4.n.25?* Cur autor erat dubii, quod tot stylis, tot odiis exercetur? Neque enim sufficit, quod singularia esse dicunt, quæ de seniore tantùm suscipiente tutelam, de controverso jure Patrui & nepotis sancita sunt, quodque frequens sit, pleniori tractationi quandoque etiam non nova adjicere, exemplo *Nov. 118.* Nam excusare hęc poterant augustum constituentē, nisi tot bella & motus, tàm sollicitum procemium, tam sancta intentio, quovis otioso excluso, certam dilucidamq; declarationē exigerent. Certè totus Carolus *in d.t.* singularis est, in ætate, successione & omnibus *Arum. disc. ad A.B.4.th.10.* Annon ergo de connexis idem judicemus? Verū nec textus nos adeò destituit, ut non & ipse sua nobis argumenta contribuat. Ita valida verba sunt, solche succession gehalten werden / doch mit der Weise/bescheidenheit/ vnd bedinge/daß alsdann der Eltiste Bruder Vormund vnnd Administrator sein soll / quæ si rectè lego, conditionem inferunt, sub qua primogenito, ejusque nepoti illa controversissima successio præ secūdo genito, ejusq; lineâ indulta & delata est, adeò ut illā immutare foret eâdem operâ evertere ipsa successionis jura, argumento eorū, quæ de conditionalib. disputant Dd. *in l. cū avus de cond. & demonstr. Arum. Disc. 4. th.10.* Aut si cōmuni juri adeò remissa est tutela Electoralis, eccur hactenus nunquam remoti sunt, ut suspecti, qui operam suam cupidius ingesserunt, *argum. l. 25. de procur. l. 9. de tut.* Ergo etiam vel futori conferetur summa post Imperatorem dignitas? Conferretur enim malo publico, sive directò sive per consequentiam illud fieri dicamus. Et restrictio, si jus sedendi in senatu habeat, juri communi, pro quo hic adeò pugnant,

gnant, incognita est, ac vetus ordinum distinctio, *l. 44. pr. l. 15. §. 3. de excus.* nec ipsa satis certa, *d. l. 15. §. 2. & l. 22 de tut. dat.* vel expiravit, vel saltem hunc casum non exhaurit. Imò eccur tandem nec Matri nec Aviæ Electoralem administrationem deferimus, si adeò nihil singulare hoc in casu A. B. disposuit? Si adeò illibata obtinere debēt communia jura, *Auth. matrem C. quand. mul. tut. off:* Quidni regulæ stemus, quæ omnem ordinationem defuncto in feudis denegat *c. 1. de feud. success?* Nam administratio alio jure censeri non potest, *Nob Præses in Exerc. jur. disput. 4. thes. 3. lit. b.* Præsertim si attendamus, *quod Idem, & VVurms. d. l. deducunt*, successioni tutelam arctissimè cohærere, atque ideo Patris arbitrio magis committi non posse, quam illam. Cæterùm quæ è gentiū jure hic mutuantur Dissent. quasi ex ejus æquitate hæc dandi tutoris potestas sollicitudini Patris data sit, quæ hâc ipsorum Electorum, sua jura nōn jactaturorum, consensu promulgatâ Bullâ, abrogari non potuerit: Præter principii petitionem etiam eo laborant, quod hîc non de Patris, aut unius familiæ bono, sed de summa dignitate, & totius orbis salute agatur. Nam aliud planè est Patrem filio suo tutorem, aliud vero privatum Imperio vicarium, Imperatori Electorem, Orbi summum Consiliarium, arcanoque Collegio adsessorem dare: cum nec rudiusculæ adhuc 12. tab. leges, nisi de suæ rei tutela, disponere permiserint, *l. 120. de V. S. VVurms. d. l.* Quanquam frustrà videamur dubitare post tanta tot non solum Dd. sed Magnatum judicia, quibus sententia nostra manifestè adseritur. Ita D. Imperator, & augustus Electorum senatus pro nobis faciunt. Nam Imperator Rudolphus Neoburgico Principi *Anno 1603. d. 27. Ian.* respondit: Se non posse non fateri rem esse perniciosi exempli, & Electori Palatino minimè convenientem, &c. Plurimum interesse ut A. B. sarta tecta maneat. Cui adstipulati sunt expressissimis verbis Joannes Adamus Archiepiscopus Moguntinus *d. 18. Iul. Anno 1603.* Lotharius Elector Trevirensis *d. 9. Iul. eod. Anno.* Ernestus Coloniensis Archiepiscopus *eod. d. & ann.* Christianus II. Saxon. Elector *d. 24. Iul.* Qui omnes disertè adserunt, *Nostrum casum in A. B. ejusq; declarationibus Cæsareis decisum. Neque se videre posse, quibus juridicis fundamentis hæc tàm sancta constitutio, & notoria consuetudo labefactari queat,*

è Zeph-

è Zeschlin. vindic. tutel. c. 6. nu. 10. *Limn. de jure publ. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 104. Imò in ipsa Palatinorum Electorum familiâ gravissima, etiam contradictorio judicio confirmata præjudicia occurrunt, quæ legitimam tutelam eleganter adstruunt. Ita enim Ludovico IV. mortuo Frater ejus Fridericus, spretâ testamentaria dispositione, tutelam impuberis Philippi suscepit, *Harp. ad* §. 2. *I. de tut. n.* 30. *Arum. disc. ad A. B.* 4. *thes.* 10. Et Ludovico V. Electore piè defuncto, Anno 1583. Joannes Casimirus, ejus Frater sese tutelæ Friderici IV. obtrusit, ac Illustrissimos contutores, de quibus Pater filio prospexerat, seriò exclusit, *Limn. d. l. Arum. d. l.* Quæ in contrarium à dissentientibus allegantur, partim jamdum declinata sunt, partim ipso discursu discutientur. Urgent enim regulam, qua jus generale jus specialius nunquam abrogare censeatur, & concludunt, generalem Agnati ad curam vocati sanctionem, ex specialiori dispositione, quâ tùm demum ad legitimam Agnatorum tutelã, & legis provisionem veniẽdum statuitur, cum hominis provisio cessat, lucem accipere. 2. Et addunt maximum favorem ultimi arbitrii, *l.* 1. *C. de S. S. Eccles.* & quod publicè expediat suprema hominum judicia exitum habere, *l.* 5. *testam. quemadm. aper. l.* 1. *pr. si quis omiss. caus.* 3. In manibus versari Sigismundi Bullam, quæ idem de omnibus Principib. disponat, quod de Electoribus A. B. sancivit, neq; tamen inventum esse, qui eâ jus dandi tutoris parentibus ademptum crediderit. 4. Principi Electori prohibitum esse non posse, quod jura etiam minimo rusticorum indulgent. 5. Et inde esse quod in suprà allegato casu pro Principe Bipontino Camera Imperialis in possessorio pronunciarit, *An.* 1610. *d.* 22. *Nov. Cöppen. lib.* 1. *observ.* 67. Et alia, quæ causæ studium dissentientibus suggessit. Verùm annon Elector filio quoad reliquas hereditarias provincias, præter Electoratum, tutorem testamento constituere possit? quæstione non indignum est. Videtur Affirmativa rationibus non destitui, quia A. B. tantum de Electorali administratione disponit, quod contra naturam correctoriarum constitutionum, extendendum non est, *Sixtin. consil. Marp.* 11. *nu.* 52. *vol.* 1. sed potius reliqua omnia juri communi relicta dicenda sunt, *argum. l.* 27. *C. de testam.* Cui jungi solet A. B. Sigismundi, *An.* 1434. §. *& talis successio, apud Goldast. tom.* 1. *Const. fol.* 195. Sed tutius negat Rumelin.

*ad A.B.Dissert.7.P.1.th.4.*quia verba A.B. sunt indistincta, daß der Eltiste Bruder desselben erstgebornen Vormund vnnd Administrator sein soll / quod ipsum sine omni distinctione etiam ratione reliquorum Principatuum intelligendum, non secus ac ea, quæ de annorum termino constituuntur, nequaquam ad solum Electoratum restringi debere suprà evicimus. Ut taceam inconvenientia, quæ è casu contrario pleno agmine emanare possent, sicut Rumelin. *d.l.*
E delineat. *e*) Ita simpliciter censent Dn. Lampad. *de Const. Imper. Rom.c.4.n.24.in fin.* Harp. *ad §.2.I.de leg.agn. tut. n.29.* & omnium tenacissimè ipsi Bohemiæ Status *in literis ad Electorem Moguntinum Praga d.13.Iul.& ad Collegium Electorale d.12. Aug. An.1619. datis*, §. Dessen zugeschweigen/*in actis publ. tom.1. lib.4. c.65. pag.515. ibi:* Wann sich bey denen Regirenden Königen in Böhmen einiger defect oder Minderjährigkeit befunden/daß der Usus vnd Administratio Jurium Electoralium nicht auff die Agnatos proximiores & seniores, sonderen allein auff die Stände/vnd Proceres regni Bohemiæ devolviret, auch mit vnd neben dem König exerciret worden. Ex Privilegio Caroli IV. *apud Gold.in polit.*Reichsh.*P.1.p.29.*Cujus vigore Ordines *A.1519.* in Electione Caroli V. Ludovico Ungariæ & Bohemiæ Rege adhuc in minori ætate constituto, post acrem concertationẽ Sigismũdo Poloniæ Regi, legitimo Ludovici tutori & Patruo prælati, suffragium dederint, & usum exercuerint jurium Electoralium, quemadmodum attestatur Gold.*d.l.*& Status *in d.lit.*ubi literas denuntiatorias ad noviter electum Imperatorem Carolum V. transmissas allegant, darinnen Legatus Bohemicus nicht alleine für des Königes/ sondern auch der Cron Böhmen Gewalthaber vnd vollmächtigen Gesandten tituliert vnd genennet worden / *Lund. d.l.* Verum cum ignotum non sit, quid Ferdinandus II. Imperator hanc ad rem, allegatumq; Electionis exemplũ moneat, Im Bericht vom Böhmischen Vnwesen/zu Beantwortung gedachter Schreiben zu Franckfurt außgelassen/ §. Belangend aber die bey zeiten/ *Act.publ.tom.1.lib.4. p.526.* Nempe non status sed ipsum Bohemiæ Regem Ludovicum ad Electionem vocatum: Et literas de conductu, nec non ipsas ad Electores datas credentiales, quibus Legati instructi fuerint, à solo Rege scriptas; Ac licet præter illas etiam aliud mandatum à Statib.
habue-

habuerint, illud tamen secundum attestationem Protocollorum, & Disputationum ante Electionem agitatarum alia de causa, nempe propter lites Regi & statibus cum Sigismundo Poloniæ R. intercedentes factum; Tandem etiam dissensionibus compositis Baronem Sterenbergium, qui Legati Regii partes principaliter egerit, ad electionem admissum fuisse, atque ita rem illam inter alios in casu planè singulari actam, parum momenti adferre. Sanè nos quid determinemus, vix habemus. Inprimis si exterus exteri Sigismundi respectus, indistincta generalitas A. Bullæ *d.t.7.* pro qua in causa hereditariæ successionis tam sollicitè pugnavimus, & omnium Privilegiorum, dictæ Bullæ quocunque modo contrariantium, revocatio & abolitio, *t.13. A.B.* accedat.

Restat successio ex pacto *a)* & alter ille modus, quo Electoratum deferri diximus, nempe Nova investitura. *b)* Illa est, cum Electoratus ex conventione fraternitatis à familia Electorali extincta ad aliam confœderatam devolvitur. *c)* Hæc autem, quando deficientibus legitimis hæredibus, & confratribus, de Electoratu seculari *d)* ad Imperatorem *e)* devoluto alius *f)* infeudatur. *g)* 17.

a) De confraternitatibus & earum pactis successoriis inter Principes nostri Imperii receptis, dictum est *disp. præced. thes.* 29. *b*) Nim. Imperator Electoratum ad se devolutum alii conferre potest, *A.B. tit.* 7. §. Da aber derselben Fürstenthumb eines. Imò teneri videtur, *d. lege fundamentali cit.* §. Da aber / *in verb.* Soll vnd mag ein Kayser damit verordnen / vnd versehen / als einem Ding so jhme vnd dem Reiche heimgefallen / *ibiq; Arum. disc.* 4. *concl.* 16. vi vocis *debebit*, quæ necessitatem infert, libertate tamen, cui concedere velit in verbo *Poterit* relicta. Idque meritò, ne subtractis columnis totum Imperii ædificium ruinæ subjiciatur, *A.B. proœm.* Et augusta S. Imperii officia intereant, *Nobiliss. Præs. concl.* 30. *de Vicar. lit. A.* Imò ipsa augustissimi Collegii Eminētia periclitaretur, progressu temporis ad ternarium Ecclesiasticorum solum Archicancellariorum, redigi. Quæ omnia prudentissimus Suicardus Mog. Elector non dissimulabat cum Bavarum in Electorale Collegium recipi tot literis ad Sax. & Brandeb. A B

deb. Electores moneret, & *d.7. Octobris, ac 3. Nov. An.1623.* fateretur: Daß zur Ruhe nicht zu gelangen/es sey dan das Churfürstliche Collegium/ als das Haupt Fundament / darauff so wol das Haupt als die Glieder/vnd also die gantze Substantz des Reichs beruhet / vnd gegründet ist/ ergäntzet. *Et d.13. Febr. Anno* 1624. Daß auff Ergäntzung deß Churfürstlichen Collegii, die löbliche Verfassung deß Reiches vornemlich beruhe / vnd ohne welche gleichsam alle Mittel dem Vaterland zu helffen verlohren wehren. Imò ipse Imperator in Instructione Carolo Annibali Burgravio de Dona, ad dd. Electores legato, data, ad animum sibi revocavit, & confessus est, daß zu Ruhe im Reich zu gereichen geringe Hoffnung / Es sey dann das vornembste/ höchste vnd geheimste Rathsmittel eines Römischen Kaysers / nemlich das Churfürstliche Collegium vollkömlich besetzet / *vid. Manifest. Caroli Ludovici Principis Palatini d. Anno* 1637 *p.*40.& 42. Quod & novissimè Gründliche Ableinung gedachten Manifests, quæ Imperatoriæ potestati alias amplissima quæque largitur, sollicitè requirit, *pag.*106. Nur daß er es widerumb anderwerts verleihe / vnnd also die Churfürstliche Stelle ersetze / damit die Anzahl der sieben Churfürsten des Reiches widerumb ergäntzet werde / vnd vngeschmehlert verbleibe. Quanquam autem Capitulationes Caroli V. *art.* 24. Ferd. II. *art.*28. Ferd. III. *art.*32. in contrarium allegari posse videantur; *ubi:* Wenn auch Lehn dem Reiche vnd vns eröffnet / vnd ledig heimfallen würden / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb/ Graffschafften/ Herrschafften / die sollen vnnd wollen wir ferner niemand leihen/sondern zu Vnterhaltung deß Reiches/Vnserer vñ vnserer Nachkommen behalten / quæ generaliter de feudis conceptæ, etiam de Electoratibus intelligendæ videntur, *Rosenth. de feud.* P.10. *c.*38. quos nomine Principatuum venire videmus, *A.B.t.*7.*t.*20.*t.*25. Tamen quia de Electoratibus hic nihil dispositum legitur, *Rumel. Dissert. ad A.B.*7 *thes.*11.*P.*1. & generalis sanctio nunquam speciali derogare deprehensa fuit, *arg.l.*80.*de R. I.* nec causæ specialiter privilegiatæ in dispositione generali veniunt, *l.*1.§. 4. *C. de nov. Cod. fac. l.*3. *C. de silent. Nob. Præs. d. l.* neque fundamentalis A.B. dispositio & Imperii forma correctionem facilè recipit, præsertim solorum Electorum, qui sui Collegii diminutionem eò minus admisisse judicantur,

tur, quod etiam de vicariorum ſuorum officiis ſibi proſpectum voluerint, *Cap. Ferd. II.art.* 41. & *Ferd. III.art.*48. non videmus quare ſanctio noſtra ſtare prohibeatur, *l. ſancimus* 27. *Cod.de teſtam. Nobiliſſ. Praſ.d.l Buxt.ad A.B.th.*87.*lit.*1. *Rum.d.l.* *c*) Non enim niſi contra C
dicendi ſtudium eſt, quod pactis confraternitatum etiam Electoratum comprehendi contra Guttich. *in diſp.de confrat.*negat Limn. *de jure publ. lib.*4.*c.*8. *num.*167. Cui diſputatio *praced. in fin.* ſatisfecit, & in hypotheſi Potentiſſimis Saxoniæ Ducibus Sereniſſimos Haſſorum Principes, etiam in Electoratu, ſuccedere poſſe, benè adſeruit. *d*) Eccleſiaſticis enim Capitulares ſemper ſuos Archiepiſcopos D
ſufficere, *theſ.*6. dictum eſt. Similiter nec dè ſecularibus quidem Electoratibus aliter intelligi volumus, quàm Imperator diſpoſuit, *t.*7. *A.B.*§. Doch vnſerem Königreiche zu Böhem ſeine Privilegia wegen der Wahle vorbehalten. Nim. ut Bohemiæ regnum excipiatur, quod deficientibus legitimis heredibus, *vid. ſupr. theſ.* 11. non à Cæſaris proviſione, ſed Regnicolarum electione Regem recipit. *e*) E
Illius enim ſolius autoritate Electoratus iterum confertur, *d. t.*7.§. Da aber *ibi*: Damit verordnen vnnd verſehen als einem Dinge / ſo jhme vnd dem Reiche mit Recht heimgefallen. Verùm annon ſaltem Electorum conſenſum adhibere tenetur Imperator in ejuſmodi Electoratus collatione? Negat intrepidè *d.* Ableinung des Manifeſts, *p.*57.*per d.t.*7.*A.B.* Cui generales Capitulationum articuli, *Cap. Ferd. II. art.*39. & *cap. Ferd. III. artic.* 42. nunquam derogare potuerint. Quo etiam collimare videntur ipſius Imperatoris verba: In der Propoſition zu Regenſpurg / *d.*7.*Ian. Anno* 1623.*apud Lund. tom.*1.*lib.*6. *c.*151.*p.*1066. Der Chur halber / die Jhr vnd dem Reiche / als Regirenden Römiſchen Kayſer alleinig eröffnet worden vnnd heimgefallen. Quod pars Electorum in der Reſolution auff die Kayſ. *Propoſition d.* 20.*Ian. in act. publ. d. l. c.* 152. *pag.* 1070. ita juvit, daß ſie davor gehalten / Kayſ. May. die Chur der geſtalt anheim gefallen / daß jhr mit derſelben jhres beliebens zu diſponiren frey ſtünde. Sed affirmat d. Manifeſtum, & in nullitatis parte numerat, daß die translation der Chur Pfalz ohne einziges vorwiſſen der Churfürſten des Reiches vorgangen / *pag.*17. Ac eo allegat vota Saxonis & Brandeburgici Electorum in d. Comitiis, auß dem Meinziſchen *Protocoll* Kayſ. May. dem 8.

Febr. an statt der *Relation* übergeben / quorum ille queritur: Daß anfänglich diese translation ohne vorbewust der H. Churfürsten geschehen / vnangesehen es eine vnter denen wichtigsten vnd grösten Sachen des Reichs / darumb die Churfürsten gefraget werden solten. Welches vor diesem nicht geschehen / sondern die Translation der Chur auff Churfürst Moritzen / wie die Wort geben / sano processu, & Imperii fidelium consilio, & matura habita deliberatione vorgangen / auch Churfürst Moritz von denen sämptlichen Churfürsten / durch einen sonderbahren Schrifftlichen Consens, das alles mit jhrem guten Vorbewust vnd Approbation geschehen / in das Collegium Electorale recipiret worden / *pag.* 46. Hic vero demonstrat, daß die Translation von grosser Importantz / darumb billich / nach besage der Capitulation, mit denen Churfürsten deß Reichs communiciret, vnd nicht alleine intimiret werden sollen. Die Churfürsten vnnd Stände wehren zwar jhrer May. / aber auch zu gleich des Reichs Churfürsten vnd Stände / darumb daß die Sache vor sie gehörig kein zweiffel. Jhre Kays. May. vergeben keine Lehn / auch keine Statt / so sich erlediget / ohne vorbewust der Churfürsten / vmb wieviel mehr da eine Churfürstliche Würde solte transferiret werden / wolte vonnöhten seyn / daß es mit vorbewust / vnnd consens zugienge / *pag.* 52. Et Serenissimus Saxo iterum *in literis ad Moguntinum d.* 23. *Febr. An.* 1623. *apud Lundorp. lib.* 6. *c.* 161. *pag.* 1084. fatetur: da die Churfürsten nicht befraget werden solten / wan ein Churfürst in das Churfürstliche Collegium gesetzet wird / wiste Er nicht worin die Churfürstliche Hoheit vnd Würde bestünde / *pag.* 56. Et *in aliis ad eundem*, *d.* 18. *Octob.* Sey mit der Translation ohne vorbewust der Churfürsten verfahren, welches doch nötig / da die Capitulation in jhrem esse verbleiben / vnd die Churfürsten bey jhrer Hoheit / Würde / vnnd Præeminentz erhalten werden sollen / dann zuerachten / daß hierdurch die Churfürsten nur mit Nahmen Seullen deß H. Römischen Reichs / vnd eines Römischen Kaysers jnnerliche geheimste Rähte gegrüsset / vnd dahero in schwere Verantwortung gegen dem Römischen Reiche gerathen / vnd in den verdacht bey denen Ständen sich stecken würden / gleichsam alles mit jhren vorbewust / vnd Einwilligung erfolget / *Vid. infra th.* 20. *lit. L. è Relatione ad Imperatoriam propositionem d.* 15. *Febr. Anno* 1623.

Quæ

Quæ omnia nec ipsum Imperatorem latuisse videntur, quia adcò sollicitus fuit in Electorum, præcipuè autem Saxonis & Brandeburgici consensu literis & legationibus eliciendo. Inde prudentissimus Moguntinus & ipse non solum aliquot humanissimis Epistolis idem repetiit, sed etiam Saxon. Electorem ideò in persona Dresdæ convenit, *d.pag.*39. Adeò ut *in Actis publicis tom.* 1. *lib.* 6. *c* 117. *p.*1029. Epistola legatur *d.* 9. *Nov. Anno* 1621. quâ Wilhelmo Bavariæ Duci visum fuit, daß Sachsen dieses Orts auch gar zu viel respectiret. Inde à Poloniæ R. literæ obtentæ fuerunt, *d.* 26. *April. An.* 1625. quibus Brandeburgicum ad d. translationis approbationem adhortabatur, *Manif. pag.*39. Inde etiam ipsa M. B. E. Celsitudo Moguntinum sæpissimè requisivit, bey Chursachsen hierunter Interposition vnd gute officia anzuwenden / *apud Lund. t.*1. *lib.* 6. *pag.*1086. Neq; autem novum erat Electorum consensum urgeri, si vera sunt quæ *Alstet. in deplor. pag.*29. allegat, Rudolphum I. Imperatorem *Anno* 1598. Amiralio Hispano, nomine Regis sui Vicecomitatum Vesontinum expetenti respondisse: Feuda Imperii sine, Electorum præcedente & ordinum consensu in alium transferri non posse. Et Galliarum R. Heinricum II. *Anno* 1551. per legatum coram ordinibus conquestum, quod Carolus V. Philippo filio Ducatum Mediolanensem, sine ipsorum consensu & approbatione, contulisset. Nos in tanta tantorum Magnatum concertatione manum de tabula! Nisi quod Academicæ nostræ libertati in casu translationis super delicto posterior, in casu vero, ex defectu familię devoluti, & in alium translati Electoratus, prior opinio, salvo honore dissentientium, facilius persuaderi posse videatur. Cæterùm competit hoc jus Electoratus in novum Vasallum conferendi Imperatori adeò, ut Rumelin. *Diss.* 7. *thes. ult.* P. 1. non dubitet, quin etiam ante coronationem illud valeat expedire, *argum. eorum quæ disp.* 2. *th.* 18. *per tot. & thes.* 19. *lit. a.* de externa, nec quicquam novi conferente Coronationis solennitate definita sunt. Sed si per paria duo Imp. sint Electi, & alteruter alicui vacantem Electoratum concesserit? Schrad. *de feud.* P. 4. *c.* 1. *num.* 10. Concessionem ejusmodi ex eventu æstimandam arbitratur, ita ut firma sit, si Electio firma maneat. Verum hoc Rumelino *d.l.* probari non potest, quia hæc potestas Regi Roman.

qui

qui pro tempore fuerit, est concessa, *t. 7. §. ult. A. B.* nostro autem
casu neuter electus est, quia in neutrum majora acquieverunt, *arg.*
F *thes.15.lit.C.disp 2.* *f)* Quemcunque Imperator voluerit, *arg. d. tit.*
7.§. Da aber/ *ibi:* Mag ein Kayser/ *vid. lit B.pr.* Nisi anteriores Cæsa-
res spem certam, quam expectativam vocant, fecerint, fore ut in-
tercisa Electorali stirpe alicui Electoratus conferatur. Hanc enim
promissionem etiam successorem tenere, censet Dn. Lampad. *de*
constit. Imp. Rom. c. 4. num. 22. cui arg. *clausulæ, quæ in simili artic. 28. Capit.*
Ferd. II. & 32. Ferd. III. subjuncta, ac omnib. dispositionib. in esse creditur; doch
männiglich an seinen Rechten vnd Freyheiten vnschädlich / nec non
arg. *d. §.* Do aber/ *ibi:* doch vnserem Königreich / & argumentū *eorum*
quæ disp. 3. thes. 8. lit. H. dicta sunt, juncto c. un. post pr. 1. F. 5. c. un. pr. 1. F. 9.
c. 1. §. morib. 2. F 26. subsidio sunt. *Bocer. de regal. c. 4.* Quanquam non
desint, qui Dissentiant, allegati à Dn. Vult. 1. F. 10. *nu.* 16. *Rosenth. in*
synops. c. 6. concl. 15. argumento ex identitate rationis, *c. un post pr. 1.*
F. 3. c. un. vers. hoc ita, 1. F. 9. c. un. §. morib. vers. secus 2. F. 26. de promto,
Item *argum. c. 20. §. quamvis, x. de Elect l. 4. de recept. arbitr.* Sed an etiam
alicui ex consanguineis suis reversum Electoratum rein feudare po-
test Imperator? Ita credimus *cum Arum. disc. 4. ad A. B. th. 17. Rumelin.*
Diss. 7. th. ult. P. 1. argum. d. §. Da aber/ *& §. callidis 2. F 55. ibiq; F. F. com-*
muniter c. 23. x. de dign. & præb. Vult. 1. F. 3. num. 11. Quibus usus acce-
dit, & exemplum Ludovici Bavari Brandeburgensem Electoratum
in filium cognominem conferentis, non secus atque Rudolphus I.
Alberto filio Austriam concesserat, *Arum. d. l.* Non obstantib. quæ
è *Novell. 120. c. 2. § œconomus. & Auth. quibus cùm,* C. *de sacros. Eccles.* objici
consueverunt. Unum adhuc adjicimus, An non hæc libertas Im-
peratoris saltem eo restricta sit, ut necesse habeat illis, qui fortè ex
sanguine (non tamen à primo acquirente descendentes, aut simul-
taneè investiti) defuncti Electoris supersunt, Electoratum adsi-
gnare? Non putamus *per h. t. & c. un. vers. si autem Dominus* 1. F. 24. *Gail.*
2. *obs.* 148. quo fundamento Arum. investituram Saxonici Electora-
tus Friderico I. Misnensi, excluso Erico factam defendit, *d. l. thes.* 16.
quia dicta dignitas non toti Anhaltinorum familiæ, sed aliquibus
G tantum, nempe liberis & nepotibus in feudum data erat. *g)* Hic
Novam investiturā, quæ tanquam actus relativus, duos terminos
habet,

habet, solùm ratione investientis Imperatoris consideramus; quantum enim ad ipsam investiti personam, & quæ ejus subinde partes sint, *in th. seq.* eam delineare locus erit.

Hæc de modis acquirendi. Quibus *a*) jungimus, quæ iis cohæret, *b*) Investituræ Impetrationem & Renovationem. *c*) Qua intra annum & diem *d*) humiliter & reverenter, *e*) petitâ, prævio fidelitatis juramento *f*) Imperator *g*) Electoratum solenni vexilli vel scepteri signo *h*) cedit ac confirmat. Quanquam legitimus in possessione Electoratus constitutus successor etiam ante ejus impetrationem jura Electoralia rectè exercere valeat. *i*) 18.

A *a*) Successionem & Electionem intellige. Nam quantum ad novam investituram, ea aliâ investitura non indiget, sed ipsa, non solùm acquirendi Electoratus modus, verùm etiam unà solennis illa cessio est, qua feudum veluti transfertur. *c. un. in fin. 2. F. 1. c. un. pr. 2. F. 33.* B *b*) Nimirum non nisi cum onere petendæ investituræ & succedunt & eliguntur Electores, non secus ac de reliquis etiam regalibus feudis *disp. 6. th. 26.* notavit, & in investituræ literis plerunque cavetur: Der Lehn / so offt die zu fälle kompt / gebührliche folge zu thun. *Schultz. in Synops. feud. c. 9. n. 62.* C *c*) Quæ pro duplici mutatione vel in persona Domini, vel Vasalli contingente duplex est. Illa, cum Domino mutato Successor ejus factam à Prædecessore investituram vasallo solenniter renovat, confirmat, & quasi redintegrat: *de quo c. un. 2. F. 24. in pr. c. un pr. 1. F. 22.* Hæc est Feudi successione vel electione suo modo delati in persona successoris confirmatio: quæ, si rem benè metiamur, in secularibus Electoratibus nihil aliud est, quam primæ illius, qua primo acquirenti pro se & descendentibus masculis feudum initiò concessum fuit, investituræ in novum successorem quædam sive repetitio, sive extensio, sive redintegratio: In Ecclesiasticis autem, Electoratus Archiepiscopo, jure eidem ex electione Capitularium, secundum Majorum instituta, cōpetente debiti solennis cessio non incommodè dici posse videtur. Hic potissimum de posteriori, quæ iterum accuratè à nova investi-

tura distinguenda est, *de qua th. praeced. & infrà*. Quanquam in eo conveniant, quod utraq; vel propria sit, vel abusiva, *c. un.* 2. F. 2. Illa est cũ vasallus in ipsam Feudi possessionẽ inducitur, *d. c. un. 2. F. 2. Rosenth. 6.6. concl. 2. n. 3.* Hæc absq; corporali inductione in possessionẽ traditio, loco rei, signo, *de quo lit. H.* Electoratum solenniter cedit, *Bercholt. de feud. c. 7. rubr. de invest. n. 6.* Illa & possessionem & utile Dominium, *c. un. 1. F. 25. c. un. in fin. 2. F. 1.* hæc verò ne possessionem quidem transfert, *c. un. pr. 2. F. 2.* quamvis Dominum obstringat necessitate vasallum in vacuam possessionem mittendi, ita ut nec præstando interesse liberari valeat *c. si facta 2. F. 26. Arum. Disput. feud. 5. th. 7. vers. qui verò. Mynsing. cent. 4. obs. 61. n. 5.* ac licentiam faciat vacuam possessionem propria autoritate ingrediendi *Schrad. de feud. P. 5. c. 2. n. 16. Georg. Schultz in synop. jur. feud. c. 9. n. 11.* Hæc hodiè maximè usitata est, cujus eò attentius observari meretur tàm substantialis, quàm accidentalis forma, quæ cum nova etiam investitura ut plurimùm coincidit. Illa in verbali Electoratus concessione *c. un. 2. F. 2.* & solenni testatione consistit, quæ aut testibus aut instrumento fieri potest *c. un. vers. etsi Pares. 1. F. 3.* Differentia tamen notabili, ut etiam extranei testes esse possint *c. un. vers. de veteri a. 2. F. 32.* cum in nova investitura non nisi pares Curiæ admittantur *c. un. §. si verò 1. F. 2. c. un. 1. F. 3. Obrecht. de feud. lib. 2. c. 8. n. 68.* Accidentalis forma est vel interna, in Pactis investituræ accedentibus, vel externa, in solennitatibus consistens, quibus actus absolvitur, *de quib. lit. E.*

D d) *Vid. Disp. 6. th. 26. lit. I. per text. c. un. pr. 2. F. 24.* Vel, ut annum feudalem explicat *c. un. pr. 1. F. 22.* intra annum & mensem, *Vult. 1. F. 7. n. 61.* Ferè ut jura Saxonica sibi peculiarem annum & diem habent, qui anno & sex septimanis conficitur Jahr vnd Tag *lib. 1. Landrecht art. 38. pr. Lehnr. c. 25. vers. in* Jahr vnd Tag. Weichb. *art. 4. post pr.* quem ubiq; postea, & ita v. g. etiam in *Constit. Sax. 50. & 51. P. 2. ubi de jure retractus*, daß man innerhalb Jahrs frist noch zu läßlich sey' dicitur, accipiendum docet *Berlich. decis. 155. n. 10.* Ita etiã d. c. un. 2. F. 24. de anno feudali, id est, anno & mense, intelligendum est, secundum d. c. un. *pr.* 2. F. 22. quod vel omnibus vasallis indistinctè ex benignitate diem adjecit *Vult. d. l.* vel distinctius expressit, quid annus & dies genuinis Longobardorum moribus diceretur. Atq; hoc sensu etiam §. vnd behalten vns etc.

Ord.

Ordnung deß Regiments zu Wormbs *d. An.* 1521. explicandus erit, qui novi nihil introduxit, nec dispositivè, sed tantùm præsuppositivè ex eo, quod jam dum juris certi erat, incidenter loquitur. Currit autem hoc tempus à die, quo primùm heres mortem vasalli rescivit, *c.un.pr.2.F.24.arg. l.2. qui ordo in poss. serv. Vult. d. l. n. 68.* nec à Domino, invito vasallo, contrahi *arg. l.74. & seq. l.186. de R. I.* aut prolongari potest, *Vult.d.l.n.62.* multò minus autem à Vasallo transcendi, qui lapsum illum privatione luit *c.un.2.F.24.22.40. & 50.* nisi legitimarum causarum interventu sustineatur, de quibus videri potest *VVesenb.de feud.c.15.n.17. Schneidvv.epit.feud. P.8.c.1.n.9. Dn.Vult.1.F.7.n.23. Goth. Anth.disp feud.11.th.8.lit.F. & disp. hujus volum. 6.d.th.26.lit. I.* e) *Vult.1.F.7.n.102.* Quo facto Dominus ei locum tutum, & tempus certum adsignare, *Vult.d.l.* vasallus autem comparere & denuò investituram, cum præfatione honoris & debitæ reverentiæ, rogare debet *Schrad. P. 6. c. 1. n. 19.* Quod in novæ investituræ petitione tanto magnificentius observabatur, cum *An.* 1548. Augustæ Heinricus Brunsvicensis, Wolfgangus, Electoris Palatini frater, & Albertus Bavarus Cæsarē in tabernaculo publicè extructo cū augusto Electorum Senatu considentē accederent, ac demissè rogarent, ut Mauritio Sax. Duci publicum Imperii beneficium conferret. Quos Mauritius ipse sequebatur, & in genua ante Cæsarem subsidens idem rogabat; quemadmodum regales dictæ Inaugurationis ceremonias prolixius describit Sleid. *lib.*20. Item de Maximiliani Bavariæ Ducis Ratisbonæ *An.* 1623. *d.* 15. *Februar.* inter Archiepiscopum Salisburgensem, & fratrem Albertum, tanquam Adsistentes suos ter in genua devoluti, & cum extenuatione personę suæ, humillimaque oblatione celebrata investitura legere est *in Act. publ. t.1. lib.6.c.159.p.* 1083. Omnium illustrissimum autem est exemplum Ottocari Bohemiæ Regis, qui *An.* 1276. Viennæ, exquisitissimo ornatu ad genua Rudolphi I. vili in habitu ingentem animum prementis, prostratus, aperto, de industria, tabernaculo investituræ renovationem petere omnium oculis visus fuit. *Aen Sylv.hist.Bohem. c.27.* Evidentissimo documento Rom. Imperii Majestatem adscititios splendores & superbas Pomparum præstigias magni non facere, sed sua sibi genuina eminentiâ sufficere, quam Deus illi, uti præ omnibus aliis Re- E

gibus, non rarò plura externo splendori debentibus largitus fuit singulari clementia, ita adseret admirabili potentiâ. Quod nec sub modo dicta Rudolphi simplicitate latere poterat, cum superbus, longeq; potentior Ottocarus Kunigundæ uxoris instinctu, indignum dicentis magnificum Regem pauperculo Cæsari, suoq; quondam ministro genua flectere, ignominiam detersurus valida manu Rudolphum peteret, qui licet imparibus viribus & jamdum spe ac equo dejectus, tamen eluctabatur, vincebatq; perfidum, & exuebat ambitiosâ anima. Quod de loco ab Imperatore adsignando suprà diximus, hanc inter alias observationem habet, quod Bohemiæ Rex singulari privilegio gaudeat, ut investituram nisi in finibus regni sui, aut finitimis locis, decem vel quindecim milliaribus alemannicis à regno suo distantibus, suscipere non teneatur. *Limn. lib. 3. c. 8 n. 26.* Id quod etiam Austriacorum Archifamiliæ, privilegio Caroli V. adhuc magnificencius tributum legimus, *è Cuspin. Limn. lib. 5. c. 2. n. 31. §.* Sie seyn auch *lit. a. Vid. eund. lib. 4. c. 7. n. 21. & 22.* Novas Saxonicam & Palatinam in solennibus Imperatoris Curiis factas, ex supra memorata relatione liquet, veteres verò investituras hodie plerunq; in aula Cæsarea fieri, testis est Limn. *d. lib. 4. c. 7. n 24.* quemadmodum eas regulariter ad domum Domini celebrari debere *Disp. 6. th. 26. lit. K.* monuit. *f)* Quod in omnibus etiam modicis feudis præstandum est *c. un. § si quis de manso 1. F. 4. c. un. 2. F. 5. Vult. 1. F. 7. n. 31.* Adeò ut illud recusanti, recusetur investitura *c. un. 2. F. 3.* Etiamsi vasallus pro se, & suis heredibus juraverit *Borcholt. de feud. c. 7. rubr. de invest. n. 37.* Nisi Dominus illud remittat *c. un. in fin. 2. F. 3. Vult. d. n. 31.* salvo tamē fidelitatis debito *Disp. 6. d. lit. K.* Præstare a. & expedire totius investituræ negotium non solum per se, sed etiam per Procuratorem cum speciali mandato potest vasallus *c. un. §. 1. 2. F. 3. c. un. 2. F. 58.* Nisi Dominus justas causas habeat cur vasallum præsentem malit *Schmeid. in Epit. feud. P. 5. n. 88.* Cui definitioni hactenus etiam in ipso Electoratus noviter conferendi casu, quo propriam vasalli personam Limn. requirit *lib. 4. c. 7. n. 28.* inhærendum credidimus, quia exceptio nullibi docetur, nec exempla à Limn. & nobis ipsis suprà allegata, quæ in alternativis, ubi utrūq; fieri potest, nihil evincunt, eam satis stabiliunt. Quantum ad formam fidelitatis, *de qua Limn.*

d. c. 7.

d.c.7.n.36.& Disp.6.d.lit. K. illa eò redit, quod vasallus dominum velit incolumem tutum & honestum præstare *c.un.2.F 6.c.un.2.F.7.* & peculiaribus verbis concepta est, quæ Moguntinus, uti in Mauritii exemplo, vel Vicecancellarius, veluti in Bavari investitura, præit. Postea literæ investituræ conficiuntur, quibus unis Electura, officium, & Principatus hereditarii appropriantur investitis das Churfürstenthumb / die Chur / das Ertzampt deß H. Reichs. Earum tenor cautè inspiciendus, quia omni feudorũ naturæ derogant, *arg. l.7.§.5.l.32.de pact.Gail.2.obs.50.n.15.* & controversias feudales expediunt *c.un.§.2.& seq.1.F.1.vid.suprà th.10.lit.D.* primæq; feudi radices sunt, ex quibus sequẽtes investituræ declarãtur *Schrad.de feud.P.5.c.2.n.31.* Atq; pro ejusmodi investituræ actibus Electores nulli ad dandũ vel faciendum quicquam sunt obstricti *Aur.Bull.c.29.* cum à reliquis Principibus & vasallis, præter equum aut bestiam cui insident, 60. marcæ argenti cum uno fertone inter officiales distribuendæ exigantur *d.c.29.A.B.Limn.d.c.7.n.35.vid th.25.lit.B.* g) Fabulæ sunt, G quæ de Bambergensi Episcopo traduntur, cum privilegio Heinrici Sancti Septemviros seculares de Electoratibus investire, *Spangenb. in Chron. Mansfeld.c.16.Peucer.lib.4.Chron.* ideoque sua sponte evanescunt *Freher.ad Petr.de Andl.lib.2.c.15.* Præsertim si A.B. textum respiciamus *tit.7.vers.* do aber *& t.29.pr.* ubi Investitura Electoratuum Imperatori disertè tribuitur. *Limn.3.c.7.n.67.* Imò ne illud quidem errore vacat, quod nonnulli opinantur, ipsa Imperii officia Archipincernatum, Archidapiferatum &c. cum cõmodis à Bambergensi in feuda accipi. *Freher.lib.1.c.15.de orig.Palat.& in not.ad Petr.de Andl.* Quia ea non semper in feuda collata fuerunt, uti *Chreg.Velit.de Sept.Imp.offic.ads.13.* ostendit: Sed tandem cum Carolus IV. jus eligendi & officia Imperii cum terris publicâ A.B. lege copularet, cœperunt expressè ab Imperatoribus in feuda erogari. *Vid.disput.2.thes.8.lit.E.* Quemadmodum Sigismundus de Archidapiferatu Ludovicum Rheni Palatinum Aquisgrani infeudavit *Bulla Sigism. Palatina §.3.apud Gold.* Reichssatzung *P.2.p.91.* & Friderico Misniæ Marchioni Archimareschallatum Budæ contulit *lit.invest.An.1425.Vid.* Keys. *Sigismundi* Bekäntnußbrieff *apud Gold.d.l.p.103 pr.& §.* Nun sciat hochgedachter. Ita daß von Keys. May. Matthia Ferdinandi II. Königl.

Mayest. über das Churfürstenthumb Chur/vnd Ertzschencken Ampt außtrücklich vnd ordentlich investiret worden/testatur Gegenbericht auff die Böhemische Schreiben §. Weiter kommen auch/ *Act.publ.lib. 4.c.72.p.528.tom.*1. Fons erroris autem & res tota ita habet, quod Heinricus nimio in dictum liberum à se fundatum Episcopatum studio, illi quatuor Imperii officiales similibus officiis dedicavit, quibus Imperatori & Imperio sunt obstricti. *Bertr.de Comit.concl.* 32. quod D. Kunigundæ filum vocari testantur Dd. *è Bursio in Catal. Episc. Germ.p.*236. licet opinio vulgi illud paulò aliter interpretetur. *Vid.Clud.in syll. concl.* 24. *lit.O.* Interea nec Sanctus ille Heinrici affectus, nec Kunigundæ memoria eos elicere hactenus valuit, ut sua ministeria in persona exhiberent, sed satis dari Episcopo crediderunt, si per subofficiarios ex Equestri ordine ea exercerent. *Knichen.de Sax non Prov.verb.Elect. c.1.n.*101. Postquam enim dicti Quatuorviri officiales sua officia Episcopatui præstanda fiduciæ lege ab Episcopo recognoverũt, Procuratore investituram petente more hactenus insolito, dicto Præsule autem respondente se investire more solito *Knich.d.l.* Ipsi vicissim subofficiarios suos, Archipincerna nobilem de Auffsaß/ Archidapifer alium de Pommersfeld/ Archimareschallus Equitem de Ebnen/& Archicamerarius eum de Rothenhan subinfeudant *Freber.d.l c.*15. qui toties, quoties novus Episcopus designatur, eidem dicta officia exhibent, & vices agunt suorum Principalium *Knich.d.l.Chreg.d.l.* Verum innocentiores hi lusus sunt, quibus genus sacrificulorum vulgus delectat, & sui ordinis autoritatem venatur. Intolerabilior error est, quo Chassanus Consiliarius Gallicus in suo tractatu, quẽ *La recherche du Roy & de la Couronne de France vocat*, orbi imponit. Nam immodico in sua lilia studio iisdem tantùm non universum reliqui orbis Imperium adserere conatur. Nos hâc vice, quod nostrarum partium est, agemus, & Electores nostros ab ejus calamo vindicabimus. Postquam enim cassa prolixitate Regna Castiliæ, Toledi, Arragoniæ, Cataloniæ, Lusitaniæ, Navarræ, Siciliæ, Neapoleos, Majorcæ, nec non Ducatum Mediolanensem, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Barri & Lüzenburg, cum Principatu Pedemontano, paritérq; Comitatum Russilionensem, & Perpignianum, Sardiniam, Niceum, Genes, Flandriam, Frisiam, ac Hollandiam,

Exar-

Exarchatum Ravennensem, terrasq; Pentapoleos, item Civitatem Cambricensem, Dovanensem aliasq; Belgii, nec minus Avinionensem & Aurasiensem suo Regi deberi discurrit, cò contemplationum amœnitate abreptus fuit, ut etiam de Germania, & Sacro Rom. Imperio per integrum librum somniarit, & inter reliquos lusus adfirmare sit ausus: *Serenissimos Imperii Electores à Corona Galliæ dependere, Regumq; Christianissimorū vasallos & homines ligios esse. Les Electeurs de l'Empire*, ait ille, *relevent de la souverainité de nostre Couronne: Et s' advouent vassaux, & hommes liges des Roys de France, livre 2. chapit. 1. page 25. & 26.* Ferè simili raptu cum Heracleontis sociis *apud Barcl. Argen. lib.* 1. qui sponte in turbidas cupiditates inclinati, si vis aliqua affectus vehementioris ingruit, facilè perturbantur, ut quod diu esse voluerunt, tandem esse existiment, nec jam illæ indomito & insueto animo imagines, rem ut optabilem, sed ut veram & præsentem figurent. Nam quod res est, in Cassanum quadrat, quod ille de Alciato & Bartolo pro Imperii majestate decertantibus *p.* 23. queritur; *que ces Docteurs estans subjets de l'Empire, & ayans esté gaignes, par les presens & les faveurs, quils receurēt des Empereurs, ils engagerent leur plume, plustost à leur passion, qu' à la defence de la verité.* Adeò nulla ille fundamenta habet inauditæ hæreseos, quam mundo obtrudere laborat, & seculo nostro insinuare, quia illud scil. statuas habet, & non cum pueris nasum Rhinocerotis. Omninò quanquam nobis de alieno jure securis esse semper libuerit, tamen nescimus annon prodiderit potius sui Regis causam, quàm juverit sterilis Declamator. Ita caſsè ita craſsè colligit, ita indistinctè adseverat. Ut licet fortassis nonnullæ dentur inter Europæ provincias, in quas jura sua Galliæ sint, tamen nec ea credantur legentibus, sed omnia unius farinæ æstimentur, ejusdemque, qua in Electores nostros pugnat, exilitatis. Certè in eo injurius est in Christianissimum Regem, quod, cum hactenus tantùm non universus orbis cōtra Hispanicam, nescio quibus conjecturis elicitam, Monarchiam arma induerit, illud odium Cassanus in Gallias derivet, quas tot Regibus, Principibus, Populis imminere expresso, eoq; aureo calamo profitetur: non ignarus jamdum repertos fuisse, qui eo nomine suspecta fecerint lilia, *Vid.* Neuer *discurs*, von der Oesterreichischen Macht/ daß die Spanische vnbillicher weise einer gesuchten Monar-

chi be-

chi beschuldiget / vnd Franckreich mehr als Spanien nach frembden Landen getrachtet *in actis publ. lib. 10. t. 2. c. 14. p. 1373. Item Raisons pour monstrer, que la France ne veut point la Paix.* quibus ipse suo tractatu argumenta ministrat. Saltem Nostrates exinde vel manibus palpare poterant, cui bono gladios stringant, & ultrà Luporum rabiem in sua viscera deſæviant. Ut enim meum non faciam, quod Autor der Redlichen Vrsachen/warumb die mit Franckreich confœderirte, sich zum Frieden accommodiren sollen/ monuit: Daß sothane Adsistenz nicht *propter Lazarum, sed propter Martham Austrasiam, ejusq; sororem Alsatiam*, beschehe: Illud omninò animum ferire posse videbatur Germanæ virtuti, quod tantùm sanguinis Gallicorum ministrorum ambitioni fundatur, & sibi animas eripiant Cadmei Fratres, tantùm ne frustra disputet Cassanus, nec desint scilicet, qui suspectam illam Disquisitionem armis exequantur, & suis cladibus obsignent Germani: Idq; necessitate subjectionis, *pour s' acquitter del hommage & du devoir, que doit le vasall à son seigneur, & le subject à son Prince, & que les Princes & Electeurs de l' Empire doivent à la Couronne de France*, veluti è Cassan. *p.* 25. colligere licet. Videamus a. quibus rationibus coloret tàm suavem opinionem. Nempe 1. ipsum Imperium Gallis deberi, *uti d. l. 2. c. 1 per tot. inculcat.* 2. Electorumq; terras ad antiqua Franciæ dominia pertinere. quæ in divisione, à Ludovici Pii filiis celebrata, Ludovico Germaniæ Regi cesserint, ejusq; masculis extinctis ad Carolum simplicem jure devolutæ, injustè ab Arnoldo usurpatæ fuerint. 3. Adservari prætereà in Archivis Galliarum, au thresor de France quadraginta septem conventiones inter Philippum Valesium, Joannem, Carolum V. VI. VIII. Ludovicum XI. & Electores Imperii ultrà citràq; Rhenum, quibus se vasallos & ligios homines profiteātur Gallorum Regum, jurentq; & promittant Regiis Deputatis fidelia servitia: excepto Trevirensi, qui se confœderatum nominet *p.* 26. 4. Et inde esse, quod se Gallorum Protectioni toties subjecerint, exemplo Chambortici, & aliorum fœderum. Ad primum regerere liceat, quod Cassan. Br. *p.* 23. respondet. Ita crassum eum errorem esse, ut responsionem non mereatur. Præcipuè quia ea materiæ amplitudo est, ut tacere præstet quàm pauca dicere, nec, nisi admodum fallamur, defuturi videntur, qui eam peculiari

peculiari dignaturi sint discursu, *vid. intereà disp. 1. thes. 21. lit. c.* Alterum primo cohæret, ejusq; spiritu vivit, quod ideò non divellemus. De tertio ignoscet Germanæ simplicitati Chassanus, si editionem urgeamus, manibusq; rogemus satis fieri, quæ oculatæ sunt, credunt, quod videat. Ad tanti momenti enim instrumenta provocari, neq; diem tamē allegari, neq; consulem, nec nomina tam prodigorum submissorumq; Electorum, & nihil eorum addi, quæ stylus falsitatis suspicioni declinandæ requirit, *c. quam gravi x. de crim fals!* Edantur si possunt, & veritati suus sol non deerit, qui eas noctuas dispellat, damnatumq; vespertilionum gregem. Illud nobis nescio quid falsitatis olet, quod sibi ipsi non cōstent, & contineant contraria, *Gail. 1. obs. 79. num* 8 Quid enim est, quod se ligios Galli vasallos fatentur & Imperatorem tamen Regemq; Romanorum excipiunt illi Principes? quod ipsum cum feudi ligii natura magis non convenit, quam si hominem ligneum dicas, & contradictionem implices in adjecto, *c. un. ibi nullo antepostto 2. F. 93. junct. c. 1. § satis benè 2. F. 52. Duar. c. 4. de feud.* Etiam ex Galliarum usu, cui *Bodino interprete 1. de Rep. 9. p. 170. num. 108. p. 184. n. 114. 118.* obsequium ligium eam vim habet, ut ne Imperatoris quidem, aut Pontificis maximi persona excipiatur. Verum quid operosi sumus, tanquam in re magni momenti? Nihil novi sunt hæ ampullæ, nec ex Archivis Galliarum, uti jactat Autor, sed è *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 9. p. 185. num.* 118. depromptæ, qui jamdudum, quanquam doctius & integrius adhuc Cassano, ita scripsit: *Memini quadraginta septem fœdera, quæ Reges nostri Philippus V. &c. cum Germanis Principibus coierunt: quibus se auxilio futuros adversus omnes, excepto Imperatore, &c spoponderunt: nec dubitarunt se vasallos ligios Regis Francorum eo jurejurando cōstituere. Excipio Trevirensem, qui se socium appellat, non vasallum, tametsi pensionem perinde, ut alii Principes à Rege acciperet.* Quæ omnia tamen ne Bodino quidem, Regis sui causam contrà Imperii Majestatem omnium acerrimè defendenti, satis valida visa fuerunt, quæ in ullum disputationis momentū allegarentur, sed tantummodo incidēter, ad incidentis argumēti vim, de vocis vasalli Ligii abusu, narrari meruerunt. Nam postquam plerosque vasalli Ligii interpretatione contra jura abuti, monuerat, rem hoc nostro exemplo illustrat, eiq; adhuc aliud luculentius addit, *quod etiam inter Reges ipsos fœdera sæpe his*

 verbis

verbis concepta, ut alter alterius se vasallum profiteretur, veluti in fœdere inter Philippum Valesium, & Alphonsum Castiliæ Regem, Anno 1356. contracto: quæ ab ignorantia Legatorum profecta, nunc melius explicentur. Ideoq; eorū nuda allegatio in vim absolutæ refutationis sufficit. Neque enim manifestius confundi potuit disquisitor. Siquidem ad oculum apparet, minimè omnium vasallos Galliarum esse nostros Electores, ut ea potius rudis & indocta vocis ex ignorantia profecta abusio sit. Imò eodem modo Galliarum Regi subjecti sunt Germaniæ Principes, quo ipse Regi Castiliæ. Nec fidelitatem Regibus, sed auxilia spoponderunt, fœderis, non homagii nexu. Aut si vel maximè fidelitatem, aut jus aliquod fiduciarium intelligeremus, omne tamē frustra esset & Cassanum non exolveret quia non Electoribus, qua talibus, nec Regi, ut prætenso Imperii Domino, sed pro ratione pensionum, factum est: quemadmodū Bodini verba clarissima sunt. Aliud autē longe est, Germaniæ Principes nōnullos ut tales, aliud vero eosdem pro certarum pensionum ratione vasallos Galliarum esse. Præcipuè autem illud subdolum est, quod cum in specie exēplum Geldriæ Ducis introducat Bodinus *d. l.* ejusque juramentum alleget: *Ego devenio vasallus ligius Caroli Regis Francorum, pro ratione* 50000. *scutorum auri, ante festum Remigii mihi solvendorum, &c.* Cassanus eadem machina nostrum Imperium expugnaturus illud mutilatè, in prioribus verbis quidem alleget, Ego devenio vasallus ligius, sed sequentia, tanquam ægritudinem causæ proditura absorbeat. Atque hæc scilicet momenta sunt, quibus de orbis Imperio disponit, & regna de gente in gentem translaturus, Justum Regem, sua Majestate satis contentum, ad aliena sceptra, & coronam Augusti vocat. Quid autem illud est, quod Trevirensis se non nisi confœderatum Galliarum vocare ausus fuit? Certè in eum, si non fortius, tamen eodem robore militant, quas pro Regis sui, in Imperium, jure Cassanus allegat rationes. Interea ipse animadvertit Cassanus, aliud confœderatum, aliud vasallum esse. Adeò ut cū subditi jure subjectionis suo Domino obligati naturā stare nesciat: sed ineptū propterea fit argumentum quartum, quod eodē modo Gallorum Regem etiā Helvetiorum, Belgarum, Turcarum vasallum constituere posset. Generosius longe Heinricus II. Galliarum Rex rem æstimat, cum in historia

Anno 1552. sub nomine Libertatis ad oppressos Germaniæ status missis, subjectionis ignarus, de Amicitia loquitur, qua predecessores suos nunquam non cum statibus Imperii maximo Galliarum bono coaluisse fatetur. Quod legatus ejus Baionensis Episcopus Jo. Fraxinius 3. *Non. Jun.* oratione ad Principes Passavii, & iterum *in literis ad eosdem* 3. *Cal. Sept.* prolixè repetiit, *apud Thuan. lib.* 10. *p.* 213. *& seq.* Et novissimè Anno 1650. Ratisbonæ Legatus Gallicus Collegio Electorali amicitiam, qua Imperatorem, Electores & Germaniam prosequantur Galliarum Reges, alii fonti imputat, nempe quod è præcipuis Germaniæ provinciis oriundi sint. Et ulterius quod, veluti omnes Reges tanquam Christiani orbis præcipua mēbra sibi invicem subsidio venire, natura sint obligati, ita etiam Galliarum Rex Collegium Electorale præterire nequiverit. *Theatr. Europ. P.* 2. *pag.* 189. *h)* Nim. abusiva investitura loco rei signum tradit, H ut lit. B. notavimus, quod jure feudali secundum locorum consuetudinem, annulo, ense, hasta, chirothecis, libro aliave re porrecta, etiam levidensi expeditur, *F. F. ad c. un.* 2. *F.* 2. *VVesenb. de feud. c.* 8. *nu.* 11. In Imperio autem nostro regalia feuda Principibus secularibus per vexillum, Ecclesiasticis autem quatenus seculares & Imperii Principes sunt, per sceptrum concedebantur, Lehnrecht *art.* 32. quæ nobis differentiam *A. B. tit.* 5. Der Fahnen vnd Scepter Lehn pepererunt, *Schneid. P.* 1. *num.* 30. *P.* 5. *n.* 5. Dixi quatenus seculares, quia Ecclesiasticæ dignitates & jura iis per pedum pastorale conferebantur, unde Krumstäbische Lehn vocantur; quanquam hoc nomine ea quoque feuda veniāt, quę in re Ecclesiastica constituuntur *Georg. Schultz. Synops. feud. c.* 5. *n.* 76. Ita Mauritio Saxoniæ Duci, cum Augustę Electoratus renunciaretur, decem vexilla numero feudorū præferebantur, *Sleid. lib.* 20. & peracta investitura projiciebantur in adstantē turbā, *ibid.* non sine magnificis sumtibus; quib. parcendis Fridericum III. Anno 1462. Privilegiis Bohemi inseruisse, ut banderia illæsa ei restituantur, *putat Chreg. ads.* 15. *de Sept. Imp. official.* cū id potius eminentiæ datum videatur, ut cum ipsis ad hospitium suum à solio Cæsareę Majestatis revertatur, *Limn.* 3. *c.* 8. *n.* 24. Ita cum inter Brandeburgenses & Pomeraniæ Duces A. 1529. transactio intercederet, cujus vi Pomerania hodie Brandeburgensium imperia expectat, cautum

inter reliqua fuit, ut quotiescunque Pomerani investituram innovarent: Brandeburgenses vexillum simul prehenderent in tesseram successionis futuræ *Chytr.lib.5.l.12.Chron.* Verum hæc vexillorum solennia hodie ab aula recessisse & in desuetudinem abiisse testatur *contra Buxtorff.ad A.B.concl.*78. Knichen. *de Sax.non.provoc.verb.Ducum Sax.c.4.num.55.vid.Disp.5.th.19.lit.c.* Ense in eorum locum substituto, cujus capulo prehenso conum osculatur vasallus, *Vult.1.F.7.n.*29. Quemadmodū non solum Palatinū Electoratus sui renovationem gladio absq; vexillis acquisivisse est testis Chreg *d.l.* verū etiam Archiepiscopus Trevirensis in Augustanis Comitiis per ensem legitur investitus *Fleischm.in descript.Comit.Aug.A.*1582. Et Saxoniæ Elector in suprà allegato voto Ratisbonensi, *A.*1623. expresse de gladio memorat: Jn dem die gesampte Hand im Reich proprio facto mit Leistung des Eydes / vnd Angreiffung deß Schwerts acquiriret wird/ *thes.9.lit.b.* Atque ne credamus, quod Chreg.*d.l.* sibi persuasit, vexillorum ritus ad novi Electoratus acquisitionem spectare, adhiberique, etiam ipsa supra allegata Maximiliani Bavariæ Ducis investitura absque vexillis peracta est, & Elector non nisi gladii Imperialis eidem à Cæsare porrecti capulum osculatus, ac Pallio mitraque Electorali ornatus fuit veluti apud Lundorp. *Act.publ.lib.6.c.159.pag.*1065. legere licet Quo actu ulterius quoq; corrigi potest, Dn.Hortled. conjectura, qui *de bell.Germ.lib.3.c.*85. Mauritium Saxonem de Archimareschallatu ense, tanquam officii charactere investitum putat; Quo etiam inclinat Limn.4.*c.*7.*num.*33. Nam hoc modo gladius in Archidapifero, reliquisq;, quorum Saxo suprà meminit Principatibus locum habere non posset, cujus tamen usum præterea etiam in Empfahung der Lehn König Ferdinands/als Ertzhertzogen zu Oesterreich/ Anno 1530. fuisse, apud Gold. Reichshand. p.126. legitur. Adeò ut Schleid. videatur propius ad rem loqui, Cæsarem ea ceremoniâ eum veluti in possessionem misisse, *comment.c.*20. Nisi Sleidani verba ita accipere velimus, ut Mauritio non Imperialem illum, uti Bavaro, sed peculiarem gladium, nec ad osculum, verum in signū abusivę introductionis in Archimareschallatus munus traditū fuisse dicamus. Quod Limnæus cæteroquin, *d.l.n.*33. inter vexillorum traditionem, & osculum hanc differentiam constituit, ut illa

in va-

in vasalli emolumẽtum & quasi cum ipsis ipsæ regiones, quarũ insignia sunt tradantur: hoc autem vasallus jurisdictionem Imperatoris veneretur, eique se devinciat, non careret specie, nisi in Bavariæ Ducis memorata investitura vexilla omissa deprehenderemus, cum ipsam Provinciarum quasi traditionem, quæ ab investitura separari nescit, omissam credere nequeamus: ideoque adhuc simus persuasi, Eandem illam gladii porrectionem ac osculi reverentiam vexillorum vices agere, ac abusivè infeudare vasallum provinciis Electoralibus, quas ipse debita reverentiâ recipiat. *i)* Quemadmodum de Electione *ex Buxtorf. concl.* 85. *& Nucl. Discurs. p.* 186. *concl.* 23. probatum dedit *Disput.* 2. *th.* 11. *lit. d.* & nos *supra thes.* 7. *lit. I. num.* 12. allegavimus. Quibus jungi potest quod successio & dominium & possessionem tribuat, *Vult.* 1. *F.* 9. *n.* 23. ac Electoratus nostri feuda sint ex pacto & providentia, ita ut successores jamdum per investituras majorum jus quæsitum habentes, illa non tàm acquirant per investituram, quam conservent, *Vid. supra lit. B. & thes.* 7. *lit. G.* ubi jura successionis electione fortiora notavimus. Accedentibus exemplis non solum multorum Principum, quos Buxtorf. *d. l lit. H.* observavit, sed etiam Christiani I. Saxoniæ & Friderici IV. Palatini Electorum, *Dn. Bertr. de comit. concl.* 40. *vid. infrà th.* 22. *lit. A.*

Effectus autem Electoralis eminentiæ augustissimus 19.
est, & potissimum in dignitate, potestate, officio, *a)* ac specialibus quibusdam juribus ac privilegiis consistit: Dignitas Electorum summa est *b)* adeò ut etiam Regibus æquiparentur. *c)*

a) Officium, ne cum potestate coincidat, hic strictius accipimus, pro specialibus illis Imperii muneribus deß H. Reichs Aempter / uti A.B. loquitur *tit.* 28. *&* 29. quibus Principes Electores præfecti sunt, *t. t.* 29. quæque solennibus in curiis deservire vel exercere tenentur, *t.* 28. *pr. vid. thes.* 23. Unde eos Archigr. Colon. *in descriptione Colleg. Elect.* Des H. Reichs Amptleute. Et Marsil. Patavin. *de translat. Imp. c.* 11. Proceres officiales Imperii appellat. *b)* Verè summa. Dann es ist die höchste Würde / damit die Churfürsten vor anderen Königen vnd Potentaten gezieret sind / ja solche Authoritet A B

die mit deß Röm. Kaysers Gewalt vnd Hoheit selber dermassen verbunden/daß eine ohne die andere nicht geschmehiert werden/auch nit bestehen kan: *veluti habet decretum Cæsareum d. 27. Jul. Anno 1590. quod allegat Bruning. de var. univers. specieb. con. l. 10. lit. A.* Solche Hoheit/Ehre vnd Würdigkeit/darinnen dignitas, & robur Imperii beruhet/ quemadmodum Evangelici Lipsiæ, *Anno* 1630. congregati Proceres ad quatuor Catholicos Electores *d.* 24 *Mart.* generosissimè attestantur. *Theat. Europ. P. 2. pag.* 292. Junge eminentissima elogia, quibus Serenissimi Septemviri toto orbe efferuntur, *è thes. 2. lit. A. & qua ad thes. 17. lit. B. ore Imperatoris & Meguntini locuti sumus.* Ut ita mirum non sit eos omnibus reliquis Imperii Principibus cujuscunque conditionis sint præferri, *t. 3. & 6.* A. B. & A. 1471 Ratisbon. Legatos Electorales Legato Caroli Pugnacis, quanquam sex Ducatuū, & quindecim Comitatuum, præsertim Burgundici Ducatus, qui olim regio titulo fuerat insignitus, dignitate eminentis cedere recusavisse, *Limn. lib. 3. c. 2.* Neque ea prærogativa ad curias tantum Imperiales restringi debet, sed verius est, eam quoque in aliis actibus extra curiam procedere, argumento eorum, quæ de summa Electorū dignitate modo allegavimus. Cui tot seculorum observantia subsidio venit, qua Eos reliquos omnes antecedere, nisi infans nemo ignorat. Non obstante quod *t. 6.* A B. de curiis Imperialibus conceptus, ultra literam extendi non debeat: ibi: Wann vnd so offt hinfüro der Kays. Hoff gehalten wird. Nam eadem ubiquè ratione militante sufficiebat Imperatori solenniorem casum expressisse. Verum an etiam exteris Principibus superiorem non recognoscentibus præferentur? Ita interpretamur generalem A. B. dispositionem, *tit. 6. in verb.* Kein anderer Fürst/wes Standes/Würden/Hoheit vnd Wesens der were. Præsertim si §. Vnd sonderlich attendamus, ubi Regum mentione satis innuitur etiam de exteris sermonem esse, quicquid Choppin. *de dom. Franc. lib. 3. tit. 7. num. 15.* in contrarium videatur. Quod nec ipsum de Imperialibus curiis tantum verum de omnibus actib. indistinctè intelligendū arbitramur per Capit. Ferd. III. *art. 4. ac per text. quem ex lib. Cerem. Eccl. Rom. sect. 13. c. 3. refert Freher. ad Petr. de Andl. lib. 2. c. 2. pag.* 165. Ubi Electores omnibus aliis Principibus, quemadmodum Cardinales omnibus Prælatis, digniores dicuntur.

cuntur. Ut taceam eos Regibus æquiparari, *quod lit. sequens discutiet*: Atque inde in Concilio Tridẽtino post legatos Pontificis præcipuũ dignitatis locũ obtinuisse Thuan. memorante *lib.8. Arum.disc.1 th.25.* Nec obstat quod Rumelin. *P.1.ad A.B.Dissert.5.thes.* 18. in contrarium urget, Imperatorẽ in aliis casibus, respectu Principum cum non recognoscentium non potuisse ejusmodi prærogativam indulgere. Hoc enim est fontẽ obstruere, ex quo omnes dignitates scaturiunt, *Göden.consil.3.num.23.Nold. de Nob.c.2.concl.14. Paurm.de jurisd.c.4.n.22.* Cui Polonia & Bohemia suos Reges debent, *Crom. lib. 3. Cluver. in Heinr.V.* Sanè ipse studiosissimus eminentiæ regiæ Cassanus æquior est, qui in insigni dignitatis parte habet, quod Anastasius Imp. consulares honores cũ Augusti titulo Clodoveo, ac Justinianus Childeberto Patricii dignitatem concesserit, *en sa recherche liur.2. chap.1.p.29.* Quanquam autem hæc omnia excelsa sint, & splendida, & gravissimi momenti, Majestatem tamen Electoribus non tribuunt, quia Imperatoris & Imperii vasalli ac officiales sunt, *Gail.1. obs.* 30. *Besold. 1.pol.4.n.ult.Dan. Ott.de jure publ. c.* 11. Licet illud meruerint, ut etiam in ipsos crimen læsæ Majestatis committi, reosque eadem pœna excipi constitutum sit, qua Imperialis Majestatis hostes abolentur, A. *B.c.* 24. Vulgatum illud Electores tantum in suis territoriis posse, quantum Imperator in Imperio, cujus argumento hic abutuntur Dissentientes, alibi explicatum est, *vid. Disp.6. thes.15.lit.* E *Et Confer Dn. Reink. 1.cl.5 c.6.per tot. Knich.de super territ. c.1.num.* 412. *Wurmſ.exerc. 3.concl.*20. Uti etiam cum mica salis accipiendum venit, quod eorum autoritas cum Imperatoria arctissimè coaluisse dicitur, *vid supra hac lit. pr.* c) Uti eos comparant *post Schard. de orig. Elect. in proem.* Dd. communiter. Quod etiam B. Lutherus observavit in Tischreden / *c.*38. ubi ait, die Churfürsten schreiben denen Königen E. L. vnd nicht E. Gn. dann sie sind Königen gleich geachtet / *Limn. lib.3.c. 2. num.3. Arum.disc.3.thes.*13. A qua dignitatis luce tantum abest abierint hodie, ut potius cum Magnus Suecorum Gustavus nescio quas titulorum solennitates ægrius ferre videretur, quas in literis Electoralis Collegii observare potuerat, conquestus desuper *in aliis ad Septemviros d.17.April. Anno* 1630. *datis*, weil sie ihn den jenigen Titul / welchen Er allein von Gott vnd seinen Vorfahren erlanget / nicht gegeben / C

geben / ad augustam consuetudinem provocarent Septemviri, *d. 29. Iul. dict. An. ibi:* Solches nicht auß Verenderung des Gemühtes / oder Verschmehlerung der Ehren / sondern nach dem gebrauch vnnd gewonheit / deren wir vns gegen andere Könige gebrauchen / geschehen. Cui consuetudini tantis dignitatibus superstructæ & illud dandum est, quod gloriosissimus Rex in aliis ad item Collegium M. Octobr. transmissis miratur: Warumb wider gemeinen Gebrauch / vnd gewöhnlichen Stylum, in Churfürstlichen Schreiben nicht allein an jhn / sondern auch andere Könige vnnd Fürstliche Personen / so dem Röm. Reich nicht vnterworffen / die Churfürstlichen / dem Königlichen Namen vorgesetzet / *Vid. Arma Sueci. P. 1. & Theat. Europ. P. 2. pag.* 147. 197. 244. Imò non æquiparantur tantum nostri Septemviri, sed anteferuntur etiam Regibus, quemadmodum suprà allegatis Caroli Burgundiaci legatis in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1471. generosissimè regerebant, se è corpore Cæsaris cum sint, ne Regibus quidem, si qui adessent, cedere oportere, *Gold. in Rational. f.* 99. Et inde erat quod Marchio Brandenburgensis Rudolpho II. tum temporis Ungariæ Regi Ratisbonę, *Limn. 3. c. 2. num. 4.* ac Coloniensis Archiepiscopus A. 1556. Cardinali Morano Legato Apostolico cedere nolebant, *Canin. ad* A. *B. pag.* 3. Id quod nec Angliæ Legatum nec Nuncium Pontificium in Coronatione Caroli V. latebat, qui pompæ adesse non sustinebant, ne post Electores ordinarentur, Maur. *in relat. Coronat. Carol V. apud Gold. in Polit. Imp. P. 3. disc. 3. pag.* 269. Ne recoquam, quod de d. decisione *lib. 1. cerem. Eccl.* & meritissima Concilii Trid. observantia *lit. praeced.* allegavimus. Ut ita cum Rum. facere non possimus, qui *P. 1. ad* A. B. *diss. 5. thes.* 19. soli Bohemiæ Regi, & tribus Ecclesiasticis Electoribus, *vi regulæ: si vinco vincentem te, &c. l. 14. §. 3. de div. & temp. præscript. junct. tit. 3.* A. B. hanc prærogativam, Regibus præcedendi, concedit. Aliud enim summæ dignitatis ratio, aliud A. B. t. 6. aliud observantia demonstrat. Quibus evertendis non sufficit, quod Rumel. *d. l. ex. alleg. t. 6.* A. *B. in verb. signanter, ubi id Bohemo nominatim datur, junct. argum. l. 12. pr. de jud. l. 13. de compens.* movet. Ut nec quæ ab aliis urgentur, Carolum IV. Imp. in Comit. Metens. cum Electores secundum ordinem mensæ adsiderent, suæ mensæ adhiberi curavisse Archiepiscopum quendam, Pó-
tificis

tificis Legatum, *Limn.d.l.num.4.* Ac in Basiliensi Concilio Burgundiæ Ducis Legatum insigni Patrum decreto, *d. 26. Maji, Anno* 1433. loci prærogativam adversus Electores obtinuisse, *Choppin. d l.nu.13.* Quibus non ineptè accedere videtur, quod Capit. Ferd. III. *artic.* 4. expressè cavet, Legatos exterorum Regum in aula Imperiali Electorum legatis præferri debere. Quæ brevitatis memores, discursui remittimus; Ac intereà insignem Legatorum impotentiam admiramur, quos Potentissimi Belgii ordines ad conventus publicos aliquoties ablegarunt: welche zu unterschiedenen mahlen keinem Churfürsten / Er sey gewehlet oder gebohren / weichen / oder nachgesetzet seyn / sonderen jhnen allen vorgehen unnd præferiret werden wollen / veluti Autor des Gutachtens wegen der Holländischen Confœderation, *d 29. Nov. A. 1614. in act. publ. t. 1 lib* 1. *c.* 15. *pag.* 39. observavit, & exemplis Brunsvicensium & Xantensium conventuum demonstrat *Aut. margin. ad d. tr. d. l. lit. t. t. t.*

Potestas eorum etiam amplissima est, & vel omnibus Electoribus, vel aliquibus in specie competit. *a)* Collegialiter *b)* omnibus data est potestas eligendi, *c)* & deponendi *d)* Imperatorem, Imperium ipsi committendi, *e)* obligandique eum certis legibus, *f)* conventus agendi, & de Imperii salute consultandi, *g)* novorum teloniorum institutioni consentiendi, vel repugnandi, *h)* proscriptionibus Principum consentiendi, *i)* Comitiorum indictionem deliberandi, *l)* in partem Imperatoriæ sollicitudinis sese intromittendi, *m)* ac omnia ardua Imperii negotia consilio & consensu suo juvandi & approbandi: *n)* ac multa alia. *o)* 20.

a) De qua vid. thes. seq. b) Vid. th. 22. lit. C. *c) De quâ latissimè disp. 2. per tot. d) Vid. latè disp. 3. thes.* 30. *e)* Nim. Electo Rom. Regi Imperium committunt, *D. Carpz. de capit. c. 1. n. ult. Rumel. P. 1. Dissert. 3. thes. 17. vid. disp. 2. thes. 17. lit. d. & e. f)* Non tamen absolutè, sed pro statu Reip. aliis atque aliis conditionibus & legibus eidem Imperium committunt, quas Capitulationem vocant, *uti disp. 4. per tot. explicuit.* A B C D E F

G *pliciut. g)* Licet enim alias regulariter omnes congregationes prudentissimè prohibeantur, *l.15. C. de Episc. & Cler. l. 5. C. de his qui ad Eccl. l.1.l.2. de Colleg. §. Conventicul. de pace tenend. 2. F.53. Bertr. de Comit. concl. 11.* Nec ineptè Augustum Mecœnas docuit, quam perniciosi sint in Principatu conventus, *Clapm de arcan. lib. 3. c.13.* Tamen quia Serenissimi Electores bases & columnæ immobiles sunt nostri Imperii, Imperatoria sublimitas necessarium fore perspexit, ut ad tractandum de communi salute frequentius congregarentur sanisq; providentiæ suæ consiliis Imperio salubriter opem darent, *uti verba habent summi constituentis in* A.B. *t.12.pr.* Et quidem illis potestas Comitia particularia tàm de eligendo deponendoque Imperatore, *vid. cit. loc.* quam pro Imperii incolumitate, celebrandi non solum publica A.B. lege *d.t.12.* data est, verum etiam ipsi sese ad ea sanctè obstrinxerunt In der Brüderlichen Vereinigung unter denen 6. Churfürsten *A.1430.* zu Franckfurt/ *item* A.1521. zu Wormbs auffgerichtet *apud Gold.* in Politischen Reichshändlen / *P. 8. c.1. & 3.* quam omnes Imperatores præsertim autem Carol. V. *artic. 5.* Ferdinandus II. & Ferdinandus III. in solennibus suis Capitulationibus *art. 4. & 5.* approbaverunt confirmaruntq;. Neq; solum observarunt hactenus septemviri hanc augustam potestatem, verum etiam dicta unione fraternâ & juratis Imperatorum capitulationibus amplificaverunt & extenderùnt: Quemadmodum Limn. *lib. 9. c. 1. num. 232.* septem notabiles differentias observavit, quibus ea potestas amplior facta fuit. Quarum præcipuæ sunt, quod cum A. B. (1.) certum tempus & (2.) locum definiat, quibus (3.) omnibus Electoribus generaliter, ut quotannis conveniant, donec (4.) communi Imperatoris & Electorum consensu illa ordinatio aboleatur, (5.) præcipitur; Dicta tamen unione & capitulationibus (1.) quoties & (2.) ubi visum fuerit (3.) sex Electoribus conventus agere (4.) permittitur (5.) perpetuò, adeò ut illud Imperator nullo modo nec prohibere, nec impedire, nec ægrè ferre ausit, *d. d. art. Capit.* In his autem Electorum conventibus, non res glandis legendæ, sed ardua & gravissima quæque Imperii negotia de pace & bello, de summis septemvirorum juribus defendendis, de amoliendis seditionibus, de sublimi Cæsaris honore propugnando, de impedienda Imperii diminutione & de omni-

omnibus causis ad decus & incrementum Romani orbis pertinentibus prudentissimè tractatur, *Dn. Bertr. de Comit. concl.* 11. uti ex d. fraterna unione animadverti potest. Augustissimũ exemplum adhuc Europa novit eorum comitiorum, quibus *Anno* 1630. Serenissimi Electores Ratisbonæ de bono communi totius orbis consultabant, adeò ut nec ullus Regum exterorum salvâ conscientia & citra officii sui contemtum illa præterire potuerit, quemadmodum Christianismus Monarcha ore Caroli Brulardi Galliarum Legati in dicto Electorum conventu profitebatur, *Theat. Europ. P.* 2. *p.* 189. Quæ tantò magnificentiora erant, quanto splendidius observabatur, quod secundum d. union. non minimus ejusmodi congressuum finis est: Nempe eminentissimi Collegii defensio autoritatisq; ejus adsertio. Præter transactiones enim intra Roman. Imperatorem, *Hispaniarum* & Galliarum Reges tantorum Procerum interventu pactas ac Fridlandi exautorationem, *Vid. de dicto conventu quæ Anno* 1630 *luci dabatur, Epistolam*, etiam quod admirandæ autoritatis erat, magnificos Galliarum, & Magnæ Britanniæ Regum Legatos ipsi audiebant, licet Cæsare Ratisbonæ præsente, Romani Electores, *Theat. Europ. P.* 2 *pag.* 189. De his conventibus autem ulterius quæritur, an iis personaliter interesse debeant Electores ? Ita videbatur *in d. t.* 12. §. Darumb wir / *A. B. ibi* : Persönlich zusammen kommen. Quod etiam ita ferè interpretabatur Ferdinandus II. Imp. cum An. 1623. Serenissimos Saxonem & Brandeburgicum Electores ad illum conventum Ratisbonensem urgeret, *apud Lund. t.* 1. *lib.* 6. *pag.* 1088 Verum quia quicquid fermè in allegata A. B. dispositione necessitatis esse videbatur, hodiè *per dictos Capit. articulos* libertimæ voluntatis factum est & sæpè memorata fraterna unio §. 17. etiam legatos admittit, nec non observantia aliquot exemplorum, præsertim autem dicti Ratisbonensis, & hodierni Norici conventus in contrarium est, verius negatur *cum Rumelin. P.* 2. *Dissert.* 3. *thes.* 31. Hoc seculum jamdum novem ejusmodi Comitia numerat, nempe illa quæ *Anno* 1608. *d.* 24. *Iul. Fuldæ*, deinde *Anno* 1611. *M. Octob. & A.* 1619. *Noribergæ*, postea *Anno* 1620. *d.* 11. *Mart. Mülhusii*, ulterius *Anno* 1623. *d.* 7. *Ian. Ratisbonæ*, iterum *Anno* 1627. *M. Octob. Mülhusii*, similiter *Anno* 1630. & nuperrime *Anno* 1636. *Ratisbonæ*, bono publico cele-

brabantur, & illa quæ hodienum Noribergæ acta totius Europæ oculos & spes in se defixas habent: Quibus ex veterum formula *Feliciter! Feliciter!* præter eos, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habent, & falsò libertatis vocabulum obtendunt, *Tacit.11.Annal.c.17 num.2.* omnes acclamant. Horum aliquibus etiam Bohemorum Rex interfuit, ita ut ferè nesciam annon & ipsi in ejusmodi congressib. suus locus esse debeat. Quanquam enim Dd. Eum exclusum velint, quia fraterna Electorum unio *per tot.* præsertim vero *in* §. wañ es aber/ eo præterito de sex tátum Electoribus disponat, & observantia, imprimis Comitiorum Noribergensium, *d. Anno* 1611. ejus nullam rationem habitam fuisse ostendat, *Arum.ad A.B.disc.5.thes.22. Limn.d.l.* Tamen nos satis nondum videmus, qua ratione ei sine suo facto adimi potuerit, quod A. B. dispositione tributum erat. Nisi præter alia quæ dici possent, statuere malimus: Uti circulo nulli addictus est, nec ad conventus Imperii ordinarios vocatur, *Freher in not. ad Petr. de Andl.lib. 2.c. 2.* R. A. *de Anno* 1500. *rubr.* Wie man mit denen Königen / non excluditur autem si ultrò compareat, exemplo Austriacorum, quorum privilegium allegat, *Limn.lib.9.c.1. num.* 89. Ita etiam annuis illis præceptis congressibus, quibus interesse tenebatur sublatis, ad liberos Electorum conventus non vocari, sed admitti: quamvis Dn. Reink. eum de jure etiam vocandum censeat, *lib.1.cl.4.c.3.num.*30. An a. etiam Romanorum Imperator interesse potest? *Limn.lib.9.c.1.n.*232. non dubitat Imperatorem veteres illos à Bulla approbatos conventus indixisse, iisque unà cum Electoribus interfuisse: hodiè autem Capitulationem facere, ut aliud dicamus. Sanè cum observantia eum quandoque adfuisse animadverterit, quandoq; minus, nos & ejus liberrimæ voluntati hoc tribuimus. Nisi quod observatum fuerit, Electores etiam ipsum conventuum suorum certiorem fecisse, remisisseq; in arbitrium ejus utrum illis vel ipse vel per legatos interesse è re Imperii duceret: Imò quandoque ipsum necessitate Imperii efflagitante Electores monuisse, ut congregati bono communi consulerent, ac adsedisse nonnunquam, consiliis communibus præsentia, autoritate, & consensu suo quasi animandis, & tantò felicius expediendis. De quo intelligenda est, *Disp. 2. th. ult. lit. R. pag.* 84.

*pag.*84.*in fin.* Nec alio, ut arbitror sensu accipiendum erit, quod Imperator *in literis patentibus d.* 9. *Nov. Anno* 1630. *publicatis* Wie es wegen des Krieges Wesens gehalten werden soll / habet: Wie zu gegenwertigen Churfürstlichen Collegial Convent, für vns / als das Haupt / die gesampte Churfürsten / anhero beruffen worden / damit wir mit getrewen Rath vnnd Hülffe deroselben / etc. *Theat. Europ. P.* 2. *pag.*198. *h*) *Capitul. Carol. V. artic.* 18. *Ferd. II. art.* 17. *Ferdinandi III. artic.* 20. Cujus illustre exemplum videbatur Ratisbonæ *Anno* 1637. cum Collegium Electorale Potentissimi Daniæ Regis Legatus de vectigalis Tychopolitani prorogatione sollicitaret, & responsum ferret: Man nicht befinde / wie bey jetzigen beschwerlichen Zeiten in præjudicium tertii solche Prorogation bewilliget werden könte / man sich auch bey selbigem Convent collegialiter verglichen / ins gemein keine solche Concession zuertheilen / *Theat. Europ. P.*3.*p.*780. *Vid. disp.* 4. *i*) H

Capit. Ferd. II. art. 26. *junct.* 39. quod *in Capit. Moderni Imp. art.* 30. notabiliter ampliatur. Were es sache / daß die That an sich selbsten gantz notori, vnd offenbahr / rc. So wollen wir doch auch in diesem Fall / mit Zuziehung deß H. R. Churfürsten / communiciren, vnd verfahren. Quanquam etiam absque illa expressione, jamdum in Ferd. II. Capitulatione, dictum Notorietatis casum satis comprehensum putent Legati Brandeburgici *in Protocollo Conventus Ratisbonensis A.* 1623. *d.* 18. *Febr. ibi:* Dann in der Capitulation keine dergleichen Distinction zufinden: Dieselbe sey ja Lex fundamentalis Imperii, auch strictissimi Juris, vnd heisse es alldar / ubi lex non distinguit, ibi & nos non distinguamus; Die Limitationes beruhen bey dem Churfürstlichen Collegio. Et iterum. Damit nicht Churfürsten vnd andere Stände deß Reichs weit deterioris conditionis, als ein Edelman in Pohlen / seyen / dann derselbe nicht anders als auff einen offenen Reichstage proscribiret werden kan; Jnmassen auch im Reiche selber die vorigen Kayser so behutsam gegangen / daß sie nicht allein die Chur- vnd Fürsten / sonderen auch das gantze Reich hierüber zu Rahte gezogen / vnd darauff die Acht vnd derselben Execution angeordnet / wie solches vnzehlich viel exempla, sonderlich die Magdeburgische Acht / vnd Gothische Execution, Anno 1551. vnd Anno 1564. außweisen / quemadmodum Serenissimus Sax. ibidem monebat. *l*) *De quo vid.* I L

M *disp.* 10. *m*) Als die vornembste Mitglieder des Reichs/ vñ innerste ge-
N heimste Rähte/ *d. lit. patent. n*) *Cap. Ferd. II. art.* 39. *& Ferd. III. art.* 42. Wir sollen in wichtigen Sachen/ so das Reich betreffen/ bald anfangs der Churfürsten Rahts vnd bedenckens vns gebrauchen. Quod Electores & Principes in Relatione ad Propositionem Cæsaream in conventu Ratisbonensi, *d.* 15. *Febr. Anno* 1623. ita sanctum habent, ut, cum in priorem Relationem *d.* 20. *Ian.* quâ de præterito Electorum consensu querebantur vocula ohne Maßgebung irrepsisset *in verb.* daß man alles ohne Maßgebung gegen jhre May. zu erinneren vor gut geachtet/ *in act. publ. t.* 2. *lib.* 6. *pag.* 1068. expressissimè contradixerint, *d. l. pag.* 1076. *c.* 154. *ibi:* Können solches nicht nachgeben sondern thun es widersprechen: In deme das ohne Maßgebung/ vnd die Capulation nicht beysammen stehen könten / dann warzu Jhre Kays. May. durch die Capulation verbunden / das were derselben ohne Maßgebung nicht heimzustellen/ würde auch dadurch die Churfürstliche Hoheit/ Præeminenz vñ Würde nicht conserviret, die Capitulation were klar/ daß in hochwichtigen Sachen mit der Churfürsten bewust vnnd Einwilligung solte verfahren werden / darüber keine mehrere stimmen zu machen / noch das Gesetz in weitere Consulta-
O tion zustellen. *o*) Quibus tota Capitulatio plena est, *artic.* 6. 8. 33. 34. 40. *Capit. Ferd. II.* Ut ita merito caverint serenissimi Septemviri. In Brüderlicher verein *d. l. apud Goldast.* Die Capitulation halten/ vnd vnser keiner dawider nichts bewilligen noch begeben.

21. Aliquibus tantùm inter Electores competit jus vicariatus & judicium in ipsum Romanorum Cæsarem: quorum illud Palatino & Saxoni Electoribus, *a*) Hoc vero soli Palatino *b*) concessum est. *c*) Nempe ut Imperator *d*) super omnibus civilibus & criminalibus *e*) causis coram illo, *f*) non tamen alibi, quam in curia Imperatoria *g*) habeat respondere. *h*)

A *a*) *A. B. tit.* 5. *Capit. Ferd. II. art.* 35. 36. *Ferd. III. art.* 38. de quo la-
B tissimè *disp.* 5. *à thes.* 5. *usque ad fin. b*) Adeoque Germanicarum rerum imperitiâ labitur Bodinus *lib.* 2. *de Rep. c.* 6. *num.* 224. cum Saxo-
C nem cum illo concurrere scribit. *c*) In judicii hujus originem va-

rii va-

rii variè inquirunt, veluti videre est *apud Arum. ad A. B. disc. 3. thes. 45. Rumelin. P. . Dissert. 5. thes. 4. Buxt. thes. 79. & Limn. de jure publ lib. 3. c. 9. num. 26.* Res ipsa clara est, & ex consuetudine, ac *A. B. tit. 5. in fin.* ita liquet, ut tenebris ultro immersum dixeris, quem tanta lux fugiat. Nec obnubilant eum solem, quas in contrarium molitus fuit argumentorum nebulas Gotfried von Friedberg in newem Calvinischen Model des H. Röm. Reichs / *c. 8. num. 67.* Nempe 1. nullum tantæ prærogativæ vestigium, præter unicum Alberti exemplum occurrere, qui tamen acerrimè contradixerit & armata manu redegerit ad obedientiam tàm suspecti judicis complices, *Serar. rer. Mogunt lib. 5. in Archiepisc. 39.* 2. Et si vel maximè tale quid ea temporum simplicitate obtinuisset, tot seculorum tamen silentium illud abolevisse & involuisse desuetudine. His addit 3. Justit. Imper. *Propos. 18. in act. publ. lib. 6. c. 20. pag. 898.* Palatinum recipere temporalia à Cæsare, tanquam vasallum, ergo ejus judicem esse non posse, *argum. l. 18. de min.* 4. Cæsares olim sponte & generoso animo res suas Comiti Palatino commisisse, quod pro jure & necessitate allegari non possit. 5. Hâc unâ sententiâ tot leges tot principia concidere, quibus cottidiè circumfertur, in Imperatorem omnem potestatem esse translatam, *l. 1. de constit. pr.* sacrilegium esse de Principali judicio disputare, *l. 3. C. de crim. sacril.* Nihil majus sanctiusve esse imperiali majestate, *l. 12. C. de ll.* quæ summa sit, & legibus soluta, cui nec forma nec modus dari possit & quæ sunt similia, etiam de nostro Germano publico jure: R. A. *d. Anno* 1530. §. Auff solch vnser / *d. Anno* 1544. §. Als wir aber / *d. Anno* 1566. §. Vnd nach dem dann / *Vid. disp. 5. thes. 12.* 7. Summum Principem alii ejusdem dignitatis Principi citra contradictionem subjici non posse. 8. Absurdissimum esse, ut vasallus domini, inferior superioris, & ille, qui obediẽtiam juravit, ejus judex sit, cui obedientiam debet. 9. Requiri potestatem in eum cujus judex posceris, ne judicium elusorium reddatur, Palatino autem neminem juris dictionem in Cæsarem ne per somnium quidem tribuisse. Tandem ad nostrum textum ex *A. B. c. 5.* monent eum non sanctionem, sed solummodò enunciativam relationem esse, quæ nihil ponat, sed præsupposito ita esse, quod de veteri consuetudine jactatum fuit, modum saltem addat,

& lo-

& locum. Nec de Palatino tanquam judice, verum veluti de aliquo commissario, arbitro, ac viro bono, cui eam potestatem ipse Cæsar concesserit, sermonem esse, in verb. *Habeat respondere.* Ac intelligi debere de Imperatore non quà tali, sed quatenus Archidux, Princeps, aliudve Imperii membrum est: De quibus *Vid. Limn. d. l.* Illud fatemur, si noster *A. B.* §. non sanctionis, sed enuntiativæ tantum relationis est, nos tandem satis non capere, quid sanctionem legis esse oporteat. Saltem illud non negatur, ratione loci sanctionem specialem intercessisse. Quid absurdius autem quam absque subjecto accidentia concipere? Anima, caput & summa opinionis eò abit, quod vasallus in dominum, inferiorque in summum Principem salva majestate jurisdictionem habere non possit. Quod ipsum jamdudum Bodinum etiam cribrabat, 1. *de Rep.* 8. & tamen partim falsum, partim rude est. Neque enim unquam quisquam ita absurdus fuit, ut Palatino absolutam jurisdictionem in Imperatorem cõcesserit. Sed hoc A. B. voluit, quemadmodum commodum non videbatur, ut in propria causa jus diceret Imperator *Bod. 4. de Rep. 6.* Sed ipse se alius judicio ultrò submisit. Ita quod tùm voluntatis erat, longaque consuetudine in necessitatem abiverat, adhuc debere certo modo expediri. Et mirum est hoc ita malè habere dissentientes, cum tamen nihil novi sub sit, nihilque omninò inconvenientis. Ita Limn. *d. l.* Electoris & Ducũ Saxoniæ exempla allegat, qui Curiarum suarum cognitionem non dedignantur. Item Austriacorum, qui à subditis conventi nobilem quendam sibi judicem deligunt, nec non Bohemiæ Regis in Silesia judicii Uratislaviensis Senatores, in Glogoviensi Ducatu Pares curiæ judices nacti. Ut generalia F. F. jura taceam, quibus Dominum coram paribus conveniri, licet & ipsum voluntatis initiò fuerit, necessarii juris factum est, 2. F. 39. & 79. Neque tamen rerum natura, principiorum veritas & majestas summi capitis ideò pessum it: Nisi & ipsam Galli, Angli, Arragonis, & Dani Regum majestatem exspiravisse censere velimus, quod iis Parlamenta, Magna Justitia, Justitia Arragonensis, & Regni senatus jus dicere legantur. *Vid. Buxt. ad A. B. th. 5. 8.* Illud crassum est, Imperatorem tanquam Archiducem coram Palatino conveniendum, cum hoc nomine Cameram judicem habeat. quod

salva

ſaltem ex vulgata illa formula notum eſſe poterat, qua proceſſus cōtra Carolum V. emanavit: Wir Carle Röm. Kayſer / entbieten dir Carle Ertzhertzog von Oeſterreich / *diſp.5.theſ.4.lit.G.* Ex quo tamen non ſtatim confici volumus, Imperatorem ideò ſimpliciter, quà Imperator eſt, coram Palatino conveniendum. Licet enim verſio Germanica *in verb.* als Römiſcher König / iſtuc abire videatur, tamen eam ad puritatem Latini fontis, & editionis Palatinæ revocandam putamus, quæ voculâ *ſive* uſa fuit: aut ſi adeò obtinere debeat, non repugnamus, quin cū *Autore.Iuſt.Imp.prop.*18. vocabulū als/non reduplicativè, ſed cōparativè prò *æquè ac* accipiatur. Et quātū ad rē ipſam Imperatorē *ut Imperatorem* duplici intellectu ſumi poſſe arbitramur: vel *ratione officii Imperatorii*, quando in muneris ſui exercitio actuali attenditur. Hoc modo enim cōſideratum, licet fortè impingat, licet quid humani patiatur, ac non nemini gravis ſit invita juſtitia, tamen credere non poſſumus, coram Palatino conveniri poſſe, ne Palatinum eo majorem ipſiusq; Imperialis officii Præſidem, cū tot Principiorum ruina, fingamus: Sed rem vel ad univerſum Collegium, Imperiive ſenatum deferendā, vel ferendum eſſe, quod ſummus legibusque ſolutus Princeps durius ſtatuit. Vel conſideramus Imperatorem, ut Imperatorem, *voce reduplicante negativè accepta*, prout eum neq; ut Ducem, neq; ut Comitem, aut alio ſeparato reſpectu, ſed ut illum intuemur, qui rei ſummæ admotus Imperii Princeps eſt, licet in eo actu nihil expediat, quod ſui officii ſit, munerisve Imperatorii. Hoc intuitu olim Commodus venire poterat, cum inter gladiatores promptiſſimum quemque è medio tolleret. Quis enim eum ibi ut Ducem conſiderandum dixerit? Cur magis ut Ducem, quam ut Comitem? Imò cur magis ut Comitem, quàm ut hominem? Certè ut hominem qui ſceptris admotus, humanis affectibus frena laxavit. Si enim ut Ducem, ſi ut Comitem, imò ſi ut hominem delinquentem conſideremus, quid obſtet quo minus eum ad illud judicium ablegemus, quò ille trahi poterat, cujus reſpectum ei affingimus? Adeò omninò quoddam quaſi tertium eſt, inter Imperatorem ut Imperatorem ratione officii ſui agentem, & inter eum ut Ducem &c. conſideratum: Nempe ſi eum intueamur, non quatenus Dux, ſed quatenus ſummus Princeps eſt, qui tamen non offi-

cii ratione quid peregerit. Verbo: Si illũin actu deprehendamus, cui null⁹ officii respectus substrat⁹ sit, v.g. si alicui, in quẽ nimiâ benevolentia feratur, aliquã pecuniæ vim promittat, si se crimine homicidii vel adulterii polluat, & sim. De quo intellectu nobis, salvo saniore ju-
D dicio, A. B. hactenus accipi debere visa fuit. *d*) Quod etiã de Rom. Rege dicendum est, *per text. d.c.5.* Sed an idẽ de illo Rom. Rege, qui vivo Imperatore electus est? *Buxt.th.77.lit.B.* vix putat: Dubio procul, quia ipsum Cæsarem judicem habeat, die Kays. May seinen H. uti de Carolo V. loquitur *Ferd.I.* R. A. *d. Anno* 1555. *in fin.* §. solches alles. Verùm cum nos quantum ad rem ipsam præter actus secundi suspensionem & delitescentiam non agnoscamus ullam inter Imperatorem & Regem Rom. differentiam, *Disp. 5. thes. 3. 4. 5.* cur diversum hoc loco statuere debeamus, non animadvertimus. Cur vocabulum Regis Roman. *ind.t.5.* non etiam de hoc casu accipiamus? quæ diversitas obstare possit? De Augusta jucundè controvertitur: An & illa forum mariti sortiatur, *l. 65. de jud.* & hoc A. B. privilegio gaudeat, *argum.l. 31. §.1. de ll.* Nos singularem præsertim è consuetudine oriundam legem ad consequentiam producere non audemus, *l.14.d.t.* Præsertim cum Augustis hoc privilegium tributum dicant Dd. *Menoch.consil. 2.num.* 22. ut uxori & liberis jus dicere possint, *arg. l.4. ibi ex nostra jussione, Cod. de quadr. præscript.* quod iis generali nostri textus dispositione ademtum statui non potest, *Buxtorf. th.* 77. Neque etiam exempla desunt historiæ Augustæ, v. g. Ottonis III. in Mariam conjugem, Heinrici VI. in Constantiæ suæ adulterium, & Sigismundi in barbaros suæ Barbaræ mores severius inquirentium.
E *e*) Ita arbitramur *cum Nob. Dn. Præside de Vicar. concl. 8. per generalitatem textus t.5. cui accedit, VVeichb. art.9. nec non spec. Suev. lib. 1.c.30. ibi*: Si Imperator accusetur, quod corruptione Imperium obtinuerit, coram Palatino faciendum est. Cui observantia accusationis Adolphi, *apud Avent.lib.7. Annal.Boj.fol.587.* jungi potest, non obstante *spec. Suev. c.23.§.1.* De ipsa depositione aliter se res habet, quæ non nisi ab iis expediri potest, quibus eligendi potestas data est, *vid. formulam Depositionis Wenceslai Goldast.* Reichssatzung / *P.1.p.158. & Adolph. Dn. Vult.l.1. num. 7. C. ubi senat. vel Clariss. vid. Disput. 3. thes. 30. lit. D. & E. Arum.disc.3. thes. 45.* Ut ita patrii juris ignorantia labatur Asterius in

Exam.

Exam. Comit. Ratisbon. pag. 22. cum Palatinum etiam Electi Regis, in causa examinandæ Electionis, judicē fingit sine textu sine ratione. Quantum n. ad specul. Sax. cujus *art.* 22. *l.* 3. allegat Spec. Suev. *ind. pro nobis allegato c.* 30. *lib.* 1. Magd. Weichb. *lib.* 1. *art.* 8. *&* 9. *junct.* observantia *A.* 1300. *in Alberti accusatione*, ea partim pro nobis sunt, partim de criminum nonnullorum separato à depositione examine loquuntur, Certè juris Authentici autoritate ita simpliciter non pollent. Quid autem de feudalibus causis dicamus? Eas Paribus remittunt, *Buxtorf. thes.* 81. *lit. A. Cubach. de Iurispr. Rom. lib.* 2. *c.* 30. *n. ult. per text.* 2. *F.* 55. qui tanquam specialis & privilegiata dispositio per generalitatem A. Bullæ abrogari non potuerit, *l.* 3. *ibiq. gl. Cod. de silent.* Suffragatur spec. Suev. *c.* 23. Umb Gut / und andere Dinge die des Reichs ist / do sollen über sprechen die Fürsten / unnd Grafen / die Freyen / und deß Reichs Dienstmanne. Addunt §. *sententia de Pace Constantiæ, Gothofr. Anton. disp. feud.* 14. *thes.* 2. *lit. A. Wilhelm. Anton in Coroll. tr. de Rescript. morat. annexis Corol.* 2. *Diss. Ferrar. Montan. lib.* 5. *F. c.* 1. *Boss. in var. tr. tit. de foro compet. num.* 17. *& Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 53. quia 1. generalis sit A. Bullæ definitio, nullis distinctionibus corrumpēda, *l.* 8. *de publ. in rem.* 2. Textus autem feudales ita intelligendi sint, ut persona loquentis excipiatur, *argum. l.* 10. *com. præd. &* 3. *c.* 13. §. *non intendimus x. de judic.* Regi ipsi cognitionem relinquat. 4. Præsertim autem textus noster *t.* 5. *A. B.* de iis casibus accipi debeat, qui ut plurimum fiunt, quos feudales esse negari nequit, cum rarissimè controversia de allodialibus cū Imperatore surgat; 5. Quibus accedat, quod A. B. consensu Pariū facta sit, quib ita facilè fuisset res feudales excipere, ut tacendo videantur juri suo renunciasse. 6. Cæterū satis ex nostro textu patere, Cæsari plurium judicium, ut pares sunt, nō placuisse, sed cum unū potius voluisse audire, quia ne ad Saxonē, quidē qui eodem cū Palatino Vicariatus jure gaudet, hoc privilegiū extenderit. Verum ea conciliat Limn. *d. l.* Wurmſ. *in Coroll. Exerc.* 4. atque nos discursui reservamus. Multò minus autem causæ appellationum ad Palatinum pertinent, ne generalitas textus nostri absurdè explicetur, & principia invertat, quibus à supremo Principe, ad inferiorē appellare hæresis est, *l.* 1. *à quib. appell. non licet l.* 1. §. 3. *& t.t. de appell. Vid. lit. C.* Præsertim cum A. B. satis dilucidè de causis sim-

plicis querelę loquatur, quib. ipse Imperator impetitur, *Buxt. d. l. lit. C. Arum. d. l. Textus Spec. Suev. lib. 2. c. 43. §. 6.* Wann die Fürsten den König wollen beklagen / so er jhnen wider Recht thut / das sollen sie thun vor dem Pfaltzgrafen / de diverso illatæ injuriæ casu loquitur, & nobis
F non officit. *f)* Pontifex se hic iterum ingerit, *c. 2. de re jud. in 6. c. 34. x. de elect. Clem. Romana de jurejur. c. 10. x. de foro comp.* Verum non recipimus testimonia, quorum Autores damnantur, ut in simili loquitur ipse Pontifex *in c. 4. x. de hæret. c. 47. de testib.* Quemadmodum nec ea quæ à translatione Imperii mutuantur, ac à contrario sensu Edicti contra Johannem XXII. à Ludovico Bavaro publicati: Dieweil Johannes vnser Feind / vnd verdächtig ist / keine Ordnung der Rechte helt / kan er nicht Richter seyn / *Cubach. de Iurisp. Rom. c. 30. n. 28.* Quia in aperto est & *ex thes. 4. & th. 7. lit. C.* colligi potest, Imperatorē potius ipsius Papæ judicem esse. Quid a. (ut ad nostrum Imperium redeamus) si ipse Palatinus Imperatorem velit convenire, annė adhuc dum judex erit? Non putat Buxt. *d. thes. 77. lit. E.* Et meritò. Satis enim absurdum foret, cum Palatini judicium ideò non dedignetur Augusta Majestas, ne justitia, saltem ex opinione, vitium fa-
G ciat, idem tamen in Palatino susq; deq; habere. *g)* Olim ad Rheni fluminis ripam hoc judicium exerceri solebat, uti ex Sterone Marq. Freher. *ad Petr. de Andl. in fin.* deducit. Aurea B. v. quia non in Majestatis detrimentum, sed justitiæ incrementum illud instituit, curiam Imperialem determinat, *d. t. 5. in verb.* An dem Kayserlichen Hoff / an welchen der Kays. oder Röm. König zu gegen sein wird / quę nos in nostro, Recessib. Imp. Anno 1607. Imperiali autoritate præfixo exemplari, sine ulla diversitate, cui ita operosè attendit Limn. 3. *c. 19. num. 63.* legimus, & in potentiori significatu tam de Comitiis, quam Imperiali aula interpretamur: quemadmodum uterque significatus A. B. familiaris est, *tit. 27. §. 5. vers. fin. c. 28. §. 1. c. 26. §. 1. vid.*
H *Limn. num. 77. d. l.* *h)* *d. c. 5.* zu antworten hat. Quo ipso satis patet, ipsum Imperatorem alios coram Palatino convenire non posse, *Cubach. lib. 2. Iurispr. publ. c. 30. n: pen.* Non obstantibus, quas Buxtorf. *thes. 81.* movet, dubitandi rationibus. Quod Palatinus multò magis Imperatoris judex esse deberet cùm actor est, *argum. l. 125. de R. I. l. 38. de re jud.* 2. Nec actori licere possit, quod reo non licet, *l. 41. de R. I.*

c. 32.

c.32.de R.I. in 6. 3. Præsertim eadem ratione ubique militante. 4. Ac ne deterioris conditionis fiat summus Princeps suo fisco, qui reū ad suum judicem trahit, *t.t. C.ubi causa fiscal.l.* 1. *l.*2. *C.si adv.fisc.* quæ facillimæ sunt solutu. Sed coram quo igitur alios conveniet Imperator? Dist. *post Buxt.th.*83. *Rum.P.*1.*ad A. B.Diss.* 5. *th.* 13. inter causas: Et feudales Paribus remittit, 2. F.55. *Spec. Suev. lib.* 1. *c.* 23: §.2. Cui Sigismundus Imp. *in literis ad Moguntinum, Anno* 1426. adstipuletur: Uns nicht gebühret/in unserer eygenen Sachen Richter zu seyn/und wann die Sache des Heiligen Reichs treffliche Lehn anrühret / so haben wir Fürsten/Grafen und Rähte darumb gehabt / und meinen daß billich sey/ daß die Sache vor des H. Reichs Mannen außgetragen werde/ *apud Buxt.d.l.lit. D.* Cui tamen alii generalitatem *t.*7.§. Ob auch Sachen/O.C. P. 2. & Reichs A. *Anno* 1521. *tit.* Röm. Kön. May. Regiment/graviter objiciunt. Fiscales Cameræ tribuit Ord. Cam. P. 2. *tit.* 20. Ubi tamen Aulæ Imperialis Fiscalis, qui pro causarum diversitate etiam intervenire solet, non prætereundus est. In reliquis causis differentiam notant Dd. An Imperator status alicujus subditum velit convenire? quod coram ordinario ejus fieri debeat, eò quod statuum subditos evocare nequeat, *per O. Cam. P.*2. *t.* 5. *Capit. Carol. V. art.* 15. *Ferd. II. art.* 13. *Ferd. III. art.* 17. vid. recentia exempla apud Buxt. *d.l. lit.c.* Vel an statum aliquem impetere conetur? quod non nisi coram Austregarum vel Cameræ judicio facere possit, *l.* 2. *C.de jurisd. omn. jud.c.* 8. *x. de for. compet. junctis Capitulationib.* & *Ord.Cam.P.* 2.*t.* 27. Non obstantibus exemplis, quæ Buxtorf. in hoc ultimo Dissentiens *lit.F.* allegat, quibus Heinricus IV. Ottonem Bojarum, Heinricus V. Heinricum Lotharingiæ, Fridericus I. Heinricum Leonem Saxoniæ Duces, Rudolphus I. Ottocarum Bohemiæ Regem, Sigismundus Fridericum Austriacum in publicis Comitiis accusarint. Quod etiam Rudolphum II. Anno 1566. observavisse d. Anni Recessus docet. Nec officere possunt, quæ è generalibus juris allegantur, Imperatorem indistinctè in causa propria judicem esse posse, *argum.* §. *ult. I. de vulg. subst. l.* 41. *de hered. instit. l.pen. de his, quæ in test. delent.* Item *quod è l. judicium* 58. *de jud. nectunt,* quod Imperator cum quocunque subdito Imperii concurrat, argumentum. Quod autem Capitulatio habet, Imperatorem nullum

Principem inconsultis Electoribus proscribere posse, *Vid.lit.* G.*th. praeced.*alius fontis est, & huc non facit. *Vid.disp.*4..

22. Competit autem tanta potestas Electoribus virtute Regni & Principatuum suorum, *a)* si in reali eorum possessione constituti sunt, *b)* non ut singulis, sed toti Collegio, *c)* nec suo ipsorum proprio tantum, *d)* verum totius Imperii nomine. *e)*

A *a)* Uti loquitur A.B.*t.*7. §.1.*t.*20. quod tenendum monet Limn.*lib.*3.*c.*7.*n.*2. ne versione Germanica seducamur, quae *d.t.* 20. habet: Wegen jhrer Fürstenthumer / quasi tantum Principatuum suorum nomine eligerent Imperatorem: Cum id totius Imperii nomine fiat, *Vid.lit.* E. & his verbis nihil aliud innui debeat, quam ipsis Electoratibus inhaerere illa eligendi, deponendi, & caetera jura: Secus ac patrum seculis: Ubi non rarò alter Electionis jus, alter Electoratum habebat, *Arum.ad A.B.Disc.*6.*thes.*27. Ex quo etiam bellè deduci potest, quod *supra thes.*18.*lit.*I. adseruimus, successores Electorales, licet ab Imperatore nondū investitos, tamen jurib. Electo-

B ralibus gaudere. *b) A.B.d.t.*20. *Disput.*2.*thes.* 11.*lit.D.* Atque inde verissimi sunt in thesi Bohemiae status, qui *in literis d.* 1. *Iun. ad Saxoniae Electorem, d.*13.*ad Moguntinum, &* 3. *Aug.* A.1619. *ad Collegium Electorale scriptis apud Lundorp.lib.* 4.*t.*1.*c.*63.*p.*514.*c.* 65.*p.*515.*c.* 66.*pag.*517. idem graviter urgent, atque exemplum Rupertorum Senioris & Junioris Palatinorum adducunt, quorum ille non nisi propter possessionem Palatinatus huic praelatus fuerit: quodq; Johannem Lucelburgensem Comitem, in Ludovici Bavari Electione, & Joannem Bipontinum contra Philippum Ludovicum Neoburgicum in Electorali tutela unicè juverit haec possessio, commodè satis & planè ad rem allegant. Quanquam in hypothesi, qua Ferdinandum II. Bohemiae possessione exclusum, atque ideò etiam Electione Imperatoria excludendum ducebant, inferiores videantur. Quia negari vix poterunt, quae Ferdinandus II. In Gegenbericht auff der Böhmen außgefertigte Schreiben/§. Belangend den anderē Punct: *in actis publ.d. t. & lib.c.*72.*pag.* 526. deducit, se non solum legitimum Annae nepotem, consensu Maximiliani & Alberti Archiducis à

Matthia

Matthia adoptatum esse, verum etiam 2. eo respectu in Regem receptum, declaratum, coronatum, sibique 3. à statibus juramentum præstitum, prætereà se 4. jamdum sæviente seditionis flamma, à directoribus & omnibus statibus tribus literis Hungariæ & Bohemiæ Regem, adhuc vivo Matthia, jhr Gnädigster König vnd Herr / salutatum sibi Ulterius 5. coronationis contributionem, die Cronsteuer / quæ nisi Domino non debeatur, oblatam. Ipsam 6. Regni Administrationem usq; ad Matthiæ obitum tantum suspensam, se autem 7. de Electoratu, voto, & Archipincernatus officio à Cæsarea Majestate investitum, nihil 8. reliquum habuisse, quam ut privilegia confirmaret, quod etiam postea ad impletum. Similiter 9. multos fideles subditos suis partibus adhæsisse, per quos, uti etiam per exercitus & Legatos possessio conservata fuerit. Et tandem recentia adhuc exempla Maximiliani II. & Rudolphi II. memorari, qui Anno 1562. & 1575. etiam nondum recepto à Statibus juramento, & parentibus adhuc superstitibus, Electoralia jura quasi possidere æstimati, Electionibus Imperialibus interfuerint. Quæ omnia nostram sententiam illustrant, & possessionem nobiscum requirunt. Quam Rumel. *P. 2. Diss. 6. thes.* 18. aliàs etiam ita necessariam tenet, ut Possessorem Electoratus, ne quidem in consortium Electoralis prærogativæ alium admittere posse indulgeat, quia jurium illorum exercitium non nisi in possessorem cadere possit, *d. t.* 20. Cui accedere potest quod *can. 3. causa 23. quæst.* 7. & alias communi circumfertur veri verbio; Nec regna socios, nec tedas ferre, uti pulchrè Sen. *in Med.* loquitur. Intelligimus autem possessionem justam, *argum. l. 7. C. de adquir. poss.* Rechtmessige titulirte Possession, uti Ferd. II. *in d.* Gegenbericht / *ex collat. tit.* 7. *& 20. A. B.* allegat. Atque ideò nihil obstare putamus, quo minus possessor Electoratu vi aut metu dejectus, jura Electoralia adhuc possidere dicatur, *Rumelin. d. l. thes.* 20. *argum. d. l. 7. Cod. de acquir. vel amitt. poss. l. un. C. non licere habit.* Vnd kan einem Churfürsten andere widerwertige Gewalt / an seinem Ampt / Possession vnnd besitze nicht præjudicirlich seyn. Ist auch eine gewaltsame detention vielmehr straffwürdig / als daß die Detentores sich derselben zu jhrem favor zu berühmen haben solten; Veluti loquitur Ferdin. II. *d. l. vid. Arum. Disc.* 6. *th.* 27.

6. *th.* 27. ubi exemplum Rudolphi Palatini in Anglico exilio defuncti, & dignitatem tamen ad filios transmittentis, ac alia recenset.
C c) Multum enim interest, uti *ex Arist. Polit.* monet Dn. Bertrā *de Comit. concl.* 19. Aliquibus ut singulis vel ut universis quid competere: Quia ibi singulorum consensum præstari oportet, cum hic concors majoris partis scitum sufficiat, & hoc in ipso collegio præstari conveniat, illum vero satis sit seorsim explicari, *Bod.* 3. *de Rep.* 7. quod Consulum civitatis, Parium curiæ, & Primorum inter Mercatores exemplis è *Dd.* illustrat Bertr. *d. l.* Ut universis autem & tanquam Collegio tantam potestatem Electoribus tributam ostendit Petr. de Andl. *l.* 2. *c.* 3. *de Imp. Rom. Paurm. lib.* 2. *de jurisd. Rom. Imp. c.* 2. *num.* 39. & dilucidè probat fraterna unio *apud Gold. P.* 2. *const. pag.* 18. Sollen wir oder unser einiger nicht endliche Antwort geben/ noch einigerley Beschliessung thun / wir thun es dann allesampt mit einander/oder der mehrere Theil/ quod Capit. Ferd. III. *artic.* 7. etiam eleganter expressit: Jhren Willen sämptlich / oder den mehreren Theil auß jhnen / vnnd zwar auff einer Collegial Zusammenkunfft / vnd nicht durch absonderliche Erklärung/erlanget. Ut ita non leviter erret Host. *in c. venerabilē x. de electione*, cū jus electionis Electoribus ut singulis competere arbitratur, *contra* A. *B. t.* 4. §. 2. *in verb. congregatis*, veluti *Disp.* 2. *thes.* 8. *lit. B.* argumentatur. Intereà tamen non dubito locum habere, quam Bertr. *d. l.* de consensu Electorum ad Comitiorum indictionem requisito, probat limitationem: Nisi utilitatis publicæ causa aliud usus observarit: Veluti ipsa quoque *Capit. d. l.* intelligi voluit, *his*: Es were dann / das salus publica, vnd utilitas eine mehrere Schleinigung erforderte.
D d) Uti è *Chreg. Velit. de Imp. offic. ads.* 18. benè monuit *Disp.* 2. *thes.* 8. *lit. D.* Quanquam prætermittenda non sit ambiguitatis evolutio, quæ *disp.* 3. *thes.* 5. *lit. D.* habetur.
E e) Totum enim Imperium repræsentant, *Disp.* 2. *d. l.* Nam veluti omnes ferè gentes suos sibi Ephoros ad Magistratum summum juvandum, & intra limites cohibendum constituerunt, *Arnis. doct. Polit. c.* 1. *p.* 19. *Hoen. disput. Polit* 3. *concl.* 46. Ita etiam Status nostri augustum hoc Collegium in publicas curas, & sollicitudinis Imperatoriæ partem suffecerūt, eiq; gravissima Imperii negotia, in promiscuis omnium statuum conventibus non æquè expeditu facilia commiserunt. Atque inde est, quod

quod è *Bruning. de var. univers. speciеb. concl.* 77. benè colligit *disp. 2. th. 8. in fin.* quæ ipsi faciunt, æquè ac si à toto Imperio facta fuissent, haberi, omnesq; status obligare. Verum non minus etiam exinde est, nihil nisi Imperii incrementum, fundamentalium constitutionum authoritatem, & supremam illam legem, quam Cic. 3. *de legib.* suis Consulibus in primis inculcat, Salutē Populi, cordi esse debere nostro Collegio: Siquidem Imperii instituta transcendendo, præjudicare reliquis Statibus non magis poterit, ac Administratores civitatem contra publicum commodum obligare. Vocati in Imperii curas Septemviri, non simplices negotiorum omnium arbitri, minus Magistratus, aut Domini reliquorum Statuum constituti sunt: quod Serenissimis Saxoni & Brandeburgico sanctissimum erat, cum in literis ad Cæsarem *d. 12. Mart. An.* 1623. protestarentur: Sie wissen nicht/wie sie es gegen andere Fürsten vnd Stände deß Reichs verantworten könten. *Act. publ. tom. 1. lib. 6. p.* 1089. Triste enim admodum, & ferale esset audiri in Imperio desperatā Catilinæ orationem è *Salust.* Postquam Respublica in paucorum potentiam, jus atque ditionem concessit, cæteri omnes strenui, boni, nobiles atq; ignobiles vulgus sumus, sine gratia sine autoritate, his obnoxii, quibus, si Imperiū valeret, formidini essemus. Omninò quia ea Imperiorū natura est, *secundum Clapm. lib. 2. c.* 10. ut facilè ultrò aliquid contrahant, sive ex temporis progressu, sive in curia nonnullorum: Politicorum arcanum est, ad principia sua sæpe resolvere Rempublicam: qua arte nullam ad Status conservationem præstantiorem esse notavit acutissimus, nec ubiq; adeò absonus Machiavellus *Disp. lib. 3. c. 1.*

Officia Imperii augusta, quibus præter & ante Electionis jura *a)* Serenissimi Septemviri honorati fuerunt, nota sunt. Nimirum tres Archicancellariatus, *b)* qui tribus Archiepiscopis *c)* Moguntino per Germaniam, *d)* Coloniensi per Italiam, *e)* Trevirensi per Galliam, *f)* & Arelatense regnum, *g)* competunt: Nec non Archipincernatus, qui Bohemiæ Regi *h)* Archidapiferatus, qui Palatino, *i)* Archimareschallatus, qui Saxoniæ Du- 23.

ci, *l)* & ArchiCamerariatus, qui Brandenburgico Marchioni *m)* perpetuo *n)* tributus *o)* est.

AB *a) Vid. suprà th. 3. lit. D.* *b)* Nominis definitionem *apud Limn. lib. 3. c 3. n. 12.* & synonimiam cum Archicapellani voce *apud Chreg. velit. de offic. Imp. adf. 21.* legere licet. Tribus autem diversis Proceribus per diversa Imperii regna, id officii tributum est, damit alle Unterthanen jhre Notturfft in jhren Sprachen anbringen/vnd vermercken können / daß jhr Haupt aller deß Reichs Unterthanen Geschäffte / jhme angelegen seyn lasse/Lehman in Speyer Chron. *lib. 2. c. 7. p. 69.* non autem, veluti ignarus rerum nostrarum Tholosanus censet *6. de Rep. 13. n. 15.* ut dictorum Regnorum nomine Romanum Regem eligerent: quod reliquorum Electorum partibus, fidei historicæ, & ipsis Juris nostri principiis contrarium meritò reprobat Limn. *lib. 3, c. 5. n. 9.* Cæterùm Cancellarii officium est annulum Principis tenere, eoq; leges & alia sacra rescripta signare, leges custodire, & quæ plura refert Limn. *d. l. n. 18.* Ut ita mirum non sit, ei tanta à Cassiodoro *lib. 6. & 8.* & Symmacho *1. Ep. 17.* elogia tributa esse.

C *c)* Quanquam enim Clerici regulariter inhabiles sint feudorum, uti supra *th. 16. lit. L.* notavimus, observantia tamen aliquantò benignior est *c. 6. x. de for. compet.* Præsertim si servitiũ ejus conditionis esse contingat, ut honestè per Clericum queat expediri *Schrad. de feud. P. 4. c. 2. n. 5.* Ut ita planè commodè celsissimæ Archicancellariatuum Dignitates literatiori Clericorum ordini cesserint. Prẹter devotionem enim qua in illum majores ferebantur, etiam de ejus eruditione optimè sperabãt simplicia, indocta, & militaribus motibus obbrutescẽtia illa secula: Et inde eidem quoq; has ipsas deferebant prærogativas: Quæ ita, tanquam Ecclesiæ datæ, hactenus ad Laicos transire non valuerunt *c. sine exceptione 12. q. 2. Chreg. d. vel. adf. 9.*

D *d) Tit. 2. §. 2. tit. 3. §. 6. A. B.* Et est primus omnium, quia Germania solã est, quæ dignitatem summi Imperii, Aquilæq; sibi habet, tanquam Roma Germaniæ vicerit, uti magnificentissimè loquitur Barcl. *Icon. c. 5.* Ut ita error sit Cassani *in d. recherch. liv. 2. chap. 1. p. 21.* quod Coloniensem juris nostri imperitiâ præponit. Agit autem etiam Collegii Decanum *Limn. lib. 3. c. 4. n. 3.* Atque exinde Archivum Imperii publicum, & matriculam adservat, *Ruland. de commiss. lib. 5. c. 4. n. 10.* veluti Ferd.

III. in

III. *in Capitul. art.* 9. ipse pollicebatur, die eingeholte Berichte in die Churfürstl. Meintzische Cancelley / innerhalb Jahrs frist / vnfehlbarlich einzuschicken. Inde consilium, cum Cancellaria aulæ Imperialis eidem juramento obstringitur *Thom. Mich. de jurisd. concl.* 28. *lit. A.* Inde ei Imperialium decretorum signatura competit. *Paurm. lib.* 2. *de Iurisd. Imp. c.* 3. *n.* 33. Inde etiam Cameræ Imperiali præest, R. A. *An.* 1570. & per suum institutum præfectum, den Verwalter hoc officium peragi curat *Ruland. d. l. P.* 2. *lib* 5. *c.* 4. *n.* 13. Protonotarios, Notarios &c. præficiendo, reditus & sportulas recipiendo, & ex iis solvendo salaria. *Ruland. d. l.* Quod disputant, an etiam Bohemia ad ejus Archicancellariatum pertineat, est actum agere. Præter illa enim, quæ ad principalis quæstionis examen, An Bohemia ad Germaniam pertineat, alibi dicuntur, etiam observantia pro affirmativa facit. Allegat enim Chreg. *d. velit. ads.* 22. duo Caroli IV. diplomata, *d. An.* 1366. & 1377. quæ Moguntini Archiepiscopi vice, Episcopus Olmucensis Pragæ signavisse legitur. Imò quicquid de Germania sit, saltem illud hoc casu tenendum, quod omnia loca extra Italiam, Galliam, ac Arelatense regnum, Archicancellariatui Germanico adhæreant: Qua ratione Gold. *in dedic tom. un. const. Imp.* & Pannones & Sarmatas ei adscribit. *e) Aur. Bull. t.* 1. §. 12. Cui Sicilia & cæteræ Provinciæ connumerantur *Goldast. d. l. p.* 5. Ejus officium se olim præcipuè exerebat, cum Imperator trans Alpes abiret coronæ recipiendæ, & pacandæ Italiæ. Verum quia plerunq; gravis erat Cæsaribus Italia, Moderni Imperatores ex Rudolphi I. monito, illud Æsopicæ vulpis, *sed me vestigia terrent omnia te forsum spectantia, nulla retrorsum* eò explicantis, de Italico itinere nihil solliciti sunt: An ex re Imperii? non disputabimus. Illud certum est, Heinricum VII. vituperasse Prædecessorum ignaviam, quod Italiam intrare veriti, decus Imperii corrupissent. Interea quia in iis Italiæ reliquiis, quæ adhuc Imperium venerantur, rariora Archicancellariatus exercitia sunt, Archivum suum hodiè apud Moguntinum adservat Coloniensis *Ruland. de commiss. P.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 10. Vestigium & memoriã ejusmodi profectionis Italicæ habemus in contributionibus nonnullis, quæ ad inscriptiones earum collectarum exiguntur, nach dem Römerzuge / *de quo habet Limn. lib.* 2. *c.* 4, *n.* 107. *usq;* 114. f) *Aur. B. tit.* 1.

E

F

*tit.*1. §. 12. *Goldast. d. dedic.* ubi etiam Hispanicas partes in Trevirensis officium deductas esse adserit. Quanquam autem dissimulare nequeamus, *quod Gunth. in Lig. lib. 1. ait: à nostro secessit Gallia regno, jure suo gaudens nostræ jam nescia legis*, Tamen, *ut Poëta pergit*, *nos priscum regni morem servamus*, & re mutata veteris saltem dignitatis jurisq; emblemata retinemus: in æternaturæ Protestationis vicem, quod lilia suam amœnitatem Aquilæ debeant, & Chassanus *in cit. recherche lib.* 2. se-
G cundum comune illud intelligendus sit: *Verte, cothurnus erit.* g) Hæc restrictivè explicat Freher. *ad Petr. d. Andl.* quasi Trevirensis tantùm per eam Galliæ partem, quæ regno Arelatensi continetur, Archicancellariatu fungatur. Quo etiam ferè inclinat Spec. Svev. *lib.* 1. *c.* 29. §. 1. *Chreg. d. velit. ads.* 23. *Cluten. in syllog. th.* 24. *lit. K.* quia per reliquam Galliam Cancellario non magis opus fuerit, quam per Africam. Quod tamen textui Arelatense regnum Galliæ copulanti repugnat. Præcipuè cum in confesso sit, totam Galliam olim de corpore Imperii fuisse *Limn. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 4. Ut ita veteris juris memoriâ Aquila nostra meritissimè conservet. Complectitur a. Arelatense regnum Delphinatum, Sabaudiæ Ducatum, Comitatum Burgundiæ, & tractum Helvetiorum *secundum Limn* 1. *c.* 9. *n.* 9. Quod à Carolo M. Imperio ingrossatū Conrado II. tamen, aut Ottoni M. demum traditum, tandem Gallis cessit. *Vid. Goldast. præfat.* der Reichsh. *Münster. lib.* 2. *Cosmogr. Crus. lib.* 5. *P.* 3. *annal. Svev.* Durat verò hic Cancellariatus adhuc in iis d. regni locis, quæ Imperio relicta sunt, *Paurm. de jurisd. lib.* 2. *c.* 1. inter quæ Burgundiam numeramus, quæ amplissimo Burgundiæ circulo nomen dedit R. A. zu Speyer *An.* 1570. §. nach dem aber bey. Ita Imperialis aulę Cancellarium vice Boemundi Trevirensis Archiepiscopi diploma quoddam Cæsareum Trajecti ad Mosam recognovisse testatur Chreg. *ads.* 23. Hoc loco Abb. Stadens. error, qui Trevirensem non de Alemannia esse ad *A.* 1240. notavit, præteriri nequit, quem corrigit Nob. Præses *de vicar. concl.* 21. *in fin.*
H h) *A. B. tit.* 4. §. 4. *t.* 27. §. 5. Qui titulus ante Caroli IV. tempora & cognitus & Bohemo delatus fuit, veluti *ex Bulla Heinrici II. & Chron.*
I *Colmar. P.* 2. *t.* 2. demonstrat Cluten. *in syllog. concl.* 24. *lit.* O. i) *Aur. B. tit.* 27. §. 4. deß H. Reichs oberster Truchseß/ quod à vocum Tritt das Essen/ corruptione ortum videtur Limneo 3. *c.* 9. *n.* 20. Atq; ita Conradus

radus Palatinus Rheni jamdum Friderici I. ætate sese appellavit *Cruf. annal. Suev. lib. 7. c. 4.* vocatur aliàs Præpositus regiæ mensæ *Annal. Franc. An. 786.* l) *A. B. tit. 5. §. 2.* deß H. Reichs Ertzmarschall/ aut L
veluti lectio Bullæ Palatinę innuit, Marstaller/quasi Equilis, sive potius Equitum Præfectus. *Limn. 3. c. 10. n. 25.* Quanquam autem Mareschallatus officium dignitatis honore inter secularia supremum Lehnm. *Spir. Chron. lib. 2. cap. 13.* potissimùm circà Equestrem ordinem versetur, *VVittich. lib. 2. de reb. Sax.* Plura tamen fidei ejus commissa sunt. In bello enim Imperii ipse omnes Status præcedit, bellumq; orditur *Goldast. ad A. B. c. 27.* licet Specul. Suev. *lib. 1. c. 27.* putet Carolum M. hanc prærogativam ad Sueviæ Ducem transtulisse. Ut ita ferè ex veteri instituto *in Prag. Pacif.* §. zu dessen allen wircklichen &c. Ihrer Churf. Durchleuchtigkeit zu Sachsen, ein ansehnlich corpus, von deß Röm. Reichs Krieges Heere/ zu deroselben hohen General Commando gelassen worden. Item Archimareschallo datum est, ut in campis ordines struat, *Goldast. d. l.* In adventu Cæsaris primus urbem ingrediatur, quod Juliacenses *A. 1520.* Aquisgrani, ex ratione territorii frustrà oppugnabãt, *veluti è Protoc. Cor. Carol. V. t. 4. Chreg. ads. 27. memorat.* Similiter Archimareschallũ per Vicariũ suũ in Comitiis Statib. hospitia adsignare, infrà *disp. 10.* docebitur: Uti etiam quod eos ad Senatũ vocet, in Collegio Principũ suffragia colligat, ac quemlibet in voto ac sessione tueatur: Item judicium in Statuum familias, & quoscunq; peregrinos exerceat *Chreg. d. l. ads. 28.* Nec non excubiarum curam habeat, adeò ut cum in Augustanis Comitiis *An. 1530.* Augustani 800. pedites tuendæ urbi conscripsissent, Cæsar autem aliis in suam fidem scriptis, eos dimitti, sibiq; unam portam tradi juberet, Saxoniæ Elector non acquiesceret, donec Cæsareæ stationes à portis removerentur. *Chreg. d. l.* m) *A. B. t. 27.* M
§. 5. Ultimo loco sequitur Archi Camerarius, quem semper ultimum fuisse, non autem è primo in hunc ordinem remissum *contra Beuter.* demonstràt Limn. *3. c. 10. n. 9.* Ille autem quadantenus cum sacri cubiculi Præpositis *t. t. C. de præpos. sac. cub.* eorumq; Primicerio convenire videtur *Limn. 3. c. 11. n. 2.* Vocaturq; alias etiam Cubicularius *Annal. Franc. ad An. 782.* & Præpositus Cameræ regalis *Turon. lib. 4. c. 24.*
n) Nam augusta hæc officia olim temporaria erant, & à Cæsaris vo- N
 luntate

luntate conferebãtur, quemadmodũ in coronatione Ottonis I. Griselbertus Lotharingię Dux Camerarius, Dapifer Eberhardus Franconiæ, Pincerna Hermannus Sueviæ, & Mareschallus Arnolphus Bavariæ Dux ministrasse leguntur *VVittich. de gest. Sax. lib.* 2. Et Ottoni III. Quedlinburgi Electo Heinricus Bavariæ Dux ad mensam, Conradus Sueviæ & Francŏniæ ad Cameram, Hezil Palatinus Rheni ad cellariam servierunt, Bernhardus verò Saxoniæ Dux equis præfuit. *Fabr. lib.* 2. *orig. Sax. fol.* 13. Postea autem perpetua fiebant, & destinabantur etiam heredibus. Quod Heinrico II. ex Chregrenii doctrina tribui posse *th.* 3. *lit. D.* allegavimus. Cum quo in ea nocte interceá, licet non ăbsq; dubiis, facere, excusationem merebitur. *o*) Olim quidem plures erant Imperii officiales. Quemadmodum enim negotiorum multitudo benè multos gignebat Palatinos, quorum etiam vix nomina quis interpretetur: quemadmodũ ignoti sunt illi Bersarii, Bevearii, Scageari, *quorum meminit Chreg. d. l. ads.* 20. Ita Imperium etiam habebat venatorem, quod minus Carinthiæ Duci *Aen. Sylv. in Europ c.* 20. Duci Austriæ *Spiegel.* Marchioni Misniæ, & Comiti à Schwartzburg / Lehnman, *Spir. Chron. lib.* 7. *c.* 25. adserit: tandem autem ad Wirtenbergæ Ducem venisse scribit *Freher. ad Petr. de Andl. lib.* 2. *c.* 15. qui aliàs etiam Imperii vexillifer audit *Chreg d. l. ads.* 20. Eodem modo Basilienses Imperii Piscatores erant: Unde hodienum insignia eorum notavit *Freher. d. l.* quæ anchoram referant. Verum quicquid sit, ab exordio Germano-Rom. Imperii tantùm quatuor secularia officia in curiis solennibus exerceri consueverunt, *VVittich. de Saxon. lib.* 2. Nec plura Caroli IV. tempore, breviq; ante fuerunt. Non secus atq; nec nostra ætas alia præter enumerata novit: Saltem præter dicta quatuor alia Electoralium Prærogativarum consortium non meruerunt.

24. Et hæc sua officia in Imperialibus Curiis *a*) cum maximo Imperii nostri splendore *b*) exercent: comitando Imperatorem, *c*) eidemq; insignia præferendo *d*) & ministrando, *e*) ex ordine per legem publicam præfinito. *f*)

a) Nempe Imperatoria Majestas in ostensionem altę suæ magnificentiæ,

gnificentiæ, nonnunquam cum Proceribus Imperii solennes conventus celebrat, ait *ex Petr. d. Andl. lib. 2. c. 15. de Rom. Imp. Arum. disc. 6. ad A. B th. 37.* quos Curias Imperiales vocat *A. B. tit. 26. 27. 28.* Wann wir auff Reichs / Wahl und anderen Tagen / unseren Keyserlichen Hoffbegehen *Capit. Ferd. II. art. 41. Ferd. III. art. 48.* ubi Imperiali eminentiæ ostendendæ officiorum Electoralium ministerio opus est. Uti etiam non minus in omnibus Panegyricis conventibus, & actibus, die das Reich berühren / und darzu Stände deß Reichs beschrieben werden / veluti de exequiis Ferdinandi I. urgebat Pappenheimius ad Zasium *in consult. de Præcedentia* der Erb = und Hoff Aempter *apud Limn. 3. c. 7. n. 75.* Item in Investituris *tit. 29. A. B.* & aliis solennibus Imperii actibus, wann Sachen vorfallen / darzu die Erbämpter zu gebrauchen seyn *d. Capit. d. d. art* Non tamen in aula Imperatoria, solennitatibusq; ejus ordinariis Electores sua officia obire obstricti sunt, veluti notat *Arum. disc. 6. th. 40.* *b)* Quemadmodum n. non in postremis Germaniæ laudibus numeramus, quod Carolus V. se in Germania Regibus imperare profitebatur: Ita vix magnificentius declarari poterat Imperatoria Majestas, quam cum ei tanti Magnates à ministerio sunt: ubi Domini Magnitudinem ministrorum Eminentia loquitur. *Arum. d. l.* *c)* Die quo celebrari debet magnifica Imperatoris Curia, Electores hora 1. ad Palatium Imperiale venire, & Imperatorem suum Imperialib. insigniis indutum ad locum sessionis aptatæ, ordine *ex A. B. tit. 21. & 22. lit. F. delineato*, deducere tenentur. *A. B. tit. 26.* *d)* Utq; vel orbi pateat Germaniam esse, quę par toti Europæ, & digna esse potuerit, in quam Romanæ Fortunę Majestas transierit, *Barcl. in Icon. c. 5.* suo Augusto tantæ Eminentiæ insignia præferunt primi Procerum, quæ mundi Imperium, & Domini Majestatem magnificentissimè exprimant. Nimirum Archicancellarius in cujus Archicancellariatu curia peragitur, super baculo argenteo, omnia sigilla & typaria Imperialia, seculares autem Septemviri, Saxo quidem gladium, Palatinus pomum, & Marchio Brandenburgensis sceptrum, sacra sacri Imperii insignia pręferunt: quæ exinde in insigniis Electoralibus Imperiali autoritate locum meruerunt. Pomum autem Justiniani temporibus primum inclarescens, *è Procop. Tholos. 6. de Rep. 13.* Mundum exhibet, cui Imperator domina-

B

C

D

dominatur *l. 9. ad l. Rhod. de jactu.* ac cruce infixa coruscat, ut Salvatorem prædicet, cujus Majestate Imperium nobis traditū est, *l. 1. pr. C. de I. V. E.* in quo vincunt Constantini nostri *Euseb. lib. de vit. Const. c. 22.* Gladius sontibus terrori & Bonis præsidio *Camer. hor. succ. lib. 1 c. 67.* Augusto nostro in justitiæ signum præfertur, quò etiam collimabat spata, quæ gladii vicem Caroli M. tempore legitur obtinuisse *è Turpin. in vit. Carol. Arum. d. l.* & ipsis veteribus etiam Imperatoribus à Præfecto Prætorio, in munimentum sui, si rectè agerent, sin aliter in eos magis, quemadmodum digna majestate Trajani vox habet *in paneg. Plin.* prelatus ensis. Sceptrum autem, antiquissimum illud regiæ dignitatis signum *Freher. ad c. 8. lib. 2. Petr. de Andl.* quod varii populi variè exornabant, *Vide Arum. disc. 6. th. 30.* summæ gubernationis insigne est. Atque hæc sunt Augustalis dignitatis propria ornamenta, quæ Monarchæ suo in publicum prodeunti præferunt, digni tanto Domino officiales. Nam præterea adhuc plura sunt Clinodia, & Reliquiæ, Crux, Corona, Lancea, & aliæ, in Imperialis Majestatis insignibus usitatæ, veluti eas sibi à filio indignissimè, ipso Nativitatis Dominicæ die ereptas miserè ad Philippum Francorū Regem A. 1106. dolet Heinricus IV. *apud Gold. Const. P. 1. p. 51.* quæ
E hodiè Noribergæ adservātur. *Arum. d. l.* e) Statim atq; Imperator in palatium Imperiale deductus Solium præparatum adscendit, serenissimus Saxoniæ Dux equo in acervum avenæ tantæ altitudinis, ut usq; ad sellam ejus pertingat, fertur, modioq; argenteo duodecim marcarum publicè avenam haurit, ac ea famulo primitus venienti tradita, sive uti in novissima Coronatione observatum, iterum effusâ, baculum argenteum in avenam figit, ac recedendo locum facit suo Vicemareschallo, vel Mareschallo aulæ, qui eam ulterius distribuat, *A. B. t. 27.* aut potius plebis inhiantis direptioni concedat. Ingresso autem Imperatore ad mensam, primo die Archiepiscoporum ille, qui primo, altero qui deinceps, tertio autem qui ultimo consecratus est, benedictionem dicit, & gratias post cibum acceptum agit, *A. B. t. 23.* Quæ ratio etiam in confessione ante missam dici consueta, item in porrectione Evangelii osculandi, in pace post agnus Dei portanda, nec non in benedictionibus post finita missarum solennia expediendis ex d. tempore consecrationis meritò

meritò observatur: quia hæc omnia ordinis sunt CC. *ad c.transmissam x. de elect.* qui per consecrationem confertur, *d. c. transmissam. Arum. Disc.6.th.*30.Præsertim autem indignabunda in superbiam A.Bulla *Vid. proœm.* eam minimè omnium in Ecclesiasticis ferre voluit, sed quia & ipsi Fuldenses Abbates quandoq; religionis specie in ambitionem delabuntur *Tac.3.annal.63.n* 5. seriò qualscunq; ejus occasiones amputatura, cavit, ut se invicem honore decenti præveniant, ac is, quem circà præmissa ordo tetigerit, ad hæc alterum convenienti & charitativa inclinatione invitet, & tùm demum ad illa procedat. *dict. tit.* 23. Benedictione peracta Archiepiscopus, cujus in Archicancellariatu Curia celebratur inter suos Collegas medius sigilla Imperialia à baculo argenteo, duodecim marcarum, quarum tertiam partem unusquisq; Archiepiscopus solvit, pendentia, augustæ mensæ offert, & cum restituta sunt, majus sigillum collo appensum ad finem mensæ, & deinceps usq; ad reditum suum in hospitium gestat, *A.B.t.*4.*&*27. Postea Marchio Brandenburgensis equo insidens argenteas pelves cum aqua, pulcroq; manutergio affert, & equo delapsus gelidam Imperatori manibus abluendis ministrat.*d.t.*4.*&*27. Hunc excipit Comes Palatinus, qui quatuor scutellis argenteis ad coquinam extra curiam extructam equo expeditus tendit, adsumptisq; ferculis redit, quæ relicto equo ad mensam Cæsaris, Saxone magnum bacillum præferente, defert *A.B.t.*4.*&*27. Tandem ordine rerum ita ferente, non in præcedentiæ præjudicium *Limn.3.c.*8.*n.*7. Rex Bohemiæ sequitur argenteo scypho, quo vinum aqua dilutum Imperatori offert, singulari in eo privilegio donatus, ut suum Archipincernæ officium pro lubitu sive corona regali insignitus, sive ea remota explere concedatur. *Aur.B, tit.* 4. §.4. *Constit. Rudolph. I. apud Gold.t.*1.*constit. Imp.fol* 31.§.*ult.* In his autem officiorum administrationibus ipsi sibi invicem subsidio veniunt Officiales, veluti in Maximil. I. Coronatione pelvim & manutergium Palatinus & Saxo tenuerunt. *Coron.Maximil.I.t.*8. Saltem ad mensas sibi paratas se locare non audent, quamdiu alicui, Coelectorum suum officium adhuc agendum restat *t.* 28. §.4. Atque his ipsis officiorum ministeriis uti Imperii nostri Majestas luculentissimè adsecitur, ita Electorali Eminentiæ tantùm abest quicquam decedat, ut

potius(nisi in casu absentiæ de quo *th.seq.*) iis per alios expeditis decus & autoritatem suam minui sibi habeant persuasum. Quo motu Protestantes Proceres capitibus jura regni complectentibus *An.* 1532. annumeraverunt, ut neque Cæsar, neq; Rom. Rex in Italia, Gallia &c. Imperialia insignia præferri, nec officia Electoralia finat exerceri, nisi per Electores, aut eorum legatos, *art. Sveinfurt. apud Sleid. lib. 8. Vid grav. Imp. d. An. 1552. Chreg. adf. 16.* Neq; aliter quam certis casibus Officiales Imperatoris aulicos in hereditariorũ Subofficialiũ vices substituendos, *in Capit. Ferd. II. art. 41. Ferd. III. art. 48.* cautũ fuit. Cæterum officiis suis ita exactis Septemviri singulis mensis in eadem curia aureis stragulis splendidissimè instructis, à tergo aureis aulæis propendentibus, ad utrumq; Cæsaris latus, cujus mensa reliquis sex pedes elevatior coruscat, decumbunt. Dum interea in foro ante curiam album & rubens merum duabus fistulis per bicipitem aquilam, editæ columnæ impositam, subterraneis tubulis derivatum in publicæ lætitiæ signum se effundit. Bos quoque integer, etiam aliis animalibus fartus, ibidem veru ligneo tortus, postquam particula ejus ad Cæsarem delata est, inhianti plebi ad direptionem inter publicos planus cedit. De quibus omnibus vid *Act. Coron. apud Thuan. lib. 31. Sleid. lib. 2. Meter. lib. 30. & 36.* & præsertim novissima felicissimæ Electionis Comitia Ratisbonæ *An. 1636. in Theatr. Europ. P. 3. p. 670.* quæ augustius videri quam describi possunt. *f)* Qui tam

F in eundo, quam ministrando, & sedendo strictissimè est observandus. Quantum ad processionis ordinem, quando Imperator cum insignibus prodit, Moguntinensis & Coloniensis pro diversitate Provinciarum, in quibus curiam celebrari contingit, eum comitantur, ita ut si ea in Germania, extra Coloniensem tamen Diœcesin habeatur, Moguntinus, si verò in Galllia, vel Italia, aut in d. Archiepiscopatu, non tamen in reliquis, si quos habeat, Episcopatibus *Arum. disc. 3. th. 5.* instituatur, Coloniensis à dextris, altero sinistrum Cæsaris latus occupante, incedant. *A. B. t. 3. & 21.* Trevirensis autem semper directè, In rechter stracker Lini vor dem Keyser / non nisi iis, qui insignia portant, intermediis, ingreditur *d. tit. 21.* Hi a. hoc ordine ea præferunt, ut Saxo inter Comitem Palatinum cum Imperiali Pomo à dextris, & Marchionem Brandeburgensem cum sceptro à sinistris gradientem, medius ensem Imperialem iṁediatè Cæsari

præferat. *tit.* 22. Quod præcipuè observatur in casu, quo ipse Saxoniæ Elector præsens gladium Imperialem Cæsareæ Majestati præfert; Alias, si vera sunt, quæ de Coronat. Ferdin. III. accepimus, Bavariæ quoq; Electori cum pomo, inter Saxonicum cum ense vaginæ recondito, & Brandeburgicum Legatum cum sceptro gradiente, medio ingredidatur, & hunc demum Subofficiarius de Pappenheim/cum gladio Imperiali nudo, immediatè ante Cæsarem, insequitur *Theat.Europ. d.l.* Quantum verò ad Bohemiæ Regem, ille Cæsarem nullo interveniente immediatè sequitur *t.22.* Et post eum incedit Imperatrix augustalibus amicta insigniis A. *B.tit.25 in fin.* secundum lectionem Cujacianam, & eam quæ Recessibus Imperii præfixa est: *junct. t. 22. in fin.* quanquam editio Palatina & quam Arum: discurs. suis subnectit, aliter habeat, & Imperatorem immediatè vestigiis mariti, cujus prærogativa utitur, *l.6. in fin. cum l. seq. de jure fisci,* jungat, *Arum. disc. 6. th.* 38. Processionis schema ipsis oculis exhibet Limn. 3. *c.* 4. *n.*18. *ubi vid.* Imperatrici tamen adhuc matrem Imperatoris, si & ipsa Imperatoris, non verò Regis vel Ducis alicujus vidua sit, *arg.l.8.de senat.* præmittit Arum. *d.l.th.*39. Atq; hæc, si Imperator cum insignibus prodit: nam alias Trevirensis nullo intermedio ipse immediatè Imperatorem antecedit, *d. B. t.* 21. Ordo ministrandi *in lit. praced.* ostensus fuit. In sedendo Trevirensis ex opposito & lineari directione versus Imperatoris faciem, Moguntinensis ex supra notata Provinciarum distinctione cum Coloniensi modo dextrum modo sinistrum latus occupat. A.*B. t.*3. §. 2. Illi autem cui à dextris locatum esse contingit, adsidere datum est Bohemiæ Regi, & post eum Comiti Palatino, ad sinistram verò partem immediatè post illum, quem à latere sinistro evenit sedere, primum locum Dux Saxoniæ, & alterum Marchio Brandeb. occupant per A.*B. tit.* 4. §.1. Cujus schema etiam videre est *apud Limn. d.l.* Atq; hoc ordine etiam mensæ Electorales, quanquam sex pedes demissius quàm Imperatoris, & tribus, quam Imperatricis tabulæ A.*B. tit.*28. collocantur, quas nisi ipsi præsentes, per legatos occupare non poterunt, *Arum. disc.6.th.*44.

Electorum absentium vices diversimodè supplentur: Modo enim Legati, modo Subofficiales hereditarii, 25.

 modo

modo Officiales aulæ Imperialis ordinarii eorum personam repræsentant, & officia expediunt *a)* quibus eo nomine quoq; sua commoda proventusq; cedunt. *b)*

A *a)* Nempe Serenissimi Electores justis impedimentis distracti A.B.*tit.*25.§.6.*t.*25. ad Electionem & reliqua potestatis suæ Electoralis momenta expedienda Legatum mittere, & procuratorem, etiam extraneum constituere possunt, veluti *è d.l.* demonstrat Disp. 2.*th.*13.*lit.* A. Eorum autem quæ officiorum exercitia concernunt, paulò aliter se ratio habet. Nam Ecclesiastici hereditariis subofficialibus destituti Legatos quidem ad Electionem & similia momenta mittere, ea autem quæ ordinis esse diximus, *tit.*23.*&* 27. nec non sigillorum Imperialium oblationem & gestationem alii committere non possunt: sed proximus Collegarum ea in re in locum venit, *d.t.*27.§.2. Capitulo, quod cæteroquin idem potest, quod Episcopus *vid th.*7.*lit.I.* hic, ubi Archiepiscopus ut Elector consideratur, locum non inveniente, cui diversitati evolvendæ an conferre quid possit *c.*2.*x.ne sede vacante* cogitandum reliquit Dn. Bertr. *de comit.concl.* 37. *Vid. Buxt. concl.* 15. *lit.* C. *Arum.disc.*1.*th.*24. Illud tamen de Archicancellariis notandum, quod Cancellarius Imperialis aulæ iis quodammodo subordinatus dici possit, quia eorum vice non solùm decreta Imperialia notat, *Vid.th.*3.*lit.D. th.* 25. *lit.* D. sed etiam in solennibus curiis sigilla tenet; à quo Archicancellarii ea recipiant Imperatoriæ mensæ oblaturi, & cui iterum domum reversi remittunt A.B.*t.*27.*th. præced. lit.*E. Seculares verò Electores suos Vicarios & subofficiales habent, A.B.*t.*27. Bohemiæ R. den Erbschencken Baronem de Limburg, Palatinus olim Nortenbergium, hodie den Erbtruchseß von Walpurg/ Saxo den Erbmarschalck von Pappenheim/ Brandeburgicus olim Falckenstein/ hodie autem Comitem ab Hohenzollern/ qui in ejusmodi Panegyricis conventibus vice absentium Principalium, quisq; officio suo funguntur. *Bertr.de Comit.concl.* 32. Adeò ut etiam Electorum Legatos excludant, quemadmodum in Caroli V. Coronatione Vicemareschallus de Pappenheim ipso Anhaltino Principe Ducis Saxonici Legato excluso, officium demetiendi avenam administravit, non secus ac etiam pro Subpincerna de Limpurg contra Bohemiæ Legatum ibidem judicatum fuit

Arum.

Arum. disc. 6. th. 43. Item omninò in novissima Ferdinandi III. electione observari potuit. Id quod tamen præcisè de officio, & quæ eidem ex natura ejus cohærent, accipitur, quia insignium Imperialium prælationem à Legatis expeditam novimus. Nisi quod in novissima Coronatione Submareschallus de Pappenheim gladium Imperialē gestasse dicatur *th.praced.lit.F.* Si v. etiam subofficiales abesse contingat, Ordinarii Imperialis Curiæ Ministri vice eorum, & quilibet in locum ejus, cui in vocabulo vel officio communicat, succedunt, officia expediunt, & fructum, *de quo lit.seq.* tollunt. *A.B.t.*27. ubi tota officiorum doctrina in tres classes dispescitur 1. In die oberste Ertz-vnd Churàmpter / 2. In die Erb vnd After / & 3. In die tägliche Hoffàmpter. Quo ipso satis claret hos ultimos hereditariis illis substitutos, nisi iis absentibus non admitti, sed sine omni distinctione, sive gladium nudum sive reconditum gestari, sive investituram in propria persona, sive per Procuratorem recipi, eamq; vel in in Imperialib. Curiis vel aula Cæsarea expediri contingat, hereditariis subofficialibus cedere debere. Veluti ex consuetudine, text. A.B. *t.*27. Imperatoriis declarationibus *d.3.Ian.A.*1566.*&d.*6.*Sept.A.*1593. ipsa subordinationis natura, & aliis rationibus demonstrat Autor Consultationis *de pracedentia* der Erb vnd Hoffàmpter / *quam è Besold. de prærog.sess.c.ult.transsumsit Limn.*3.*c.*7.*n.*75. *b*) Postquam enim officia sua peregêre Electores, subofficiariis illorum, unicuiq; sui Principalis equus, & vasa argentea, quibus usus fuit, & quæ omnia duodecim marcarum argenti esse jubentur, aut si etiam his abesse contingat, officialibus aulæ cedunt. *t.* 27. Eodem substitutionis ordine quoque iisdem, quibus officia contingit expedire, Principes, qui feuda ab Imperatore recipiunt, decem marcas argenti, exolvere tenentur: equo insuper, cui insidet vasallus, Archimareschallo, ejusve Vicemareschallo, aut si hic absit, Mareschallo aulæ Cæsareæ dato. *t.* 29. *suprà th.* 18. *lit. F.* Simili modo Imperialis aulæ Cancellario baculus ille argenteus debetur, cui sigilla Imperialia appensa fuerunt, nec non equus, quo domum reversus Archicancellarius ei illa remittit, *t.*27. & quæ plura alia A. B. quia in minimis quoq; antiquæ consuetudinis momenta servanda sunt, *Valer.Max.lib.*2.*c.*1. satis clarè expressit. B

26. Privilegia Electorum numero plurima, momento gravissima sunt. Præcipua, quæ omnibus, & potissimũ in A. B. tributa sunt *a*) in eo vertuntur: Ut in illos crimen læsæ Majestatis committatur. *b*) Iisq; jus fodinarum metallicarum, & salinarum *c*) recipiendi Judæos *d*) teloniorũ de præterito indictorũ, *e*) monetandi *f*) terras & possessiones quascunq; ex quacunq; causa, à quibuscunq; personis recipiendi, *g*) im̃unitatis à solutione honorarii pro feudorum receptione *h*) item privilegium de subditis eorum ad tribunal extraneum non evocandis *i*) ac tandem de non appellando *l*) competat. Quibus jungimus, quæ iis vicissim speciali ratione incumbunt: Ne terræ eorum dividantur *m*) & ut filios suos præter Germanicã in Italica & Slavonica linguis, nec non in Grammatica curent erudiri. *n*)

A *a*) Specialia enim & quæ aliunde habent, hic non vacat expedire: quemadmodum nec ipsa, quæ enumeramus ex merito suo lustrare poterimus, cum non solum sibi peculiarem disputationem desiderare videantur, verum etiam eam operam jamdum ut plurimum sibi disp. 4. *per tot.* disp. 6. *th.* 18. *& seq.* aliiq; hinc inde sumpserint. Illud hic notandum est, Imperatorem statim atque Electus est, ea omnia Electoribus confirmare teneri, *A. B. t 2. in fin. Vid. disp. 2.*
B *th.18. lit. B. & disp. 4.* b) *A.B. tit. 24. lit. B. Vid. Rum. P. 3. diss. 2. th. 5. &*
CD *seq.* c) *A B. tit. 9. Vid disp. 6. th. 19 lit. A. & I.* d) *A B. t. 9. §. 2. Vid Disp.*
E *6. th. 21. lit. F. & vol. 2. disp. 1. th. ult. lit. E.* e) *A. B. d. l. Vid. disp. 6. th. 18. lit. C.*
F G *Et disp. 4.* f) *A.B. t. 10. Vid. Disp. 6. d. l. & disp. 4.* g) *A. B. d. t. Limn. 3. c. 2.*
H *n. 67. Rum P. 1. Diss. 8. th. 32.* ita tamen ut pristina jura reddant. *h*)
I *A.B. t. 29. pr. Vid. suprà th. 18. lit. F. th. præc. in fin.* i) *A. B. pr. Rum. Diss. 1. P. 2. th. 1.* ubi illud etiam secularib., æque ac Bohemo *t. 8.* & Ecclesiasticis *t. 11.* ante Bullã competiisse docet, *Inform.* wider die Donawerthische Relation *P. 1. p. 124.* Ad hanc materiam egregia vid. apud Rume-
L lin. *d. th. & seq. vid. etiam disp. 4.* l) *A. B. t. 11. ad exemplũ l. 1. §. 1. de eff. præf.*

prat. Quod tamen privilegium Ecclesiastici Electores, nec non Rheni Palatinus, non utendo & contraria consuetudine amisisse dicuncuntur, *Dd. quos Berlich. P.1.concl.50.n.24.* allegat: Licet eos reprobet Limn. 3. *c.2.n.70.* quia appellationes salvo Bullæ privilegio permissæ fuerint, Ihrer Churfürstl. Freyheit vnd Gerechtigkeiten / damit gantz vnbegebē/ uti habent Meintzische/vnd Pfältzische Hoffgerichts-Ordnung *apud Limn. c. 3. n.7. c.9. n* 88. Saltem illud dubium non habet, hodie ab iis in certis quantitatibus appellari *Vid.th.seq.lit.B.D.C.* F. Cum à judiciis Saxonicis & Brandenburgici Electoris nulla planè appellatio locum habeat *d.t.11. A.B. à Ferd. I. An.*1559. *& Rudolpho II. An.*1586. *specialiter confirmato. Limn. c.*10. *n.*14. *c.*11. *n.*12. ex quo posteriori satis apparet, errorem esse quod nonnulli putant Brandenburgicum hoc jus per novam concessionē recuperasse *Heig. P.1.q.4.n.31.* Interea autem discrimen præteriri non potest, quo duobus hisce Septemviris d. privilegium reservatum fuit. Nempe Saxonicum illud non soli Electori, sed universæ illius Domui, omnibusque Saxoniæ Ducibus datum est, etiam in Coburgensi tractu *Rum. P. 2. Diss. 2. th.*3. licet ibi jura Cæsarea observentur, & ratio in privilegio expressa, quod Camerales jura Saxonica verosimiliter ignorent *VVehn.tom. 6. Symph.c.*1. deficiat. *Vid.d.privil.* Brandenburgicum autem non nisi soli Electori competit *Georg. Schultz synops.feud.c.7.n.* 101. Annon a. saltem nullitatis querela à dictis judiciis admittetur? Neg. Knich. *de Sax.non prov.jure verb.jus c.2.n.*45. quia 1. illud privilegium nullitatis colore eluderetur, & redderetur inutile *arg.c.17.de sent. excom.in 6.* Nec 2. nullitas in effectu ferè aliud sit, quàm appellatio, coram cujus judice tractetur *Gail.* 1. *observ.*127. Neq; 3. otiosum esse debeat, præsertim Saxon. privilegium, quod generaliter disponat, nicht appelliret, suppliciret, reduciret, in keinerley weise/ sondern die Vrtheil sollen gantz kräfftig seyn vnd bleiben &c. Cui adde 4. quæ Arum. *disc.* 4. *th.*17. urget: Nullitatem ab appellatione ratione causæ inductivæ, quam ignorantiam juris Saxonici putat, & finalis, ne lites protelentur, diversam non esse. Et 6. per tradita nostratium *Mynsing.* 6. *obs.*4.*n.*3. *Clem.* 1. *de re judic.* contra trium conformium sententiarum executiones nullitatis querelam nihil operari, jam verò in judiciis Saxonicis, post primam sententiam sive leuterationem & appellationem,

tionem, sive leuterationẽ & oberleuterationẽ suppetere. Quicquid sit, contrariũ contra aulam hanc receptũ esse testis est Gail. 1. *obs.* 155. *Dn. Reink.* 1. *cl.* 4. *c.* 6. *n.* 4. *Limn.* 3. *c.* 10. *n.* 29. *Th. Mich. th.* 26. *lit. E. in fin. Rum. P.* 2. *diß.* 2. *th.* 15. quia *d. tit.* 11. non nisi appellatio sublata sit, à qua ad nullitatem, tanquam diversum juris remedium illatio non procedat *c.* 8. *de appell. in* 6. *c.* 9. *x. de sent. & re jud.* quemadmodum nec appellatione pacto remota, nullitatis querelæ renunciatum censetur à *Besold. disc. de appell. c.* 6. *n.* 9. *Rumel. d. l.* præsertim quia odiosa defensionis ademtio strictißimè explicanda veniat *arg. c.* 15. *de R. I. in* 6. Quibus accedit Curiæ Electoralis Saxonicæ supremæ Adsessor & Scabinatus Lipsiensis Senior Dn. Carpz. *ad Const.* 20. P. 1. *d.* 24. ubi privilegium ideò elusorium non fieri ostendit, quia sententia in rem judicatam transeat, & non obstante nullitatis processu mandetur executioni. Ulterius an res etiam per supplicationem poterit deferri? Neg. *Knich. & Arum. d. l.* sed Aff. Carpz. *d. l. d.* 25. quia prohibita appellatione *l.* 1. §. 1. *de off. præf. prat.* supplicatio locum tamen inveniat *l un. C. de sent. præf. prat.* Quod in thesi suo loco remittimus: Nam in hypothesi quantum ad Saxonicum privilegium, quod expreßis verbis supplicationem inhibet, dicta ratio nihil operatur, neque ab appellatione ad supplicationem collectio fit, sed ipsa supplicatio privilegio remota est. Cui supplicatio hoc casu, & an etiam post decendium offerri poßit, disputat *Rum. d. l. th.* 19. *Carpz. d. def.* 25. Illud adhuc notandum, appellationem privilegiis ejusmodi non obstantibus, tamen admitti ab interlocutoria, qua privilegiatus ab eo, qui se non attenta incompetentiæ exceptione competentem pronunciavit, superiorem provocat *arg. l.* 4. *de emanc. lib. Rum. d. l. th.* 17. quemadmodum nec in casu denegatæ justitiæ privilegiũ de non appellando attenditur *A. B. t.* 11. §. 2. *O. C. P.* 2. *t.* 1. *in fin. t.* 26. §. 1. *Gail.* 1. *obs.* 28. modo apertè probetur instrumento publico *Gail. d. l.* quia juramento locus non datur *Mynsing.* 5. *obs.* 82. An autem hoc casu causa ad inferiorem justitiæ administrationem promittentem debeat remitti? Item an hæc privilegia de non appellando valida sint; Et an tempore immemoriali acquiri, statutove introduci poßint, Vid. *Rum. d. l. th.* 13. *th.* 1. *Knich. d. l. n.* 97. *Mynsing.* 1. *obs.* 14. *& forte vol.* 2. *plura.* m) *A. B. t.* 20. *&* 25. *Arum. disc.* 6. *th.* 33. *Rum. P.* 3. *Diß.* 5. *th.* 4. *Specul. Suev. lib.* 1. *art.* 20. §. 3. Hoc ipsum

ipsum Asterius *in deplorat. Pacis p.* 28. pro Palatino allegat, cujus ditiones contra leges fundamentales distributas scribit: Veluti etiam ipse Palatinus *in Manifest. p.* 35. queritur. Vnser Churfürstenthumb vnerhörter/vnd im Reiche niemals verübter weise/zertheilet/zergliedert/zerstickelt/vnd vnterschiedenen Partheyen außgetheilet worden. Quod nec allegata Ableinung deß Manifests *p.* 79. adeò dissimulat, sed Bavariæ Electori tribuit die zugehörige Stücke jure individuitatis, & annexionis zu repetiren, nach der Gülden Bulle/vnd dem zu Pavi auffgerichten Vertrage vnd fideicommiss, durch welchen die Lande also afficiret, daß sie auff keinen andern/als Bayern/fallen können. Quanquam interea confiteatur, daß in corpore der Vnterpfaltz viel frembde/vnd anderen mit dem Eygenthumb zugehörige/an die Pfaltz aber nur versetzter weise/vnd theiles durch andere vermeynte Titul kommende Stücke vnd Güter/gestecket/vnd daher billich jhren rechten Eygenthumbern restituiret worden. Ac ad ipsam divisionem respondeat *p.* 81. daß die durch Pfaltz zugefügte Schäden/die dismembration verursachet/vnd dergleichen in Johan Friedrichs von Sachsen verwirckten Churlanden auch beschehen. Quorum judicium nos nobis non sumimus. Quæ autem Asterius *ibid.* de Lusatia iniquè, ut ipse indignissimè loquitur, à Bohemia distracta, disputat, aliunde nulla sunt, quia à Bohemiæ radice recisum dici non potest, quod Serenissimus Saxoniæ Elector ab eadem fiduciario nomine recognoscit. Quanquam n. infeudatio quædam alienationis species nonnunquã habeatur *c. un. v. hujus a.* 2. *F.* 23. *c. un.* 2. *F.* 3. illud tamen in nostro casu, & dispositione A. B. non observatum, quæ ex indole singularium constitutionum de terminis propriis, propriæ, & omne, etiam directum dominium, sine spe recidendi, transferentis alienationis intelligenda est, argumento ejus, quod hactenus nemo dubitavit, Primogenitum Electoralem fratribus etiam aliquid terrarum in alimentorũ vicem largiri potuisse: & quod in Gallico suo regno observare potuisset Asterius, ubi licet perniciosissimum habeatur à regni corpore vel tantillum rescindi, tamen in leges non peccatur, cum fratri ditiones aliquæ in feudum dantur. *Chassanus en sa recherche liv.* 2. *chap.* 1. *p.* 14. Imò Imperatorem de Imperio nihil alienare posse ferè amplius dubium non habet, *Vid.*

disp.3.th.7.lit.a.b.c.e. & tamen pro amplianda Imperii Majestate, salvo Capit. articulo 32. de Imperii bonis infeudare potest, *Dd. communiter quos recenset Schultz. in synops. feud. c.4. n 16.* Ut taceã omnium Statuum & summi Imperatoris consensum, qui dictam Pacificationẽ in vim Pragmaticę sanctionis recipiendo, & Imperatori *art. Cap.7.* commẽdando, si quicquã extraordinarii subfuisset, omne largissimè supplevisse. *Vid. Cassan. p.21.* Nec memorabo aliam tamen rationem videri ditionum ad Electoratum, quà talem, pertinentium, quàm aliarum ex adventitia aliqua causa eidem connexarum: quemadmodum Lusatia Bohemię omninò aliunde accessit. Neq; enim cum Fabricio *Orig. Sax. lib.5. p.542.* facere possumus, qui Lusatiam inferiorẽ ad Bohemiæ Regẽ nomine Electorio specialiter pertinere adseruit *Limn. 5. c.8. n.17.* cum Bohemiæ Electoratus, ante accessionẽ Lusatiæ, notus fuerit. Quemadmodum nec ipse Asterius Bullæ nostræ textum, sed potius Ludovici IV. diploma *d. A.1228.* urget, quo ille Marchionatus Coronæ inseparabiliter unitus sit, accedente Caroli IV. in Comit. Norib. A.1356. communi consensu promulgata confirmatione: Ubi immemor sui Dissertator non satis animadvertit, quod ipse ponit, eam incorporationem ita factam, ut sine ordinum consensu ad externum Imperium transferri nequeat. Ordines autem Serenissimi Electoris Imperio hactenus non offensos, nec Asterii patrocinium hoc in passu requisituros, satis compertum habeo. Prætereo jam, quod Friderici II. investiturâ Lusatia in persona Ludovici Landgravii Marchionatui Misniæ unita, *Spang. Chron. Mansfeld. c.252.* eidem adhuc Heinrici VII. ætate cohæserit *Id. c. 273. 278.* ut tanto
N tolerabilius sit eam ad veterem compagem redivisse. *n) A.B.c.viii. Vid. th.11. p.390.* Post Germanicam linguam, de cujus laudibus *vid. Lim.1.c.6.n.52.& seq.& disp.4.* Slavonicæ rationem meritò habuit Imperator, quia eam olim latissimam fuisse, argumento est, quod hodienum *secundum Thuan. lib. 56.* tot populi ejus usum habeant.

27. Sunt autem Electores septem *a)* Archiepiscopus Moguntinus, *b)* Trevirensis, *c)* Coloniensis, *d)* Rex Bohemiæ *e)* Palatinus Rheni *f)* Dux Saxoniæ *g)* & Marchio Brandenburgensis. *h)*

a) *Vid.disp.2.th.8.lit.A.* b) *De quo vid.th.23.lit.D.disp.2.th.10.lit.B.* A B
th.14.lit.B. & F. Quibus adde eum non indulgere appellationem, nisi causa 400. florenorum summam attingat. *Myns. 1. obs. 6. & lib.3. obs.56.Limn.3.c.5.n.7.* Jus consecrandi Bohemiæ Regem illi olim cõpetens, quomodo Episcopo Pragensi cesserit. *Vid.ib.n.4.* c) Qui prę- C
terdicta *th.23.lit.F.th.24.lit.F.Disp.2.th.14.lit.E.* Primas cis Alpes constitutus est à Friderico I. *Gold.de maj.1.c.20.n.15.* Ab eo nisi in petitorio, & summa 500 Rheinisch in Golde non appellatur *Limn.3. c.4.n.* 19. d) *De quo vid. th.23.lit.E. 24.lit.F Et disp.2.th.14. lit.E. th. 20.lit. E.* D
Ab eo nisi in summa 500. Rhenanorum appellare non licet. *Limn.3. c.6.n.3.* e) *De quo vid.th.18.lit.E.& H.th.16.in fin.th.23.lit.H. th.24.lit.E.* E
& F.th.20.lit.G.Disp.2.th.14.lit.E. Bis regia dignitate ornati Bohemiæ Duces, ab Heinrico IV. in Uratislai, & Friderico I. in Uladislai personis, cum semper ad priorem statum relaberētur, tandem Priemislaus à Philippo coronatus dignitatem regiam illibatam ad hæc usq; tempora transmisit. *Vid. seriem Regum apud Limn.3. c. 8. n. 79.* An Germanus sit habet *Limn.3.c.8.n.57.* Electorē eum esse dubiũ amplius nõ habet *A.B. t.2.& 4. Vid.disp.2.th.10.lit.C.* adeò ut ne illud quidem verum sit, quod Germanicarum rerum, quarum tamen quoddam quasi arbitrium sibi sumit, imperitissimus Cassanus credit, Bohemum tum demum accedere Electioni, si reliqui discordes fiant, *lors, qu'ils ne s'accordent point aux opinions, in d.recherche p.21.* quem errorem *post Bellar.l.1.de transl.Imp.c.1.aliosq; apud Limn.3.c.8.n.2.* mallem Clapmarum non etiam erravisse *de arcan.lib.6.c.19. Vid. Limn. d.l.* ubi Rudolphi I. diploma *de A.1290.* & transactionem allegat, qua, cum in electione Maximiliani I. præteritus esset Bohemus, Electorib. pœna 500. marcarũ auri scripta est, si eum imposterũ excluderent. *Gold.t.2.* Reichs-satzung *p.178.& lib.3.de regn.Boh.c.5. vid. VVurmser. Exerc.concl.8.cum allegatis.* Cæterum quod Bohemiæ Rex nulli quidem circulo addictus, interim contributionibus Imperii obnoxius sit, probare ostendit *Limn.3 c.8.n.28.* ubi etiam *n.22.& seq.* eum inter status recenset: contradicentibus acriter *Dn. Reink. 1.cl.4.c.3.n.27. Arum. de Comit.c.4.n.1. VVurmser. Exerc. 9. concl. 3.* Illud certum est, quod Bohemia Imperii feudum *arg.t.25.t.29.pr.th.18.lit.E. & H. Rum.P.3. Diss.6.th.16.* & Rex Imperio subjectus sit *Rum.d.l.Diss.8.th.6.* non obstante R. A. *de Anno*

1551. §. ferner R. A. *de An.* 1500. *rub.* Wie man mit Königen. Unde eum quoq; in Camera conveniri habet Goldast. *de Bohem. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 10. An autem etiam ad Comitia compareat. *disput.* 10. dabitur.

F *f*) De ejus prærogativis *vid th.* 23. *lit.* I. *th.* 24. *lit.* C. D. E. F. *th.* 21. *lit.* B. F. *Disput.* 2. *d. l.* An Electoratus Palatinæ vel Bavaricæ lineæ competat, utrinq; delineat Limn. 3. *c.* 9. *n.* 1. De ejus translatione frustra disputamus, quia inter armorum strepitus, ut ille ajebat, audiri non possumus. *Vid. interim tot in eam rem scripta, & novissimè* das *Manifest* Pfaltzgraf Carl Ludwigs Churf. Ac ejus Gründliche Ableinung. Datū est Palatino dominia Imperii à Cæsaribus pignorata redimere *Disp.* 3. *th.* 7. *in fin. è Viet. de exemt. concl.* 25. necnon potestas Nobiles & Comites creandi ei competere dicitur *Cluten. in syllog. concl.* 24. *lit.* L. Non indulget appellationem nisi in causa 1000. fl. inter subditum & extraneum vertente, *Limn. c.* 9. *n.* 85. 88.

G *g*) *Vid. th.* 23. *lit.* L. *th.* 24. *th.* 21. *lit.* A. *th. præced. lit.* I. *& disp.* 2. *d. l.* Qui Saxoniæ Electoratum hactenus tenuerint, ostendit Limn. 3. *c.* 10. *n.* 1. & quo jure ad Misniæ Marchiones, præterita Lauenburgensi & Anhaltina familia delatus, demonstrat idem *n.* 2. Ditiones eò pertinentes vid. *n.* 13. & qui sertum rutaceum in insignia pervenerit *n.* 30.

H *h*) *Vid. d. th.* 23. *lit.* M. *th.* 24. *th. præced. lit.* I. *& disput.* 2. *d. l.* quæ familiæ hunc Electoratum tenuerint, Vid. Limn. 3. *c.* 11. *num.* 14.

Δ. Τ. Θ.

FINIS DISPVT. VII.

DISPUTATIO VIII.

De RELIQUIS STATUUM DIVISIOnibus, necnon DE SECUNDA ET TERTIA EORUNDEM classe, nimirum de PRINCIPIBUS & CIVITATIBUS IMPERII.

Respondente JUSTO WILHELMO Krug / *Blanckensteinensi Hasso.*



E reliquis duarum reliquarum classium Statibus acturi, adhuc alias vulgatas quasdam eorum distributiones in Circulos *a)* sc. Quaterniones *b)* & Deputatos *c)* præmittere necesse erit. I.

a) Ut Regna & Imperia ab omni ævo apud omnes ferè gentes commodioris administrationis causa in certas provincias circulos & destrictus distribui consuevit *Dn. Reinking. de Regim. secular. lib. 1. class. 4. c. 2. in pr.* Et terram benedictam ipse JEHOVA in tres Circulos distribui jussit *Deuteronom. 19. v. 3.* Galliaq; olim in tres partes divisa fuit, teste Julio Cæsare *lib. 1. comment. in pr.* Ita Sacrum Imperium nostrum in certos quosdam circulos vel regiones divisum videmus. Idq; omnium primò à Maximiliano I. *in ordinatione Regimenti Augustana An.* 1500. *tit.* wie zwantzig Personen in das Regiment genommen seyn. § *fin.* Quamvis *Goldastus lib. 4. cap. 8. in Bohem. n. 2.* Imperium Germanicum primò in circulos partiri ceptum esse A. 1387. in Comitiis Mergenheimii in Franconia celebratis, iisq; Cæsarem Wenceslaum interfuisse, partitionem illam non modò tanquam Regem Bohemiæ & Electorem Imperii voto suo promovisse, sed etiam ut electum Rom. Imperatorem publico edicto sancivisse, scribat. Verùm cum primùm horum circulorum dicta ordinatione dicto an- A

 no con-

no confecta fiat mentio, cumq; idem supradictus laudatissimus Imperator Maximilianus in der Cammergerichts Ordnung zu Costnitz An. 1507. auffgericht *tit.* Wann das Cammergericht angehen soll §. haben die Stände auß den 6. Kraisen zu Augspurg gemacht &c. & R. A. zu Cölln de An. 1512. §. Item sollen die vier Churfürsten / ibi: vnd sollen die 6. Creckel hiebevor auff dem Reichstag zu Augspurg verordnet &c. illud haud obscuris verbis innuat, citata Goldasti opinio nobis minus probabilis, ille verò cum *Limnæo de jure publ. lib. 1. c. 7. n. 22. in fin* dum causæ cujus patronus extitit, nimis diligentem suscepit curam, humani hoc passus fuisse videtur, ut divisionem in circulos eam dixerit, quæ ne hilum cum circularibus distributionib. participare potis est. Circulus autem politiæ Germanicæ nobis hîc est magna regio provinciarum diversarum vicinarum conjunctione constituta, sub se plures status & ordines Imperii comprehendens. *Althus. Polit. c. 33. n. 94.* Et ab initio quidem Status in sex circulos, Francicum videl. Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalicum & Saxonicum distributi fuerunt *d.* R. A. *de an.* 1500. Wie sechs Räthe auff den sechs Kraysen &c. Hisce postea necessitate publica urgente, diviso Saxonico ac Rhenano, quatuor ab eodem Maximil. I additi circuli, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus & superior Saxonicus. R. A. zu Trier vnd Cölln *de an.* 1512. §. Darauff haben wir *& seqq.* atque ita in decem abierunt, qua circulorum distributione postea repetitâ, Carolus V. qui status cuiq; circulo subsint determinavit in R. A. zu Nürnberg *de anno* 1522. *sub tit.* Erklärung deß Landfriedens / hocq; ordine 1. Austriacum. 2. Burgundicum. 3. Electorium Rhenanū. 4. Saxonicum superiorē. 5. Francicum. 6. Bavaricum. 7. Suevium. 8. Rhenanum superiorem. 9. Westphalicum. 10. Saxonicum inferiorem, ibiq; nomina statuum sub singulis circulis comprehensorum legimus. Hîc rursus singularis est Goldastus dum *d. lib. 4. C. 8. & lib. 1. c. 2. n. 5. in Bohem. & in consult. Bohemia. num. 13.* Bohemiam undecimum Imperii circulum à cæteris constituere scribit, latè ob hoc refutatus ab Arumæo *in tract. de comit. cap. 2. n. 41.* Et sanè non video qua ratione id cohæreat cum eo, quod idem Goldastus *dict. lib. 2. de Regn. Bohem. c. 16. num. 2. in fin. lib. 4. c. 8. n. 41.* scribit: Fuisse sc. in Comitiis Trevirensibus an. 1512. delibe-

ratum

ratum de duobus novis circulis, Bohemico & Borussico constituendis, ut duodenarii numerus perficeretur, Bohemos verò Borrussos atque Livones restitisse. Hæc verò Statuum divisio ideò facta esse dicitur, ut esset unde Senatus Imperii, qui summa authoritate jus dicebat, suppleretur. *d.* R. A. zu Trier vnd Cölln *de An.* 1512. §. vnd ob jemand / & ut Paci publicæ consuleretur, ac leges Imperii, latæq; sententiæ executioni demandarentur, *Paurm. lib. 2. de jurisd c. 2. n.* 123. *Dn. Reink. d. lib. 1. cl. 4. c. 2. n. 6.* Ut essent deniq; comunia cõsilia quibus crebræ de finibus & juribus inter status exortæ controversiæ finirentur, referente *Thuano lib. 2. histor.* Ac in specie unicuiq; circulo demandata est in regione sua. 1. Cura & defensio pacis publicæ. 2. Executio justitiæ. 3. Cura monetæ publicæ. 4. Contributionum moderatio. 5. Inquisitio de vectigalibus. *videantur Receß. annor.* 1522. *&* 1566. Hæ quinq; curæ singulis demandatæ sunt cum suis annexis. Quibus addũtur negotia publica regionis cujusq; *jungantur receß. seq. an.* 1548. *&* 1570. *& plenius hac de re Althus. dict. polit. c. 33. n. 95. 96. & seqq.* Circuli hi singuli singulos sibi Capitaneos eligere solent, quem vulgò einen Krayß Obristen vocant, cui adjungunt quatuor Consiliarios laicos, Erklärung deß Landfriedens zu Nürnberg *de anno* 1555. *tit.* welcher gestalt durch einen jeglichen der zehen Krayß ein Hauptman vnd vier weltliche zugeordnete Rähte erwehlet werden. Qui dux ejusdem circuli Princeps, Comes, Baro, aut eminentioris dignitatis status, aut alia persona idonea, licet ejusdẽ circuli non sit, esse debet, R. A. zu Augspurg *de an.* 1555. §. vnd damit obgesetzte Ordnung &c. Idonea autem persona quæ sit, hîc inquirere nostri non est instituti. Hoc tamen *d.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. vnd sollen die jenigen. expresse cautum legimus, ne ejusmodi dignitas in extraneum transferatur. Sondern nur denen so mit Pflichten allein dem Römischen Kayser / als deß H. Reichs Oberhaupt vnd dem Kreyß zugethan vnd sonst keiner andern verpflichtung sich vnterworffen befindet ꝛc. Quo argumento superioribus annis contra Regem Daniæ disputatum fuit, eum Ducem circuli Saxonici salvis Imperii legibus non constitui potuisse: Eandemq; in sententiam habentur literæ Ferdinandi II. Augustissimi Imper. An. 1625. sub dato Newstatt ad Regem Daniæ hoc ferè sensu, contra observantiam & Imperii leges illum Ca-
 pitaneum

pitaneum circuli electum fuisse. *in Actis publ. Lundorp. Tom. 1. lib. 8. pag.* 1201. *cap.* 18. Quibus tamen Danus respondit, exempla non solùm prædecessorum, sed & aliorum in contrarium allegans. *ibid. pag.* 1202. Membra circulorum quod attinet, in quæstionem deducitur, an alii præter status in hisce circulis admittantur? Negant id *Ruland. de commissar. lib. 5. c. 4. parc. 2. n. 54. & post illum Reink. lib. 1. de reg. secul. cl. 4. c. 2. n. 8.* quicquid sit, hoc tamen verum est quod Limnæus dicit ex eo quod quis in circulum relatus sit, inferri non posse locum quoque quem habere in Comitiis *dict. c. 7. n. 36.* Idq; exemplis Ducis Bullionei, Principis Cabillonensis, Marchionis Rætelani, Comitis Novo castellani (Neufchastel) seu Neoburgici in Burgundia Helvetica Welsch Newenburg (quam civitatem Ducem Longovillanum ab Archiduce Burgundiæ in feudum possidere dicit) & aliis probat, qui sub circulis quidem comprehensi, locum tamē in Comitiis nullum habeant. Hic præterea notat *Reink. dict. loc. n. 9.* quod quoties in Comitiis aliquid circulariter deliberandū decernatur eos in 6. tantum contrahi, idemq; in præsentatione Assessorum obtinere. *per Ordinat. Camer. part. 1. c. 2.* R. A. *de anno* 1566. vnd sollen vnsere vnd deß H. Reichs. *VVehner. in obs. pract. verb.* Stand deß Reichs. quod postremum tamen ex R. A. zu Speyer 1570. §. nachdem aber. ita explicandnm est, ut postquam Burgundicus & Austriacus circuli accesserunt, etiam iis in præsentatione locus factus sit. Conventus hos circulares, Krayßtage / supradicti Capitanei singulis annis semel vel bis necessitate exigente indigitant, quorum pleniorem tractationem forsan *infr. disp.* 10. exhibebit. *b)* Valdè famosa est hæc in quaterniones distinctio, valdè verò obscura ejus origo & rara vestigia, cum vetustiora Imperii instrumenta nullam, recentiora obliq; ejusdem mentionem ingerant, & quia crebrius in vitris quam libris cernitur, quando & à quibus facta sit per temporum nebulam arbitrari non licet. *Zachar. Vietor. de caus. exemption. Imp. conclus.* 5. Alii Autorem laudant Ottonem III. Imp. alii Carolum IV. alii vetustam adeò ejus constituunt originē, ut autoris ac originis nos fallat memoria. Qui Ottoni hoc acceptum ferunt, habent fragmentum cujusdam Recessus Imper. *de anno* 1001. quod Goldastus retulit in die Reichshandlungen, *pag.* 17. Verùm præter quod illud ibidem ab ipso Gol-

dasto

dasto pro spurio habetur, manifesti insuper erroris exinde arguitur, quod ea ætate nulli adhuc extiterint vel Duces Brunsuicenses, vel Leuchtenbergiæ Landgravii, uti nec Marchiones Badenses, vel Comites Sabaudiæ, quorum tamen omnium in isto quaternione tituli reperiuntur consignati. Reusner *in enucleat quæst. histor. q.* 7. *pag.* 85. ipse verò ejus autorem facit Carolum IV. *p.* 86. Nec minor de ratione & fine hujus divisionis est diversitas *Welserus lib.* 5. *rerum August. vind. pag.* 111. Lectos quaternos scribit ex singulis Imperii ordinibus qui autoritate & potentia cæteris sui ordinis attestantes, tanti Imperii Majestatem columnarum veluti more fulcirent, sive in membrorum modū illi subvenire possent: Eadem ferè hujus constitutionis ratio *à Petro de Andl. de Imp. Rom. lib.* 1. *c.* 16. redditur. Reusnero *dicta. q.* 7. *p.* 84. & Zachariæ Victori *d tr. de caus. exempt. concl.* 5. ad pompam & ostentationem Imperii facta dicitur. Quamvis idem Reusnerus paulo post *pag.* 95. hujusmodi dignitatum distributione Carolum IV. inprimis privatum commodum spectasse & quæsivisse putet. Ob hanc autorum diversitatem Limnæus *d. cap.* 7. *lib.* 1. *n.* 42. *post Marquard. Freher. ad Petrum de Andlo d. loco.* distributionem hanc utut vetustam & in oculis & ore vulgi frequentem, vix idoneum fundamentum habere scribit. Ubi & non sine ratione miratur, quod apud unicam tantùm familiam Schvvartzburgicam hujus celebræ divisionis remanserint vestigia, cum alioquin Magnates in dignitatum argumētis ubiq; juris sui soleant esse assertores rigidissimi. De hoc v. constat nonnulla quaternionis hujus membra vel statū mutasse, ut Clivensis & Sabaudus, qui Comites primùm, Duces postea à Sigismundo Imp. Caroli IV. filio 1416. 1417. facti sunt, vel mortis subiisse legem, familiam si spectemus, ut olim in domo Suevica, quæ penitus in ultimo Duce Conradino defecit, & nostra ætate in Clivensi factum videmus. Schemata quaternionum vide apud *Münster. in Cosmograph. lib.* 3. *c.* 24. *Goldastum in* Reichshandlungen *pag.* 17. *& seq. Petr. de Andlo. lib.* 1. *de Rom. Imp. pag.* 74. *c)* Hi sunt certi quidam ex tribus Imperii C
classibus delecti, quibus conjunctim causæ Imperii quæ celeriorem & faciliorem administrationem postulant demandantur, de compescendis atque sedandis exortis gravioribus motibus, de uno aut altero articulo propositionis, de relatione, collatione, communi-

catione instituenda, de supplicationibus privatorum à Cæsare ad unum Collegium vel remissis, vel à partibus omnibus ordinibus exhibitis. *Althus. dict. Polit. c. 33. n. 89. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 2. n. 115.* Horum conventus decreto Augustano *An.* 1555. primò institutus, ut ex eorum recessuum §. So sich dann abermals/patet, & deputati ad eos ex statibus fuerunt sex Electores, omnes scilicet excepto Rege Bohemiæ, quatuor ex Principibus, Archidux Austriæ, Episcopus Herbipolensis, Episcopus Monasteriensis, & Dux Bavariæ, ex Prælatis, Abbas Wingartensis & Ochsenhusanus, ex Comitum & Baronum ordine, Comes Fürstenbergensis, ex liberis Imperii Civitatibus, Colonia & Noriberga. *d.* R. A. *de anno* 1555. §. so sich dann. Postea verò numerus iste auctus iisq; adjecti sunt Episcopus Constantinensis, Dux Burgundiæ. Dux Juliacensis, Landgravius Hassiæ, Dux Brunsvicensis & Dux Pomeraniæ ac insuper constitutum, ut quod prius personale fuerat, imposterum esset hereditarium R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. §. auff daß dann dißfals *&* R. A. *de an.* 1570. vnd damit solche wichtige Dinge. plura de horum conventibus vide apud *Althus. d. cap. 33. n. 90. & seqq. & forsan infra disp. 10.* dabit.

2. Nos divisioni in tres classes adhærentes, cum de prima dictum sit, hîc secundam quam Principes *a*) & tertiam, quam Civitates Imperii *b*) constituunt, videbimus.

A *a*) Vox Principis verè homonyma est, & multipliciter accipitur. Primò quidem & secundum excellentiam tribuitur Imperatori, *in l. Princeps 31. ff. de ll. l. 1. 2. de constit. princip. §. 6. Inst. de I. N. G. & Civ. Et in usib. feud. de natura feud. 2. F. 7. quis dicatur dux. 2. F. 10. supra disp. 2. th. 3. lit. B* & adhuc hodiè in inscriptionibus dem Allerdurchleuchtigsten Großmächtigsten vnd vnüberwindlichsten Fürsten vñ Herrn/Herrn Ferdinand dem Dritten erwehlten Röm. Keyser &c. & illi qui superiorem non recognoscit *Cravett. cons. 982. n. 12. part. 6.* Ac Regibus, ut, dem Durchleuchtigsten/Großmächtigsten Fürsten vñ Herrn/Herrn Christiano IV. König in Dennemarck ꝛc. Quia verò usus excellentem appellationem etiam ad præcipuos summi Principis vasallos deduxit in secunda & derivata accommodatione quoque iterum sextuplex significatio observata fuit. 1. Vel generalissimè omnes

regali

regali dignitate Illustres significat, quemadmodum Fridericus I. *de prohib. Feud. alien. per Frid.* in verb. à Principibus Italicis 2. *F.* 55. eo sensu loquitur. Atq; ita non solùm Electores, Archiduces, Principes Palatini Landgravii, &c. simulq; Ecclesiasticorum chorus, verùm ipsi Comites & Barones generali Principis appellatione veniunt. *Schrad. de feud. P.* 10. *sect.* 1. *n.* 28. *Pruckm. Consil.* 4. *n.* 4. *vol.* 1. *Bertram. de Comit. conclus.* 39. Generaliter & II. accipitur Principis appellatio cum dictis omnibus regali dignitate pollentibus sed secularib. tantùm, exclusis Ecclesiasticis, tribuitur. Ita in literis Episcoporum Germaniæ ad Adrianum Papam apud Goldast. *constit. Imper. part.* 1. *p.* 62. accipitur, cum Episcopi; illa, ajunt, neq; aures Principum sustinere neq; nos approbare possumus. Et III. cum eadem regalis dignitas respicitur, sine ullo secularium & Ecclesiastici ordinis discrimine, Septemviri tamen tanquam in sublimiorem & peculiarem Electorum classem elevati, excluduntur, quo significatu in hac thesi utimur. Includimus autem sublimi Principum ordini meritò etiam Ecclesiasticos Proceres, quia non solùm expressè in Principum ordinem Ludovici Pii devotione relati, *Coler. de jur. Imp. Germ. concl.* 49. *Helmold. lib.* 1. *c.* 4. verum etiam nonnulli eorum Peculiari Ducum, Comitumq; titulo honorati sunt, quemadmodum Herbipolensis Ducis Franconiæ titulo claret *Scip. Gentil. de jurisd. lib.* 3 *c.* 16. Et Argentinensis Landgravius Alsatiæ, Virdenensis Comes Virdenensis, Cameracensis, Dux Cameracensis, Constantinensis Baro de Reichenaw inscribuntur. *Paurmeist. de Iurisd. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 8. IV. Specialiter sumitur vox Principis pro iis Proceribus qui Illustrissima Principum dignitate insignes Comitibus Baronibusq; antεferentur, & ipsi pro diversitate sua etiam in diversas, ut ita loquar, species abeunt, Electorum, Ducum, Landgraviorum, Marchionum &c. qui omnes consuetudine legitimâ & Imperiali dispositione, verè Principes sunt, licet reciprocatio non procedat, & versa vice non continuò Marchio vel Dux vocari queat, qui titulo & dignitate Principali gaudet. Et hoc sensu accipitur in *A. B. tit.* 1. §. Welcher unter den Fürsten ꝛc. & *passim.* V. Specialius Principes intelliguntur, qui (exceptis & celsiori Electoralis officii eminentia investitis Septemviris) dicta principali dignitate illustres restant, de quibus

rubr. Ordin. Cam. Part. 2 art. 2. 3. 4. ibi Wie Churfürst. Fürsten die Prælaten / Graffen / Herrn zu recht fordern. VI. Specialissimè autem Principes dicuntur, qui nullo Ducis Marchionis aliové speciali titulo insigniti, generis voce propter vocabulorum penuriam, *l. 4. de præscript. verb.* ad exemplum adoptionis §. 1. *Inst. de adopt.* retentâ, Principes in specie audiunt. Quales in Imperio nostro Principes Anhaltinos, Principem de Schaumburg / aliosq; novimus, qui utut specialiorib. titulis pollentes, tamen certarum Provinciarum respectu in specie Principes appellantur. Quemadmodum de Pomeraniæ & Megapolitanis Ducibus *Cluten. in syllog. rerum quotid. th. 26. lit. C.* & de Sabaudiæ Duce, qui ratione Pedemontii Princeps nominatur, tradit *Dn. Reink. de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 8. n. 6.* De eo nobis nihil constat, quod *Gevold. de Sacr. Rom. Imp. Septemvir. c. 7. p. 125.* notavit, Electores absolutè, & per excellentiam Principes nominari, quod propterea suo autori remittimus. Illud autem certum est, exteros vocabulo Principis ex suo usu & moribus diversimodè uti, ita ut in Hispania primogenitus Regis filius & regni successor eo titulo veniat, reliquis liberis *infantibus* appellatis. *supr. disp. 2. th. 3. lit. A. Norderm. de jure Princip. th. 10.* juncto exemplo Moderni Belgarum Directoris Celsissimi Infantis. Quanquam discriminis illud non ubivis ita exactè observari *è* R. A. zu Augspurg *de An. 1525. pr.* Ferdinand (erat autem secundogenitus) Prinz in Hispanien. Et clarius R. A. zu Speyer *Anno 1526. pr.* Ferdinand Prinz und Infant in Hispanien / satis appareat. In Italia similiter primogeniti Ducum filii Principes salutantur: quo titulo etiam Dania, Suecia, Polonia suorum Regum filios compellant. *Reink. de regim. secul. lib. 1. cl. 4. c. 8. n. 4.* Galli Principis nomen non nisi regiæ Prosapiæ Principibus (quos ibi Principes Sanguinis vocant) attribuunt, quemadmodum Petrus Lizetus Curiæ Præses, Guisiarum patrono, qui eos Principes nominaverat, publicè respondit. *Cluten. in syllog. th. 26. lit. A.* Anglis autem Primogenitum Regis Principem Walliæ vocari *d. disp. 2. lit. A.* supra

B notatum fuit. *b)* De quibus infra, ubi de tertia classe agemus.

3. Principes Imperii *a)* nobis hoc loco sunt Personæ Illustres, *b)* ac Status, *c)* qui sub immediata *d)* Imperatoris

ratoris

peratoris & Imperii jurisdictione, Regalem *e)* dignitatem possident.

a) Exclusis scil. Electoribus, non quod illis hæc definitio adaptari nequeat, sed quod illi in eminentiori quodam loco constituti peculiarem & separatam classem constituant, uti *th. praeced.* sub tertia Principum appellatione indicatum fuit *b)* Illustrium dignitatum titulos in Imperio quidam in solo Patrio enatos, quidam verò, Germanos, à Romanis gentium & orbis Dominis illos mutuo recepisse volunt. Pro Germanis facit *André Fauyn des premiers officiers de la couronne de France livr.* 1. *chap.* 4., dum inquit, Il y a beaucoup d' apparence, que les Romains avoient tiré & emprunté l' usage de dignites des ducs & comtes des anciens Allemands, i. e. verosimile videtur Romanos Ducū ac Comitum dignitates seu titulos à veterib. Germanis mutuatos esse. Idem probant *Cluverius in Germania antiqua lib.* 1. *c.* 48. *Zasius & qui eum sequitur Ruland. de Commissar. par.* 2 *l.* 5. *c.* 4. *n.* 46. & eò inclinare videtur *Heigius quæst.* 2. *n.* 2. cujus sententiæ stabiliendæ gratia unanimi quasi conatu Tacitum de moribus German. adducunt. Quibus tamen Christophorus Colerus *in parerg cap.* 27. & post illum *Besol. in dissert. de Comit. ac Baronib. Imperii n.* 1. non moti, in contrariam abeunt sententiam, eò quod in Constitutionibus Imperii ac alibi crebra dignitatum illarum fiat mentio, antequam Gothi & Longodbardi Germanicæq; nationes ista in loca sese effudissent: Neq; verosimile videatur Romanos Impp. ad normā Germanorum quos pro Barbaris habebant, aulam suam instituere, aut dignitatum titulos ab illis sibi adaptare voluisse. *Besold. dict. loco num.* 1. *in fin.* Vocem verò illustris quod attinet, eam in Jure nostro usitatam, & Illustrem aliquando privato opponi observamus, ut in *l.* 32. §. 5. *C. de Appellat.* quā privatus homo, id est. non illustris dicitur, quandoq; dignitatis titulum referre *l* 60. *l.* 61. *C. de decurion. l. ult. C. de injur. l* 26. §. 1. *C. de usur. l. ult.* §. 1. *ff. de senator. & passim.* sic dignitas & gradus illustratus dicitur in *l.* 13. §. 8. *C. de judic.* mulieribus quoq; competens, *l.* 5. *C. ad SCtum Orphitian.* Quæ illustris dignitas omnibus aliis superior erat, ex *Novell. de appellation. & intra qua tempor. ad fin. & ex l. unic. C. de ratiocin. oper. publ. l. ult. C. de sportulis l.* 1. *C. ubi senator vel clarissim.* Et illustris vir pro magni nominis dicitur Erasm. Budæo.

Nostri Principes Illustres dicuntur, non tantùm, quia eorum majores resplenduerunt maximis dignitatibus & officiis, quæ tenuerunt, & egregia belli pacisq; opera ex sententia *Claude Fauchet de l'origine de Chevaliers en chap. 3. circa fin.* & quod ex illustri familia ac domo originem traxerint, (non eo sensu quo Sixtus V. Pontifex pauperrimis editus parentibus, per jocum se illustri domo natū dicebat, quippe quæ sine tecto à Sole omni ex parte illustrata esset *Thuan. hist lib. 82. p. 27.*) sed quòd & ipsi in illustri quodam & excelso loco positi & supra communem evecti sortem, prudentiæ ac virtutum radiis mundum sibi concreditum illustrent, atq; ita illustres existant *Limn.*
C *de jur. publ. lib. 4. c. 6. n. 48.* c) quo excludo illos, qui & Principes Imperii quidem dicti status tamen non sunt, neq; ad Principum classem referuntur, quorum in numero ponunt Ratzevilium in Lituania Transsylvanum, & Italiæ Principes, nec non eos qui recens ad hanc dignitatem sub tali titulo & privilegio pervenerunt, voto tamen ac sessione in Comitiis carent. *Reink. d. lib. 1. class. 4. c. 1. n. 34. Arum. de comit. c. 4. n. 75. & seqq.* Status autem quis dicatur expeditum fuit
D *Disput. 6. th. 2.* d) Quanquam n. etiam in mediatos aliquando Regalis Feudalis dignitas cadere possit, vid. *disp. 6. th. 5. lit. E.* quia tamen
E illi Principum Landsassii sunt nobis hic de iis sermo non est. e) Sic dicta, quasi à Regia datoris & summi Principis munificentia, cum regalis juris collatione profluens. *Gars. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. c. 2. n. 3. Knichen. dict. c. 1. n. 149.* Et ut Feudum regale (cum quo plerumq; cohæret dignitas regalis) censeatur, duo copulativè requirunt 1. ut à summo Principe conferatur *Clar. de Feud. quæst. 10. Rosenth. de feud. c. 1. n. 2. Dn. Reink. d. lib. 1. cl. 4. c. 14. n. 5.* quia solius summi Principis est hæc potestas *Knichen. d. loc. n. 306.* ex quo solo regalis & territorialis dignitas fluit & refluit. 2. Ut cum regali dignitate annexa, tale feudum conferatur, quale est Regni, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus &c. *Schrad. de Feud. P. 2. c. 3. n. 3. Rosenth. d. concl. 1. n. 3. Reinking. dict. lib. 1. class. 4. cap. 16. num. 6.* quorum uno deficiente feudum non dicitur regale. Ad constituendam tamen Regalem dignitatem non semper necesse esse castrum aliquod cum universali territorii jure ab Imperatore vel superiorem non recognoscente in Feudum dari, sed sufficere possessorem ejusmodi castrum cum sublimi

limi territorii jure ac regali dignitate in allodium accepisse vel habere ait *Reink. d. c. n.* 38. ex *Münstero de orig. princip. Germ. Ioh. Gœdd. in resp. Iur. de restit. Baron. Vallend. n.* 458. Idq; demonstrant exemplis Comitatuū quorundā in Imperio, qui non Reichsleben sed Eygenthumb sunt, qualis est Comitatus Möerß/talemq; fuisse Comitatum Waldeccensem antequam ab Hassiæ Principibus in Feudalem recognosceretur. *adde disp. 6. th. 8. lit. B.*

Sunt autem vel Ecclesiastici *a)* vel seculares. *b)* 4.

a) Nullum fortius Rerumpublicarum fundamentum est Religione. *Campanell. de Monarch. Hispan. c. 5. p. mihi* 15. Adeò ut ipsis etiam Paganis nihil antiquiùs fuerit', quàm ejus autoritate animos plebis veluti thyrso quodam percutere, *Clapm. de arcan. Rerumpubl. lib. 2. c. 9.* quemadmodū institutū Numæ secretos cum Aegeria Nympha cōgressus fingentis habet *Liv. lib. 1.* Et prudentia Cæsaris ac Germanici defectum Lunæ casu oblatum contra Ariovistum *comment. de bell. Gall. lib. 1.* & seditiosos milites *Tacit. lib. 1. Annal. c.* 28 *. edit. Berneg. n. 5.* in sapientiam vertentium, ac plurima alia exempla demonstrant, quorum bonam seriem apud *Clapm. c. 1. lib. 2. de arcan. Rerumpubl. & lib. 3. c. 12. lib. 4. c. 21.* legere licet, uti etiam apud *Machiavellīū lib. 1. c.* 14. 13. 11. & 12 ubi ruentis cum Imperio Italiæ causam in declinatione Religionis & frigescente Pontificiæ sedis Pietate ponit. Atq; ex hoc fonte emanarunt primitùs prolixi illi honores, quibus ad Religionis Majestatem in sacri ordinis hominibus exornandis, veluti certabat omnium gentium devotio. Inde zelus erat, qui ferebat, ut id hominum genus nuspiam non sive in scenis sive in cōviviis honoratissima occuparet, *Barcl. Argen. lib. 4. p. mihi* 457. Quibus tamen nondum acquiescebant religiosorum infulæ, sed quia & ipsi circa honorum aucupia quandoq; sollicici sunt *Zieritz in dissert. de Princip. prærogat.* & Religionis specie in ambitionem delabuntur. *Tacit. 3. Annal. c. 63. n. 5.* Præsertim cum religio peperisset divitias, & filia præfocasset matrem *Cluver. in Barbaross. p.* 540. Evenit ut non deessent majorum seculis Abbates Fuldenses, qui cruentum Diabolo diem propter sessionis prærogativam facerent. *Platina in Lucio* III. Ac fortunæ impotentis vitio majora cogitantes, sese etiam Imperiis commendarent & grassarent ad fasces. Quemadmodum vix Respubl. erat, quæ

non etiam in partibus Religioso generi concreditis à sacris viris gubernaretur: Nec ipsis Populorum primoribus renuentibus, qui adscitis ita in consiliorum partes Antistitibus tutius agebant, & simulabant ad Deos magis quàm ad se pertinere, quæ agerentur, uti egregiè *Livius lib.* 10. de Patribus Romanis scribit. Quanquam etiam verosimile sit, & modestius dici debeat, veterum pietatē & zelum, qui tum demum omnia rectè processura credebant, si Religionis Antistites suis consiliis præsentes haberent. *Heig.q.4.n.* 61. Eos pio motu ad fascium consortium invitasse. Quicquid sit, ab hoc ipso communi quasi gentium sive zelo sive arcano Germania nostra nihil abivit quæ devoto semper in religionem animo, & jamdum sub Ethnicismi tenebris Sacerdotes suos adeò venerata fuit, ut neq; animadvertere, neq; vincire, neq; verberare quidem nisi illis permiserit, non quasi in pœnam, nec Ducis jussu, sed velut DEO imperante, uti *acerrimus Tacit.de morib.Germ.c.7.n.2.* testatur. Præcipuè a. illud ipsum posterioribus seculis per ipsa adsurgentis Papatus incrementa tantò pertinacius observatum est, quanto plures adhuc Ecclesiastici ordinis proceres numeramus, quos regali dignitate & potestate seculari armatos majorum simplicitas Imperii nostri statibus adjunxit, utut interea negari non possit, sub prima secularis ejusmodi potentiæ initia, parum consonam habitam fuisse illam Psalterii & Cytharæ harmoniam, adeò ut sacra quoque secum in invidiam traxerit: Quemadmodum legimus cum Otto Magnus Fratrem suum Coloniensem Episcopū politica jurisdictione exarmaret, *Reinec.de orig.Sax.fol.*14. Lehnman in Speyr Chron.*lib.2.c.*35. simplicitatem Germanā illud Gladii & Clavis consortiū vix concoquere potuisse. *Chron.vetus apud Limn.lib.3.de jur.publ.tom.1.c.3.n.1.* Daher begunten die Bischoff erst weltlich Recht zu haben/das deuchte damals vnbillich manchen Mann. Neq; videbantur boni viri citra rationem indignari, cum adhuc reperiantur quibus alia & contraria planè opinio est, Ecclesiasticos omninò secularis potestatis incapaces, atque temporalium dignitatum prærogativis excludendos esse: cum I. justa sit Salvatoris nostri sententia, Reges gentium dominātur; vos autem non sic. *Luc.22.v.25.* Et quis me judicem constituit inter vos? *Luc.12.v.14.* quod jam dum Bonifacii VIII. temporibus

ante

ante plures quam trecentos annos in medio Papatus flore pro Principibus suis urgebant cordatiores Jcti: veluti videre est *è disput. inter Cler. & milit. super potestate Pralatis Ecclesiasticis atq; Principibus commissa, quæ habetur in operibus variorum Autorum Basileæ collectis de Iurisdictione Imperiali p.* 677. ubi miles præter operariorum & stipendiariorum emphasin *Matth.*10.10.1.*Cor.*9.*v.*7. qui sanè Domini non sunt, etiam ex lege Moysis *Deuter.* 26.*v.*4. argumentum ducit: Bovi trituranti, inquiens, comparamini, cui satis est, accidere pabulum, quanquam suo labore impleat horreum. II. Quia Praxis tam Apostolicæ *Act.* 6.*v.*2. quam sequentis Ecclesiæ *Dn. Reink. de regim. secul. lib.*1.*cl.*4.*c.*9.*n.* 5. secularem potestatem & ignoraverit, & detestata fuerit. III. Nec diversissimæ res, Imperium & Sacerdotium *Nov.* 6.*pr.* Arma & Sacra, Regnum & Patibulum, Dominus & Servus, quibus allusionibus Ludovicus Bavarus Imper. in edicto publico Coloniensi Johanni XXII. Pontifici hanc ambitionem *Anno* 1338. exprobrabat. apud *Avent. lib.* 2. *Annal. Boj.* coire, Aut IV. sine confusione misceri possint, 2. *Tim.* 2. *v.* 4.5. *c. causam extr. qui filii sint legitim.* V. Et exempla doceant Principibus hereditario jure ad sceptra evectis hilarius parere subditos, quam quos Fortunæ nutus præfecit terris. VI. Præsertim cum seculares liberis suis ditiones relicturi iisdē fidelius prospicere videantur quàm Clerici, qui sibi potius quàm successori amant vigilare. *Limn. de jur. publ tom.*1.*lib.*3.*cap.*3.*n.*5. VII. Quæ omnia nec ipsi Canones dissimulare possunt, Episcopos expresse à secularibus negotiis arcentes, *c. novit. de judic. c. venerabilem qui filii sint legitimi. c. duo sunt dist.*96. VIII. Autoritate Patrum & Pontificum accedente, namq; B. Bernhardus *lib.* 2. *de consid.* & Gregorius *lib.* 4. *epist.* 44. *allegante Calvino lib.*4.*Inst.c.*11.§.11.&14. sub anathemate Dominationem interdicunt. IX. Ac tandem adstipulantibus Imperatorum nostrorum Constitutionibus *in l.* 17. *l.* 4. *C. de Episcop. & Clericis.* illoq; quod modo ex Aventin. allegavimus Ludovici Bavari & totius Imperii Edicto, & Caroli Calvi rescriptis apud *Goldast. tom.* 1. *Const. Imp.* Verùm quia usus in contrarium est, & non dicam in vim Juris *l.* 35. *de ll.* sed tantùm non omninò in articuli fidei autoritatem abivit, quemadmodū Arnoldus quidam Brixianus, quod Episcopis Regalia competere negasset *An.* 1139. in præsentia mille Antistitum

hæreſeos damnatus fuit, ut è *Sigon. de regn. Ital. lib.* 11. *Ampliſſ. Præſes. Honorandiſſimus Dn. Præceptor. diſſert. de Vicariis Imper. concluſ.* 20. *lit. B.* teſtatur. Ego quæ ſemper certam interpretationem habuerunt *l.* 23. *dell.* non offendam, cum videam Divos Proteſtantes *in Auguſt. confeſſ. de poteſt. Eccleſ.* hac de re tam modeſtè ſentire, cum inquiunt: Si Epiſcopi quam habent poteſtatem ſecularem, hanc non habent ex mandato DEI ut Epiſcopi, ſed ut Principes ampliſſimarum ditionum ex jure humano, quæ alia functio eſt quàm miniſterium Evangelii: Cum autem de Juriſdictione Epiſcoporum quæritur, diſcerni debet Imperium ab Eccleſiaſtica Juriſdictione, quæ illis competit ut Epiſcopis. Et in *Apologiæ d. art. de immunitatib. Eccleſiaſtici Status pag. mihi* 292. diſertius: Sæpè teſtati ſumus, ajunt, Nos Politicas ordinationes, donationes Principum, & privilegia non reprehendere, Quod & Duareno improbandum non videtur *lib.* 1. *de Beneſic. Eccleſiaſt. c.* 4. modo ea gubernatio à ſpirituali procuratione eos non avertat, nam ſicut prædia ſibi donata à Principibus aut aliis, propria habere ac retinere poſſunt: ita & Juriſdictionem quæ cum prædiorum donatione transfertur. Præterea quid vetat Dominum ac Principem alicujus civitatis ac provinciæ, ſi idoneus reperiatur, Epiſcopum creari? Quod ſi uſu venerit, nemo dixerit opinor, eum facultates ac patrimonium ſuum deſerere oportere, ait *Alex. Randenſ. c.* 39. *num.* 84. *de analogis.* Qua de re ſic *Philipp. Melanch.* Deinde, quod ad opes ait, & reditus attinet, etiam docemus hoc, Regum ac Principum donationes eſſe res licitas, ſunt a. reditus illi Regum & Principum donationes &c. *in libello cui titulus eſt Sententiæ Philippi Melanchtonis, Martini Buceri &c.* Cumq; hic mos non tantùm Germaniam noſtram teneat, verùm etiam Galliæ Magnates, quos Pares vocant, præcipuam partem ex ordinis Eccleſiaſtici viris deſumpti, necnon eam in rem Ducum & Comitum Regalibus inſigniti ſunt. *v. Rempubl. Galliæ Iohan. Tilly p.* 232. *& Lupani lib.* 1 *pag.* 404. Et Polonia Cracovienſem Epiſcopum Ducali dignitate conſpicuum, jam dum à Boliſlai temporibus veneretur, *Cram. lib.* 5. *& hiſtor. Polon. Vid. Limn. d. lib.* 3 *cap.* 3. *Dn. Reink. d. c.* 9. ubi contraria maxima ex parte diſſolvuntur.

5. Eccleſiaſtici Imperii noſtri Status, ſunt *a*) Archiepiſcopi,

episcopi, *b)* Magister ordinum Teutonicorum, *c)* Episcopi, *d)* Abbates, *e)* Magister ordinis Equitum Johannitarum, *f)* Præpositi, *g)* & Prælati. *h)*

a) Perquam suavis hic est Gratianus, qui in *c. decretis dist.* 21. Discriminis Hierarchici originem non solùm ex V. atq; N. Testamenti, verùm etiam ipsis gentilium idololatricis institutis, ac nescio quibus non Flaminibus, Archiflaminibus, Protoflaminibus operosè deducit. Nos equidem illos ordines discriminis ergò in Ecclesia receptos non simpliciter reprobandos arbitramur, sed opus esse inter Ecclesiæ ministros ordinem servari, ne oriantur confusiones. 1. *Cor.* 14. *vers. ult.* cum prudentissimo Britanniæ Rege *in epist. monit. Iacob. Reg.* & Divi Hieronymi rationem, *è c. legimus dist.* 39. cum *Laur. Ohm. dissert. de jur. Episc. concl.* 9. *lit.* E. huc accommodamus, qui in schismatis remedium factum esse ostendit, ut unus alteri præficeretur: Et quod ad unitatem servandam aliquid faciat ista ordinis observatio. *Dn. Mentzer. in Exeges. Aug. confess. articul.* 14. *n.* 9. *pag. mihi* 647. Præsertim cum ipsa donorum varietas etiam ordinem quendam videatur inferre *Eph.* 4. *v.* 11. quicquid Anabaptistarum aliorumq; furor ex *Matth.* 23. *vers.* 8. *Luc.* 22. *v.* 26. Juncta Apostolorum praxi, & periculo ad Pontificium Primatum declinandi moveat, modò non extra orbitam abeat sacer chorus, & in Monarchiam Antichristicam degeneret, contra monitum Christi *Luc.* 22. *v.* 24. *Eph.* 1. *v.* 22. 1. *Petr.* 5. *v.* 4. Id quod Romanorum Præsul ausus fuit, qui, sincero scilicet, impurissimi Phoce auspicio, circiter annum 607. eodemq; ferè tempore, quo Imperium Turcicum Mahomete Duce erectum fuit, *ex Chronolog. Dn. Helvici. theatr. histor. pag. mihi* 109. sese ipsum universalem terrarum Episcopum, & summum in caussis Ecclesiasticis Principem, uti eum vocant, *Dilling. in compos. Pacis cap.* 7. *num.* 16. *q.* 51. constituit *c. si Papa. vers. sancta dist.* 40. videatur *Reink. de regimin. Ecclesiast. lib.* 3. *class.* 2. *cap.* 3. *num.* 34. *cum ibi allegatis.* ubi Gregorii Magni Pontif. reponit pronunciatum, dicentis, quod universalis Episcopi nomen soli & uni Antichristi præcursori conveniat. *lib.* 4. *epist.* 32. 34. & *lib.* 7. *epist.* 30. nec inter servos computandus, sed confusionem in cœlo invénturus sit, qui de primatu tractaverit, argumento Chrysostomi *in*

can. multi 12. *dist.* 40. Neque enim coram rigido Salvatoris tribunali tantillum ei patrocinabuntur, quæ Promachi ejus pro illo operosè conquisiverunt, adscito fuco. 1. à ficto Petri primatu *Matth.* 16. *vers.* 18. *Ioh.* 1. *v.* 42. 2. continua cathedræ successione. 3. exemplis tam Ecclesiæ triumphantis *Hebr.* 8. *v.* 5. quæ suo capite gaudeat *Apoc.* 12. *v.* 7. quam 4. militantis primitivæ, quæ à visibili capite ducebatur, typusq; erat nostræ Ecclesiæ 1. *Cor.* 10. *vers.* 11. eadem gubernationis forma componendæ, nisi umbram perfectiorem statuere velimus, ipso quod præfigurabatur corpore. 6. Imò nostrarum apud *August. confess.* addictos, Ecclesiarum quæ ipsæ etiam suos Superintendentes audiant. 7. Item à similitudinibus exercitus benè ordinati *Cant.* 6. *v.* 3. Corporis *Eph.* 1. *v.* 23. Navis gubernatore suo non destituendæ *Matth.* 8 *v.* 24. 1. *Petr.* 3. *v.* 21. Ulterius 8. à rationibus quas à præstantia regiminis Monarchici, Ecclesiæ tanquam Excellentissimæ Universitati omnium optimà convenientis, necnon à necessitate, ut capite constituto schismatis occasio tollatur. *Hieron. lib.* 1. *in Ierem.* & ab utilitate evidentissima, derivant, quod nimirum universalis Episcopus Pastores in universum mundum ablegare queat, quod à particularibus fieri non possit, ipso centuriatorum Magdeb. testimonio, vix Ecclesiam inveniri, inquientium, ad Christum post Apostolos deductam, quæ id non teneatur acceptum referre Rom. Pontificibus. *Bellarm. lib.* 1. *de Rom. Pontif. per tot.* Et tandem 9. à dignitate ordinis, qui necessariò ad aliquid primum deveniat, aut nisi adsit confusioni cedat. *Barcl. Paran. ad sectar. lib.* 1. *c.* 9. Ac quæ similia adulatorum vulgus decipiendæ plebeculæ investigat: quæ, ne falcem in alienam messem, Theologis remittimus, qui dignos his nodis cuneos jamdudum invenerunt: Interq; eos plenissimè *Whitaker. in prælect. de Rom. Pontif. controv.* 4. *quæst.* 2. *& potissimùm quarta.* Hoc tantùm addimus, nobis de Ecclesiasticis non quatenus Ecclesiastici, sed qua Imperii nostri membra & ab Imperatore regalibus investiti

B sunt, hîc sermonem esse. *b*) Qui secundum *Laurent. Ohm. de jure Episcop. concl.* 13. universæ alicujus Provinciæ plures civitates frequentiores cum eorum Episcopis complectentis inspectionem habent, qui etiam à Matrice civitate sive Metropoli, Metropolitani appellantur. *c. Provinciæ. c. nulli dist.* 99. *c. ut litigantes de off. ord. in* 6. Non obstante

stante *c. cleros dist.* 21. ubi à Metropolitanis distinguuntur, quia ibi Archiepiscopi pro primitivis illis Principalioribus Κατ' ἐξοχὴν ita dictis, qui aliâs Patriarchæ & Primates vocabantur, erantq; Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & Romanus *Nov.* 131. *c.* 2. *c. renovamus. dist.* 22. intelligendi sunt. *Laurent. Ohm. d. concl.* 13. *lit.* C. & E. Archiepiscopi autem Imperii nostri post Archiepiscopatum Rugensem à Sigismundo Polonorum Rege *An.* 1566. in provinciam redactum, *Chytr. Chron. Sax. lib.* 20. *circa fin.* numerantur: Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis Electores, Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremensis, Veluntinus. Referimus autem Magdeburgensem inter Archiepiscopos, ut propterea non diffiteamur eum etiam Germaniæ Primatem, ac ut literę Benedicti VI. ad Germaniæ Episcopos *A.* 979. datæ, & à *Matth. Steph. de jurisd. lib.* 3. *P.* 1. *c.* 7. relatæ habent, Patriarcham Germaniæ esse, idque citra omnem controversiam ait *Ludolph. Schrad. vol.* 1. *cons.* 4. *n.* 64. & 125. inaniter contrariante sive affectuum vitio, sive ob rerum Germanicarum imperitiam Jesuitâ illo Hispano *Iohanne Azorio Inst. Moral. tom.* 2. *c.* 35. *sub fin.* ubi de dignitate illa nullo rationis fundamento, his verbis (in Germania olim erat Primâs Magdeburgensis, nunc verò est Salisburgensis) nimis quam praeposterè judicat. Quem Salisburgensem aliâs suâ alia nempe legati Pontificii perpetui dignitate satis illustrem novimus. *Dn. Reink. de regim. secul. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 17. *Et subscript. Recess. in* §. §. Geistliche Fürsten / *ibi:* Ertzbischoff zu Saltzburg vnd Legat deß Stuels zu Rom rc. *c*) Quem Archiepiscopis comitiorum observantia subjungit, den bey denen Reichstägen uff der Geistlichen Banck der Hochmeister Teutschen Ordens / die nechste session nach den Ertzbischoffen hat: Testante *è Ruland. de commiss. P.* 2. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 40. *Dn. Reink. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 21. quod ex ipsis etiam Recessuum subscriptionibus videre est *in* §. §. die Geistlichen / De hujus ordinis circa 1190. à Xenodochio S. Mariæ Hierosolymæ ædificato initiis vide *Hospinianum de origine Monachatus class.* 3. *c.* 19. *VVolff. lection. memorabil. centenar.* 12. *pag.* 394. & 401. *Besold. de Regib. Hierosolym. Neapol. & Sicil. pag. mihi* 159. quibus adde *Limn. de jur. publ. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 57. Dicuntur a. non solum Germani equites, qui ei addicti, Teutsche Herrn / Teutsche Ritter / weil der Orden allein von vnd auff die Teutschen C

 gestifftet /

gestifftet/ vnd sonst dem Römischen Reich zugehörig/ R. A. zu Augspurg de Anno 1500. tit. Teutsche Orden. Verùm etiam propter dictum Xenodochium Hospitalii & Hierosolymitani, & in honorem B. Virginis Mariani; Quâ de causa etiam Dux Razevilius inter reliqua momenta quibus ordinem à Rege Poloniæ An. 1634. in honorem immaculatæ Deiparæ instituendum dissuadebat, etiam hoc ipso utebatur, quod Borrussi, Livonii & Curlandi non sine motibus suspicaturi forent, eam fabam in se cudi, dictasq; provincias, Marianorum ordini olim addictas, pro Patrimonio B. Virginis habitum iri. Hic ordo Ptolomaide, quo dictum Xenodochium translatum erat, à Saracenis expugnata, An. 1220. in Germaniam rediit, ubi bona Equitum pars Borussiam, Paganismo adhuc infectam sui juris, & initia deß Hochmeisterthumbs in Preussen fecerunt, donec Albertus Marchio Brandenburgensis An. 1525. Dux Borussiæ creatus, eandem à Sigismundo Poloniæ Rege, fiduciaria clientelæ lege recognosceret, per ea quæ in disp. 1. th. 18. lit. C. dicta fuerunt. Reliqui in Germania hinc inde sedes fixerunt, & in peculiare corpus deß Teutschen Ordens in Teutschen Landen abierunt, atque inde in recessu zu Nürnberg anni 1525. legimus Albertum Brandeburgicum Hochmeister in Preussen Teutsches Ordens / Et Diedrich von Cleen / Meister Teutsches Ordens in Teutschen Landen subscripsisse. Et hodiè Borussia ad Polonum declinante, unus idemq; quidem sed diverso tamen nomine, Als Administrator deß Hochmeisterthums in Preussen / & Als Meister deß Teutschen Ordens in Teutsch vnd Welschen Landen subscribit, vide recessum zu Regenspurg de A. 1613. Magister hujus ordinis hodiè Mergenheimii residet: Licet a. qui in ordinē recipiuntur castitatē ex regula Augustini, paupertatē, & alacritatē pugnandi contra Turcā jurare teneantur. R. A. zu Speyr de A. 1542. §. gleicher weiß auch R. A. ib. 1544. §. vnd zu diesem Christlichen, welche vor andern zu widerstand deß Türcken zu helffen/ vermöge jhrer Ordensstifften/ schuldig seynd/ Tamen optandū esset masculè agerent & præclare factis vel toti orbi probarent, iniquè eorū tẽporē & vitā in delitias solutiorē tot dicteriis traduci. Vid. Wolff. d. tom. 1. lect. memor. cent. 12. p. 394. & 401. An v. hi & similes sacrorū Ordinum Equites in feudo proprio & recto succedere possint, controvertunt

Dd. Ne-

Dd. Negat *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 231. n. 5. lib. 2. & Consil. 54. lib. 1. Consil. 519. num. 8. vol. 6.* Plures tamen affirmant apud *Vult. 1. Feud. 9. n. 67. edit. vet. p. mihi* 467. 468. *& seqq.* quos sequitur *Berlich.* P. 3. *concl. pract.* 39. *n.* 46. Cum quibus & Jura Saxonica facere ait. Verùm quia elegantissima est cautela *H. Pistoris lib. 2. q. 33. n. 22.* plurimum referre arbitrantis, quibus legibus & conditionibus ordini devincti sint, & verò certum est quod diximus, & *Limn. testatur lib. 6. c. 2. n.* 58. hos nostros de quibus potissimùm loquimur, paupertatem jurare, quę cum dominio ac proprietate ulla stare nescit· Nos ante omnia hujus rei *argum. Auth. ingress.* C. *de Sacro S. Eccles.* ubi eadem ferè consequentia nectitur, ut etiam consuetudinis rationem habendam censemus: Utut in reliquis ab ejusmodi voto immunibus Affirmativæ tantopere non repugnemus: Quantum ad castitatis votum, de iisdem etiam quæsitum & in facto controversum fuisse novimus, An si qui eorum protestantium religioni addicti ad matrimonium transeant, ordine excidant? fortè aliûs loci erit, ubi de religiosa pace dicetur. Similiter accepimus, per majora Equitum suffragia statutum conditum, cautumq; esse, ne inposterum nisi Romano Catholicæ Religioni addicti, in ordinem recipiantur, utrum rectè, illi viderint, quibus interest religiosæ Pacis scopum tam notabili inæqualitate non everti, Sondern damit vielmehr gemeine Ruhe vnd Sicherheit erlangt/ vnd erhalten wie auch der Stände vnd Vnderthanen Gemühter wiederumb in gutes Vertrawen gegen einander gestellet werden mögen/ quo Augusti constituentes in R. A. *de An.* 1555. §. vnd haben demnach & §. In solcher fürgezogenen/ tantoperè collimarunt. Illud autem indubitatæ certitudinis est, ejusmodi placita, si ullarum, certè tantarum tamen virium non esse, ut inter illos locum inveniant, qui in territoriis Protestantium inveniuntur, eorundemq; Jurisdictioni Ecclesiasticæ, cum ipsa superioritate territoriali indissolubiliter connexæ *Disp. 6. th. 16. lit.* B. subjecti sunt, atq; eò minus in A.C. doctrinam sibi quicquam sumere audent, quemadmodum de Commendatore hujus loci deß Teutschen Hauses zu Marpurg dubitari non potest: Præsertim cum ille etiam ex alio capite, deß Caroloßtadischen Vertrags *de Anno* 1583. sich nach den Hessischen Kirchen Ordnungen zu conformiren schuldig. *d)* Α᾽σκωπεῖν quod in- D

Ttt 2 tendere

tendere est, quasi Superintendentes, vel Speculatores dicti, secundum *c. Clerus. dist.* 21. sive Diœcesiani, qui singulis minoribus districtibus, sive civitatibus frequentioribus præsunt. *c. Episcopi* 3. *& c. illud* 4. *dist.* 8. qui ipsi tamen ad civitatis constitutionem non requiruntur, ut infra *th.* 21. docebitur. Imò tantùm abest Episcopatus ad singulas civitates adstringi, ut potius Germania Episcopos norit, qui ferè totis Provinciis præsunt, & ne Archiepiscopis quidem multum cedunt, quo Bambergensem, Würtzbergensem, Monasteriensem, tutò referre possumus. Ut taceamus etiam plures Episcopatus ab uno Præsule simul gubernari in Germania, quemadmodum priori seculo Alberti Brandenburgici, Moguntinum, Magdeburgensem & Halberstadensem possidentis, hodiè verò Archiepiscopi Coloniensis, qui simul amplimissimis Episcopatibus Leodicensi, Monasteriensi, Paderbornensi & Abbatiæ Stabelensi præest, nec non Leopoldi Archiducis, Halberstadensis, Passaviensis & Argentinensis Episcopi, exempla docent. Cæterùm quid Chorepiscopi in subscript. Recess. *de Anno* 1582. zu Augspurg ibi: wegen Eberharden Bischoffen zu Speyer/Philips Christoph. von Stöeren Chorbischoff zu Trier 2c. Item quos Germani Weybischoffe vocant, & num diversa ab Episcopis species sint, *Vid. Laur. Ohm. d. loc. conclus.* 15. *lit. A. & Can. in c. quamvis &c. Chorepiscopi dist.* 68. Commodissimum autem Episcoporum nostrorum catalogum apud *Dn. Reink. de Regim. secul. lib* 1. *class.* 4. *c.* 21.

E *e*) Quorum aliquos, ut Fuldensem, Hirsfeldensem & alios Principibus adscribi, quosdam verò inter Prælatos referri videmus in catalogo, quẽ exhibuit *Dn. Reink. d. c.* 21. *& in Recess. subscriptionibus.* Quemadmodum in R. A. zu Augspurg *de An.* 1582. Abbatum Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbejensis Legati inter Ecclesiasticos ante seculares Principes relati sunt, cum Abbates Salmansvveilensis multiq; alii post seculares Principes in Prælatorum classe subscripsisse legantur. Quando verò Abbates secularia tractare, bella gerere, &c. inceperint, vide apud *Hospinian. de origine Monachatus p.* 140. *&* 197. ubi & ceremonias & ritus eos confirmandi & eligendi describit.

F *f*) Hujus ordinis initia, circiter *An.* 1012. regulas, ritus, leges, instituta &c. describunt *Hospin. dict. tr. class.* 3. *cap.* 17. *p.* 187. *& seqq. VVolff. lect. mem. cent.* 11. *p.* 275. *&* 276. Be-

Besold.

Besold. de Regib. Hierosol. Neap. & Sicil. p. 356. & seqq. Limn. de jur. pub. lib. 6. c. 2. n. 53. Ejus regula est Augustiniana, de paupertatis & castitatis voto, sub patrocinio S. Johannis, unde Equites Johannitæ vocantur, alias Rhodii, à Rhodo Saracenis erepta, & per 215. annos masculè defensa, nec non Malthesii dicti à Maltha (sive Melite *Act.* 28. 1.) quam, cum iis Turca Rhodum novimestri & 250000. militum armata obsidione extorsisset, Carolus V. ordini sub conditione Neapolin contra Mauros ac Saracenos defendendi, contra Turcas pugnandi, Regem Hispaniæ protectorem agnoscendi, eidemq; quotannis in gratitudinis vicem Falconē transmittendi, concessit. *Dresser. millen. 6. c. 4. p.* 287. *Hospin. d. loco. pag.* 190. De quibus tamen nobis hîc sermo non est, sed de iis qui origine ejusdem ordinis ac professionis Equites Germani in Germania agunt, dem Meister deß Ritterlichen Johanniter Ordens in Teutschen Landen / vid. *Subscript. Recessuum.* g) G
Quorū duo, nempe Elbangensis & Berchstolgadensis, Principibus Ecclesiasticis ex veteri ordine Prælatorum adscripti sunt, *Paurm. de Iurisd. lib.* 2. *c.* 1. Reliquis ut Weissenburgensi, & Wethusano & si qui sunt alii inter Prælatos adhuc recensitis. *Dn. Reink. d. c. n.* 21. *h*) Quorum Illustri nomine in Comitiis nostris & Imperii matricula Abbates & Præpositi veniunt, qui Principum ordini non sunt adscripti. H
vid. lit. præc. E. & G. Nec non Commendatarii, Provinciales Confluentinus, Alsatiæ, & Burgundiæ &c. Land Commenthuren der Balleyen Coblentz / Elsaß / Burgund ꝛc. De eo qui hoc loco commēdat Land-Commendor deß Teutschen Hauses zu Marpurg / notum est, quod ab Illustrissimis Hassorum Landgraviis jure superioritatis Provincialis speciali quadam vel ex ipsa nominis vi consequēte & antiquissimis Provincialium Comitum Institutionibus connexa prærogativa in quascunq; personas in provincia sine exceptione directè tendentes exemptus sit. Quem ideò nec in Comitiis, nec in Recessibus hactenus nunquā visum fuisse mirū non est. Huic Prælatorū ordini etiā Abbatissę accensentur: Nimirum non solùm Ecclesiasticos Principes inter Imperii sui Status numerat Germania, verùm etiā Abbatissas aliquas celsi sanguinis & regalis dignitatis in Statuū eminentiā admissas, & ipsas pari cū Principib. veris autoritate, Rom. Imp. corpus cōstituere deprehēdimus: quo majores nostros antiquū suum a-

liquomodo obtinuisse meritò recordamur, qui jam dum Taciti tẽporibus *de morib. German. c.* 8. *n.* 3. fæminino sexui inesse sanctũ aliquid & providum putabant, nec aut consilia earum aspernabantur, aut responsa negligebant. Cui rei *Chregren. de Rep. Imp. official. adsert.* 3 *n.* allegatur etiam è sequenti tempore memorabile testimoniũ *Spangenbergii* in Adelspiegel *P.* 1. *lib.* 5. *c.* 5. se vidisse, inquientis, instrumentum Comitis Mansfeldensis hoc exordio *A.* 1330. Wir Burchard Graf, fe zu Manßfeld / mit vollworth vnserer Bettgenossen Fraw Oden rc. (quanquam nesciam, annon de distractione bonorum immobilium mulieris ibi actum sit, quæ non nisi ejus consensu interveniente à marito de Jure Saxonico validè alienari possunt. *H. Pistor. obs.* 55 *n.* 1. *Carpz. Iurispr. Forens. ad Const. Sax.* 15. *P.* 2. *def.* 20.) Tantum autem abest Imperii nostri Majestatem modo dictos Fæminini sexus status contaminare, ut argumento potiùs sint esse nostram Rempublicam ad eum modum institutam, quem Aristoteles unicè commendat *lib.* 2. *Polit. c.* 8. quando disputat, Spartanorum Rempublicam diutissimè incolumem perdurare, quia illam omnes civitatis suæ partes ament, & durare cupiant. Annon etiam Imperii nostri statum omnes salvum cupiant, omnesq; incolumem desiderent, de quo omnes participant, adeò ut ne sexus fæmininus debuerit excludi? Atque si eodem Philosopho autore *d. loc.* malæ Reipubl. signum est, ubi non omnes de Imperio habent: Annon perfectissimi Imperii sit, ne sexum quidem omninò exclusisse? Sed quid plura? quis unquam credidit Justiniani nostri Majestatem vitium fecisse, quod participem consilii sumpserit eam quæ à DEO illi data erat reverendissimam conjugem? *Nov.* 8. *c.* 1. *pr.* Adeò Divinum ejus Numen, sacrum, & cœleste oraculum, quibus verbis pro eorum temporum pompa seipsum dignatur. *l.* 3. *C. de fiscal. usur. l.* 1. §. 6. *C. de V. I. E.* §. 11. *Inst. de adopt. l. pu. C. de emancip. lib.* Fæminino affectu nullatenus libabatur. Harum aliquos Principum honorem & titulum gerere notissimum est. An verò etiam ipsi Principum, vel an Prælatorum ordini quoad locum & voti seriem adscriptæ sint, iis liquet, quibus Comitiorum observantia. *Dn. Reink. d. c.* 21. eas Prælatis annumerat, sed *Dn. Bertram de Comitiis concl.* 70. cum Principibus viritim sententias dicere testatur. Illud constat, quod in Recessuum subscriptionibus

post secularium Principum ordinem inter Prælatorum nomina & Quedlinburgensem & Andlaviensem legamus, *in subscript.* R. A. zu Regenspurg *de Anno* 1603. §. Abtissin Bottschafften.

Secularium Principum *a)* nomine veniunt Archiduces, *b)* Duces, *c)* Comites Palatini, *d)* Landgravii, *e)* Marchiones, *f)* Principes in specie sic dicti *g)* & Burggravii. *h)* 6.

a) Nimirum nos hîc Principum appellationem latè accipimus, quatenus etiam Comites ac Barones comprehendit atq; in Recessibus & Constitutionibus Imperii nonnullis usurpatur. *Vid. Clut. in Syllog. conclus.* 26. *lit. G. & suprà th.* 2. *lit. A.* Atq; hoc lato modo accepti Principes iterum dispesci possunt in propriè tales, qui principali dignitate coruscant. *Vide d. th.* 2. *lit. A. n.* 5. & in Barones & Comites, de illis hac *th.* de posterioribus *th. seq.* *b)* Inter Status & Principes Imperii præfulgent Archiduces Austriæ, qui primum post Electores locum obtinent, & dignitatem cæteris usurpant superiorem. *Vult. de Feud. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. quod vocis significatio quodammodo indicat, cum enim tituli præeminentia præ aliis Ducibus gaudeant, meritò & necessaria quadam consequentia eos præcedunt, sicut Archiepiscopus præfertur Episcopo. *Don. Gars. Mastrill. de Magistrat. Dn. Reink. de regim. secul. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 10. *n.* 4. Atq; ita usu obtentum videmus, ut non solùm seculares sed & Ecclesiasticos, ut Archiepiscopos (exceptis Electoribus) & Episcopos in votis & sessionibus Imperii antecedant, ut apparet ex subscriptionibus Recessuum. Prælatum tamen iis aliquando legimus Magdeburgensem, in subscriptione R. A. zu Augsp. *de An.* 1500. Et contraversiam & contentionem de sessionis prærogativa hujus familiæ cum Salisburgensi Episcopo à Carolo V. Imper. in Comitiis Augustanis *Anno* 1530. compositam tradit *Arumæus de Comit. c.* 7. *n.* 102. addatur *subscriptio* R. A. zu Nürnberg *de Anno* 1466. *apud Goldast.* im andern Theil der Reichssatzungen *p.* 159. Originem hujus dignitatis vulgò ad Rudolphum I. Habspurgensem referũt. Hunc, cum Austria legitimo hærede destitueretur, & Imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulisse ajunt. *Reink. dict. loco n.* 5. *Cramer. histor. Polon. lib.* 9. *in fin. Carol.* A B

Sigon.

Sigon. de regn. Ital. lib. 12. *Camill. Borell. de præstant. Reg. Cathol. c.* 46. *n.* 237. *& seq. vid. Cyriac. Spangenb. specul. nobilitat. lib.* 10. *cap.* 12. Quod tamen apud Historicos controversia non carere notat *Besold. in thesaur-practico verb.* Ertzhertzog. Limnæus *lib.* 4. *de jur. publ. cap.* 3. *n.* 26. in sententiam *Natalis Comitis histor. lib.* 9. *p.* 197. inclinare videtur, qui id Friderico III. Imper. acceptum fert, eò quod is Austriæ *Ducem* tantùm se nominet in der Reformation zu Franckfurt *An.* 1442. auffgericht *in pr.* quod & reperio in quibusdam ejus constitutionibus *apud Goldast. dict. secunda parte* der Reichssatzungen *pag.* 155. *& seqq. de Annis* 1452. 1454. 1464. 66. 71. 72. & 76. Post eum v. Maximilianus demum *Archiducis* titulo utatur. in Ordnung deß Cammergerichts zu Wormbs *de Anno* 1495. *vid Goldast. dict. loc. de Anno* 1486. *pag.* 175. Hic titulus autem in Imperio solùm receptus, Austriacæq; familiæ tantùm tributus est, *Chassane. in catal. glor. mund. part.* 5. *consid.* 44. Licet non defuerint alii Duces ad eundem frustra adspirantes. *Limn. dict. loco. Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 30. *&* 31. Quod verò *Mozzius in tractat. de feud. titul. de his qui feud. dar. poss. n.* 16. *vers. reperitur etiam & ante eum Marinus Freccias de autorit. & potest. Baron. erga subinfeudatar. lib.* 2. *tit. quis dic. dux. n.* 4. *ut & Chassanæus dict. loco* scribant, in Germania consuetudine introductum esse, ut cum Ducum filii appellentur Duces, inter eosdem v. primogenitus Archidux indigitetur, nescio quo nitatur fundamento, & cùm contrariũ ipsa experientia teste notoriè verum sit, refutatione non indiget. Nec titulorum tantùm prærogativâ sed & quamplurimis præ reliquis privilegiis gaudent Archiduces Austriæ, quibus partim Electoribus pares sunt, *Cranz. in Saxon. lib.* 8. *c.* 6. *Ruland. de commiss. p.* 4. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 23. partim etiam eos quodammodo superare videntur. Neminem Regum, Cæsare excepto, Majestatis titulo compellant, quod exemplo declarat *Limn lib.* 5. *c.* 2. *n.* 28. *ex Thuan. lib.* 96. *hist. p.* 310. Committitur in illos crimen læsæ Majestatis per ea, quæ tradit *Sixt. lib.* 2. *de regal. c.* 20. *n.* 20. idq; ex peculiari illis privilegio *art.* 34. competere ait &c. Ex posteriori genere prærogativarũ & peculiariũ regalium, quibus videlicet Electores antecellunt, est, quòd nova vectigalia propria autoritate instituere, & quod non solùm Nobiles, sed etiam Comites & Barones creare, iis insignia dare & iisdem, si abutantur, privare possunt. Quamplurima alia vide in ipso

Privilegio quod verbotenus retulit *Münster. in Cosmogr. lib. 3. c. 399. fol. noviss. editionis 974. 975. & seqq. Limn. dict. lib. 5. c. 2. Speidel. in notabil. sub tit.* Ertzhertzogen. Hoc tamen notatum invenio, prætendere etiam Archiduces privilegium exemptionis in Camera in causis appellationum, *Gylm. in Symphor. supplic. par. 1. tit. 11. vot. 6. sub num.* 14. de quo acriter sæpe decertatum esse testatur *Ruland. cap.* 4. *n.* 14. & Cameram diversis vicibus processus, inhibitiones & mandata contra eos decrevisse multis præjudiciis demonstrari posse ajunt *Thom. Michael. de jurisdict. conclus.* 23. *Dn. Reink. dict. cap.* 10. *n.* 13. & 14. *Schwanman. observ. Camer.* 20. Causa & occasio privilegiorum Austriacæ familiæ tam largiter concessorum non solùm Imperatorum posteriorum fuit gratia & propensi animi inclinatio, sed etiam præclarissima illius gentis merita & pericula, quibus exposita & opposita semper fuit. *Reink. d. cl. 4. c. 10. n. 11.* Hinc Fridericus II. Imp. Austriam cor & clypeum S. Romani Imperii vocat in privilegio pro Duce Austriæ, *quod ex Cuspiniano producit Limn. d. lib. 5. c. 2. n.* 30. Cui calamitas furoris Turcici & ignis Bellonæ primò immineat R. A. *de Anno* 1566. §. dieſem unſerm *circa fin. Goldast. in* Reichshandlungen *p.* 59. & 87. Quibus accedunt quasi congenitæ Austriacæ familiæ virtutes, incredibilis clementia, bonitas, beneficentia, moderatio, affabilitas, mãsuetudo &c. quos splendidissimo lumine evirescentes orbis universus jure meritoq; veneratur. *Kirchner. in Morvillerio. cap. 5. n. 82. lib. 2.* ubi inter alia notatu dignum, quod *n.* 83. in ea familia nullum unquam Tyrannum extitisse scribit. Hinc sine dubio domui Austriacæ tanta accessit præter eximias provincias & Regnorum amplitudinem, tanta felicitas, ut intra 15. annorum spatium omnibus in orbe Christiano Regnis, vel Reges vel Reginas dederit, excepta Scotia. *testante Ens lib. 1. polit. thes. apothelesm. 6. p.* 147. Ex eaq; Imperio nostro hactenus tot data capita quot nunquam ex alia. Res certè inter admirandas est, *ait Lips. in præfatione de magnitud. Rom. p. 5. referente Limn. d. c. 2.* ex una Austria verè aurea stirpe vestra decem Imperatores (quorum hodie tredecim numeramus) intra hos trecentos circiter annos, orbi Christiano affulsisse: atq; id sanguinis & natalium serie, sine ullo fulcro adoptionis: Quid in omni retro Principum classe simile? &c. unde maximè Austriacæ familiæ convenientes hi Guntheri Ligurini versiculi videntur:

O verè famosa domus, cui totus ab ortu,
Solis ad occiduas mundus substernitur auras,
Quam qui novit amat, qui non novere verentur;
Cujus in auditu confusis mentibus hostes
Tabescunt, contráq; nihil se posse fatentur.

Sunt præterea, non tamen in Germania, Magniduces Groſhertzogen/qualis est in Italia Magnus Dux Florentiæ, item Magnus Dux Muscoviæ, Magnus Dux Lituaniæ, Magnus Cham & alii, de quibus *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82.* quos, quia parum ad nos, suis
C relinquimus scriptoribus. c) Dux à ductu exercitus dictus: cum quo convenit Germanicum illud Hertzog quod Ducem exercitus sonat. *Vult. lib. 1. Feud. cap. 4. num. 14.* Est enim Ducis officium exercitum in pugna, præire & dirigere, unde cum filii Israël impugnarentur à Cananæis, quæsiverunt ab invicem, quis ascendet ante nos in Cananæum & quis erit Dux belli? *Iudic. c. 1. v. 1.* Quod nomen tali rectori propriè convenit, propter difficultatẽ regendi populũ, quando est in pugna ab excellentia regiminis: qua etiã; ratione ejus appellatio adeò arrisit Scipioni Africano, Attilio Regulo Magno Pompejo & aliis plerisq; consularibus viris, q exercitib. ducendis ac gubernandis præfecti erant, ut à Romanis non aliter quam Duces salutari voluerint. A quibus & ejus originẽ emanasse cõmuniter putãt. Duces a. illi olim à Romani Imp. Principib. territoriis præficiebãtur. *Alvarot. in c. 1. de natur. feud.* Et ut alii Magistratus ad tempus saltem constituebantur, postea verò etiam in perpetuum creari cœperunt. *Heig. P. 1. q. 2. n. 34.* Tandem invalescentibus Feudalibus clientelis, si qua Principes Romani pro beneficio territoria concederent, Ducatuum nomine ad exemplum dictorum præfectorũ veniebant, & qui de illis investirentur, Duces dicebantur. *c. unic. quis dic. Dux.* primis quidem temporibus quoq; ad vitam, postea verò in perpetuum. *d. c. quis dic. Dux.* Ita ut licet aliâs res à persona statum sumat. *l. 1. C. de impuend. lucrat. descript.* ac tanquam accessoria, possessoris tanquam principalis conditionẽ sequatur *c. accessorium de reg. jur. in 6.* hoc tamen casu persona à re statum sumpserit. *Reinx. dicta class. 4. c. 11. n. 5. & Gars. Mastrill. de magistr. lib. 4. c. 5. n. 4. 5. 6.* Ducatum a. dixerunt Provinciam ex

tot civitatibus, castris, præfecturis & villis constantem, quæ Ducatum faciant, quæq; regalem dignitatem constituant, atq; etiam sartam tectamq; tueantur & conservent *Mastril.c.7.n.31.& c.10.n.2.& 9.* Verùm cum omnibus temporibus nomina dignitatum arbitraria fuerint *arg. l. unit. C. de Metrop. Beryto.* & postea ab ea definitione sesequens ætas recessit. *Heig.quæst.2.part.1.n.39.* Caroli M. a. temporibus potestatem & potentiam Ducum adeò crevisse volunt, ut propriè Duces dicerentur, quibus duodecim Comites suberant, *Ioach. Cluten.in syllog. rer. quotid.th.26.lit.B.ex Pithæo adverſ.lib.1 c.8.& aliis.* cui tamen contradicit *Nolden de nobilit.c.8.n.149.& seqq.* & eo tempore omnes ferè Comites liberos fuisse asserit, ad q; probandum allegati Comites in Waldek, quos ante & circiter Caroli M. tempora nullis Ducibus subjectos, sed soli Imperio militasse ait, quo unico tamen exemplo omnium & generalem Comitum libertatem vix probare poterit, cum econtra demonstrari possit, Comites sub Ducibus fuisse, *ex André Fanym. des premiers officiers de France liure 2. chap. 4.p.33. Limn. de jur.publ.lib.4.c.3,n.23.& 24.* Ad rem nostram quod attinet, Dux ille dicitur, qui de Ducatu à supremo Principe in perpetuum est investitus. Quo sensu in Imperio nostro potissimùm eminent Duces Saxoniæ (qui hodiè præter Electoralem, in duas, Altenburgensium nimirum & Vinariensium lineas distinguuntur) Brunsuicenses, Lüneburgenses, Pomeraniæ, Mechelburgici, Bavariæ, Würtenbergenses, Lauenbergenses, Sabaudiæ Lotharingiæ & Holsatiæ &c. quorum longè alia est ratio quàm Ducum Venetorum & Genuensium, qui electione constituti, usurpatâ consuetudine ab Imperatore tolerata ita dicuntur. *Sixtin.de regal. lib. 2. part. 1. cap. 6.n.64. & Ferrar.in c.1.§.quod autem de feud.March.* quorum quidem perpetua sed valdè accisa & truncata est potestas. *Bodin.lib.4.de Reipub.c.4.in fin.* Nec enim Dominium sed tantùm præeminentiam quandam habent in consilio à Populo exquirendo. *Bald.in l.decernimus.C.de SS.Eccles.* ideòq; revera Duces non esse, sed tantùm capita in ejusmodi Politiis inter alios præeminentia dicit *Vult. lib.1.feud. c.4.n. 14.* & eos Rectoribus Academiarum comparant *Besold.lib.1.polit.c.7.n.8. Inst. Lips.in Lovanio lib.3.c.3.* De quibus ita *Nolden dict.c.8.n.148.* Ducem Venetorum quod attinet, ait, in Pompa tantùm Princeps est, in Curia Senator, extra

urbem reus, in urbe captivus, peregrinari enim sine venia non potest. In Anglia Ducatus & Comitatus tituli, arbitratu Regis etiam sine locorum possessione dari consueverunt, ex vectigalibus interim regiis quotannis pecuniæ summa constituta. *Ioach. Cluten. dict. conclus. 26. lit. B. ex Petro Gregor. Tholosan. lib. 6. de Republ. c. 7.* Quin ut olim apud Romanos, ita & hodiè apud Hispanos non transire dignitatem Ducalem ad heredes nisi denuò per Regem renovetur, notat
D *Cluten ibid ex Ludov. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 11. n. 20.* d) Vulgò Pfaltzgraffen/ olim Palatii Cæsaris Judices sive Præfecti, Richter deß Kayser oder Königlichen Hoffes / ut plerisq; placet: *Bercholt. de Feud. c. 5. n. 34. Limn. de jur. publ. cap. 4. n. 28.* dicti ab antiquo Pfallentz / quod hodiè Pfaltz idem quod Pallatium vel curia regalis erat *l. unic. C. de Palat.* sic hodiè Curia Argentinensis vocatur die Pfaltz. *VVehner. in observ. pract. verb.* Pfallentz. Et Goslaria nominata fuit eine Pfaltzstatt / quod in ea Imperatorum curiæ solerent conscribi. *Arnis. de I. Maj. l. 2. c. 4. n. 15.* Magna autem Comitum Palatinorum olim fuit autoritas, si Aventino credimus, qui ita eorum officium *lib. 4. Annal. Bojor. fol. 297.* describit, Comes Palatinus vicem Cęsaris, præsidendo Senatui Principali, defungebatur: fidem Imperatoris implorantibus aderat, jusq; reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus Regios procurabat, Cæsareum censum exigebat: Nil citra ejus autoritatem Duci aut decernere aut statuere licebat. Huncq; honorē nō aliis dari consuevisse, quam iis qui & claritate generis & opum amplitudine cæteris eminerēt *Speid. in notab ex Eginhardo.* Vnd daß auß jeder Nation deß Reichs ein Pfaltzgraf an Königlichen Hof gezogen worden / damit ein jeder deß Reichs Vnderthanen in seiner sprach gehöret / Trost vnd Hülff empfinden können. tradit *Christoph.* Lehnman in der Speyr. Chronick. *lib. 2. c. 9. ad fin.* Hodiè Comites Palatini illi dicuntur, qui de regione, quæ in Palatinatum, zu einer Pfaltzgraffschafft / erecta est, investiti sunt *Reink. 1. cl. 4. c. 13. n. 34.* Quales in Imperio Rom. hodiè clari sunt Elector Palatinus, Bipontinus, Neoburgicus, Simmeriensis, Lautreccensis, Lüzzelsteinensis & Birkenfeldensis, *Nolden d. c. 8. n. 1, 6.* quorum dignitas, secus ac olim, patrimonialis ac ad heredes transitoria est. Palatinorum quoq; nomen in Regno Poloniæ frequens esse ibiq; nomen officii ac dignitatis personalis & ad dies vitæ deno-

tæ, denotare refert *Reink.d.c.13.n.37*. Præter supradictos in Imperio alii restant Comites Palatini, quorum officium & dignitas, ex singulari Imperatoris privilegio & concessione, in creandis Doctoribus (quos Bullatos vocamus) notariis, Poëtis Laureã concedendo, legitimandis spuriis &c. consistit, de quib. *videatur Limn.d.c.4.lib.47. & seqq. Matth. Steph. de Iurisd.lib.2.c.6.memb.1*. Qui tamen cum nec Principes, nec status Imperii sint, nec Comitatum vel Palatiũ habeant, & abusivè tantùm & impropriè Comites Palatini respectu cæterorũ qui Principes sunt appellentur, ideoq; forsan nunquam Germanico nomine Pfalzgraffen se scribant, sed latina appellatione contenti vivant, nobis de illis hic sermo non est. *e)* Seu Comites Provinciales, Landgraffen/qui olim erant Judices vel Præfecti provinciarum, & toti alicui Provinciæ præsidebant. *Petr. de Andlo de Rom. Imp.lib.2.c. 12. Vult. de Feud.lib.1.c.4.n.14.* aut secundum *Lagum* Judices Mediterranei, die da Richter wahren eines Landes/das zwischen deß Reichs-landen lag. Olim quidem ut plurimum Comitum genere fuerunt, hodiè verò ad cæterorum similitudinem in ordinẽ Principum Imperii relati, & sine controversia Fürsten deß Reichs appellantur. *Reink. dicto cap.13.n.18.* & tales illi propriè dici merentur, qui de principatu aliquo Imperii, qui Landgraviatus dicitur, investiti sunt, vel eum ab Imperatore recognoscunt, die mit einem Fürstenthumb / so eine Landgraffschafft genent wird / belehnt werden / oder dieselbe sub qualitate principali besitzen. *Reink. d. loc. n.28.* Quod de Illustrissimis Hassiæ Landgraviis minus dubium habet, quia illi nunquã in Comitum numero fuerunt, sed ex Regia Brabantiæ ac Aurelianensium Ducum prosapia oriundi, cum de Thuringiæ & Hassiæ Landgraviatibus à Conrado II. investirẽtur, jamdum principali eminentia fulgebant. Atque hi in Imperio notissimi sunt, quibus annumerantur Thuringiæ & Alsatiæ Landgraviatus: Ut ita in Imperio quatuor potissimùm numerentur: Landgravii Hassiæ, Thuringiæ, (qui titulus hodiè Saxoniæ Ducibus cum ipsa provincia competit) Alsatiæ, cujus domus defecit & ejus titulo non tantùm Archiduces Austriæ, sed etiam Episcopi Argentinenses utuntur. R.A. zu Wormbs *de An. 1521. impr. & fin.* ac Leuchtenbergensis, sub circulo Bavariæ. *Vid. Matt. Steph. de Iurisd. lib.2. part.1. c.4. n.11.* quibus quintum Franconiæ sc. ad- E

dit *Goldast.tom.Const. Imp.p.17. & Nolden d.l.8.n.160.* qui hodiè sunt Marchiones Badenses, & sextum, Landgravium zu Nellenberg. *Limn. d.c.4.n.28.* Præ aliis tamen Hassiæ nostræ Landgraviatus temporis successu, & ditionibus & potentiâ multum auctus est, & olim quidem cum Thuringiæ conjunctus fuit, qua ratione autem hæ provinciæ separatæ fuerint *vid. apud Vvilhelm. Dillich. in Chron. Hass. part. 2. sub anno 1247. & aliquot seqq.* Originem verò trahunt Celsissimi nostri Hassiæ Landgravii à vetustissimis Brabantiæ Ducibus adeòq; ex Regia Pipinorum & Caroli Magni propagine *Dillich. d. loco. Limn. de Iur. Publ. lib. 5. c. 8.* Quod autem illum tàm ex Celsissima origine, quam Sophiæ Connubio debitum Brabantiæ Ducum titulum neglexerint, id Prædecessorum & veterum Landgraviorum virtuti, de qua magis quam de titulis solliciti fuerunt, tribuit *Reink. d. cap. 13 n. 14.* ubi tamen se antiquum quoddam Instrumentum vidisse ait *de An. 1265.* sexto Nonas Novemb. confectum, in quo Henricus Landgravius, Hassiæ Ducem se appellaverit. Præter hos dantur & alii Landgravii, quorum tamen munus in principatus honorem non abiit, sed ratione certarum ditionum titulum Landgravii usurpant, ut apparet ex subscript. Recess. Imp. & notanter *Recess. de Anno 1567.* Tales censet *Nolden d.c.8. n.162.* Die Landgraffen zu Baare / qui titulus est Comitum à Fürstenberg / Landgraffen in Kleggaw / qui est Comitum à Sultz / Landgraffen zu Stülingen / qui olim Comitum Lupfiorum, hodiè Baronis Pappenheimii est. E quibus ratio iucunda est, quod prædicti nomen Comitis Landgravii nomine præponere

F solea nt, ita scil. Graff zu Fürstenberg / Landgraff zu Baare rc. f) Cujus vocis varias dant derivationes, de quibus vid. *Limn. de jur. pub. dict. lib. 4. c. 4. n. 21. & seqq.* mihi præ reliquis cum *Clutea in syllog. rer. quotidian. concl. 26. lit. F.* placet illa quæ eam à Marcha, quod Germanis nihil aliud est quàm limes, unde Marck / Marckstein &c. derivat, inde Marchio ein Marckgraff / Dux Limitaneus, olim Marchenses dicti, ex quo Itali Marchese, Galli Marquis suum fecerunt, quam sententiam communiter tam ab Historicis, Politicis, quàm Jctis probari testatur. *Reink. d.c.13. n.8.* Ut ita Marchiones dicantur ex eo, quòd finibus Rom. Imper. tuendis præfecti essent. Et vulgare apud Francos est, ut Marchio appelletur de jure Romano Limi-

narcha, seu fines Imperii custodiens. *l. liminarcha. C. de serv. fugit. l. non ideo C. de liberal. caus.* introducti namq; fuerunt olim milites limitanei, qui sub Liminarcha, i.e. Præfecto Limitis provinciæ, eam tuerentur. *l. munerum civilium ff. de muner. & honor. l. quas Deo C. de off. Præf. Aphric.* & Marchias provinciarum Limites dici testatur. *Hottom. de verb feudal. in verb. Marchio. & alii.* Quo referendum quod *Reink. d. c. 13. n. 9. à Gualtero in Chronol. polit. lib. 1. in proem. Catalogũ Ducum Austriæ, & ex Cranzio rerum VVandalicor. lib. 3. c. 6.* recenset, Henricum Aucupem sub *A.* 927. Marchios ubique ad tuendos fines constituisse, eosq; Ministris atq; Officialibus regendos dedisse. Contra Henetos & Windos Marchiam Brandeburgensem: Contra Danos Marchiam Sclesvvicensem: Contra Silesios & Polonos Marchiam Misnensem, & Lausnizensem: Contra Gallos Badensem & Hockbergensem ordinasse, eorumq; Rectores & Tutores Marchiones dictos fuisse. *Vid. Limn. d. c.* 4. *n.* 24. & 25. Qui non solùm custodes & defensores limitum, sed & Judices controversiarum de limitibus ortarum fuerunt. *Besold. de Comit. & Baron. Imp. conclus.* 10. Et quamvis hodierni Marchiones limitum defensores non sint, nomen tamẽ ipsis ex consuetudine adhuc integrum manet. *Cluten. d. l.* eorumq; numerus hodiè ad paucos redactus, qui Principibus Imp. annumerantur, licet olim complures numerati fuerint, referente *Limn. dict. c. 4. n. 23.* Auß der Meysnischen Chronick *tit. 9. pag.* 211. *& aliis.* Ac dicitur hodiè Marchio, qui de Marchia est investitus à supremo Principe. *Gars. Mastrill. de Magistr. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 6. aut qui eam proprio seu allodiali Jure possidet, per tradita *à Reink. dict. c.* 13. *n.* 12. De Italiæ ac Galliæ Marchionibus *vide eundem n.* 14. & 15. *Limn. d. c.* 4. *n.* 27. *g)* Suprà *th.* 3. omnes regalem dignitatem immediatè possidentes Principum nomine in generali quadam significatione venire diximus, quorum tamen alius titulo Ducis, Landgravii, Marchionis &c. insignitur: hîc verò notamus nonnullos in Imperio reperiri, qui propter vocabulorum penuriam speciali titulo insigniti non sunt, sed generis voce retenta, Principes in specie dicuntur. uti *suprà th.* 2. *in sexta vocis Principis significatione indicatum fuit.* Idq; in Imperio exemplis Principum Anhaltinorum, der Fürsten von Anhalt/ & Schaumburgicorum &c. declaravimus. Ubi notandum venit, quod *Reink. dict. class.* 4. *c.* 8. *n.* 10. iis Duces Marchiones & G

nes & Landgravios præferri scribit, *secundum Steph. 2. Iurisd. P. 1. c. 6. n. 53. ex gl. ad Ius Saxon. art. 58. lib. 2.* quia duplicata dignitas plus tribuat quàm una sola, *Tiraq. de nobil. cap. 5. n. 8.* Quam rationem ego meam non faciam, quia mihi hactenus visum fuit, aut etiam Principes in specie ita dictos dignitate duplicata gaudere, aut quod verius est, eam nec reliquis Principum speciebus (nisi per accidens quandoq; & cum v.g. Ducis Cliviæ eminentia cum Marchionis Misniæ dignitate concurrit) competere. Anne enim Marchio quatenus Princeps est, de principali eminentia, quæ tanquam genus reliquis Principum speciebus substernitur magis participet, quam Princeps in specie appellatus? qui conspecies, ut barbariusculè loquar, ipsius Marchionis est. Sanè adoptio in specie nō minus adoptio est quam ipsa arrogatio, licet differentiis specificis, aliisq; exindè emanantibus proprietatibus altera videatur aliquo modo eminere: Quæ ratio fortè etiam in nostra materia conspicere est, & facit, ut altera Principum species verb. g. Archiducum alteri suo modo præcedat: Idq; omne ex usu & dispositione Imperatoria, tanquam fonte dignitatis; non autem nescio à qua duplicitate metiri possimus. h)

H Qui olim præsidii seu arcis alicujus Imperii præfecti erant *Besold. in dissert. de Comit. & Baronib. Imp. concl. 11.* Burg enim plerunq; castrum cum quadam congregatione repræsentante quandam speciem universitatis denotat. Sunt autem Burgraviatus in Imperio. Norinbergensis, qui pertinet ad Electores & Marchiones Brandeburgenses, quos tamen nomine tantùm gaudere, putat *Nolden de Nobil. c. 8. n. 175.* Cùm Fridericus Burgravius Norinbergensis, à Sigismundo Imp. Marchio Brandeburgensis creatus, castrum suum in Nürnberg / civibus vendiderit, quod statim ab ipsis dirutum, & in illius locum domus frumentaria extructa fuit, quem refutat *Limn. d. c. 4. n. 83. Ioh. Cochler. descript. serm. c. 5.* Magdeburgensis qui est Electorum Saxoniæ. Gelnhusani, & Fridbergensis Nobilium familiis designatus. *Vultejus lib. 1. Feud. c. 4. 14.* Atque hi præcipui sunt in nostro Imperio Burggravii. Quanquam enim & alii noti sint, tamen cum illi partim Comitum, sive Baronum, partim etiam nobilium ordine censeantur, illa Burggraviatus ratio pro diversitate subjectorū accuratè distinguenda est. Nam quantum ad Magdeburgensem & Norinbergensem,

sem, quibus Strombergensis & Reineccensis accensentur, illos principali honore clarere tradit *Reink. 1. cl. 4. c. 13. n. 44.* & de Magdeburgensi Burggraviatu in specie ostendit, daß es wie ein Fürstenthumb deß Reichs/den Churfürsten zu Sachsen mit der Fahne zu Franckfurt *An.* 1558. vnd Augspurg *An.* 1556. geliehen / *è VVehn. r. verb.* Vogtey. Ubi nos litem quam civitas Norica Noriberg. nobis Burggraviis movit, nostram non facimus, sed ad scripta remittimus in eam rem publici juris facta. *Acta Norica Revisionis*, die hohe Fraißliche Obrigkeit betreffend: *& quidē in Vol.* 1. Copien etlicher Margrafflischen Lehenbrieffe/darin das Burgraffthumb kein Fürstenthumb/ sondern allein eine Herrschafft genent wird. *& in vol.* 2. *Triplicæ* deß Margraffen von Brandeburg in puncto der Nürnbergischē Exception, *Replic vñ duplic* Schrifft *p. 7. 6. p. 36. 39. & per tot.* daß die Burgraffen zu Nürnberg deß H. Römischen Reichs Fürsten gewest / auch jhren Stand vnd Session im H. Reiche vnd auff den Reichstägen in der Fürstenraht eine Stimme gehabt. De Reineccensi Burggraviatu legitur *apud Meichsner. tom. 1. decis. 2.* Ejus Dominatum jure hereditario Comitibus ab Jsenburg accrevisse. Quantum ad Burggraviatus zu Gelnhausen vnd Friedburg/ de quibus, an hujus loci sint, vix constat, quia enim eos pro statibus non habet Civitas Fridbergensis, im Grundlichen Berichte deß H. Reichsstatt Fridburg Stand rc. betreffend / cum jam sub prælo est, quod objici debeat ex Burggraviorum parte; Nos nulli sua jura temerè detracturi, subsistimus.

Ad secundam Principum classem *a*) & Comites *b*) & Barones *c*) referri diximus. De quibus controvertitur, an dignitate inter se pares sint? Nos eos in eodem dignitatis gradu constituimus. *d*) 7.

a) Non quod dignitate ab iisdem non sint distincti, sed quod unum eundemq; cum illis Senatum in Comitiis constituant *Paurm. de Iurisd. lib. 2. c. 2. n. 22.* *b*) De hujus nominis origine multi multum laborarunt Latinum Comitem à comitando dictum, *ex l. item apud Labeonem §. Comitem de injur. Paurm. de Iurisd. lib. 2. c. 11. n. 1.* In Jure nostro Comites dicuntur, qui Proconsules & Præsides in provincias abeuntes tanquam publicorum negotiorum administri sequebantur & A B

tur & comitabãtur. *l.16.ff.de off.Præf.l.19.§ fin.ff.loc.conduct.* Quæ Comitis appellatio successu temporis ad omnes porrecta videtur, qui negotio aliquo præpositi erant, unde Comites Sacri Palatii, sacrarum largitionum, rerum privatarum, sacri Patrimonii &c. exstitere. *de quibus tituli Codicis, & passim.* Postquam verò Imperatores ex suo Comitatu probatissimos ad regendas Provincias ablegare cæperunt, illi retento Comitis nomine, in suis officiis, regendo, judicando sc. effecerunt, ut Comes idem diceretur, quod Judex. *Limn. de jur. publ. lib.4.c.4.n.3.* quod etiam constitutiones feudales innuere videntur. *c.un. in pr. si de investit. int. domin. & vasall. 1.F.26.* De variis tamen antiquorum Comitum officiis & dignitatibus. *vid. Cassidorü variar. lib. 6. Epist. Besold. dict. dissert. de Comitib. & Baronib. Imp. n.1. & 2. Limn d.c.4. à pr.* Nobis hîc de Imp. Germ. Comitibus sermo est, quorum vocem Germanicam Graffe quod attinet, varias de ejus notatione reperio conjecturas, quidam à gravitate, quidam à canitie, Grauw/ quidam à fossis, quæ nobis Graben/ Belgis Graffen dicuntur, quidam à Gallico Grefier, quod scribam denotat, quidam nimis longè à robore & potentia, Graff/ pro Krafft/ eam deducunt, mihi verius videtur vocẽ hanc ab origine ita natã originaliter Judicẽ denotasse, cum etiamnum hodiè in quamplurimis Germaniæ locis vox Grafe aut Gräfe/ Judicem significet. *Reink. d.c.14.n.19.* Et cum postea provinciæ, quibus Comites illi seu Judices præerant, infeudari & hereditario jure cum dignitate regali transferri cæperint, nomen illud remansisse. Ita ut Comitem esse hodiè non minus regalis dignitas sit, quam Ducem. *Reink. d. loc. n.24.* Nostris autem moribus ille propriè Comes dicitur, qui de Comitatu à Principe, vel alio hoc jus habente investitus est. *Dd. in c.1. quis dicatur Dux.* quod tamen universale non esse *ibid. n.10.* ait, cùm quidã de Comitatibus non investiti, à castris quæ possident longo temporis usu, dominationis & denominationis illius titulos contraxerint. Porrò in Imperio qui simplex Comitũ nomen retinent, diversimodè inter se distinguuntur. Nonnulli enim I. sunt Reichs Graffen / qui immediatè ab Imperatore de Comitatu sunt investiti. Hi rursus sunt vel Gefürstete Graffen/ cujusmodi sunt Habspurgenses, Tirolenses, Hennebergenses, Arnbergenses, Mompelgardici, Schaumburgensis, quem Ferdinandus II. Imp. *An.1619.*

Francofurti post coronationem Principem jussit, Mansfeldici & alii; Hi in Constitutionibus & Recessibus Imperii verbo Fürstmässige veniunt, *vid.* Cammergerichts Ordnung zu Wormbs *Anno* 1495. *tit.* Wie Churfürsten / Fürsten vnd Fürstmessige & passim. in R. A. Vel simpliciter Graffen vocantur, quorum magnus in Imperio est numerus. II. Sunt Comites qui Imperio quidem immediatè subsunt, & solùm Cæsarem vel Cameram Judices habent, Comitatus tamen ab inferiore aliquo Principe in feudum tenent, ut sunt Comites à Schwartzburg / qui Ducis Saxoniæ, Comites de Riedberg / qui Hassiæ Principum vasalli sunt. Personale tamen homagium Imperatori & Imperio præstant: Et alii de quibus *Nolden. d. c. 8. n. 189. & seqq.* III. Comites Landsassii, quorum nonnulli in Imperii matriculam nunquam relati, nonnulli licet in eandem aliquando relati, ab aliis tamen Imp. Principibus eximuntur. quos recenset *Limn. d. c. 4. n. 94.* Et generaliter Comitum nonnulli Status Imperii sunt, alii non. Illi tantùm & qui ad comitia vocantur, sunt hujus loci. Nec huc pertinent Comites Codicillares, qui titulo tales sunt, quorum in Italia magnus est numerus *de quibus quædam apud Limn dict. c. 4. n. 96. & 97. c)* Vocis hujus origo adeò controversa est, ut quibusdam barbara visa fuerit *Heig. q. 2. n. 54.* Nec mirum, tot n. ferè derivationes quot scriptores, nonnulli illam ex Græca, alii ex Hebraica, quidam ex Latina, quidam ex Hispanica, alii verò Gallica, alii Germanica lingua deducunt, uti videre est apud Autores, *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. part. 1. c. 6. n. 118. & seqq. Cluten in syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. I. Heig. d. q. 2. n. 54. Reink. d. class. 4. lib. 1. c. 15. n. 23. & seqq. Besold. de Comitib. & Baronib. Imper. concl. 15. & seqq. Limn. lib. 4. c. 5. n. 2. & seqq. Nolden de Nobil. c. 8. n. 192. & seqq. & alios.* Nus in tanta tantorum virorum discrepãtia vocis indagationem uniuscujusq; arbitrio relinquimus, significationẽ ejus, quod attinet, virum dignitate prænobilem denotat, & quandoq; generaliter, quandoq; specialiter positum reperitur. Generali Baronum appellatione omnes Feuda regalem dignitatem annexam habentia tenentes, ut sunt Duces Marchiones Comites, comprehendi volunt. *Reink. d. cap. 15 n. 15. ex Matth. de Afflict. c. 1. in pr. n. 1. de his qui feud. dar. poss. Schrad. de Feud. P. 1 sect. 1. n. 25. Pruckmeist. de Iurisd. 2. c. 11. n. 28.* Specialiter Barones dicuntur, qui præeminenti-

 am ultra

am ultra nobiles simplices habent, seu qui de Baronatu investiti sunt: quamvis etiam sine territorio creari possint *Paurmeist. d.c.11.n.* 27. Appellantur autem variis nominibus, 1. Simpliciter dicuntur Freyen *in A.B. inpr.* Fürsten/Graffen/Freyen/ 2. Freyherrn *passim in Imper. Constitutionibus.* 3. Semperfreyen / quo nomine κατ' ἐξοχὴν Barones vetustissimos indigitari, ut sunt die von Limburg vnd Westerburg / ait *Nolden d.c.8.n.*198. 4. Freyherrn deß Reichs / ut in Episcopatu Coloniensi der von Höllinghoven / Freyherr deß Heyl. Reichs / 5. quidam simpliciter Herrn / ut Barones Russi, die Herrn zu Plawen / Schönbergenses, & similes, 6. Edle Herrn / ut Comites Mansfeldenses, Edle Herrn zu Heldrungen / Comites Lippienses, Edle Herrn zur Lippe vnd Spiegelberg. Graffen vnd Edle Herrn zu Diepholt. Quocunq; tamen nomine, Semperfreyen / Freyherrn / Herrn &c. appellentur, nobilitate ac dignitate pares esse arbitratur *Paurmeist. dict. c.11. n.*39. Et omnes generali vocabulo Herrn comprehenduntur, von der Graffen vnd Herrn wegen / &c. Ac is titulus, Ducum, Principum, Comitum, titulis aliquando conjunctus est, sic Archiduces inscribuntur, Herrn zu Frießland auf der Windischen Marck / Juliacenses Herrn zu Ravenstein / Marchiones Badenses, Herrn zu Rödeln vnd Badenweiler &c. Baronum autem quidam mediatè, quidam immediatè Imperio sunt subjecti, quidam de Baronatu ab Imperio sunt investiti, quidam verò non nisi à Principibus feuda vel allodia possident R. A. zu Augspurg *de Anno* 1548. §. Wiewohl auch. Ad hanc Principum classem illi tantùm pertinent, qui sunt
D immediati ac Status. *d*) Germaniæ moribus Comiti Baro prorsus æquiparatur, nullumq; inter eos censetur esse discrimen, nisi quod Baro de Comitatu non sit investitus, *Vultej. lib.1. Feud. c.4. n.14. Cucen d. concl.26. lit.I. Besold. d. dissert. de Comitib. & Baronib. n.*20. Ac quamvis Comes in sedendo honorem habeat, in omnibus tamen rebus suscipiendis, honoribus administrandis haudquaquam Comite censetur inferior, & in novissimis Imperii Constitutionibus æquiparantur, tum quoad leges vestiarias, *Reform. Polit. Anno* 1530. Von Graffen vnd Herrn / *Et de Anno* 1548. *tit.* Von Graffen vnd Herrn / Policey Ordnung zu Franckfurt *sub tit.* 13. tum etiam in matricula Imperii in privilegio & jure Austregarum, *Ord. Cam. P.2. tit.3.4. & 5.*
tum

cum etiam in munere Judicis ac Præsidum Cameræ Imperialis *Ord. Camer. P.1.t.1.in pr. & §.2. R. A. de Anno* 1570. §. Dieweil dann auch. *& seq. item in Constit. Pacis religiosæ & passim. Sixtin. de regalib. lib.1.c.4.n.41.* Et Baronatus æquè inter feuda regalia numeratur *Besold. dict. loc. post Petrum Calefatum tr. de Equestr. dignit. n.*112. *&c.* & æquè Comitatus jure territorii regulariter præfulget. *Knichen. de jur. territ. c.1. Reink. d.c.15. n.42. cum ibi citatis.* Dissent. *Fulvius Pacianus de probat. c.37. n.1.5.6. lib.2.* ubi generaliter Baronibus regalem dignitatem denegat, suo forsan in loco, adeoq; id in Germania non attendendum ait. *Sixtin. d.c.4. n.41.* Unde & unâ cum Comitibus in Comitiis jus suffragii habent, *Bertram de Comitiis concl.* 39. Et deniq; perinde Barones Illustres appellantur ac Comites, & in suo territorio non minus quàm Comites id posse dicuntur quod Imperator in Imperio. *Bald. in c.1. in pr. n. 6. de Feud. March. Reink. d. loc. n.*45. Et quod Baronis dignitas sit illustris & regalis dignitas, probat *ibidem Reink. n.* 48. Ac ad Dissentientium argumenta respondet *n.* 51. *& seqq. usq; ad fin.* Discrimen quidem inter eos tale ponit *Heig. quæst.2. n.*53. quod inferiorem à Comitibus ordinem tueantur: cùm tamen idem in aliis Ducibus ac Principibus observari videamus, diversitatẽ seu minorem regalem dignitatẽ id inferre non arbitramur. Imò habentur in Imperio Barones, qui quibusdam Comitibus præferuntur, veluti de Rutheimb/ Herrn Reussen von Plawen/ Limburgici & Waldburgici, *è Paurm. de Iurisd. c.1. in serie Comitum* testatur *Reink. 1. cl. 4. c.15. n.54.*

Causa efficiens Regalium harum dignitatum est Imperator *a)* solus, *b)* qui eas cum totis Provinciis earumq; Juribus, pertinentiis & Regalibus *c)* viris celsissimis & de Republ. benè meritis in præmium virtutum & laborum *d)* feudi vel allodii titulo *e)* in perpetuum & successorio jure tributis *f)* (Majestate tamen & superioritate sibi reservata) *g)* concessit. 8.

a) De fulgore nempe throni Cæsarei velut ex sole radii ita cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas minorati luminis non sentiat detrimentum, verba sunt Friderici II. in formula de Jure ac Privilegio Duci Austriæ concesso *apud Goldast. tom. un. Constit.* A

*Imper.p.*305. Et ab illo tanquam fonte omnia Regalia omnesq; dignitates manare dicuntur. *Schrad.de feud.part.*4.*c.*1.*n.*2.*Zas.de feud.part.* 5.*n.*1.*c.*1.*quis dic.dux.c.*1.*de feud March.in usib.feud.* Quod Jus creandi Reges, Duces, Principes, Comites ac Barones &c. inter majora regalia & reservata refertur soliusq; Principis proprium dicitur *Rosenth.de feud.c.*5.*concl.*2.*Besold.in dissert.de Iurib.Majest.c.*3.*n.*5.*post Lancellot. templ. jud.*1.*c.*1. §.4.*videatur disp.*3.*th.*11.*lit.F.* ita ut & Regibus dignitates conferat. Quod exemplis quibusdam demonstrat *Marquard.Freher.in not.ad Petr.de Andlo lib.*2.*c.*8. *Appendix Helmold. lib.* 5.*c.*2. *& alii.* Et jam olim Anastasius Imperator Regi Francorum Coronam misit, eumq; Consulem ac Patricium proclamavit *Claude Fauchet tom.*1. *des antiquitez livr.*2.*c.*22. Sicq; nonnulli putant, Magnum Moscoviæ Ducem (absolutissimus licet aliàs sit) perperam Regem vocari, cum ab Imperatore Coronâ insignitus non sit. *Besold.d.loc.n.*5.*ex Duret.des langues fol.*3 6. *& Sigismund. L. B. de Herberstein.* Et nuperrimè cum Anno 1637. Respublica Genuensis propter Regnum Corsicum Duci suo coronam Regiam obtulisset, Imperatoris Ferdinandi II. consensum accessisse legimus, *Theatr. Europ.P.*3.*pag.*812. Fridericus II. Ducatum Austriæ & Styriæ cum pertinentiis Regnum, & Provinciam Carniolam Ducatum effecit, ut Imperalia testantur diplomata *apud Goldast.tom.*1.*Const.Imper.pag.*305.*Petr.de Vineis lib.*6.*Epist.*26. Idem Fridericus consilio & assistentia Principum Civitatem Brunswig & castrum Lüneburg cum omnibus castris univisse & in Ducatum evexisse dicitur, Ottone de Lüneburg Henrici Leonis nepote instituto, Braunschweig. Historische Händel *part.* 1.*c.*2.*pag.*29. *apud Limn.lib.*2.*c.*9.*n.*24. Ludovicus, Juliacenses Marchiones, An. 1329. & paulo post Duces creavit. Fridericus Ænobarbus Bergensem ditionem Comitatus dignitate honestavit. Comitatum inde Carolus IV. Anno 1316. in Marchionatum extulit. Primos autem Bergenses Duces ambo Wilhelmus seriatim fuisse, & Arnoldum à Wenceslao Cæsare constitutum, ait *Choppin.lib.* 3. *de Doman. Franciæ tit.*26.*n.*3.*p.*663. Sic Mediolanum Anno 1390. à Wenceslao Ducatus nomine insignitum fuit. Fridericus III. Imp. Ferrariæ Marchionem, Carolus Mantuanum in Ducum ordinem cooptarunt. *Idem d.tr. lib.*1. *tit.* 5. *n.* 20.*p.* 48. Sed quid hæc à primis temporibus repetimus?

mus? cum & nostra ætas satis exemplorum suppeditarit. Ita enim Gloriosissimus Ferdinandus II. Ernestum Comitem de Schaumburg, Johannem Georgium de Hohenzollern. De Waldstein, Franciscum & Maximilianum Dietrichstein. Philippum Ottonem Comitem Rheni, Stenconem Adolbertum de Lobkovvitz. Albertum Friedlandicum Ducem, multosq; alios Duces & Barones creavit, quorum catalogum exhibet libellus intitulatus *Status particularis Regiminis S. C. Majestatis Ferdinandi II. pag. mihi* 210. *& seqq.* b) Hinc Papam, cui nullum planè in seculares Principatus, multò minus autem in Imperium, jus competere *supr. disput. 7. th. 4. lit. B.* notatum fuit, & quicquid habet, largitione Principum tributum est *dict. disp. th. 7. lit. C.* ab hac conferendarum Regalium dignitatum potestate omninò exclusum volumus: Quocirca non sine ratione cùm Anno 1570. Pius V. Pontifex, aliàs æquitatem & animi moderationem professus, Cosmum Ducem Florentiæ, tradito sceptro cum habitu & insignibus atque Corona Regis & titulo Serenissimi, Magnum Ducem crearet, plerisq; id insolens visum fuit: Cumq; id injuriâ & in præjudicium Imperatoris factum esset, cum Florentia & Siena Imperatori pareant & ad Cameram pertineant Imperialem, *Gualter. in Chronol. Eccles. polit. sub Anno* 1570. *vid. supr. disp. 1. th* 18. *lit. D.* meritò Maximilianus II. Imp. se Pontifici, ut falcem in alienam messem mittenti, opposuit, & actui per Oratores contradixit, additisq; minis protestatus est. *Lundorp in continuat. Sleidan. lib. 9. p. mihi* 611. Alius autem fontis est, quod supra Austriacis Archiducibus eandem Comites & Barones &c. creandi facultatem tributam diximus. Illud n. ab Imperatore fluit, qui Augustam hanc potestatem in dictam eminentissimam familiam derivavit, ita ut Imperatoris illi summæ potestati non opponatur sed subordinetur, non secus atq; cum Comites Palatinos dignitatem Nobilium & Doctorum benemeritis videmus indulgere. c) Vide *disp. 6. th. 5. & 7.* ut plurimum scil. & quidem quandoq; adeò, ut illi tantùm, qui territorium possidet, ejusmodi Regalis dignitas concedi soleat, veluti Ferdinandi II. Cæsarea Majestas in diplomate *dicto Statu Regiminis pag.* 255. 258. Principi alicui & post ejus obitum filio ipsius natu maximo seu futuro possessori dicti Principatus & deinceps eis perpetim, qui dictum Prin-

cipatum

cipatum propter primogenituræ jus possident, Ducis prærogativâ tribuerit, cæteris fratribus & descendentibus non regentibus Principali titulo acquiescere jussis. Interea tamen nonnunquam etiam sine territoriis & Principatibus has dignitates conferri constat. Illas autem pro Cæsareo beneplacito modò in primogenitos naturè majores, modò in omnes descendentes Masculos, imò plerumq; in utriusque sexus posteritatem derivari & conferri cum observantiâ multa in hanc rem diplomata docent: Ita *dicto Statu Regiminis p.* 270. Comiti N. ejusq; heredibus masculis Principis honor concessus legitur. Et *pag.* 275. Imperialis clementia nec sequiorem sexum præterivit sed Baronem ab N. cum omnibus ejus viventibus & victuris legitimis heredibus liberis & eorum heredis heredibus maribus ac fæminis in descendenti linea ordini Comitum & Comitissarum adjunxit: Et *pag.* 285. Nobilem quendam Baronem ejusq; heredes utriusq; sexus stemmate, familia, nativitate, armis & clipeis Barones
D & Baronissas creavit, *Vide ibid. plura &c.* *d)* Prudenter hoc factum, ad conservandas illustres familias; Rarò enim fato sempiternæ potentiæ *Tacit. lib.* 3. Imò etiam ad Reipubl. augmentum & salutem spectat. *Nov.* 15. *in fin. pr.* Nec minorem conciliat amorem & laudem liberalitas, nihilq; dignius Majestate Principis, quam benemeritis benefacere. *l. pen. C. de don. int. vir. & ux.* Quas cum aliis rationes suis diplomatibus etiam præmisit Imper. *dict. Stat. Regiminis.* Hac tamen cautione, ut cum delectu id fiat. *Svet. in Tit. Vesp. lib.* 3. *c.* 35. & ut ita honorum distribuant gradus, ne tenaces audiant, nec nimis etiam prodigi. Utrumq; enim hoc vitii est, ut illud contra, quod medium tenet, beatum. Quo faciunt & verba *art.* 47. *in Capitulat.* Gloriosissimi Ferdinandi III. hodierni Imper. Deßgleichen wollen wir bey unser Königl. und künfftiger Keyserl. Regierung bey collation, Fürstlich, und Gräfflichen dignitäten vornemblichen dahin sehen / damit uff allen Fall dieselbe allein denen von uns ertheilt werden / die es vor andern wohl meritiret haben / im Reich gesessen / und die mittel haben /
E den affectirenden Stand pro dignitate außzuführen. *e) dict. disp.* 6.
F *th.* 8. *lit. A. B. & th.* 26. *lit. C. & seqq.* f) *Vid. disput.* 6. *th.* 5. *lit. G. & th.* 26. *Remk. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 17. *per tot.* Loquimur autem hic potissimum de secularibus acquisitas dignitates in posteros transmittentibus. Principibus.

bus. Quantum enim ad Ecclesiasticos, qui Electione Præsules cõstituuntur, eos dignitatem secularem ab Imperatoria investitura habere *disp.7.th 7.lit.G.H. & I.* latissimè deductum fuit. Quò bellè facit, quod Appendix *Status Regiminis Ferdinandi II. pag. 301. notat*: Cæsaream Majestatem nulli Archiepiscopo Imperii, nisi prius vel investituram, vel ad minimum indulgentiam aliquam ab eo obtinuerit, titulum, Principis tribuere. g) *Adde dict disput.6.th.5.lit.C & Dn. Rank.1.cl.5.c.3.n.8 & 9.* G

Successio autem hæc in quibusdam illustribus familiis, exemplo Electorum ad primogenitum defertur, *a*) dignitatum interim titulis reliquis quoq; *b*) reservatis & communicatis. *c*) 9.

a) De quo *vid.disp.6.th.3.lit.E.& th.27.lit.E.& F.disp.7.th.10 & 12. per tot.* Ita in Austriæ Archiducatu, Bavariæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Brunsuicensium ditionis Wolffenbytelicæ, Wirtenbergiæ Ducatibus &c. succeditur. Et commendat hanc prudentissimam consuetudinem *Gail.lib.2.obs.53.n.3.* his verbis: Avorum nostrorum memoria feuda dignitatum apud unum ex familia prǽsertim seniorem semper sarta tectaq; conservata sunt, quia prudenter cõsiderarunt, nihil esse tam magnum, quod divisione non fiat parvum. Vide quæ egregiè habet *Barclajus in Icone animorum c.5.* Quo etiam respexerunt Potentissimi nostri Principes, Illustrissimi Hassorum Landgravii, qui incommodorum è divisionibus propullulantium prudenter gnari, primogenituram in duabus suis diversis lineis, Darmbstadinam & Cassellanam speciali conventione introduxerunt, *referente Nobilissimo Dn. Præside dissert de vicar. Imper. thes. 25. lit. A. Acta* in Sachen Marpurgische *Succession* betreffend. Ita autem succedere primogenitum, ut cæteris fratribus certam alimentorum portionem assignet. *vid.disp.6.th.27.lit.G. & H. Disp.7.th.15.lit.H.* *b*) Veluti dict. ... ium familiarum exemplis demonstrari potest; Et quidem regulariter, nisi expresè dignitas sub conditione, ut duntaxat ad primogenitum deferatur, collata sit, veluti *suprà th.præced.lit.C.* exemplo Ducis N. *è Statu Regiminis Ferdin. II. pag. 255.* probatum est. Huc facit quod habent die Evangelische Churfürsten vnd Stände zu Leipzig an Kayserl. Mayt. *Anno* 1631. den 8. Martii: Nun dan Ihre LL. durch di Brü-

A

B

derliche theilung Ihrer Fürstlichen Würdigkeit nicht entsetzet *Theatr.*
C *Europ.part.2.p.287.* c) An autem status qualitas iisdem quoq; communicetur, non inelegantis discursus est? quia interest Reipubl. daß das Reich an seinen Gliedern und Stimmen gestärcket werde / R. A. zu Speyr. *Anno* 1570. §. Nachdem auch noch. Verùm quia observantia eos hactenus in Comitiis non deprehendit, subsistimus. *Vide interea disp.6.lit.*C.D. *&* E.

10. Quod minus dubii habet, quando, uti de notoria consuetudine constat, ipsi fratres provincias dividunt. a)

A a) Sunt nimirum qui ob scandalum, bella rixasq; evitandas, etiam ubi aliàs non licet, divisionem fieri concedunt. *Tiraquell. de primogenit.q.4.n.60.* Sic Pausanias in Atticis scribit, Alcetæ filios inter se dissidentes, non prius concorditer regnasse, quàm æqualiter inter se Regnum partiti fuissent. Eadem ratione Carolus Magnus Imperii sui heredes filios reliquit, trinaq; partitione totum Imperii corpus divisit, & quam quisque illorum tueri ac regere debeat portionem, designavit, *Goldast.tom.1.constit.Imperial.fol.*10. quanquam illud minus probetur Cassano *en la recherche du Roy & de la Couronne de France part.2.chap.*1. qui (licet falsò) hanc unam è rationib. dicit, quod Imperium Rom. à Gallis separatum & ad Germanos translatum fuerit. Divisionis autem ratione tum maximè habendam esse & æquitati convenire videtur, cum Regnum plures & diversas sub se continet Provincias & ditiones, quæ commodam divisionem recipiunt, vel locorum intervallis disjuncta sunt, *Bodin.6.de Repub.cap.5.n.*736. qua ratione Belgium ab Hispaniis avulsum & à Philippo II. filiæ dotis nomine datum fuisse dicitur. *Thuan.lib.*13.*histor.* Et quamvis Doctores prohibeant feudi, Ducatus, Comitatus &c. divisionem, eandem tamen quando plura loca & castra in hujusmodi feudo inveniuntur, quæ separatam habent jurisdictionem, und da absonderliche Aempter und Herrschafften innen seynd / concedunt *Tiraquell.d.q.4.n.46.& 48. Besold.in disput.de success. regia, dissert.6.concl.4.* Ita in Germania, ut dictum, de consuetudine Principatus quidã & majora feuda dividuntur, liberiq; si plures sint, tam quoad jurisdictionem & administrationem, quàm bonorum & utilis domi-

nii ra-

nii ratione, capiunt partes, nec alter in alterius portione aliquid juris habet. *Andr. Knichen tr. de Saxon. non prov. jur. ad verb. Ducum c. 3. per tot. Rosent c. 9. concl. 56. & seq.* Et parili cum jure, & uniformi dignitatis gradu notaq; , für sich vnd jhre Leibs Erben/investiri, omnesq; sese de tota dignitate, Duces nempe, Marchiones, Comites &c. nominare solent. *Adde Gail. 2. observ. 153. n. 2. Schneidevv. ad §. quadam actiones. 20. Inst. de Act. n. 37. Vult. de Feud. c. 8. n. 36.* Sic præter alia exempla novissimè Isenacensem atque Coburgensem ditiones inter Illustrissimos Saxoniæ Duces divisas, publicè notum est. Et hos omnes status esse atq; ad Comitia comparere dubium ferè non habet. Exempla vide apud *Bertram de Comitiis. conclus. 41. & adde disp. 6. th. 3 lit. D.*

Quid autem de adoptivis, legitimatis, & à matre ignobili natis? An etiam in illos feuda Regalia *a)* & Illustres hæ dignitates transmittuntur? *b)* II.

a) Duo hîc distinguenda seu expedienda veniunt, ipsorum scil. feudorum, deinde regalium harum dignitatum transmissio, A Quod ad adoptivos attinet, eorum successio satis negatur in *textu c. 1. adoptivus 2. F. 26.* qui etiam de ipsa arrogationis specie intelligendus est, propter generalitatem suam, *Rosenth. de Feud. c. 7. concl. 30. n. 33. Schrad. de F. P. 9. n. 63.* Nisi ita in ipsa investitura provisum *Dn. Vult. 1. F. 9. n. 90.* aut de allodiali territorio sermo sit. *Molin ad consuet. Paris. §. 13. gl. 3. n. 9. arg. eorum quæ disp. 6. th. 26. lit.* C. habentur. E matre ignobili natis non videmus quid obstet. Cum potiùs textus 2. F. 29. ubi, ut filii ex matre ignobili nati à successione feudi repellantur, speciali pacto opus est, pro iis faciat. Junge quæ *lit. seq.* de iisdem dicentur. Quantum ad legitimatos per subsequens matrimonium, & illos in hisce feudis succedere non dubitamus. Is enim præcipuus legitimationis effectus habetur, ut quis successionis jura, etiam in feudis adipiscatur. *VVurmbser. concl. 10. exercit. jur. publ. 2.* non obstante, quæ in contrarium moventur, instantia ab adoptivis depromta, qui & ipsi pro legitimis habentur, neque tamen continuò in feudis succedunt, *Rittershus. in paratit. jur. feud. c. 13. q. 3.* Nec collectio nostra simpliciter ab eo procedit, quod per matrimonium legitimati pro legitimis, sed quod per omnia pro legitimis, id est, non legitimatis

tantum, sed legitimis & naturalibus simul habeantur, eodem planè modo, ac si ipso jamdum constante matrimonio essent prognati: *per text. in dict. cap. tanta*, item per indubitatum matrimonii favorem, qui strictis theoreticarum subtilitatum regulis everti non meretur, secundum tradita ab *Ant. Fabr. in Cod. lib. 4. tit. 14.* Atque ita nobiscum tenet non solùm communis ferè Dd. schola, quorum catalogum *Harpr. ad pr. Inst. de success. quæ ab intest. n. 119. & VVurmbs. dict. loc.* communicant, sed etiam praxis, *Schurf. consil. 1. cent. 2. n. 8.* & ipsa Imperialis Cameræ prȩjudiciis confirmata observātia, *Gail. 2. obs. 241. Myns. 1. obs. 44.* à qua licet dissentiat *Nobilis ac Clariss. Dn. Ioh. Henr. Dauberus Præceptor meus honorand. in Aphor. Iurid. disp. 4. th. 6. per text. general. in § naturales 2. F. 26.* Et contrariū veritati Theoricæ convenientius judicet *Dn. Vult. 1. F. c. 9. n. 94.* hic tamen in respondēdo non recedendū monet. Neq; planè indissolubilia sunt, quæ pro theorica veritate in contrarium urgentur, 1. Hanc quæstionem in jure Feudali per textum *in § naturales, 2. F. 26.* satis clarè decisam, ut neque ad textus juris civilis & Pontificii, neque ad rationes confugere necesse sit, 2. Nostrum nō esse textui distinctionem obtrudere *l. 8. de Publ. in rem. act.* quam rationem unicè adhibet *Dn. Dauberus dict. disp. 4. th. 6.* Præsertim 3. cùm ipse eam repudiet, & genere legitimationis per matrimonium contingentis speciem excludere voluerit. 4. Et nihil facilius fuerit autori capituli quæstionem successionis ex professo absoluturo, distinctionem illam attingere. Qui tamen 5. de eo securus duo subjecta uno & eodem prædicato, & quidem æqualiter definiens, legitimatos eadem simplici generalitate excluserit, quà naturales sine ulla distinctione, an soli sint, vel cum aliis concurrant, voluit remotos. 6. Porrò purgationem illam vitiorum fictione magis quam veritate cōsistere, reipsa a. ejusmodi legitimatū è prohibito cōgressu natum, saltem opinione, & quadā facti macula apud graves viros prægravatum, sanctitatem curiæ ferre non posse. Nec 7. intelligi posse illam vitiorum abolitionem, nisi quantum ad effectus ejus juris, quod tantam matrimonio vim impressit, & ultra terminos suos in jura feudalia, operari, aut mores & usum vincere non potuit, *§. leguim a. 2. F. 1. Hottom. in d. § naturales, & disp. 14. fol. 80. Vult. 1. Feud. 9. n. 94. Nell. disp. 5. th. 7. lit. D.* Quæ cum similibus instituti memores dis-

cursui

cursui reservamus. Definitionem nostram eò extendentes, ut licet naturalis filius demum post intermedium matrimonium, ex quo legitimus filius susceptus fuit, legitimetur, tamen adhuc tanta sit matrimonii vis, ut legitimitatẽ ipsius ad nativitatis punctum retrahat, & etiam in ipsa Primogenituræ controversia, secundo ante hanc legitimationem ex d. intermedio connubio nato, fratri anteponat: quemadmodum concludit *Nobiliss. Dn. Præses Exercit. jur. disput.* 12. *thes.* 8. *lit. B.* Ubi etiam contraria allegat iisque dissolvendis genuina fundamenta ponit, quo ipso tanto magis ejicitur, quod nonnulli intermedium matrimonium legitimationi impedimento esse sine lege asserunt *cap.* 18. *ex. de sentent. excommun. in 6.* Quantum verò ad ipsas dignitates, nescimus, quid obstet, quo minus in legitimatos & è matre ignobili natos transeant: Nam de primo legitimationis genere per matrimoniũ *d. c. tanta,* vix dubium reliquit. Alterum autem per rescriptum (quia tertium per oblationem Curiæ ab usu recessit) nec ipsum dubium habet, quia Imper. Majestas omnem defectum supplendo, natumq; in natales genuinas eadem ratione reducendo, qua ipsum prima incorrupta nativitas potuisset constituere, nec non In alle Ehre / Würde ꝛc. restituendo, non credi potest exclusam voluisse, quod ita facilè exprimere potuisset, familiæ dignitatem. Quod tanto minus dubii habet, quod non desint exempla, quibus Imp. regalem dignitatem disertè excepit, certumq; dignitatis gradum expressit, quo censeri deberent legitimati, ne generali legitimationis clausula viderentur ex regula nostra in omnia jura adsciti. Major scrupulus non est in natis de matre ignobili? Nam licet Bertram *de Comit. thes.* 43. iis durior, locum in Comitiis, nisi qui etiam matre illustri natus est, non indulgeat, quia quicquid de jure civili sit, moribus Germanorum nobilitatis non à patre modo, sed etiam à matre profluentis habeatur ratio: Et inde in Ecclesiastica collegia, der Hohenstiffter / & ad ludos equestres, nemo admittatur, nisi qui à pluribus generationibus ex utraq; parente, nobilis sit, *Boccr. de regal. c.* 2. *n.* 14. *Nold. de nobil. cap.* 8. *concl.* 59. *Becht. de salv. cond. cap.* 3. *concl.* 225. Ut ita iniquum foret Principes deterioris conditionis arbitrari. Hinc addit Ordnung deß Regiments zu Wormbs *Anno* 1521. *in verbis:* Do Chur / vnd Fürsten sol-

chen Reichsraht zubesitzen nicht annehmen wolten oder könten: quæ ipse de hoc nostro casu & impedimento interpretatur. Tamen cum iis satisfecerit è Schubhardo de Austreg. *th.3.lit.H.Limn.lib.9.c.1.n.58.* Communis autem regula, qua Patris dignitatem & familiam liberi sequũtur, *l.19.ibiq; Goldast.de stat.hom.ut & arg.l.8.9.10.de senat.VVurmb. exercit.4.concl.12.* nuspiam immutata legatur, cur eam stare prohibeamur, non videmus. *l.sancimus,C.de testam.Besold.1.Pol.11.n.53. Obrecht. de regal. th.117.* Quid autem de adoptivo, an etiam ille in dignitatem adsciscitur Patris adoptivi? Negatur tutius, quia illustris illa dignitas, quæ à parentibus transit, sanguine & veluti traduce emanat, adoptio autem jus sanguinis non tribuit, *l.2.unde cognat. l.12. de manum. vind:* Et diplomata Cæsarea expresse de descendentib. concipi consueverunt, *vid.Stat.Regim.Ferdinand.II.* Nec parum absurditatis inferretur, si in privati arbitrio esset, regalē dignitatem conferre, quam ne Imperatori quidem ita illimitate reliquerunt Electores Capitul. Ferdin. III. art. 47. non obstante *l.13. & l.5. de adopt. arg. §. 4. Inst. de adopt.quib.VVurmbs.Exerc.4.concl.13. respondet. Vid.disp.2.Vol.2.Dn.Reink. 1.cl.5 c.11.n.21.* Quid autem si adoptio ab avo materno facta? Ibi regalis dignitas conferri videbatur *arg.l.1.§.4. unde cognat. l. 23. & 44 de adopt. Tr. Vol.2.disput.10.thes. 8.lit.C.* Verùm cum illa dignitas non nisi vera & naturali sanguinis communicatione derivetur, atque tam insigne summi Imperatoris reservatum hoc modo etiam alii sibi sumere possent, adhuc dum contra adoptionem stamus. Cui adeò omnem cōmunicandi dignitatis facultatem denegat *VVurmbser.exerc.4.concl.13.* ut nec si Principis autoritate facta sit adoptio, aut arrogatione aliquis in familiam adsumtus sit, adoptivus Patris adoptivi nobilitatem nanciscatur, quippe quæ nisi ex traduce aut expresso summi Principis clementia non veniat. *Vid.Tiraq.de Nobil.cap. 15.n.6.Bachov.P.1.disp.2.th.10.lit.A.P.2.disp.15.th.5.lit.C.*

12. Quamvis autem omnes supradicti Principes Regalem dignitatem habeant, ex illis tamen alii alios præeunt, sessionisq; ordine priorem locum obtinent. *a)*

A *a)* Honoris ac laudis cupiditatem, tam belli quàm pacis temporibus omnium generosorum præcordiis innatam usq; adeò fuisse, ut

ſe, ut de illis certare ſemper glorioſum duxerint, etiam inferioris fortunæ homines, quibus interna generoſioris naturę flammula reſtabat, maximè verò illis quibus illuſtrioris dignitatis character externè poſitus eſt hoc certamen fuiſſe, omnium temporum hiſtoriæ teſtatum faciunt. Inter ipſos Chriſti diſcipulos quoſdam de præcedentia cogitaſſe notamus *apud Marcum c.9.v.33.* Et poſteriorib. temporibus Eccleſiaſtici ordinis homines circa honorum aucupia valdè ambitioſos fuiſſe Romanorum & Conſtantinopolitanorum Archiepiſcoporum æmulationes de præcedentia demonſtrant, *Paſquier des recherchers de la France. livr. 3. chap. 1. pag. 187. & 190. Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 9. n. 47.* quo pertinet *l. inter claras ult. C. de Summ. Trinit.* Quę prętogativæ quæſtio in tantum utrinque diſceptata fuit, ut Catholici Theologi cladem & everſionem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ acceptum ferant eò, quod Romanæ ſedi parere noluerit. *Beſold. in diſſert. de preced. & ſeſſion. prærogat. n. 9. in fin.* Nec ignota eſt Epiſcopi Eyſtettenſis & Wormatienſis de præcedentia contentio. *Rebdorff. An.* 1299. Et Abbatis Fuldenſis cum Archiepiſcopo Colonienſi de ſeſſionis jure altercationes multis hiſtoricis in iis delineandis materiam præbuerunt. Cum enim Henricus III. Imper. Moguntiæ in Comitiis inter utriuſq; ordinis PP. ſederet à dexteris habens Moguntinũ, à ſiniſtris Colonienſem, Fuldenſis cætum turbavit, tam celebrem locum à ſiniſtro Imper. latere, quem Colonienſis occupaverat, ſibi depoſcens, ubi poſt verba ad verbera deventum eſt, & jura è vagina derivantes, templũ humano ſanguine fœdarunt, referente *Beſold. d. loco. n. 11. è Crantz. Saxon. lib. 6. c. 46. Nauclero ſub Henr. III. Münſter. Coſmograph. lib. 3. c. 179. Spangenberg. in Chron. Mansfeld. Cruſio Annal. Suecor. lib. 11. part. 2. c. 14. VVolff. lect. Memorab. centenar. 15. fol. 973.* Alios inter ejuſdem Eccleſiaſtici ordinis viros de prærogativa contentiones in Polonia, Gallia, & Italia exortas recenſent Hiſtorici paſſim. *& Limn. dict. lib. 4. c. 8. n. 5. 6. 7. & 8.* Quæ an uſq; adeò ipſorum ordini, qui ad exemplum & monita Chriſti *Matth. 20, 27. Marc. 11, 38. Luc. 4. v. 11. Matth. 23. v. 12.* inſtituendus erat, conveniant, aliis diſputandum relinquo. Famoſiſſima quoque eſt Hiſpaniarum & Galliæ Regum de præcedentia controverſia quæ multorum JCtorum ac Politicorum exercuit ingenia, de quibus *vid. Lanſium in orat. pro Gallia, Bodinum*

lib. 1.

lib.1.de Republ.c.9.ad fin. Pierre Matthieu livr. 1.narrat.1.n.7. Besold. d.loc.n. 6.& 7. Et Anglus, licet Gallo cedat, Hispano sessioni litem movere non dubitat, quod absonum tamen Besoldo *ibid. n.* 8. videtur. Sic inter nostros Imperii ordines de sessionis ordine & prærogativa altercationem multis abhinc annis agitatarum, nec dum compositarum, vestigia Recessibus Imperii impressa R.A. *de annis* 1500.1526. 1527.1530.41.42.44.45.46.55.57.59.66.67.70.*&* 76. *add. Rauger. in thesaur.Iur.t.de pracedent.n.*1. Et singulis adhuc ferè Comitiis novarum disputationū & litium clamoribus atria & subselia personāt. Ut optandū esset, novâ quadā constitutione cum Electorū & Principū cōsilio & assensu huic rei salubria adferrētur remedia, quorum quædā proponit *Arum.de Com.c.7.n.*102.*&seqq.* Imperatorisq; autoritate, ut laudabiliter à Carol. IV. Imp in *A.B c.*3. circa Electorū sessionē factū, reliquorū quoq; Principū ac Statuū controversiæ hac in parte cōponerentur. Quā periculosæ n. & noxales hæ contentiones Imperio sint, & fuerint, planxit & adhuc plangit & nisi tempestivè succurrant Athlantes Imperii, planget in omne ævū, ait *Nold.de stat. Nobil.c.*19. *n.*9. Propter hasce enim 1. dispares oriuntur affectus inter Imper. Status. R.A. zu Regenspurg *de Anno* 1603. §. der in dem H. Reich/ ibi werden vngleiche affectiones daher verursachet/ 2. vota in consiliis imminuuntur R.A. zu Speyr.*de Anno* 70.§.*fin.* Zum letzten ibi, die Stimmen in den Rähten gehen ab. 3. Comitia de die in diem protrahuntur R.A. zu Speyr *de an.*1526.§.*item* als sich / ibi: Streit wegen der Session gelangen zu verlangerung der Reichshandlungen Repet. in Recess. zu Augspurg *de Anno* 30. §.*item* als sich / Regensp. *de Anno* 41. *circa fin.* 4. Expeditiones Rerumpubl. impediuntur d. R.A. zu Speyr.*de Anno* 70.§. zum letzten / ibi: vnd die fürderliche expedition gemeiner Geschäfft werden verhindert/ quemadmodum talibus certaminib multos confœderationum contra Turcas ineundarum causa, in Italia institutos conventus absumi & retardari Rex Hispaniæ olim conquestus fuit *VVehner. tr. de metamorph. Rerumpubl.c.* 7 *fol.*89. Ut autem damnandi sunt, qui ambitione & fastu de ordinis prælatione contendunt & Pharisæis comparandi *Matth. c.* 23 *v.* 16. *Marc.*12.*v.*38. Itaècontra, qui non vana gloriæ cupiditate, sed ordinis ratione & ut familiarum dignitas conferatur, debitum sibi locum

expetunt,

expetunt, laudem merentur *secundum Menoch. consil.51. num.3. vol.1. & cons.902. in pr. lib.10. Tholosan. lib.4. de Republ. c.10.* Injurius utiq; in se fuerit qui posthabita dignitatis ratione minori cedere vellet, Et certè multos in Imperio reperiri puto, qui non à superbia sed pudore incitati sese opponunt, & loco fortè cederent, si speciem aliquam haberent suæ cessionis, ubi enim aliquis prętextus suppetit facilè inter æquales eminentia permittitur: uti loquitur Virgilius Malvezzi in suo Romulo seu Principe *pag. mihi latinæ versionis* 35. Nec conveniunt Principibus mores Catoniani, *è Baudio cent.2. Epist.3.* qui, *ut ait Nolden dict. c.19. n.5.* Non curat alta mente præditus, qua sede sedeat. Quocirca non facimus cum illis, qui Christianis Principibus & Magnatibus sessionis quæstionem indignam autumant, adductis exemplo & dictis Christi *Luc.14. v.18. Matth.20. &c. item Lactant. lib.5. c.16.* ut & Mamerani *apud Goldastum polit. Imperial. lat. ad fin. part.6. fol.* 376. versibus aliisq; apud Arumæum *ad Aur. Bull. discurs.4. ad fin. fol. 175. & tom 1. discurs.2. fol.4. & 5.* Cùm nihil indignum Christiano homine, non minus, quam ubi res suas sibi adsertum cupit, agit, qui suum sibi locum conservari expetit, unde & legitimis remediis tam recuperare quàm retinere jus hoc suum poterit, de quibus remediis vid. *Nold. d.c.19. n.59. & seqq. ferè per tot.* Imò hanc contentionem casu eveniente, sine honoris & famæ læsione, quæ cum vita pari passu ambulat, prætermitti non posse quodq; nihil contra jura fiat, si quis præeminentiam sibi debitam vendicare contendat, tradit *Guetta consil.1. in pr. Besold. d. tract. n.8.* Dummodò tamen ut suprà dictum non vanæ gloriæ cupiditate sed cum moderatione id fiat, maximè verò Pacificationis tempore, ubi sessionem non ita magnopere urgendam dixit Cominæus *lib.3. c.9.* An verò hæc prærogativæ controversia tanti momenti sit, ut Princeps sessionem sibi debitam armis vindicare & tueri possit, quæritur? Ita multos consuluisse tradit *Nolden d.c.19. n.55. & seq. Azevedo consil.29. n.30. Fab. de Anna consil.7. n.21. Flan. de Rube cons.65. n.30. & seq. vol.2. Marzar. cons.25. n.23. & seqq. Menoch. cons. 902. n.76. & seq. lib.10.* Idq; scriptis confirmarunt. *Hatr. Hartm. tit. 49. pract. obs.4. n.5. Ferdin. Vasq. Illustr. controv. c.18. n.16. & 18.* Cum sit turbatio honorum. *G. Panciroll. cons.6. n.2. Peregrin. cons.3. n.36. lib.2.* quæ cum vim includat, utiq; vi propellenda. *Ioan. le Cirier de primogenit. lib.2.*

 q.3. n.2.

q.3.n.2.Laur.Sylvan.tr.de feud.recogn.q.109.n.26.Cavalcan.decis.19.n.87. adeò ut occiso invasore, non teneatur pœna ordinaria *Io.Garſ.de expenſ.c.8.in fin.Gratian.tom.1.diſcept.for.c.*110.*n.*20.*& ſeq.Beſold.d.loc.n.8.ex Aloyſio Riccio deciſ. Eccleſ.*584. Verùm cum teſte Vaſquio *part.* 1. *contror. c.*18.*n* 19. aliquantulum *l. quod attinet* 32. *ff. de R.I.* adverſari videatur: Et ſi quas petitiones te habere putes actionibus experiaris, *l.extat.*15. *ff.quod met. cauſa.l.penult.ff. ad L. Iul. de vi priv.* ac inſuper quotidiè plus quam optandum eſſet bellorum emergant materiæ, nos ſubſiſtere malumus.

13. Illud ſeſſionis & præcedentiæ Jus certis limitibus & regulis includere ac determinare difficile & periculoſum. *a)* Interea certum eſt longæ inveteratæq; conſuetudini, ſeu actibus poſſeſſoriis multum hac in parte tribui. *b)*

A *a)* Qua in re multas ac varias regulas à Dd traditas reperimus, non tamen uſque adeò univerſales, ſed multis & quaſi innumeris, pro diverſitate temporum, locorum, aliorumvé circumſtantiarum exceptionibus obnoxias, quarum quaſdam attingemus: Et generalis quidem & ferè prima omnium eſt illa, quod digniores cæteris præferendi. *l.*1.*ff. de albo ſcrib.l.fin.ff.de fid. Inſtr.* Quæ quidem in genere ita per ſe ſatis firma, cum verò ad ſpeciem applicanda venit, unde quis dignior probari poſſit, non æquè expeditum eſt. Quandoq; enim ipſa natura & inde deductum jus dignitatis characterem poſuit, dum hominem cæteris animantibus excellentiorem dedit, & inter eoſdem fæminæ maſculum, liberis patrem &c. prælatum voluit: Unde pœnæ loco fuit, quod Carolus V.Imp. Genuenſibus viris indidit, ut dextram uxoribus ſemper relinquerent. *Heinzner.in Itinerar.Ital.Gall.de Genua fol.*374. Quę ipſa etiam generalis per totam Angliam conſuetudo viget, ubi fæminis digniorem locum tribui notum eſt: quanquam fortè ſublevando virorum pudori dici debeat, illud civilitatis eſſe adeòq; præcedentiam ſeu majorem dignitatem non inferre. Porrò dignitates ſunt vel Eccleſiaſticæ vel ſeculares, inter quas illas regulariter præferri conſtat. 2. Antiquitas familiæ pręcedentiam tribuit *l.*2. §. *quæ omnia.verſ. ſed natalium C. de vet. jur. En.*

3. Plura-

3. Pluralitas titulorum, 4. qui dignitatis titulum cum poſſeſſione &adminiſtratione conſecutus eſt prefertur ei, qui ſolum titulum habet. 5. Qui in nobiliores habet dominatum *Nov. 15. in præfat. in fin.* 6. Qui dignitatem à majore accepit. 7. Qui plures habet dignitates. 8. Qui potentiorem ac majorem obtinet diſtrictum aliisq; eſt ditior. 9. qui majorem habet juriſdictionem. 10. dignior habetur qui dignitatem ſuo jure habet. 11. Quem ſtylus curiæ vel communis hominum exiſtimatio præferendum exiſtimat. 12. Dignior eſt qui majores labores Reip. cauſa ſuſtinet *l. unicuiq; in pr. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. 2. de off. magiſtr.* Quæ &hujuſmodi aliæ tamen variis limitationibus & exceptionibus ſubjacent, veluti prolixè deducunt. *Limn. d. c. n. 37. 38. & ſeqq. Nold. de Nobilit. c. 10. n. 3. & ſeqq. quos vide.* b) Meritò B
ex veteri obſervantia poſſeſſionisq; actibus & ex uſu tota hæc res definitur, quo & communiter JCtos & Politicos decurrere teſtatur *Bertr. de Comit. concl. 67. poſt ibi allegatos. Ant. Coler. de jur. Imper. Germ. concl. 67.* quemadmodum etiam ex eo fundamento Ferdinandus Imp. litem Ducis Florentini & Ferrarienſis diremit *Modeſt. Piſtor. conſil. 51.* Idq; juri maximè conſentaneum videtur, cum aliâs quoq; in dubio pro poſſeſſore præſumatur *l. 7. & 6. ubiq; gl. de R. V. VVeſenb. de acquir. poſſ. n. 7.* onusq; probandi is juſtè declinet. *l. 14. l. 20. de probat. Menoch. 2. arbit. jud. q. 48. n. 12. & 32.* Hinc etiam quod Knich. ait, Germaniæ Principes in Comitiis fundant ſeſe concertantes in nuda ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi allegando actus hinc inde exercitos. Pro roſtris Imperii pendet lis ejuſq; diremptio, interea ut concertationes ſileant, ne ſalus Reipubl. ſiſtatur, quidam proteſtando jus ſuum conſervant, quidam verò conveniunt, ut alternatim ſeſſurâ potiantur *c. 2. verb. tricum de jur. Saxon.* Cum verò neuter litigantium quaſi poſſeſſionis commodo præ altero gaudet ad Imperatoriam deciſionem recurrendum docemur. R. A. zu Speyr. *de Anno* 1570. §. dem andern aber ſo noch zur Zeit / *ibi:* damit zu vnſer endlichen Erkändtnuß geſtellt werden ſoll 2c.

Concurrentibus verò ejuſdem familiæ Principibus 14.
diverſarum tamen linearum ætatis ratione in præcedentia habitam fuiſſe infinita exempla demonſtrant. a)

A a) Quæ non præter rem hîc respiciuntur, quia ut *th. præced.* dictum, hac in parte multum longæ inveterataéq; consuetudini seu actibus possessoriis tribuitur. Longissimum verò eorum campum videre possumus apud *Ant. Coler. de jur. Imper. Germ. sect. 69. & ex eo Besold. in dissert. de praced. ex sess. prærogat. c. 3. n. 4.* Ubi in Bohemiæ Regno, Palatinatu, Saxonica, Brandeburgica, Badensi, Brunsuicensi familiis ita usum obtinuisse ostendere laborant, idq; etiamsi jus primogenituræ introductũ & senior ex linea secundogenita prognatus sit, *Coler. d. loc.* Quæ tamen moderatè & ita intelligenda sunt, ne iis, quæ *disp. 7. th. 12. lit. C. & th. 14. per tot.* dedit, à quibus prima fronte quodammodo dissentire non nemini videri possent, contrarientur. Potentissimi nostri Principes, Serenissimi Hassiæ Landgravii huic rei in sua familia certum modum definiverunt, im Haubtvertrage zwischen Herrn Wilhelmen vnd Herrn Georgen rc. Landgrafen zu Hessen rc. vor sich vnd beyde hochlöbliche Fürstliche Linien Cassel vnd Darmbstatt auffgericht / *Artic.* 28. 29. 30. Ubi So soll vnder denselben beyden regirenden Fürsten dieses Sampthauses allezeit dem jenigen / der von Jahren der ältiste ist / die præcedenz / vnd was derselben vff Reichs: deputation: Crayß: Müntz: probation vnd andern Tägen / wie auch sonsten anhängt / so lang er der ältiste ist / zuständig vnd gehörig seyn / vnd soll hierin löblich auff das Alter der Persohn / vnd nicht auff die Anzahl der Regirungs Jahr / gesehen werden / vnd also am vorgang keine hinderung bringen / daß vnder denselben regirenden Fürsten der ältiste von Jahren / etwa langsamer oder spähter / dan der Jüngere / in die Fürstliche Lands Regierung getretten were. *Et iterum art.* 31. Die regirende Fürsten zu Hessen / sollen vor allen nit andern regirenden Fürsten zu Hessen / aller enden den vorgang haben / vnder denen Fürsten zu Hessen aber / die ipso actu keine regirende Herrn seynd / soll der jenig / der von Jahren der ältiste ist / allenthalben vorgehen / ob schon andere von älterer Lini / oder zu ererbung einer Fürstlichen Regirung näher weren. Cæterùm in visitation deß Hoff- vnd haltung deß Revision Gerichts soll ein gantzes Jahr vmbs ander wegsel weise eine Lini vmb die ander vorgehen / zu erhaltung andere gleichheit *art.* 29. Wann sonsten aber in einem Lande eine Zusammenkunfft gehalten / soll der jenige Fürst die præcedenz vnd direction haben / in dessen Land sie vorgehet *art.* 30.

Ableg.

Ablegatis tamen legantis Principis sedem locumvé 15.
præsentibus aliis Principibus tribuere vix audemus. *a)*

a) Quod quidem Juris videbatur, per *l.1.C.de off.vicar.c præcipimus dist.* 93. cum regulariter jure quodam repræsentationis legati suorum Principum loca & subsellia occupent. *Hering. de fidejussor.c.7.n.*559.& honore & existimatione eadē reputentur. *Schrad. de feud.part.*10.*sect.*4.*n.*21. Ita, ut pari zelo si ipsis de loco moveatur quæstio, pro Principum suorum sessione tanquam pro aris & focis disputare debeant. *Ruland.de Commissar.lib.*7 *c.*2.*n.*11.*part.*1. neq; ulli cedere inferiori superiorem locum affectanti *Hottom.*3.*n.*22. *Alberic.Gentil.lib.*3.*c.*19. Qua ratione Arsidas Legatum suum occidisse legitur, quod Syllæ cesserat, *apud Plutarchum.* Et hinc cruentæ sæpe inter legatos altercationes exortæ. Bellieure Galliæ Regis legatus in Hispanum gladium hac de causa intentavit. *Besold.de legat.c.*5.*n.*7 *ex Hottom. d.loc.* Unde, ut fugiant potius congressum alterius legati quam illi unquam cedant, monet *Simon Majol.tom.*2.*dier.canicul.colloq.*6.*fol.*358. Quod Kirchner.*lib.*2.*de legat,*89.se vidisse testatur in Comitiis, deputatos sc. eam ob causam à congregatione publica sese abstinuisse, & domum sine suffragio & voto remeasse. Tanti enim ponderis est dignitatis prærogativa, ut nihil in eo genere ab illis fieri debeat, nisi quod in mandatis habent, ut rescribebat Henr. II. Galliæ Rex ad suum legatum *Bodin.lib.*1.*de Repub.c.*9. Ideoq; adhuc quotidiè hanc rem Principum legatis accuratè observandam committi, ipsorumq; mandatis inseri observantia testatur. Dantur tamen casus in quibus dicta regula officium suum perdit, quod clarè apparet, si Electorū aliquis Electioni Regis Rom. abfuerit, ubi Legatus in ipso Electionis actu in ejus locum & suffragium admittitur, ejusq; personam repræsentat, in Curia tamen Imperiali mensam Electori deputatā occupare nequit, quantacunque etiam dignitate præfulgeat. *Aur. Bull. c.*28.§.6.*ibiq; Arum.discurs.*6.*th.*44.*vid.disp.*7.*th.*24.*in fin.c.*25. Et in cōventibus Imperii Electorum legati quidem Principes præcedunt, comparati autem cum Electoribus qui adsunt sedent infra illos, quod ita cautum fuisse peculiari transactione Anno 66. monet *Autor* deß Außführlichen Berichts wie es vff den Reichstägen pflege zu zugehen c 5. *Bertr. de comitiis memb.* 5. *th.* 67. Idq; generaliter & in reli-

quis Imperii Principibus obtinere, eosq; legatis aliorum præferendos consuluit *Ioh. Baptista Costa consf. 44. per tot.* & hoc se animadvertisse testatur *Brunus lib. 5. c. 8. Quod Besold. de legat. c. 5. n. 6.* rationi aliquo modo consentaneum ait, cum in præsente Principe vera Majestas, in legato tantùm dignitas aliena, in Principe rei veritas, in legato effigiata & adumbrata sit. Idq; ita adeò in Germania observari ajunt, ut in Comitiis Noribergæ Anno 1542. ipsius etiam Caroli V. legati Ferdinãdo fratri fuerint postpositi; ut apparet ex scripto quodam Johannis Electoris Saxonici & Philippi Hassiæ Landgravii, hoc titulo edito: Der Durchleuchtigsten 2c. Herrn Johan Friderichs 2c. vnd Herrn Philipsen Landgrafen 2c. antwort der Römischen Königlichen May. auch Kayserl. Mayest. Commissarien 2c: Quo exemplo tamen illud probari posse mihi non videtur, Ferdinandus eo tempore ut Rom. Rex & ipse nomine ac mandato Imperatoris egit R. A. *de dict. Ann.* cui reliquos Cæsareos Commissarios postpositos fuisse, mirum non est.

16. Quid autem de illo qui noviter in Principum numerum cooptatus est? *a)*

A *a)* Hunc ultimum & vacuum locum occupare teneri tradit *Nold. de Nobil. c. 9. n. 293. post Fichard. consil. 77. n. 16. tom. 1. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum c. 2. n.* 134. cum locus ipsi permissus censeatur ne aliis præjudicium concilietur *Schrad. cons. 4. n. 167. vol. 1.* idq; regulare esse in gratiæ & prærogativæ indultu *l. sicut 9. ff. de servit. l. prætor. §. si quis ff. ne quid in loc. publ. VVames. cons. 10. n. 4.* Quod ipsum regulariter & in genere, cum illis certus quidam locus assignatus non est, ita inter Proceres obtinere, non adeò repugnamus, verùm quod paulò post *Nold. d. c. 9. n. 296.* dicit: Imperatorem alium Principem ita creare non posse, ut alium præcedat, cum jus tali jam sit quæsitum, per tradita à *Peregrin. cons. 3. n. 35. & seqq. lib. 2.* & quod privilegium Principis intelligatur sine præjudicio alterius concessum, *Georg. de Cabedo decis. 65. n. 6. part. 1. Decius c. 520. n. 3.* quodq; aliorum honores aliis damnorum occasio fieri non debeat, per text. *in l. præmia C. de stat. & imag.* adeò ut indulta hæc honoraria in præjudicium honoris & juris tertii præsumantur obreptitia *l. 2. de off. magistr.* nescio an

assensum mereatur; quorsum enim §. Nachdem auch etliche R.A. zu Speyr de Anno 1570. ubi Imperatori gebürliche Session vnd Stimme einzugeben competere legitur. Quod ipsum, si ultimus eoldem locus ita immutabiliter maneret, supervacuum erat. Et certè utut nec in eo tantopere contrariari velim Noldenio, quod inter ejusdem ordinis Proceres ejusmodi noviter creati antiqua stirpe Principibus vix sine indignatione præponi possint, quemadmodum eo etiam cum statibus ipse Gloriosissimus Imper. in d. §. nach dem auch respexisse videtur in verb. doch in dem deß Reichs vnd anderer Interessenten Nohturfft zubedencken. Illud tamen dubium hactenus apud me non habuit, quin Imperator aliquem in sublimiorem dignitatis classem adoptando, illum eo ipso reliquis inferioribus classibus voluerit præpositum. Atque ita legimus in *In statu Regiminis Ferdin. II. pag.* 256. Imperatorem cum N. in Ducem eveheret, expressè cavisse, ut dicta dignitate Ducali in sessionibus, in votis, in processionibus ubiq; locorum, & apud omnes gaudere, uti frui debeat ac possit. Ac quod ordo Equestris Franconiæ in literis quibus sessionem ante civitates Imperiales in conventu correspondentium Norico peteret, fatetur, wan ein Privat von Adel sich zum Freyherrn Stand erheben lest/ vnd die Immatriculation erhalten / daß jhme die Reichsstätte die præcedenz gerne gönnen/ apud *Limn. lib. 6. c. 3. n. 34.* etiā in classib. superioribus eandē interpretationē meritò expectat.

Nostri verò Imperii Pincipes *a)* omnibus exteris præferri, eosq; optimo jure præcedere arbitramur. *b)* 17.

a) De Electoribus nullum dubium esse potest per ea quæ *disp.* 7. *th.* 19. *lit. B. & C.* dicta sunt, verum illud etiam de reliquis Germaniæ Principib. verū est, de quib. nota est Caroli V. Imp. sententia qui dicere solitus est, se in aliis Regnis mancipiis & servis in Germania v. Regib. imperare, cum quoad jus à Regibus Imperii Principes parū aut nihil distent. Qua ratione Wilhelm. Brussius Scotus in consilio de bello adversus Turcas feliciter gerēdo scribit, se ut in Italia Palatia, & antiquitatū monumenta, in Gallia milites, in Hispania præsules, in Anglia agricolas, in Polonia Nobiles, ita in Germania Principes, omni laude & administratione dignos invenisse. Et sanè nullibi Illustriores Prosapiæ quàm in Germania inveniūtur ait *Æneas Sylvius* A

inde-

in descript. Germ. Iac. VVimphelin. Epit. rer. Germ. c. 70. Quod adeò verum est, ut & multis retrò annis ambitiosè quidã nomen Germanorũ affectarint; Treviri circa affectationẽ Germanicæ originis ultrò ambitiosi fuerunt, & tanquam per hanc gloriam sanguinis à similitudine & inertiâ Gallorum separari voluerunt *Tacit. de morib. Germ.* Itali ex Germanorum eluvionibus promanarunt, *Anton. Sabellic. Ennead.* 10. *lib.* 3. Hispanorum nobilissimi à Germanis originem repetunt, *Iac. August. Thuan.* 1. *Histor.* 3. *Roderic. Santius Histor. Hispan. p.* 1. *c.* 8. *Ioan. Vasæus Chronic. Hispan. c.* 15. *b*) Subjectissimi enim illi plerumq; sunt, nostri
B multò liberiores, qui tantùm in suis Principatibus & territoriis posse dicuntur, quantum Imperator in toto Imperio, & unusquisq; in suo Principatu Imperatoris radium, tanquam tamen solis imagine plenissima refert & repræsentat, ait *D. Richard. Dieter. in dissert. de summa Imperii potest. concl.* 81. Ubi *concl.* 84. neminem hac in parte dissentire dicit, si de illis exteris Principibus, qui non è Regio stemmate veniunt, loquamur, de iis verò quos sanguinis vocant & coronæ capaces sunt, nonnullos ambiguos fore putat, Germanos tamen præfert. Cum sive libertatem, sive sanguinem respicias, nulla ferè Germaniæ familia sit, quæ non ex Imperatorio sanguine originem ducat, sive successionem respicias, hi omnes in Electionem venire possint, & potentia Imperatores sint, illi naturæ cursum expectare teneantur, donec ex arbore folia, quę solis aspectum illis impediunt, decidant. Ubi tamen præteriri non debet, quod de legatis Electorum cum legatis exterorum Regum, pupillorumvé Regiorum convenientibus, *Capitulatio Ferdin. III. Imp. artic.* 4. his verbis cavit. Nach dem alsen sich auch ein Zeithero zugetragen / daß Außländischer Fürsten Gesandten an dem Kayserl. vnd Königl. Hoff vnd Capell / die præcedentz für den Churf. Gesandten prætendiren dörffen / So sollen vnd wollen wir ins künfftig solches weiter nicht gestatten / were es aber sach / daß neben den Churfürstl. Gesandten entweder der gekrönten Regirenden Außländischen Könige / Königlichl. Wittiben oder Pupillen / denen die Regirung / so bald sie jhr gebührendes Alter erreicht / zu führen stehet / vnd immittelst in der tutel oder curatel begriffen seynd / Pottschafften zugleich vorhanden weren / so mögen dieselbe den Churf. Gesandten vorgehen. *Vid. Disp.* 4. *th.* 5. *Disp.* 7. *th.* 19.

Præ-

Præterea etiam diversis utuntur insigniis nostri Proceres, quibus familiæ, dignitates & officia eorum dignoscuntur. *a)* 18.

a) Insigniorum vox à signando deducta, quòd insignia primitus ad denotandas familias & agnationes inventa fuerint. *Besoldi thesaur. pract. verb.* Wapen, prout ipsa quoque nomina ad cognoscendos homines *l. 10. C. de Ingen. manum.* quia per signum cognoscitur signatum *l. 3. C. de Fabricens.* Ejus Synonima sunt *Symbola & arma.* Lingua nostra vernacula ea exprimit per Wapen/Schilt vnd Helm: & nomine Armorum Insignia veniunt, cujus rationē, *è Tiraq. de Nobil. c. 6. n. 19. Limn. 6. c. 6. n. 1. 5. & 6.* reddit hanc: quod Insignia olim plerumque, ut & hodiè, armis insculpi & adpingi solita, vel quòd armis ut plurimum fuerint adquisita. *Nolden. de Nobilit. c. 21. n. 25.* Primā eorum originem communi gentium usui tribuit *Limn. d. loc. n. 8.* quod omnes quasi gentes iis usi fuerint, licet non eàdem qua hodiè formâ; Ubi dici possunt signa vel summi Principis autoritate alicui cōcessa, vel sua sponte adsumpta, ut personam à persona, familiam à familia, civitatē à civitate, Collegium à Collegio discernant. Sunt verò non unius generis, quædam enim sunt hereditaria seu familiaria & omnibus ex eadem familia cōmunia. Ex una a. familia orti censentur agnati, non etiam cognati neque affines *l. jus familiarum. C. de Religios. & sumpt. funer. Bartol. de Saxoferrato in tr. de Insign. n. 6.* nec descendentes ex fæminis *l. pronuntiatio in fin. de V. S.* An verò naturalibus eadem Insignia cum legitimè natis usurpare liceat, quæritur? Negandum videtur per *d. l. renuntiatio. ubi Bart. de Sax. ferr. d. loc. n. 7.* Ubi tamen, ut & *Limnæus d. cap. n. 17.* distinguit, inter jus generale & speciale, de illo negat, de hoc verò in quibusdam regionibus contrarium observari ajunt, addito tamen hoc discrimine, ut in naturalium insigniis per intermedium scuti à latere sinistro (non dextro quæ conjunctos à latere signat) linea, quam barram vocāt, ad imum dextri ducatur, cujus figura hæc est ╲. Vel sunt personalia tantùm, quæ ob certum aliquod munus vel dignitatem personæ, quæ illi muneri præest, vel ea dignitate prædita est, tantum competunt: talia erant Insignia Proconsularia & Legatorum. *l. 1. ff. de off. Procons. & Leg. l. sanctum de R. D.* Et hodiè Episcoporū, ut & in Imperio hodiè in Palatino, A

Saxone atque Brandeburgico Electoribus exempla habemus, quorum quilibet Insigniis gentilitiis officii sui junxit insignia, *Limn. d. c. n. 19.* quamvis & hæc nonnunquam hereditaria facta videantur. *Limn. d. loc. n. 16. Bart. de Sax. ferr. d. loc. n. 1. add. Nold. d. loc. n. 71.* Vel sunt Nobilia vel non nobilia, illa potissimùm galeâ perforatâ & nonnunquam etiam coronâ sunt conspicua, mit offenem Helm/ *Matth. Steph. de Nobil. c. 8. n. 5. Besold. d. loc. & Speidel. in notab. verb.* Wapen. quamvis etiam non nobilib. talia quandoq; concessa reperiantur. Concessio verò eorum spectat ad jus Majestatis quod penes Imperatorem residet *Besold. d. loc.* qui ea concedit vel immediatè & per se, cujus modũ & stylum curiæ vide *in formis diplomatum in statu Regiminis Ferd. II.* vel mediatè & per alios, qui Imperatoris privilegio insignia concedendi jus habent, ut sunt Archiduces Austriæ, Comites Palatini & alii. *vid. Limn. d. cap. 30. & 31.* Posse tamen etiam plebejum nobilia insignia præscriptione sibi firmare post *Bero. cons. 136. n. 12. n. 13. Vult. consil. 17. n. 49. in fin. vol. 3. Marp.* tradit. *Nold. d. loc. n. 101.* Qua in re insignem abusum in Hollandia observamus, ubi quivis ferè auriga nobilissima quæque insignia pro lubitu assumit. De non nobilibus insigniis, quamvis propriè non sint hujus loci, obiter notamus, quod propria voluntate, ut nomina *l. unic. C. de mutat. nom.* citra fraudem, assumi possint, *Bart. de Sax. ferr. d. loc. n. 5. Limn. d. l. n. 43.* Idq; ubivis, præcipuè apud Mercatores observari experientia docet. Cæterùm materialia Insigniorum sunt. 1. *Scutum* seu *Campus*, das Feld cui ipsa insignia impingũtur, ita forsan dictũ, quia olim insignia scutis adpicta sunt. *Limn. ibid. n. 46.* 2. *Emblemata* seu *Figuræ* & colores scuto adhærentes, quæ pro varietate rerum, & ingeniorum variæ & innumeræ sunt, ita ut quicquid sublunarium vel cœlestium sit, scuta signorum loco recipere possint. Ut plurimùm autem figuræ petuntur à rebus vel sagò vel togà præclarè & fortiter gestis, quas pro earum diversitate diversa denotare dicunt, sic *Bubalorum capita*, fortitudinem cum prudentia conjunctam, *Leones*, magnanimitatem heroicam in bello & clementiam erga subditos, *Cygni*, amorem artium, *Trabes*, œconomiam, *Canes*, fidelitatem ac robur, *Galli*, vigilantiam ac animositatem, *Arietes*, eminentiam, *Columnæ*, fidelem Reip. sustentationem, *Pellis hienæ*, contemptorem fortunæ & calamitatum, *Formicæ*, cognitionem

tionem

tionem & prudentiam &c. denotare & innuere dicuntur *Caſſana catal.glor.mund.part.1.conſid.38. concl.84.* Circa quæ porrò notant, ut appoſitè ſingula pingantur & portentur, ita ſcil. ut ſemper anterior pars rei ita verſa ſit, ne caput retrò incedere videatur, & ut deſignẽtur animalia de nobili eorum actu, quo magis vigorẽ ſuum oſtendant, *per l. quæritur ff. de glac. hom. l. quod quis §. cum in partes de A. R. D.* ſic quorum animalium natura fera eſt, deſignentur in actu feroci: Leo ſc. erectus, elevatus, mordax, &c. hoc n. actu magis vigorem ſuum oſtendit. In non ferocibus nobilior eorum actus inſpiciendus, ſic equum non erectum, nec elevatum, quod in ipſo vitioſum eſſet, ſed aliqualiter elevatũ à parte anteriori deſignandum dicunt, quaſi currat vel ſaliat, & ſic de reliquis. Circa pedes itidem animadvertunt, ut pes dexter, quaſi principalior antecedat, & quæ ſimiliâ, vid. *Bart de Sax. ferr. d. loc. n. 9. 10. & ſeqq.* Nec ſuo judicio carent quæ porrò colorũ diſtinctiones adduntur, quorum alium alio nobiliorem ſcribunt, ubi primo loco *aureum* ponunt, quod per eum repræſentetur lux, quo nihil nobilius *C. de ſumma trin. epiſtola inter claras, in verb. totus mundus illuminatur.* Et quòd ſapientiam, deſiderium, lætitiam & fidelitatem ſignificet *C. ne fil. pro patr. auth. hab. ibi*: *Purpureus*, qui eum ſequitur liberalitatẽ, abundantiam & divitias, *Rubeus* audaciam, altitudinem & virilitatem, *Argenteus* puritatem, innocentiam, integritatem & eloquentiam, *Albus* fidelitatem, caſtimoniam, puritatem, *Viridis* lætitiam, honorem, amorem, *Saphirinus & Azurinus ſeu Cæruleus*, pulchritudinem, humilitatem, ſanctitatem & devotionẽ, *Fuſcus & niger*, quem infimum dicit *Bart. d. loc. n. 16.* potentiam, perſeverantiam, patientiam & prudentiam denotant, uti referunt *Br. d. tr. Limn. d. c. 6. n. 66. & ſeqq. Caſſan. d. loc. conſid. 59. & ſeqq.* Scutis imponitur galea, quam nos Helm vocamus, quæ olim non ſemper inſigniis impoſita, ſed patentes velleonum, vel urſorum, vel luporum, aliorumvé animalium rictus & capita. *Limn n 69.* Nec hodiè quilibet galeâ impoſitâ campo uſurpat, Pontifex pro galea tiara triplici coronâ exornatâ utitur, Cardinales pileo rubro ſeu galero ſua tegunt, inſignia: Archiepiſcopi, Epiſcopi & Abbates, mitras uſurpant, illi cũ adjuncta cruce, iſti cum lituo Biſchoffſtab / hi verò ſolam mitram aut lituũ ſolum, Prælati tamen & mitrâ & galeâ utuntur, qui dupli-

ci fulgent jurisdictione. Nec fæminæ, sexus ratione, galeis utuntur, sed eorum loco illustriores adsumunt Coronas Regias & Ducales *Limn.d.loc.n.73.* Illa quæ galeæ ornamenti loco apponūtur Cleinodia vocātur, & omninò sunt varia, ut apex plumeus, feræ, aves, cornua, Angeli, hominum figuræ, cāudæ animalium, vexilla & innumera alia, de quibus multa *Limn.ibid.* Corona galeis imposita summæ dignitatis signum est, quæ itidem differt. Alia Imperialis est, clausa superius cum pomo aureo cui crux imposita, qua alii quoq; Reges superiorē non recognoscentes utuntur, ut Reges Hispaniæ & Galliæ &c. Alia aperta cum altis pinnaculis liliatis aut flosculis, quà Reges Bohemiæ, Daniæ, &c. Alia aperta, sed pinnaculis depressioribus, quà Principes, Duces, Comites & Barones &c. utuntur. *vid. Paschalium de coron. lib. 9. & 10. passim.* Archiduces Austriæ mitram habent purpuream pelliculatam mure Pontico, ab illa quæ Electorum est non multum differentem *Limn.d.loc.n.100.* Ad latera quoque insignierum pro majori ornatu pinguntur Colossi seu sustentacula, quæ nec unius generis sunt, vel n. angelos vel homines, vel animalia &c. adposita videmus. videatur *Limn.d.loc.n.102.& seqq.* Difficilis autem decisionis est quænam nobiliora insignia existant, de qua vid. *Knich. de Saxon.non provoc.jur.verb.Ducum.c.2.n.104.* An autem insignia penes primogenitum, ut claves & sigillum patris *l.cum pater.71.§.pater.21. ff.de leg.2. Ias. cons. 192. n.3. & seq. vol.2. Natta cons. 190 n.1.* remanent? Ita in Gallia fieri testatur *Tiraq.de jure primog.in præfat.n.138.* rectius negandum videtur cum decis. Delph. *Marci 1138.n.2.tom.1.* dicendo jus armorum esse ad omnes agnatos transmissibile Fr. Pfeil *cons. 197. num. 28. vers. sed de cæteris cent.2.* Idq; communi Germaniæ observantia comprobatur: Insigniorum effectus inter alia est, quod probent superioritatem, vide *disp.6.th.25.lit.I.* quo argumento inter alia Moguntinum adversus Erphordienses superioritatis jus deducere voluit, testante *è Gylman.part.1.tit.2.de reconvent.n.115.p.95.Nold.d.loc.n.4.* Et eorum violatores, sicut olim violator statuæ ac imaginis Principis *l.6.l.seq.§.fin.ibiq; Gothof.ff.ad L.Iul.Maj.Farinac.part.5.oper.crim.q.113. n.49.& seq.Boer.de crim.Maj.c.2.n.53.Nold.d.loc.n 90.* tenetur pœnâ læsæ Majestatis *Cassan. catal. glor. mund. consid.38. concl.18.* Arma enim in locum imaginum surrogata, ait *Wesenb.in parat. ff.de jur. aur. annul. n.4.*

n.4. Hpip. à. Collib. in Nobil. reg.19. Insignia amitti dicunt morte naturali & civili, de illa dubium non est, adeò ut si ultimus familiæ nullo sc. masculo herede relicto moriatur, insignia frangantur & simul cum eo sepeliantur *Ioh. Rudinger cent.5. obs.46. Nold. d. loc. n.46.* quod tamen nescio an in nostro Imperio observetur, & annon tali casu ei, cui territoria, Comitatus, Ducatus &c. una & insignia concedantur? Mortem civilem hîc esse ajunt, cum quis crimen læsæ Majestatis committit, seu aliàs suo Principi proditor fuerit, ut tum eorum insignia deleantur ac destruantur. *l. eorum qui 24. ff. de Pœn. Farinac. lib. 5. oper. crim. q.16. §.1. n.6. Menoch. de A.I.Q. cas.281. n.7. Nold. d. loc. n. 64.* Idq; exemplo Caroli Borboniæ Ducis probat *Sleidan. lib. 6. com. pag. 146.* cujus cum ob defectionem à Rege Galliæ læsæ Majestatis damnatus esset, insignia revulsa sunt. Deniq; & hoc observari videmus, ut Principes quamvis Majorum sedibus expulsi, nihilominus nomina titulis, & arma insigniis inserant. quod ideò callidè à Magnatibus fieri videtur, ut gloriosæ originis admoneantur *Natt. consf.638. n.36. & seqq. tom.3.* tum ut datâ occasione habeant bellorum prætextus *Besold. lib.1. polit. c.5. n.7. in fin.* ita Rex Galliæ *titulo & insignis* Regni Navarræ, Rex Magnæ Britanniæ, Franciæ titulis & insigniis utuntur. De quo ita *Baud. lib. 2. de induciis belli Belg:* Quemadmodum pueris dantur crepundia à blandis nutricibus ita relinquendum esse magnis Principibus hoc oblectamentum, ut majorum sedibus exterminati, saltem inanes sibi titulos reservare possint.

Sunt insuper & sua alia excelsa jura nostris Princi- 19.
pibus, quibus præter sublimes territoriorum prærogativas *a*) exornati sunt. Quò inter alia egregiè pertinet libertas suam operã exteris Principibus addicendi, *b*) Privilegium de non in jus vocando extra Germaniæ limites, *c*) Facultas jure militari citra solennitatem testandi, *d*) de successione reciproca paciscendi, *e*) Donandi liberis in potestate sine onere collationis *f*) libertas religionis *g*) Injuriarum actiones criminaliter per procuratorem

vel prosequendi vel suscipiendi, *h)* judicandi quandoq; in propria causa, *i)* Item, ut pro majoribus habeantur si regimini præsunt, *l)* promissionesq; eorum per fidem principalem, citra casum testimonii dicendi, vel ubi sacramentum ad validitatem actus requiritur *m)* in juramenti vicem valeant, *n)* & alia. *o)*

A *a)* Quia enim eos hîc ut Principes ac illustres citra territorii respectum consideramus, illa tantùm hoc loco dispicienda censemus, quæ iis ut talibus adeoq; illis etiam competunt, qui superioritate territoriali destituuntur, Quantum verò ad ipsa territorialia jura, quæ iis cum territoriorum sublimitate data sunt, ea *disput.6.th.15.*
B *usq; ad* 25. prolixè dedit. *b)* Ita tamen ne contra Imperium vel ejusdem Statum aliquem arma capiant, uti patet ex R. A. zu Speyer *de An.* 1570. §. demselben wir anfänglich / *ibi:* ohne alles beleidigen deß Vatterlands vnd dessen angehörigen rc. quod aliâs contra jus naturale esset & peccatum implicaret. Quam ita limitatã libertatem inter Germanorũ Principum prærogativas recensebat Joan Wilhelmus Saxoniæ Dux in literis ex castris ad Aunam Galliæ, quò 3400. equites Henrico Galliarũ Regi adduxerat *A.* 1559. scriptis, *ibi:* daß wir als ein armer junger Fürst vnsere besserung vñ aufnehmen Fürstlich / rühmlich / vnd der Teutschen Nation alten löblichen vnd Fürstlichen Libertät / Freyheit vnd Herkommen gemäß gerne suchen wolten / vnd bey der Königlichen Würde in Franckreich in ein Dienst vnd Kriegsbestallung gegeben *Chytr. lib.* 19. *Gold. P.* 2. Politischen Reichsh. *p.* 582. *Limn. de jur pub. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 13. Quanquã id omnib. Germanis promiscuè datum legatur, daß sie Freyheit haben vmb Ehr vnd Ruhm mit Ritterlichen Thaten frembden Potentaten zu dienen / R. A. zu Speyr *de An.* 1570. §. demselben wir anfänglich / R. A. zu Augsp. *de An.* 1582. §. Ferner ob wohl im H. Reich. Qua de causa etiam inter publica gravamina recensebat ad Imperii ordines Mauritius *apud Sleidan. lib.* 24. rigorem Caroli V. qui *Anno* 1548. Augustæ supplicium de Vogellspergio sumserat, quod militum aliquam manum ad splendorem coronationis Regiæ in Galliam adduxerat. *Thuan.* 10. *histor.* Idq; li

res ipſa reſpiciatur ſatis ſplendidum, & omninò ex indole majorum noſtrorum eſt, qui jam dum Taciti temporibus, ſi civitates in qua orti erant, longâ pace torperent, ultrò petebant eas nationes, quæ tum aliquod bellū gerebant, qui, ut facilius inter ancipitia clareſcerent. è *Tacit. de morib. Germ. Nold. de nobil. c.* 17. *n.* 125. Interim tamen verum eſt quantum ad promiſcuam illam licentiam, quod de pulveris nitrati invento. Barcl. ait *Icon. c.* 5. huc accommodari poſſe, ambiguum illud beneficium eſſe, quo tam pernicies Germanorum, quam utilitas ſe rebus noſtris ulterius inſinuavit. Adeò promiſcuè abuſa fuit noſtro privilegio horum temporum iniquitas. Adeò quadam veluti vertigine rapta, alibi trucidari maluit, quàm domi vincere: Ac vel de adſerendis alii Indis laborare, quàm de defendenda Imperii Majeſtate in acie ſtare: cum barbaris de auro mercatoribus deſtinato certare, quam avaris hoſtibus patriam eripere, zonæ torridæ fervoribus ardere, quàm domi hoſtes vincere, & omninò pugnare potius exteris, quàm ſibi, noſtra juventus! Niſi fortè cauſa in ipſa Germania eſt communi errore in extera immodicè proclives, momentisq; noſtris non niſi illos proficere amantes, quibus externa nativitas, & vel barbarum nomen autoritatem conciliat, ipſi abigimus noſtras plantas, alibi felicius coalituras, & orbi oſtenſuras eis non virtutem ſed favorem deficere, ſibiq; non meliores prælatos, ſed feliciores. Cui malo Septemvirale collegium in Glorioſiſſimi Ferdinandi III. Capitul. de evehendis ad officia Germanis obicem poſuit. Art. 15. Illud autem ſine exemplo eſt & abominandum, quod hæc ipſa libertas in patriam armavit æmulos Reges, gladiumq; aliquoties miniſtravit qui in viſcera noſtra actus eſt: ita contra ipſum Imperiū militarunt, ita gladios in fratres vibrarunt, ita omne id egerunt, ut veluti Imperator & Ordines in R. A. zu Speyer *de An.* 1570. §. daß weil dañ/ querebantur, auß ſolcher einreiſſender Frechheit vnd Mißbrauch der Teutſchen Freyheit/ gemein Verderben/ Empörung vnd Vndergang zugewarten / contra omnia jura & rationem, nec non ſancta Majorum inſtituta, qui dieſe löbliche Geſtalt Teutſcher Freyheit ohne alles beleidigen deß Vatterlands vnd deſſen angehörigen / interpretati ſunt, *d.* R. A. §. vnd was vor etlichen. *c) Capit. Ferdin.* II. *art.* 13. *Ferdinand.* III. *art.* 17. *ibi*: mit rechtlichen oder gütlichen

Taglei-

Tagleistungen ausserhalb Teutscher Nation nit tringen/erfordern vñ vorbescheidẽ. Quod vetus Germaniæ Principũ privilegiũ est. *Cranz. lib. 10. Saxon. n. 39.* ipso Sigismundo Imp. adstipulante, cum in literis Ulmâ *Anno* 1434. *d.* 28. *Iul.* ad Concilium Basiliense datis, de causis Principum nostrorum intra fines Alemanniæ ex stylo Imperii judicandum esse attestatur. *Limn. lib. 4. c. 8. n. 87.* ubi Principes, quos vocabant possidentes, ex hoc capite in Juliacensi causa Imperialẽ aliquã citationem, quod Pragam extra Germaniam evocati essent, nullitatis accusavisse, allegat. Huic privilegio conservatorem Comitem de Schwartzburg datum *Marc. Mgir. à* Schönberg scripsit *de Advocat. arm. c. 15. n. 186.* Sanè Capitulationis verba si urgeamus, hodiè idem omnibus Imperii subditis datum apparet, auch andern Underthanen deß Reichs. An autem Praga sub Germania contineatur? fortè alibi dicetur: Vid intereà *disp. 7. th. 23. lit. D. th. ult. lit. E.* Cæterum quem judicem in civilibus, feudalibus, matrimonialibus, criminalibusq; causis habeant: Item ubi in alterius Principis territorio delinquentes nostri Proceres forum sortiantur, nec non de Austregarum privilegiis infra prolixius dicetur, cum de Judiciis Imperii
D sermo erit. *d)* Ita videtur *Limn. d. c. 8. lib. 4. n. 177.* qui juvari aliquo modo posse videtur sive jure militari iis hanc prærogativam competere dicamus, *l. 43. de testam. milit.* quemadmodum pacta eorum de successionibus fraterna etiam eo fundamento nituntur, ubi die Auff vnd vbergabe in der allerbeständigsten Form/ weise vnd masse als solches jure publico militari geschehen kan/gethan worden. *Limn. d. lib. 4. c. 8. n. 139. 178. disp. 6. th. 29. lit. A.* non obstantibus *§. illis a. l. de militar. testam. l. 19. C. de pact.* quibus conciliandis *Limn. n. 143.* laborat. Sive communem theoricam in subsidium vocare velimus, qua Principes ab Imperatore non nisi ambitus ratione ceu scapham à navi differre dicuntur *Bald. in rubr. c. unic. n. 6. quæ sint regalia*, eiq; arg. *l. 31. de ll.* adjungere. Sive dicere malimus, cùm Principes statuta juri communi contraria, condere posse communiter dicantur *disp. 6. th. 20. lit. G.* durumq; esset positivis solennitatibus subjicere, qui iis vel subditos suos alia lege lata eximere poterant, saltem hoc respectu affirmativam constare posse. vid. *Besold. disc. de Monarch. c. 1. fol. 191.* Quam aliàs non leviter oppugnant *Suchard. in l. sancimus C. de donat. Rosenth. de*

feud.

feud.c.12.concl.10 n.16. Quia causa de ejusmodi testamenti minus solennis valore, apud Imperatorem instituenda esset, qui non facilè concessurus præsumatur, hanc personam litigantem legibus suis solutá intelligi. Item Imperii Principes, licet eorũ subditi ab infeudantis jurisdictione suo modo exempti sint, tamen ipsos eidem subesse; observantiæ hactenus de ejusmodi testamentis parum constare &c. Quib. adde quę de Recess. Coloniensi. *A.*1512. omnium Statuũ consensu promulgato, & eò etiam in Ecclesiasticorum terris obtinente, in *disp.7.th.7.p.*373. nec non quæ pro rationibus dubitandi contra terminum majorennitatis Saxonicum in illorũ Ducatuum Principibus *d.disp.th.16.lit.b p.*414. dicta sunt. Et tandem d. R.A. zu Cölln rubr. von Testamenten/ubi militare testandi privilegium satis explicatur. Illud certum est, ac ipse *Besold.de reg.success.disc.2.n.*10. fatetur, cautius facturos Principes, si in testamentis suis juris solennitates observarent. *e)* Minus dubii est in Pactis quæ confraternitates vocant inter illustres Germaniæ familias usitatis, die Erbverbrüderungen de quibus satis *disp.6.th.*29. locuta est. *f)* Per doctrinam *Bl.in l.ult.C.de collat.* quia hujusmodi dona habent rationem peculii castrēsis *l.7.C.de bon.qua liber.* quod non confertur, *d.l.fin.C.de collat.* Quod *Sichard.ad Auth.ex testam.Cod.de collat.* pro Principibus qui multos liberos habeant, notandũ dixit. Quæ ipsa si vera sunt, etiam de aliorum liberis obtinere ejusdem *l.7.C.de bon. qua lib.* argumento sequitur. Uti etiam reliqua privilegia Imperialibus donationibus præstita ad nostros Principes derivare, & veluti Procerum nostrorum fortuna omnes supereminet alios, ita & principales liberalitates culmen habere præcipuũ oportebit, quemadmodum augustissimè loquitur *l. cum multa 7.C. de bon.qua lib.* argumento eorum quæ ad literam D. in subsidium theseos vocata, ac à Dd. hujusmodi quæstionibus communiter allegari solent. Atque hoc modo Principes nostri etiam uxoribus donare poterunt *arg.l.26.C.de donat.int.vir.& ux. Ruland.P.4.lib.4.c.12.n.25.n.55.* Eorundemq; donationes non requirent ad suam perfectionem traditionẽ *arg.l.34.§.exceptis.C.de donat.Gail.2.obs.39.n.*25. nec egebunt insinuatione arg. *d.l.34.l.19.in fin.C.de S.S.Eccles.Rom.consil.59.num.7. Ruland.d.loc.n.25.* quæ nec requiritur si ipsis donetur *Cavall.q.222.n.10.Ruland.dict.loc.n.10.* *g)* Quæ licet plerunque superio-

E

F

G

superioritatis territorialis sequela sit, atq; adeò Principib. nostris, qui Status & Dn. territoriorum sunt, non possit non competere, veluti eò etiam reduxit *disput. 6. th. 16.* & infra *in volum. 2.* ex professo tractabitur, tamen hic non possumus, quin etiam quæramus: Annon Principibus Imperii data, omnibus promiscuè, atq; adeò illis etiam qui territoriorum Dn. non sunt, tamen respectu dignitatis suæ qua Principes, Comites, Baronesq; Imperii sunt, competere dici debeat? Hac enim demum ratione in hanc thesin relata esset. Verùm cum multum habeat difficultatis hoc dubium, & dignius in sua sede de Pace religiosa infra absolvi possit, nos hac vice nihil ponemus, nisi quod mentem Serenissimorum Protestantium Lipsiæ An. 1630. congregatorum allegare visum fuerit, qui in literis ad Imperatorem datis die 18. Mart. wegen der Religions Verrängnuß so Pfaltzgraff A. vnd J. F. von dero Herrn Brudern Pfaltzgraff W. W. zugezogen in §. Nun denn Jhre LL. *in Theat. Europ. P. 2. p.* 287. ita sentiunt; Daß Jhre LL. vnd FF. GG. gebohrne vnd belehnte Reichsfürsten/welche deß Religionfriedens vollkömblich fähig/auch durch die Brüderliche Theilung dero Fürstl. Würdigkeit nit entsetzet/oder durch die absonderung Pfaltzgraff W. W. Recht vnd Gewalt vber dieselbe/dero Hoffstatt/Officianten/Diener vnd dero angehörigen Familien vnd Vnderthanen circà punctum reformandi Religionem eingereumet/ein solches auch im Reich nie erhöret/sondern vielmeher ein anders auch
H mit geringern Standspersohnen vorgangen/als &c. *h*) §. 10. *l. de injur. l. ult. C. eod.* Quod tamē de Jur. Sax. etiā in plebeis admitti tradit *è Reinh. P. 4. diff. 2; VVes. ff. de injur. n.* 18. (quanquā Rauchb. *P. 1. q. 7. n. 85. & VVes. ad Schneid. ad d. §. 10. lit. G.* distinguendū moneant, annō atrocitas injuriarū pœnā relegatione graviōrem mereatur, ubi plebejos per procuratorem audiri non credunt) Imò in Camerā & reliquorū Principum dicasteriis idem quoq; moribus hodiernis ad omnes extēsum docet *Tr. Vol. 2. disp. 30. th. 6. lit. H.* si ad pœnam fisco applicandā agatur, de quo vid. *Bachov. ibi.* qui in eo notādus est, quod procurato-
I rem hodiè litis dominum fieri negat contra R. A. *de Anno* 1570. §. vnd nachdem auch in gemein. *i*) Nempe, veluti olim Imperatores in propria causa quandoq; judicasse animadvertimus *è §. ult. Inst. de vulg. substit. l. 41. de hered. instit. l. pen. de his quæ in testam. delen.* quod exce-
prionem

ptionem fuisse regulæ *t.t.C.ne quis in propria causa. Rumelin. P.1. ad A.B. diss. 5. thes.* 4. adserit: Ita Ruland. P. 1. *lib.* 3. *cap.* 15. idem sibi hodiè omnes Principes Germaniæ ex longa consuetudine adsumsisse, ut sæpe in propria causa per consiliarios sibi jus dicant, attestatur, ac in eam rem allegat Zasium in *l. qui jurisdictione ff. de jurisdiction. omn. jud. ac Gail.* 1. *obs.* 39. *ac in voto suo* 21. *in causa* Landgraff Philips zu Hessen *contra* Wolff von Guttenberg. Et *Nattam consil.* 387. *n.* 43. & *consil.* 292. *n.* 2. ubi consuetudine induci ait, ut quis in propria causa sit judex. Adde *Ord. Cam. P.* 2. *tit.* 1. 2. 3. *vid. disp.* 7. *th.* 21. *lit. C. p.* 450. *l)* Veluti notavit & præjudiciis illustravit Ruland. *in quæst. Cameral. q.* 5. ipso referente, *de commiss. P.* 1. *lib.* 4. *c.* 13. *lit. A.* Quod ipsum tamen si ita verum esse ponamus, regulæ non contradicet quæ *disp.* 7. *th.* 16. *lit. A. p.* 412. exceptis Electoribus reliquis Principibus ordinariũ 25. annorũ terminum statutum docet, cui exceptionis loco sit oportet. Nisi fortè illud velit Ruland. in constituendis Procuratoribus, de qua materia loquitur *d.l.* Principes si regimini præsunt, licet minores sint 25. annis, à Camera tamen pro majoribus haberi: Nim. hactenus & quoad dictũ effectum. Nec ineptè, quia inter minores, propter restrictũ nimis cõsensum Procuratores dare prohibitos *l.* 11. *C. de procur.* Principes numerare, qui tot Consiliariis adjuti amplissimis terris præsunt, vix commodum visum fuit. Vel de præsumtione intelligendus est, quod regimini admotus, vel major vel saltem veniam ætatis impetravisse à Camera præsumatur. Certè contra *d. disput.* Ruland. non est, quia non de eo disserit, quando cura solvi debeant Principes, & terras suas ab Administratore recipere, sed quod postquam eas receptas ipsi gubernant, etiam cura soluti debeant intelligi. *m)* L M Bey Ihren Fürstlichen Trewen vnd Glauben. Hæc a. verba vim juramenti habere tradiderunt Dd. communiter, vid. *Schurf. consil.* 62. *n.* 13. *Cent.* 3. *consil.* 37. *n.* 11. & 20. *consil.* 53. *n.* 19. *cent.* 2. *Hardes. de perjur. fol.* 10. §. *Christiani. VVesenb. consil.* 10. *n.* 41. & *consil.* 23. *vol.* 1. *consil.* 52. *n.* 19. *vol.* 2. *Côler. de process. P.* 1. *c.* 10. *n.* 225. ac ita vetustissima consuetudine receptum esse, & in Camera observari testatur *Gail.* 2. *obs.* 59. *n.* 6. Ac Ruland. de commiss. *P.* 2. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 41. *è Mynse. cent.* 1. *obs.* 17. præjudicium allegat, quo in causa curatorum juniorum Marchionum de Baden contra Dominum Ernestum ejusdem familiæ Marchionem

decisum fuit, compromissum sub fide & dignitate Principali firmatum pro juramento habendum esse. *Vid. quæ supr. disput. 4. thes. ult. lit.*
N *B.* dicta sunt. *n)* Nempe limitanda sunt quæ diximus promissiones sub fide Principali factas vi juramenti stringere, ut non procedant, ubi testimonium dicendum est, vel aliàs juramentum corporale requiritur, quod per æquipollens adimpleri non potest, sed in forma solemni præstandum est, Innoc. *in c. etsi Christus de jurejur. Felin. in c. fraternitatis n. 12. de testib.* quia fides Christiana, quam juramentum implicat, ab illa Politica fide, quam d. verba important omninò diversa est, veluti, ut omnia, eleganter deducit *Hart. Pistor. lib. 4. q. 6. in pr. & Carpzov. de fin. forens. P. 2. Const. 36. d. 9. & 10.* ubi Comitissam quádam contra ejusmodi promissionem bey Gräflichen Ehren / factam agere gestientem, absolutione sive relaxatione opus non habere cum Scabinis Lipsensibus definivit. Et quidem quantum ad casum dicendi testimonii egregrius est Ruland. *d. loc. n. 20. & 45 per cap. nuper. de testib. c. fraternitatis. c. licet. c. quoties. c. tres eod. l. 9 pr. l. 18. l. 19. C. d. t.* Ubi omnibus testibus quacunq; etiam sanctimoniâ vitæ vel dignitate ornatis deferendum est juramentum, non obstante *Auth. sed judex C. de Episc. & Cler.* quæ verba *non jurent*, non ex fonte suo Novell: 123. *c. 7.* sed Irerii additionibus habet, & de solennitate non tangendorum sed proponendorum tantùm Evangeliorum loquitur, secundùm *c. 7. extr. de jur. calum.* notante Matth. Steph. *ad d. Novell. n. 23. & Rittershus. ad Nov. P. 1. c. 7. n. 82.* Adeò ut Ruland. *dict. loc.* de Magistro Teutonico Ordinis referat, cùm se in quadam commissione excusasset, quia major in dignitate Episcopis ac in Comitiis Imperii den Vorsitz vor allen Bischoffen habe / vid. *suprà th. 5. lit. C.* & verò illi jurejurando non adstringantur, nec se illo gravari debere, quod tamen admonitus ita consuetudinis esse, in præsentia S. Evangelii deposuerit. Quod etiam exemplo Abbatissæ alicujus Einer Gefürsteten Abtissin / ex actis Quernheim contra Quernheim eleganter probat. De reliquis casibus ubi juramentum ad validitatem vel soliditatem actus requiritur, uti eadem ratio ita idem juris est, quemadmodum de casibus renunciationis ac intercessionis mulierum, in quibus juramentum Jura Saxonica requirunt *Constitut. 16. P. 2. apud Carpzov. ad dict. Const. def. 5. & ad Const. 36. d. 13.* Scabini Lipsenses respon-

reſponderunt. *o)* Quæ hinc inde leguntur & alibi dici poterunt. O

Amittuntur *a)* a. hæ dignitates morte; eaq; vel naturali, *b)* vel civili: *c)* & forte etiam aliis modis. *d)* 20.

a) Nimirum nihil perpetuum hic orbis habet, ſed veluti ipſum Solis lumen nunc oritur, nunc autem nocti locum cedit, ita nec hæ dignitates humanæ mutationibus exemptæ ſunt, ſed & ipſæ quandoq; expirant. *b)* Ea enim omnia ſolvit *Nov. 22. c. 20. pr.* & ultima linea rerũ eſt, veluti *arg. d. Nov.* è Poeta definit *gl. in l. apud Iulian. in fin. ff. ad SCtũ Trebell.* Nec ex Regibus ullus aliud habuit, *Eccl.* 10. Sed Principes etiam induũtur mœrore, DEusq; quieſcere facit ſuperbiã potentũ *Ezech.* 7. Id quod cultiſſimo judicio barbarus Saladinus capiebat, cum victâ Syriâ, Egypto, Damaſco, Meſopotamiâ, & Palæſtinâ ad plures vocatus, loco trophæorum ac inſignium non niſi induſium funeri præferri, & proclamari juberet: Hæc manent victorem Orientis: Et Hormiſda agnoſcebat, cum ad Romanos legatus ac de victore mundi Populo interrogatus reſpõderet: Etiam illos mori. Atq; non ſolùm cum ſingulis perſonis dignitates earum gradum ſiſtunt. Sed quia tamẽ hæ in poſteris reviviſcunt, & familiæ, ad quam dignitatem tranſmiſerunt, luce etiam poſt mortem coruſcant: Ita nonnulli hîc infeliciores dignitatis ſuæ ultimi ſunt, eamque ſecum trahunt in cineres & noctem feralis urnæ. Ita de multis Illuſtriſſimis familiis præter nomen quod literatorum hiſtoriis debent, parum novimus. Ita Arminii, ita Claſſici, ita Civiles noſtri hoſtium beneficium ſunt, ut eos non planè ignoremus. Ita olim Ptolomeorum genus, quod per trecentos annos Ægypto imperaverat in Ptolomeo Auletis moriebatur: Ita Suevorũ ac Auſtriacæ genti in miſero Conradino ac Friderico cervix abominandâ Andegavenſis Caroli ac Urbani IV. Tyrannide amputabatur. Ita Cliviæ ita Brunſuicenſes, ita Oppelenſes, Tropavienſes aliiq; Sileſiæ Duces expiraverũt. Ita Comites Hennebergenſes, Hohenſteinenſes, aliiq;, in quib. cum ſanguine eorum dignitates fuerint propagátæ non habuerunt, ſed ipſi ſuas eminentias ſecum traxerunt in ſepulchra. unde moris etiam, uti ſuprà *th.* 18. dictum, da der letzte deß Stammes vnd Nahmens verſtorben / zubezeigung ſelbige Dignität mit Jhme auffhöre / das Signet / Schilt vnd Helm bey dem Grabe theils zuzerbrechen / zu A B

zerschlagen vnd theils mit bey zu legen vnd zubegraben / veluti è *Ruding.cent.5.obs.46. attestatur Limn.6.c.6.n.125.* c) Banno sive proscriptione ob crimen læsæ Majestatis fractamq; pacem. Quia enim generaliter Nobiles vitiosi immunitatibus nobiliũ gaudere non debent *arg.c.fin.de vit. & hon. Cler.* ac peccando perditur nobilitas *è c.ut Christus dist.1.de consecrat.Thesaur.jur.Reyger.tit. nobilitas.* Ita multò magis hoc abominandum delictum infamia perpetua comitatur *l.5.C.ad L.Jul. Majest.* & hic detestandus reatus dignitatem omnem excludit *l.1.C.ubi Senat.vel clariß.* omnibusq; honorum radiis meritò eximitur, qui fontem honorum Majestatem aggredi fuerit conatus. *arg.l.37. in fin.de min.Vid.Decian.consil.86.vol.3.gl.in Landr.lib.1.art.20.* Ac ita omnium gentium institutis observatur, veluti Dux Bironicus in Gallia. *Pierre Matthieu* Comes Essenus in Anglia, Ruveni fratres in Scotia Thuan. *lib.* 124. cum vita etiam omnibus suis dignitatibus exuebantur. Cujus rei argumento etiam insignia deleri *suprà th.18.* diximus *arg.l.29. de pœn.* Veluti exemplo Borbonii Ducis Caroli cum ad Carolum V. transiisset, & læsæ Majestatis Regis Galliæ damnatus esset, docemur apud *Pasquier des recherches de la France chap.15.liv.5. p.589. ubi:* Le Roy ordonne que les armes & enseignes appropriées particulierement à la personne du dit de Bourbon affichées és lieux publics en son honneur, seront rayées & effacées. Imò ipsum quoq; nomen tanquam infame & detestandæ memoriæ omninò abolitum, decretumq; ut superstites gentiles eo deposito maternum aut alterius familiæ adoptivæ adsumerent, legimus: ut in terminis de dictis Ruvenis fratribus, qui Jacobo Scotorum Regi insidias struxerant, memorat *Thuan. d.loc.* Nostrum Imperium eâdem pœnâ armat Majestatem Pacemq; suam. Unde *A.B.art.24.* in eos qui in Electores nefaria moliuntur, statuit, daß auch nach dem Todt der schuldigen / jhr Nahme verdampt sey mit jhrem Gedächtnuß. Et Handhabung deß Landfriedens zu Wormbs *Anno* 1495. zu Augspurg *Anno* 1548. *rubr.* wie der Landfrieden zu halten gebotten: pœnam turbantibus præter alias etiam verlierung aller vnd jeder Freyheit vnd Recht / so jeder von dem H. Reich hat / adeoq; etiam ipsius dignitatis decrevit. Atque inde est quod in libellis proscriptionum observari potest, ut , cum in pr. & facti narratione Imperatoria Majestas proscriben-

scribendum etiam dignitatis nomine efferat, post §. tamen, quo ipsa Proscriptio exprimitur, eo nomine amplius non dignetur, sed verbis: denselben N. der sich nennet N. doceat, ademptam esse qua antea coruscabat dignitatem. Vide proscriptionis libellos passim. Et nota est Imperatoria declaratio *de A. 1636. d. 24. Febr.* in causa N. Agenti A. exhibita. Die Kays. Acht/welche auff den Sohn durch vätterliches verbrechen derivirt, so weit und zu solchem effect, damit er in die Zahl der Fürsten deß Reichs wider auffgenomen werden möchte / zu absolviren. Quod ipsum tamen nos nostrum hic non facimus, sed alibi fortassis commodius dici poterit d) Ita jure civili mulier nobilitatem amittit cum ignobili nubit. *l. 8. de Senat.* adeò ut ipsam nobilitatem post mortem mariti non recuperet, sed restitutione opus habeat. *Ant. Fabr. in c. de dignit. def. 17. & 28. Dn. Vult. consil. Marp. 33. n. 168. vol. 3.* nisi iterũ nobili nubat. *Papir. lib. 5. t. 11. art. 26. Guid. Pap. q. 349. & 380.* An ergo idem de Principissis, Comitissis, Baronissis Imperii nostri dicemus? Usus vix admittit, quia eas gentis suæ titulis, insignibusq; cottidiè uti videmus. Nec Senatoriæ illæ Romanæ dignitates cum dignitatibus nostratium è traduce derivatis ita simpliciter convenire dici poterunt. Ut tamen negari nequeat, non planè nihil nubium obduci prioris familiæ dignitati ejusmodi matrimoniis; præsertim si omninò ad non-illustres descendant. Nam in ipsa Illustrium classe si subsistunt, licet in alium minorem dignitatis ordinem transeant, omninò avitæ dignitatis memoria favorabilior est. Similiter quia etiam ingressus in monasterium ad civilem mortem referri solet. *Alex. consil. 2. vol. 1. in col. 1. de Monachat.* quæri poterat, an etiam illo amittantur nostræ dignitates? Negativa placet *Lud. Rom. Singul. 37.* quia est qualitas existens in sanguine. Pro quo etiam facere posse videtur regula quam gl. inculcat *in c. placuit 16. q. 1.* hanc mortem civilem cum naturali nisi in casibus jure expressis æquiparari non debere. Interim quia verum est Mundo adeòq; omnibus mundi splendoribus mori debere id hominum genus. *c. placuit 16. q. 1. c. 2. ibid.* cum quo seculi hæ pompæ adhuc minus quam rerũ dominium stare posse videntur. *Auth. ingressi. C. de Sacr. Eccl.* Et quia utut sanguine nitantur hæ dignitates, multum tamen institutis positivis debent: saltem quoad effectus delitescēt, & durante D

eo sta-

eo statu vix exercere poterunt usum sui. Quod nec Carolum V. fugiebat, qui Deo victurus sceptrum & purpuram ponebat, & in solitudinem sese abditurus, prius regnum & Imperium orbis exuebat.

21. Restat tertia Classis, *a)* in quam Civitates *b)* liberas *c)* collocavimus. Nam & illæ egregia Imperii membra *d)* & Status sunt: *e)* Adeò ut meritò definiantur communitates immediatè *f)* Imperio *g)* subjectæ, jus sessionis & suffragiorum *h)* in Comitiis obtinentes. *i)*

A B *a)* Vid. *Disp. 7. th. 1. lit. F.* *b)* Civitatis synonimiam & homonimiã evolvit latè *Limn. d. lib. 7. c. 1. à num. primo usq; ad* 13. Ubi oppidum angustioribus terminis inclusum, urbem autem ab urvo aratri, quo religiosè cingebatur, parte vocatam, à civitate tanquam continens à contento differre ostendit. Quanquam non rarò etiam ipsa pro civibus usurpetur, exemplo illius Virgiliani L. 2. *Æneid.* Urbem somno vinoq; sepultam. Quantum verò ad civitatem, eam modò totum Reipubl. corpus, quo sensu cives Romani dicuntur, qui in orbe Romano reperiuntur. *l. 17. ff. de stat. hom.* modò urbem Romanam per Excellentiam *arg. § Inst. de I.N.G. & Civ.* modò ipsam ædificiorum structuram. *l. 21. quib. mod. usufr. amitt.* quo sensu cum urbe confunditur *l. 6. & 8. C. de priv. ædif. vid. disp. 1. vol. 2.* modò etiam populi multitudinem dicere, cui intellectui parum intenti Pænorum Legati civitati suæ securitatem pacti, Chartaginem civitate salvâ ardere posse miserè experiebantur *Bodin. 1. de Rep. c. 6. n. 51.* An autem ad civitatis essentiam Episcopus requiritur? Nimirum non desunt qui putent, antiquis nisi quæ Metropolitana suoq; Episcopo insignis esset, civitatem non dictam fuisse, cum quibus tamen non facimus, quia, ut *gl. habet in c. si civitas de sentent. excomm. in 6.* fuerunt etiam ante Episcopos civitates, & post eorum institutionem non fuerunt in omnibus civitatibus Episcopi, *c. audivimus. 3. q. 2. t. 1. illud dist. 8.* Licet interim non diffiteamur, quod *Sigon.* habet *lib. 10. de regn. Ital. pag.* 240 Civitates vocatas Christianâ consuetudine, quæ propriis Episcopis erant ornatæ, & quod *Limn. lib. 7. c. 1. n. 13.* allegat, in scriptis antiquorum Patrum & Conciliorum, Civitatem semper denotare Episcopalem atq; Metropolitanam. Nec negari queat, Justinianum

nostrum

nostrum constituisse, ut unaquæque civitas proprium Episcopum habeat. *l. 36. C. de Episc & Cler.* Et Italiæ consuetudo pro civitate nō habeat locum, qui Episcopo careat, *Laur. Ohm. de jur. Episcop. Concl.* 13. *lit.* C. quo etiam facere potest *c. in illis 2. dist.* 80. *in verbis, in singulis vel reliquis.* Verùm Germania nostra alium civitatum spiritum non novit, nisi quem Imperator iis tribuit, *Thom. Mich. de Iurisd. concl.* 12. *lit.* C. *argum. l. 1. C. de Metrop. Baryto.* Neque Recessuum nostrorum stylo de eo discrimine quicquam constat, qui promiscuè Civitates appellant etiā quæ Episcopos non habent, Reformation guter Policey zu Augspurg. *de Anno* 1530. *tit.* von Bürgern vnd Inwohnern in Stätten. Ac expresè Vlm & Nordlingen inter civitates recēsentur, *in subscriptione* R. A. *de Anno* 1500. Quo ipso *Limn. d. loc. n.* 16. opinionem Besoldi convincit, qui *pol.* 12. *n.* 56. nescio ex cujus Joh. Petr. Zwengels Formular Buch adserit, in Cancellariis Principum Germanorum ea sola oppida civitates inscribi, ubi Episcopatus sunt, Burgermeister vnd Raht der Stadt Straßburg / Speyr rc. Reliqua verò simpliciter dem Meister vnd Raht zu Vlm / Nördlingen rc. *adde thes.* 5. *lit.* D. Ut ita adhuc præter Imperatoris autoritatem, cui soli jus condendæ civitatis acceptum ferimus, *vid. disp.* 1. *vol.* 1. *Thom Mich. d. loc.* nihil admittamus, quod locum & communionem aliquam in civitatem evehat. *Lim. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 129. *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 13. *c*) Vocantur autem liberę non absolutè omnimoda Imperatoris Jurisdictione, sed secundum quid, quatenus & ipsæ à Principum & Statuum Imperio liberæ, immediatè Imperatori parent. *Paurm. de Iurisd. c. ult. lib.* 2. *n.* 11. quo sensu quoque die Freye Reichs Ritterschafft celebratur. *Dn. Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 20. *n.* 10. De differentia Imperialium & liberarum civitatum *th. seq.* dicetur. Quando cæperint illæ liberæ Imperii civitates, hîc non præter rem esset investigare, nisi & illis quòd vetustati contingit, eveniret, ut origo earum ignoretur. *Limn. dict. loc. n.* 38. plures subinde opiniones recenset: *Münsteri qui* 3. *Cosmogr. cap.* 24. Carolum M. cùm Principibus integras Provincias in feudum concederet, sibi & Imperio tantum insigniores civitates immediatè reservavisse; *VVurstisii, qui lib.* 2. *Chronic. Basiliens. cap.* 11. post Ottonis tempora immediatas civitates ab Imperatoribus, vectigaliū aliorumq; jurium emptione, libertatem impetrasse: Et *Gilles Boilleu*, qui Imperatores C

eas à Principibus dono accepisse crediderunt: Et tandem concedit mediatas civitates quasdam Principum liberalitate Imperatori immediatè cessisse, exemplo Bernæ, quæ testimonio *Petermian* Etterleins in der Chronica der Eydgenoßschafft Imperatori Friderico à Berchtoldo von Zeringen donata fuerit. Alias autem pretio nummario sibi peperisse immedietatem *Gerardi de Roo* testimonio *in Annal. Austr. lib. 4. p. 154.* Alias spontaneo motu salvâ quà olim præditæ libertate accessisse ad Imperium, quemadmodum de Galliæ nonnullis, præcipuè autem Arelate, Geneva, Vesontio, Tullio, Tornaco, &c.

D memorat *Rhenanus lib. 2. rer. German. tit. German. Regn. p. 129.* *d*) Quemadmodum in diplomatibus Cæsareis appellantur, attestante *Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. n8.. vid. Dn. Reink. d. loc. n. 8. Limn. lib. 7. c. 1. n. 41. disp. præ-*

E *ced. d. l.* *e*) Quia non solùm matriculæ inscriptæ leguntur, quæ statum arguit *Gail. 1. obs. 21. n. 4. Victor. de exemt. concl. 5.* verùm etiam in comitiis jura sessionis & suffragii notoriâ experientiâ testante habent. *Paurm. de Iurisd. lib. 2. c. 2. n. 33.* nec minus ac alii Status Imperii onera sustinent *VVurmbs. exerc. 1. concl. ult.* quibus statum demonstrari bene

F deduxit *disp. 6. th. 2. per tot.* *f*) *Vid.* König *Ferdinandi resolution* vber den Religion Frieden *apud Goldast. in* Reichssaß. *p. 288. ibi:* daß die Bürgerschafft in denen Frey vnnd Reichsstätten ohne mittel dem Röm. Kayser vnd H. Reich so wol als andere mehr. Stände vnterworffen. Quod respectu civium collective sumtorum sive totius universitatis simul acceptæ intelligendum; nam cives ipsi seorsim sumti, & ut singuli, inter immediatos referri non possunt, quia Senatui tanquã Magistratui suo parent, aliudq; sunt ab ipsa universitate *l. 22. de fidejuss. Reink. lic. 1. cl. 5. c. 10. n. 28.* quod nec *dict. Resolutio Ferdinandæa* dissimulat, *in verb.* Bürgerschafft alle zugleich. Et inde esse quod Coloniensibus quibusdam civibus contra Senatum *Anno* 1588. super constitutione Religionis processus denegati fuerunt, testatur *Mindan. de process. Cameral. lib. 1. c. 31. per tot.* De hac immedietate *vid. th. seq. in fin.*

G *g*) Unde etiam Imperiales Reichsstätte vocantur *vid. thes. seq. lit. B.* convenientissimo titulo, quicquid Trithemius de origine Francorum & Goldast. *in rat. ad constit. Ludov. t. 2. Const. Imp. p. 398.* supra cõmunem usum sapiant, cum eas vel Regias vel Regni Germanici appellandas arbitrantur; quorũ discursus exhibet & rejicit *Limn. d. c. n. 22.*

h) *vid.*

k) *Vid. th.23.* i) Quod Aur. B. & tot Recess. subscriptiones, imò totus dies docent. H I

Distinctiones Civitatum Doctores bene multas annotarunt, *a*) quæ tamen vel in verbis tantùm consistunt, *b*) vel ab instituto nostro alienæ sunt; *c*) Præcipuè auté ad nostram doctrinam facit, quod Limnæus alias *d*) Immediatas, *d*) alias mediatas, *e*) & has iterum vel merè provinciales, *f*) vel mixti generis *g*) constituit. 22.

a) Et quidem vix satis constanter: ex *Paurm.* quærela *de Iurisd. Imp. lib. 2. c. ult. n.* 13. ubi qui de civitatibus scribunt, quemvis in fingédis & refingendis earum formis adeò variare, remq; apertam ita involvere ait, ut certi fermè nihil ex iis constitui possit. *Vid. Limn. 7. c. 1. n. 29. & adde disp. 1. vol. 2. infra.* *b*) Talis nobis hactenus visa fuit, qua Imperiales in liberas Imperiales, & Imperiales tantùm, in Freye Reichs-städte vñ Reichsstätte dispescût. Illasq; dicunt olim à jugo Episcoporũ aliorumq; quibus subjectæ fuerint, liberatas se Imperio cum reservatione quadam subjecisse; has verò ab Imperatoribus statim sub ipsa sua incunabula Imperio addictas fuisse, *Matth. Steph. de Iurisdict. lib. 1. P. 2. c. 1 n.* 82. Ubi etiam catalogum liberarum communicat. Atque inde esse quod hæ vel integram aquilam vel ejus partem, illæ autem nihil ab aquila mutuatũ in insignibus ostendant. *Besold. de jur. Imperial. Civit. n.* 14. *VVehner. in obs. pract. verb.* Freye Reichsstätte. *Ruland. Part. 2. lib. 5 c. 4 n.* 41. Cui distinctioni fidem conciliare poterat, quod Limn. habet: quia in subscriptionibus Recessuum semper Freye vnd Reichsstätte legatur; Et verò copula inter diversa sit poni solita, oportere realem inter eas differentiam intercedere: prẹsertim quòd cum Aquisgranum loco veteris inscriptionis, Moneta Regiæ urbis Aquensis, hanc formulam, *Moneta liberæ civitatis Aquensis*, substituisset, vox liberæ impugnata, & tota inscriptio ad veterem formam revocata fuerit. *Thuan. lib.* 133. Id. q; fieri non potuisse videretur, si eædem quæ Imperiales, etiam liberæ illæ civitates essent. Verùm cum in Imperii Recessibus Freye vnd Reichsstätte promiscuè, imò ipsæ illæ quæ se titulo der Freyen vnd deß H. Reichsstätte ostendunt, veluti de Lubeca, in pr. Statutorum ejus legi potest *Limn. d. loc. n.* 34. non A B

tamen aliter quàm Reichsstätte vel unser unnd deß H. Reichsstatt dicantur, nos quod thesis innuit, cò deducimur, ut nihil realis differentiæ subesse, sed quæ Imperiales dicuntur easdem quoque liberas esse censeamus, cum *Dn. Reink. lib. 1. claß. 4. cap. 20. n. 36. Limn. lib. 7. cap. 1. num. 36. VVehner. dict. loc. Besold. dict. loc. VVurmbs. Exercit. 1. conclus. 19.* non obstante quæ diversitatem inferre debebat copulâ, quæ omninò distinctionum nota est, sed ratione qualitatum eidem subjecto competentium, non verò continuò diversorum subjectorũ: eodem planè modo quo ex verbis unser und deß H. Reichsstätte / nemo arguere conabitur alias Imperatoris, alias verò Imperii civitates, sed duos respectus subesse, quibus eadem civitas, & Imperatoris & Imperii, atque ita etiam quoad nostrum casum, & libera & Imperii, dicatur. Quod ad Thuani testimonium, verum est *quod disp. 7. th. 25. in fin. è Val. Max. lib. 2. c. 1.* allegat, in minimis quoque antiquæ consuetudinis momenta servanda esse. Et utut omnes Imperii civitates etiam liberæ sint, tamen à veteri more sine novorum conatuum suspicione rarò discedi. Cæterùm vox Regiæ in dict. formula usitata, nec ipsa prohibet Aquisgranum inter Imperiales vel maximè referri, sed docet potiùs, cum de re constet, veterem verborum u-

C sum valdè amari. *c)* Ita nisi secundariò nostrum nõ est, distinctionem in Municipales sive Provinciales notare. Cùm nobis de Imperialibus sermo sit, quas in Provinciales dividere esset in adjecto contradictionem implicare, & vagari extra oleas sui scopi. Interim quantum ad ipsam Imperialium faciliorem cognitionem, non pœniteat & eas in nostra thesi tetigisse. *argum. §. 1. Inst. de his qui sui vel al.*

DE *jur. vid. lit. E. F.* *d) De jure publ. lib. 7. c. 1. n. 30.* *e)* Ex prisca Imperii facie civitates in triplici differentia erant, 1. Metropolis Roma, 2. Coloniæ ex Metropoli deductæ, quæ incolas & leges Romanas acceperant, & 3. Municipales, quæ suis legibus & jure viventes, muneris tamen honorarii cum populo Romano participes erant. *Dn. Reink. 1. cl. 4. c. 20. n. 2.* Hodiè comodissimè dicto modo, ꝙ vel solùm Imperatorem recognoscant, vel mediatè alteri alicui Imperii civi subsint, distinguuntur: quod fundamentum in *Receß. Imper.* habet §. die Frey und Reichsstätte / R. A. zu Speyr *de Anno* 1544. Item zu Augspurg *Anno* 1548. §. solchen zubegegnen / *ibi:* wie sie dem Reich

und

vnd andern Ständen vnterworffen. *f)* In quas ſalvâ univerſali illâ F
Imperatoris ſuperioritate immediato alicui Imperii civi omnis Juriſdictio ſuperior conceſſa eſt, non ſecus ac olim præſidibus *Nov.* 15. *c.*6. *adde l.*16. *de V.S.l.*10. *ad municip.t.t.de Decurion.de quibus vid.vol.*2.*diſp.* 1. *g)* Quarum nonnullas etiam in Imperio noſtro reperiri ipſa obſervantia demonſtrat. Quia in aperto eſt dari civitates, quæ quidem merè Imperiales non ſunt, nec ſolùm Imperatorem mediatè recognoſcunt, verùm etiam Principibus, in quorum territoriis ſitæ ſunt, certis pactis & conditionibus ſubſunt: Interim tamen non ſimpliciter, ſed multis privilegiis & libertatis axiomatibus Illuſtres, etiam Imperatorem, non ſolùm ratione univerſalis illius ſuperioritatis, ſed ſpecialiori aliqua liberioris immedietatis ratione recognoſcunt, ab eoq; Regalia & Juriſdictionē habent; quo reſpectu quoq; non Land-Fürſten oder Erbſtätte, ſed Freyſtätte non nemini appellantur. *Limn. d.loc. n.*3.1. Ubi civitates Hamburgum, Lüneburgum, atque Brunſuigam hujus generis videri ait. Quemadmodum aliàs Dd. illo præjudicio, quo Carolus IV. litem inter Holſatiæ Ducem, & civitatem Hamburgenſem de libertate ſuſcitatam ita diremit, ut civitas Ducibus ſalvis tamen libertatibus quas ab Imperiali culmine promeruerat, pareret, *è Crantz. lib.*10.*c* 2. hanc diſtinctionem juvant *Limn. d.loc. Dn. Reink. d.loc. n.*5. *VVurmbſ.d.Exercit.concl.*18. Quod tamen ad hypotheſin, nullius præjudicio, ſaltem relatum volumus, conſtat enim Hamburgum pro Civitate Imperiali declaratam eſſe. Atque hujuſmodi civitates verè mixti generis, ac partim mediatæ, partim immediatæ ſunt, partim Imperatores quoad Regalia, partim Principes limitatè quoad territoria, in quibus ſitæ ſunt, quanquam non quoad ipſum Jus terrendi, recognoſcunt: quas à principaliori tamen civitates Imperiales vocari nō adeò repugnat. *Reink. d. loc. n.*6. An verò etiam Status ſint, & ita directò ad tertiam noſtram claſſem pertineant? aliûs quæſtionis eſt. Ego rerum Imperii & intimioris Juris publici parum expertus, neq; ulli quicquam unquam temerariè ademturus, nihil pono. Quanquam certum videatur, quod *Dn. Reink. d.loc.n.*16. contra *VVebner.* non omnes civitates Imperiales licet Status ſint, ad Comitia vocari, arbitrantem, diſputat, nullam civitatem, quamvis quoad jura regalia & alia privilegia

Imperio immediatè pareat, inter Imperii Status referendam, quæ jus Comitiorum non habet. arg. text. in R. A. *Anno* 1548. §. wann auch ein außgezogener: & eorum quæ *disp.6.th.* 2.dicta & suprà *th.*21. *lit.E.* repetuntur. Ex quibus, uti etiam potissimùm ex specialibus quarumvis civitatum Privilegiis, etiam hæc ipsa quæstio decisionem suam facilè mutuari potest. Cui tamen non possum quin jungam quæ *Limn.d.c.*1.*n.*51. docet, Illarum nonnullas privilegiis adeò lautis exornatas esse, ut licet ratione homagii immediatæ non sint, attamen inter Status Imperii fuerint relatæ. Namq; si ea vera essent & ita haberent, satis liqueret, veluti immedietas sola ad inducendum statum non sufficit. *Reink.lib.*1.*cl.*4.*c.*20.*n.*18. *vid.disp.6.th.*2. Ita nec ex altera parte, medietatis qualitatem ita absolutè Status naturæ repugnare, quò minus qui certo eoq; restricto ac debiliori modo mediatè aliquem Principem observet, tamen Status esse possit: Cum alio & uberiori respectu, quo etiam Imperatori homagium præstaret (quemadmodum Colonia Agrippina & Electori & Cæsari jurasse refertur. *Limn. dict.loc.*) ab eo regalia, jurisdictionem & omnia reliqua libertatis momenta, cum ipso sessionis suffragiiq; jure recognosceret. Quod ipsum cautè observandum foret, ne credamur contradicere ei quod *disp.6.th.*2. *circa fin. contra Limn.* medietatem & Status dignitatem inter compatibilia, sed ex alio capite mediatæ feudalitatis referentem disputat: Aut ne angustius locuti videamur, cum civitates ex immediata subjectione *th.*21. definivimus. Quia omninò præter immediatas aliis ibi locum dare nescimus, sed interea non diffitemur eam qualitatem iis aliter atque aliter & modo perfectiori, modo mixta & quodammodo imperfectiori ratione competere, ita ut nonnullæ simpliciter & absolutè immediatæ, præter Imperatorem nulli omninò ullo modo subjectæ sint, aliæ autem quanquam sua regalia, multasque excelsas prærogativas quoque ab Imperatore immediatè habeant, tamen quantum ad alia aliqua jura certis conditionibus Principibus Imperii obstrictæ sint: Et de his, si inter privilegia sua etiã sessionis in Comitiis jura meruerunt, nõ dubitamus nostrã classem quoq; explicare: quę reliquis mixti generis civitatibus vix patere poterit, non quidẽ propter immedietatis defectum, sed quia ea non simpliciter immediatis Imperialibus,

sed

ſed illis demum, quæ immedietatem cum prælustri Status qualitate combinarunt, decreta eſt. Quanquam in alio ſatis faciles ſimus, cum eas ſecundum quid, comparativè, ſecundariò & reductivè, ut ita loquar, huc admitti poſſe, cenſemus.

Jura Civitatum Imperialium multa & egregia ſunt. *a)* Nim. quia Status ſunt, *b)* iis omnia Statuum jura competunt. *c)* Quorum potiſſima ſunt, jus ſeſſionis in Comitiis, & tam deciſiva quàm conſultiva ſuffragia. *d)* Superioritas territorialis *e)*. & quæ ei cohærent ſublimia jura, *f)* privilegium Conſtitutionis religioſæ, g) Jura diætarum, & conventuum. *h)* Archivi *i)* Fœderum, *l)* legatorum mittendorum, *m)* immediatũ Cameræ judicium *n)* & alia. Quatenus autem ut univerſitates conſiderantur, communi communitatum jure cenſentur. *o)* 23.

a) Quia cum earum excellentiam & robur perſpectum haberent Imperatores, in iis exornandis extollendisq; nunquam nõ maximè ſolliciti fuerunt, quemadmodum præſertim de Carolo IV. è Peucero tradit *diſp praeced. th. 1. lit. F. vid. th. praec.* *b)* Quantùm ad reliquas mixti generis, quæ Status non ſunt, nihil determinari poteſt: Verùm, quia illæ partim Principibus ſubjectæ, ſeſe eorum Imperio eximentes, regalibus aliisq; privilegiis donatæ fuerunt, partim autem cùm libertate immediatâ abſolutè gauderent, ſeſe certis modis etiam Principibus ſubmiſerunt, earum jura unius generis non ſunt. Sed omnia ex illis ſive pactis ſive privilegiis, ſive conſuetudinibus æſtimanda, prout ſibi vel multum reſervarunt, vel Principes parum reſiduum reliquerunt, in quo eis ſubſunt. *c)* Argumento regulæ logicorum, quâ quicquid generi competit etiam cuivis ſpeciei tribuendum dicitur *Ariſt. categ. c. 3. Keckerm. in logic. c. 4.* Et Status nomen nõ magis in iis quàm in Principibus inane eſſe debet, uti dicit *Bald. in tr. de ſchiſm. in pr. n.* 20. vide itaq; hanc in rem *diſp. 6. per tot.* *d)* Nam & ipſæ evocantur, *Bertr. de Comit. concl.* 44. 45. Daß ſie erſcheinen mit vnd neben andern Ständen handeln helffen / veluti evocationis formulam A B C D

Republ.c.2.n.8. Sonsbec.de Feud.part.7.n.19. & seq. Aliorum autem varios de hujus voculæ etymologia lusus in medio relinquimus, sunt enim nonnulli qui Nobilem dici volunt quasi Non bilem, quod illi omniũ maximè conveniat humilitas, humanitas ac mansuetudo *referr. Limn.de jur.pub.lib.6.c.1.* aliis contra Nobilis dicitur quasi Nobis lis, tanquã superbia & fastus nobilitatis sit pedissequa. *Nold.de stat.Nob.c.1. concl.1.* aliis denique placet, ut Nobilis dicatur quasi Non vilis, indeq; esse contendunt oppositionem legibus usitatam inter Viles & Nobiles *arg. Auth. Præsides in pr. C.de Episc. audient. & l.ingenuæ 3.C. de Muríleg.* nec non conjunctionem vilium & ignobilium *arg. Nov.90.c.1.* Illud autem hîc notandum, quod hoc titulo olim Reges, Principes, Duces, Comites ac Barones fuerint salutati *Tholos.lib.4.de Republ.c.1. n.5.* & ferè nemini tributus is fuerit, nisi prædictis hisce personis *Conrad. Rittersh. in prolegom. ad partit. feud.* Hinc etiam ipse sacratissimus Imperator à Jcto Scævola dicitur Nobilissimus *l.3. ff. de Nat. restit.* & Marchio Milnensis *in c. constitutis extr. de testibus* à Papa Romano Gregor. IX. vir Nobilis appellatur; Quinimò in hunc usq; diem Pontificem Romanum id in more positũ habere, ut Ducibus Nobilitatis titulũ tribuat, epistola quædam gratulatoria Paul. V. Papæ ad Serenissimũ Bavariæ Ducem Maximilianum, nunc Electorem, sub dato Romæ 3. Decembr. Ann. 1620. de victoria Pragensi edocet, in hac enim non alio Electorem affatur titulo, quàm hoc: Dilecto filio Nobili viro, Maximiliano Duci Bavariæ Paulus PP. V. Dilecte fili Nobilis

C vir &c. *Dn. Reink. d. tr. lib.1. cl.5. c.10. n.9.* *c)* id est, ætate ac robore juvenili pollentes heroes: mutuati n. sunt nobiles (de quibus nobis hic sermo) titulum hunc Juncker à Regum, Ducum, Comitum ac Baronum filiis, quibus olim solis competebat; Asserit namq; Cyriacus Spangeberg *lib.5.* der Hennebergischen Chronick *cap.13. p.* 200. se vidisse antiquum instrumentum, in quo Regis Daniæ filius subnotàrit, Junckher Otto von Dennemarck. Sic in literis quibusdam, quas Reversales vocant, Senatus Brunsuicensis de Anno 1400. legitur: Wy der Raht der Stadt Brunschwig / bekennen / dat vns de hochgebarne Forste / Juncker Otto / Hertog tho Brunschwig vnse leve gnädige Junckher ꝛc. Ac in sequentibus vnse eher genante gnädige Juncker von Brunschwig & alibi in actis die Statt Brunschwig contra

Braun-

Braunschweig. Sic in pactis hereditariis Comitũ Holsato-Schaumbergiæ & Comitum Sternbergæ Anno 1370. subscripsisse leguntur Graff Henrich von Sternberg / Junckher Simon von Sternberg / Dechant zu Paderborn / vnd Juncker Johan Graf zum Sternberg. Spangenberg *in Chron. Schaumburg. lib. 5. cap. 18. referente Speidel. in suis Notab. verb.* Juncker. Illud tamen hîc observandum, eos plerumque hoc titulo fuisse insignitos, qui nullum adhuc principatum obtinebant *attestante Herman. Hamelman. part. 2. Chron. Oldenb. p. 139.* *d*) Ob duos equites adjunctos, daß sie selbst dritt geritten. *Oldend. de jur. singul. n. 3. in fin. ex interpret. quodam Corn. Tacit.* Licet autem accuratè loquendo ein Ritter major sit Nobili simpliciter ita dicto *per* Königlich. Satzung zu Wormbs *de Anno* 1495. *tit.* von der einnahm der Auflager *ibi* Herrn Ritter / Edelman / *& per Reform.* guter Policey *de Anno* 1548. *tit.* von vnordentlicher Köstlichkeit der Kleider *& tit.* von Adel §. Jedoch sollen Ritter &c. nihilominùs tamen multis in locis nobilium in specie ita dictorum ordo vocabulo Ritterschafft denotatur *per* Ordnung deß Regiments zu Augspurg *de Anno* 1500. §. wie 20. Personen §. die andern sechs *& tit. seq. item per* R. A. *de Anno* 1555. §. vnd in solchen Fried &c. *e*) Vel daß sie zum Adler gehören / jhn mit dem Schwerd verthädigen vnd handhaben helffen / prout putat Reinhard Comes à Solms in beschreibung deß Adels *p. 10. ref. Speid. in suis Notab. voce* Adel. Vel quod ut Aquila omnium aliarũ volucrum Domina ac Regina volatu altiùs penetrãdo, omnes alias aves longo post se intervallo relinquit; *& ut Poeta canit: Ingred. turq; polo, & caput inter nubila condit:* Ita & hi belli gloria rerumq; optimè gestarũ laude & celebritate omnes mortales longè antecellant *Georg. Richt. in præf. axiom. politi* D E

Est autem nobis hoc loco *a*) Nobilis persona quædam *b*) beneficio ejus qui hanc potestatem habet, ob virtutes reipublicæ & cõmuni vitæ salutares è plebejorum numero legitimè exemta præclarisq; privilegiis donata. 2.

a) Cum enim dignitas & infamia ex cujusq; regionis more, ut plurimùm æstimari soleat *arg. l. 1. §. 2. ff. ad Municip. & l. fin. §. 2. ff. de mun. & honor.* Una certè omnibus nobilitatis definitio dari nequit. *Anton. Gothofr. Disput feud. 2. th. 4. lit. g.* *b*) Quæ idonea scilicet & habilis ad recipiendam nobilitatis qualitatem fuerit: ut enim non ex quovis A B

ligno fit Mercurius, vel quovis marmore statua Jovis, ita quoq; non ex quovis homine nobilis *arg. l. inter artifices* 31. *ff. de solut.* Habilitas a. ista inprimis in ipsa persona primum nobilitanda in considerationem venit; nam respectu parentum, quando quis natus est ex justo & legitimo nobilium thoro, statim eo ipso nativitatis momento nobilis esse censetur *l. Emancipatum* 7. §. 2. *ff. de Senator. l. liberos* 10. *cod. l. cum legitimæ* 19. *ff. de statu homin.* adde *th. 6. lit. A. B. C. & th. 8. lit. D.* opus autem non est ad ipsam *essentiam* nobilitatis filiis ita conferendæ, ut uterque parentum sit nobilis, sed sufficit, si saltem pater sit talis *Dn. Reink. d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 10. n. 23.* quo ad honorem enim dignitatemvé liberi non matris sed patris conditionem sequuntur *d. l. cum legitimæ 19. & l. 36. C. de Decurion* Filio itaq; nobilis itemq; Ducis, Comitis vel alterius cujuslibet, tum quoad nobilitatem ejusq; privilegia, tum quoad successionem in bona tam feudalia quàm allodialia, nihil præjudicat ex matre antè plebeja vel ignobili ortum esse, nanciscitur n. & ipsa mater per matrimoniũ nobili illustrivé juncta, eandẽ dignitatẽ, quam habet pater seu maritus *l. mulieres* 13. *C. de Dignit. l. fin. C. de incol. l. 8. ff. de Senat.* quinimò ad id, ut filii ex conjuge ignobiliore prognati à successione feudorum repellantur, speciale pactum requiritur 2. *Feud.* 29. Ergò sine tali pacto ejusdem sunt juris quoad successionem etiam in feudalia cum iis qui nati sunt ex conjuge nobili. *Magnif. & Nobiliss. Dn. Præses in exercitat. suis Iustinian. disp. 2. th. 9.* Ad nobilitatis verò *existentiam* multùm facit, si uterque parentum sit nobilis, duo enim vincula fortiùs ligant quàm unum *arg. l. fin. C. de Edict. Div. Hadrian. tollend. & l. 1. ff. de privil. credit.* & dignior est, qui duas habet qualitates, quàm qui unam tantùm *Dd. ad l. sed et. ff. de Excus. tut.* Uti & per illud nobilitatis decus augetur, si quis plures illustres habet progenitores à quibus insignium genera deducere ac demonstrare possit, quo enim antiquior est nobilitas eò est nobilior *arg. l. 1. & 2. C. de Consul. l. 1. & 2. C. de Præf. prætor. l. 1. ff. de alb. scrib.* Hinc Dd. dicunt Nobilitatem à nobilitato incipere, in filiis pubescere, in nepotibus adolescere, in pronepotibus perfectam ætatem consequi· nec non fluminum instar, quò longiùs procedat, eò magis augeri. *Nold. concl.* 143. Unde multis in locis receptum esse videmus, quod nemo admittatur ad torneamenta, nisi qui ex utroque parente nobilem se doce-

se docere *per text.* in Vertrag und Ordnung über den Thurnier gemacht zu Heilbrunn von der Ritterschafft der Vierland und Kayser Friederich dem III. *A.*1485.*apud Goldast.*in Reichs s. *part.*3 *p.*25.*n.*1.*&*2. nec non ex quatuor avis paternis ac maternis nobilitatẽ suam probare possit *per text.* in Tornierordnung Kays. Heinrichs deß I. *apud Goldast. part.*1.*p.*5 *n.* 12. Sed quid dicendum, si ex matre quidem nobili patre verò plebejo quis fuerit prognatus? nobilem eum non esse, eo ipso enim quod mater nupsit plebejo nobilitatem, quam habebat, amisit *Nov.*22.*c.*36.*l.fœmina* 8.*de Senat.l.fin.cod.* teneturq; sequi conditionem mariti *l.fin.C.de incol.* junge *th.* 8. *lit.D.* quî itaq; conferet, quod non habet? *l. traditio ff. de acquir.rer.domin.* Illud autem hîc notandum *ex Tholosan.lib.*7.*de Republ.c.*11.*n.*90.quod asserat, se animadvertisse adhuc hodiè Principes, Magnates & Heroes, Nobiles & Reges in suis insigniis miscere insignia familiæ matrum perinde ac patrum, nomina quoque familiarum retineri per mulieres perinde ac per masculos. Ex eo a., quod dixi natos ex legitimo justoq; thoro fieri & esse nobiles, satis liquet, quid de naturalibus ac spuriis sentiendum? scilicet eos hac parentum dignitate non posse frui, qualis enim causa talis effectus, at concubitus, ut causa partûs, est turpis, ergo & ipse partus erit talis, sordes enim non merentur poni inter præcipuos *l.humilem C.de incest nupt.* quibus insuper accedit, quod Imperator nunquam probare præsumatur hujusmodi concubitus & per consequens nec ex hisce natis nobilitatẽ largiri credatur *Besold.polit. lib.*1.*c.*11.§.7.*n.*60. deniq; & illud pro hac facit sententia, quod illegitimi nullam cognationem vel agnationem retineant ex parte patris *l. spurius* 4.*ff. Unde cognat.* cum ergo non sint de domo & familia patris naturalis. *l.*19.*ff.de stat. hom.* sequitur, quod etiam nobilitatem ab & ex illa consequi non possint *Gail.*2.*Observ.*88.*num.* 2. *& Observ.* 115. *n.*3. Hinc nec insignia nec arma patris gerere possunt, nisi consuetudine in hoc vel illo loco aliud introductum observetur, prout Dd.de Gallis, Hispanis & Britannis testantur *Nold.de stat.nob.concl.*69. *& Besold.d.loc.* quod nimirum apud illos etiam illegitimi pro nobilibus habeantur, ita tamen ut familiæ insignia gerant per interlineam à sinistro latere in dextram quam Barram vocant Germ. ein Strich/ unde proverbium ein Strich dadurch / ut significent se non ex legi-

timo & dextro, sed ex infelici ac sinistro coitu esse natos. vide *disp.* 8.*th.*18.*lit. A.* Sed anne Naturales jam legitimati nobilitate parentum fruuntur? Pro negativa facit §.*si quis* 4.*vers. Naturales filii* 2.*Feud.* 26. Et verò legitimatio tantùm esse videtur modus faciendi legitimos non autem nobiles, quinimò si rem accuratiùs perpendere velimus, legitimati nunquam per legitimationē fieri videntur legitimè nati, & quamvis his comparentur, non tamen comparatum cum comparato est idem, sed ei simile tantùm, & sic manere quid in legitimatis putatur, per quod omninò differant à legitimè natis; Et scil. legitimatio similis habetur Alchimiæ, quæ facit apparere, quod revera non est, legitimatus ipse homini à vulnere curato, cui post vulnus curatum remanet cicatrix; utcunq; igitur illegitimi per legitimationem efficiantur legitimi, remanere tamen censentur infames de facto inter bonos & graves viros, quia infamia maneat infamia, licet causa sit extincta *Myns.* 4.*obs.*31. Et hanc sententiam consuetudinem Germaniæ approbare testatur *Nold. conclus.* 70. Verùm jura nostra civilia legitimatos à legitimis nihil differre dicunt *Nov.* 74. *c.*2. *Nov.* 89. *c.* 9. §. 1. & jus Can. in specie subsequens matrimonium omne vitium præcedens purgare asserit *c. Tanta x. qui filii sint legitimi*, unde hoc certè modo legitimatis non negari potest ipsa nobilitas. Respectu ergò sui ipsius, persona nobilitate censetur digna & ad eam recipiendam habilis propter propriam virtutem; ob quam adeò qui nobilitate donatur, verè nobilis fit, nec enim tantum nobilem facit atrium plenum fumosis imaginibus, quanquam id male sibi nonnulli persuasum habent & ob id alios propter virtutem propriam noviter nobilitatos rident ac contemnunt, illosq; à se distinguendos putant, quasi verò eorum majores non fuerint aliquādo novi & primùm cogniti similes aliis, & velut ipsi è cœlo soli elapsi essent ita nobiles, *ut loquitur Tholosan. lib.* 4. *de Republ. cap.* 2. *n.* 9. nec tamen his prerogativam supra tributam hîc ademtam volumus. Illud v. hîc observandum, non quamvis virtutem ita esse comparatam, ut hominem hac excellentia dignum reddat, alias n. sequeretur etiam hominem vilissimum temperantem fortè, prudentem ac bonum patremfamiliâs, sutorem, sartorē aliosvè hujus farinæ hac vel illa virtute præditos aptum nobilitatis esse subjectum, cum tamen nihil

nihil minùs, quàm hoc ipsum, uti ex illis colligere licet, quæ *th.8.* hac de re dicuntur. Illustriorem itaq; vitæq; communi ac politiæ maximè salutarem hîc requirimus virtutem legibus vel legionibus comparatam; Unde duæ scalæ vel alæ nobilitatis poni solent, una, quæ sagatam, altera, quæ togatam vitam insequitur. *Nold.concl.25.* Ex quibus omnibus deniq; & illud fluit, quod sola gratia vel divitiæ Principem movere non debeant, ut alicui nobilitatis insignia conferat, non enim dignitas pecunia sed virtute emi debet, & dignitas indignis tributa dignitas non est; Et si fortè Imperator aliquem, absque ullo virtutis respectu solo & cœco, quo ipsum prosequitur, favore ductus, nobilitate donare vellet, quid aliud agere dici posset? quàm Caji Caligulæ stultitiam imitari, qui equum suum Consulem Romanum efficere studebat. *Nold.concl.23.*

Confert hanc dignitatem in Imperio Romano *a)* vel ipse Imperator *b)* vel Rex Romanorum *c)* vel alii eorum loco *d)* ac nomine. *e)* 3.

a) De qua nos propriè hoc loco agimus, quæ enim Neapoli fiunt, nihil ad nos *arg. c. gaudemus extr. de divort.* aliàs enim certum est, alios etiam Magistratus superiorem non recognoscentes ejusmodi dignitatem bene merentibus distribuere, prout videre est ex literis quibusdam Regis Daniæ ad Augustissimum Imperatorem Ferdinandum II. sub dato Kopenhagen 18. Aprilis An. 1621. scriptis, hisce formalibus: In erwegung daß wir vnd andere Potentaten / dessen gleichfals bemächtiget / auch vnsere hochgeehrte Vorfahren am Reich Dennemarck Graffen zu Hertzogen mehr dann vor fünffhundert Jahren erhöhet vnd erhoben *referente Dn. Reink. d. tr. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 140. ex Sigism. Latom. Relat. autumn. de anno 1621. p. 73.* *b)* Hic enim cum sit & dicatur Nobilissimus omniumq; dignitatum fons & origo, *Dn. Reink. d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 2. n. 4.* ei maximè & primariò jus nobilitandi competit, & ob id non immeritò dicitur ein Pflantzer vnnd Handhaber deß Adels / in Königs *Ferdinandi resolution* von der Landständte Ritterschafft &c. Freystellung vnd Religion Frieden *apud Goldast.* in Reichssatzung *part. 1. p. 284. n. 8.* *c)* Impedito fortè vel absente Imperatore, tunc enim omnia facere potest quæ ipse Imperator, per ea quæ dicuntur *disp. 5. th. 5.* & usitatissimam hanc in Imperii Recessibus

A
B
C

cessibus & Cameræ ordinatione repetitam locutionis formulam Wir oder in abwesen Römischer König/ idq; ex plenitudine summæ potestatis *per Receß. Spirens. de Anno* 1542. §. Würde sich aber Jemand *ibi*: auß Römischer Keyserl. vnd Königlicher Macht vnd Vollkommenheit / ex qua etiam majores regalesq; dignitates concedere potest *per R. A. de Anno* 1548. §. Wiewol auch in der Regierungs handlung *ibi*: daß die Graffen vnd Herrn/so kürtzlich jhre dignität erlangt/ solten in cognitionem præeminentiæ, so sie von vns / vnd vnserm
D freundlichen lieben Bruder dem Römischen König empfangen. *d)* Puta Imperii Vicarii, regulariter enim & illi tantùm possunt quantùm ipse Imperator *per ea quæ hac de re disp. 5. th. 12. traduntur*, & in specie quoque hoc nobilitandi jure eos uti, testem adducit experientiam nec non exemplum Administratoris Palatini, qui Doctorem quendam nobilitate equestri donavit *Magnif. & Nobiliss. Dn. Præses in*
E *Disp. de Vicar. th. 12. lit. B.* *e)* qui hanc potestatem ab ipso Imperatore sibi concessam ipsius nomine usurpant, ut sunt 1. Rex Bohemiæ in Moravia, Lusatia, Silesia, ubi ad quatuor Baronatus nemo admittitur, nisi vel ab Imperatore vel Rege Bohemiæ Baro fuerit creatus. *Speidel. in suis Notab. voc.* Adel. 2. Archiduces Austriæ, qui similiter non solùm nobiles specificè ita dictos, sed & Comites ac Barones creare possunt, doch daß sie vor an gebürlich Gelübd vnd Eydt darumb von jhnen an deß Keysers vnnd deß Reichsstatt nehmen / alßdann solch Gelübd vnd Eyd von deroselben Ehren vnd Würdigkeit wegen zu thun gebühret. *Sebast. Münst. lib. 3. Cosmogr. c. 355. p. mihi 1122. vid. disp. 8. th. 6. lit. B. & th. 8. lit. B.* 3. Comites Palatini *Limn. lib. 3. c. 9 n. 82. de jur. publ.* qui vel directò, si hanc nobilitandi potestatem specialiter concessam habent, vel per indirectum, nobiles faciunt, ut si Doctor quis fuerit creatus à Comite Palatino, is enim æq; nobilis efficitur, quàm qui in Academiis promotus est, modo prævio examine & servatis servandis, duobus ad minimùm vel tribus adjunctis Doctoribus à Comite Palatino renunciatus fuerit. *Matth. Steph. lib. 2. de Iurisd. p. 1. c. 6. n. 9. Arum. in discurs. ad A. Bull. 1. th. 5. Treutl. Vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. A. & ibid. Resolut. Hunn.* 4. Collegia Doctorum in Academiis, quæ tamen per indirectum saltem hanc dignitatem conferunt juxta dicenda *th seq.* Ex quibus nunc manifestum quid dicendum de Electoribus

tibus, Ducibus, Marchionibus & cæteris Imperii immediatis Dynastis? Illos nimirum nobilitandi jure non coruſcare. 1. quia generali conceſſione feudi Ducatus, Comitatus &c. ipſa regalia majora conceſſa non intelliguntur, cum ea ſine ſpeciali conceſſione non transferantur *c. quod transl. 4. extr. de off. legat. c. in general. de R. I. in 6.* 2. Quia in *A.B.c.4.* quædã de regalibus & reſervatis Imperatoris Principibus Electoribus peculiariter conceduntur, quã ſpeciali conceſſione opus non fuiſſet, ſi iis jam ut Principibus regalia omnia indiſtinctè competerent. 3. Quia aliàs fruſtra Auſtriacis privilegio peculiari hoc jus eſſet conceſſum, *arg. l. un. C. de theſ. Matth. Steph. de Iuriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 2. & 18.* Hoc concedi poteſt, quod quidem dignitates in ſuis territoriis concedere queant, quæ propè accedant ad nobilitatis faciem, ipſam tamen nobilitatem nullo modo.

Confertur *a*) autem vel expreſsè *b)* vel tacitè. *c*) 4.

a) Non ergo ſufficit talem adeſſe perſonam cui nobilitas conferri poſſit, & talem quæ eam conferendi poteſtatem habeat, verum inſuper requiritur, ut & ipſe nobilitandi actus accedat tanquã forma quæ det eſſe rei *arg. l. Iulianus 9. §. 3. ff. ad Exhib. Gail. 1. Obſ. 124. n. 2.* A

b) quando nimirum is, qui nobilitandi jure ac privilegio coruſcat vel ſolennibus verbis vel collatione diplomatum voluntatem ſuam expreſsè declarat und einem wegen ſeiner tapfferen Thaten einen Wapenbrieff mittheilet *arg. l. quoties 3. §. viros. C. ubi Senat vel clariſ.* Ex qua lege duo colligi poſſunt. 1. quod eodẽ ferè modo à veteribus Imperatoribus ordini nobilium aſcripti ſint plebeji, quo nunc diplomatis Cæſarum ordinis iſtius privilegiis donantur *Paurmeiſt. lib. 1. de Iuriſd. c. 29. n. 30.* 2. quod hæc nobilitandi conſuetudo ſit antiquiſſima & non nuperrimè, ut quidam putant, cæperit, ſed ante mille annos Imperante Zenone jam in uſu fuerit *ex Conrad. Lag. Method. jur. civil. part. 2. Georg. Schönb. Polit. lib. 5. c. 15. in fin.* Ita a. nobilitati reapſe ſunt nobiles, & digni omninò habendi ſunt nobilitate propter realem hanc ſummi & ſacratiſſimi Principis atteſtationem de benemeritis ac virtutibus eorum, & ſanè committeret quis crimen ſacrilegii, qui de ea dubitare vellet *arg. l. 3. C. de crim. ſacrileg.* quibuſnam enim eſſet habenda fides, ſi non illi, in quo lumine clariore illa refulget? B

l.8.C.de summ.Trinitat. Unde etiam hoc modo nobilitatem nacti hodiè in Camera æq; ac alii genere nobiles ad Assessoratum recipiuntur, si modo alioqui ordinationi sunt conformes *teste Noldenio concl.* 49. Expressa quoque dici potest nobilitatis collatio, wann einer wegen seiner Tugenden und tapffern Thaten in Kriegen zum Ritter geschlagen wird *arg.l.2.C.de primic.l.fin.C.de Comit.rei.milit.l.un.C.de Equest. dignit.* quando scilicet Imperator aliquem in ordinem equestrem recepturus, humeros ejus stricto gladio (quam consuetudinem ex prisco cingendorum militum ritu, *cujus in l.25.38. & pen.ff.de testam. milit. mentio fit*, ortã fuisse putat Schönb. *Polit.lib.6.c.13.*) ferit eidemq; eo nomine codicillos largitur, qui in hunc fermè modũ concipi solent. Te præsenti nostro edicto & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis militem sive Equitem Auratum facimus & creamus, & ad statum & ordinem militarem assumimus, militaris quoque cinguli & balthei decore fascibusq; & stemmate auratæ militiæ insignimus, & fortitudinis gladio accingimus, aliorumq; militum numero & consortio adscribimus & aggregamus, decernentes, quod deinceps ubique locorum pro vero milite habearis & honoreris possisque & debeas pro hujusmodi susceptæ dignitatis ornamento torquibus, gladiis, calcaribus, vestibus, phaleris seu equorum ornamentis aureis cæterisq; omnibus & singulis privilegiis, gratiis & dignitatibus frui, quibus alii veri strenui per nos stricto ense facti & creati milites utuntur. *Besold. differt.11.de Nobil. n. 23.* c) quod fit quando nulla accedente expressa declaratione nobilium dignitas ac privilegia tacitè & per indirectum alicui conceduntur, quod quin fieri possit, nullum recipit dubium, cum idem taciti & expressi sit judicium *arg. l.cum quid 3.ff. de Reb. Cred.* & nihil intersit verbis quis an rebus & factis voluntatem suam declaret *arg.l.de quibus 32.in fin.ff.de legib.l.recusari 95.ff.de acquir.hered.l. non tantũ 5.ff. rem rat. hab.* quinimò plus interdum sit facere quàm pronunciare, & plus re quàm verbis voluntatem demonstrare. *l.si tamen 4.§.3.de ædil.edict.* Fit itaq; hoc 1. si Princeps aliquem in Cancellarium vel Consiliarium sui Palatii assumit *arg.l.honores 7.§.is qui ff.de Decurion. arg.l.judices 12. C. de dignitatibus arg.l. fœmina 8.ff.de Senator.l.1.C.de Domestic. & protect.* in his enim, quos tam arctè Imperator lateri suo adhærere sinit, ut etiam arcanorũ ejus

conscii

conſcii ſiant, ſeine und deß H. Reichs Hoff Rähte und Camergerichts Beysitzer seyn, unum cum ipſo Imperatore corpus conſtituant *l. quiſquis 5. C. ad L. Iul. Maj* hujus mentem ac animum informent, eundemque ceu ſolares radii firmamentum cœli *arg. c. Multi de pœnitent. diſt. 2.* & Juriſperitiâ & politicâ prudentia illuſtrent *arg. l. omnium 19. C. de teſtam.* & ob id amici *l. Divi fratres 17. ff. de jur. patron l. ſi poſt 4. C. de jur. & fact. ignor. l. ſecundum 4. C. de contrah. & commit. ſtip.* Imò parentes Imperatorum ab ipſis Imperatoribus vocentur *l. ex Divi Antonini 4. C. de locat. conduct.* quin nobilitatis radius exoriatur, nullum videtur ſupereſſe dubium *arg. l. unic. C. de Præpoſ. labor. & d. l. 1. C. de Domeſt. & proteſt.* Et proinde injurius eſt in illos *Conrad.* von Einſidel *in tractatu ſuo de Regalib. c. 2.* quando illis nobilitatis ſplendorē auferre annititur, cum non tantùm prædicta illi reſiſtant, ſed & ipſa quotidiana eidem repugnet experientia, ac in Gallia quoq; Regis Conſiliarii & Secretarii, Parlamentorumq; ſupremorum Senatores eorumq; filii Nobiles exiſtimentur, nobiliumq; privilegiis ac immunitatibus gaudeant, *uti præjudiciis firmat Papon. de ſentent. ſive arreſt. lib. 5. tit. arreſt. 4. referent. Beſol. diſſert. 2. de Nobil. n 26.* 2. Si Princeps per Doctorum collegium Doctoratûs vel Licentiatûs honores alicui confert, eximit enim illum eo ipſo propter ſingularem virtutem ac eruditionem hac dignitate dignam è plebejorum conditione ac numero, privilegiisque nobilium beat *arg. l. providendum 7. C. de poſtul. l. diximus 4. ff. de excuſat. tutor.* quinimò ipſis equitum privilegiis Doctorum ac Licentiatorum Privilegia exæquat *per* R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1500. *ſub tit.* von überflüſſigkeit der Kleider § *Item* die vom Adel ſo nicht Ritter oder Doctores ſeyn. *junct. § præced. & ſeq. Item Reform.* guter Policey Ordnung *de Anno* 1530. *ſub rubr.* vom Adel *& ſub tit.* von *Doctoren.* In quibus textibus inter alia diſponitur, quod Doctores eorumq; uxores æq; ut genere nobiles & in ſpecie Equites, catenas aureas, annulos, aliaq, ornamenta geſtandi facultatem habeant, cum tamē illud nobilibus genere tantùm non liceat, niſi cum hoc moderamine, ut catena quâ exornari velint filo quodam quaſi circumveſtita ducentorum florenorum æſtimationem non excedat *per d. Receß. de A.* 1500. *tit prædict. item Receß. de Anno* 1548. *nec non per text. in Ord. Pol. Anno* 1577. *Françofurt.* verbeſſert. *tit.* 12. deßgleichen (*ſc.* wie die vom Adel *tit.* 11.)

sollen &c. Cujus textus vigore ante annos aliquot pro Doctoris cujuspiã uxore contra C. &S. Civitatis H. qui sub prætextu statuti sui vestiarii, adversus privilegiatam illam vestitus gestandi securitatem, devestiendo, mulctando & pignora capiendo, processerant, in Camera Imperiali pronunciatum fuit. *Ioh. Georg. Becht. de salv. conduct. class. 3. n. 226. Harpr. ad §. In servorum 5. & fin. Instit. de jure personar. n. 60.* Quibus deniq; & illud addi potest, quod in Camera Doctores & Licentiati cum Nobilibus genere paribus fruãtur stipendiis *Ord. Cam. part. 1. c. 43. ibi* Einem Doct. Licent. oder Edelman 500. *flor.* (*hodiè* 700. *fl.* R. A. zu Speyr *de Anno* 1570. §. demnach / concept der erneuwerten Cammergerichts Ordnung *part.* 1. *tit.* 57.) Et acceptentur loco aliorum nobilium *Ord. Cam. part. 1. tit. 13. §. 2. in fin.* R. A. zu Speyr. *de An.* 1557. §. Weiter nachdem. *Nold. concl.* 38. 3. Si quis ab aliquo & voluntatem & potestatem nobilitandi habente de nobili quodam feudo in symbolum concessæ nobilitatis investiatur *Vult. lib. 1. Feud. c. 8. n. 6. in fin.* quemadmodum enim aliàs ad perfectionem cujuslibet actus duo requiruntur, voluntas & potestas, ita quoque sola potestas non sufficit, nisi adsit etiam voluntas, possunt enim feuda concedi sine nobilitate, & nobilitas sine feudis *Godfrid Ant. disp. feud. 1. th. 6. lit. B. Vult. d. c. 8. n. 9.* Hinc sæpenumerò in Imperii matricula reperitur formula Einhaber der Graffschafft N. Einhaber der Herrschafft N. *per subscript. Recess. de Anno* 1594. *Gail. de Arrest. c. 6. n. 9.* Repetendum tamen hic obiter, quod in Silesia nemo ad quatuor primarios Baronatus, als da seyn 1. Die Herrschafft Pleß. 2. Die Herrschafft Wartenburg. 3. Die Herrschafft Militz. 4. Die Herrschafft Drachenberg/admittatur, nisi ante ab Imperatore vel Rege Bohemiæ Baro creatus fuerit. *referent. Nold. concl.* 44. *ex Ioach. Cur.* andern Theil der Beschreibung deß Lands Schlesien *p.* 271. Ex quibus nunc refulget, quod non statim quis nobilis censeatur, qui possidet feudũ nobile, sunt enim nobilitas & ignobilitas qualitates non rei, sed personæ cohærentes, siquidem res à persona & non persona à re conditionem & qualitatem suam desumit *l. unic. C. de impon. lucr. descript.* & res hominibus accedunt, non verò rebus homines *l. justissimè ff. de aedil. edict.* Hominum enim causa sunt omnia *l. in pecudum 28. ff. de usur.* Si tamen Imperator feudum aliquod nobile immediatum plebejo concesse-

concesserit, præsumitur ferè eum hoc ipso nobilem fecisse, cum non verosimile sit, velle Imperatorem tale feudum teneri ab adhuc plebejo. 4. Tacitè quoq; nobilitas nuptiis conciliatur, si videlicet plebeja nobili viro nupserit *l. fœmina 8. ff. de Senat. l. cum te 10. C. de Nupt. l. fin. C. de incol. l. mulier 13. C. de dignit.* radiis n. mariti coruscat *Nov. 105. c. 2.* ejusq; privilegiis gaudet *l. 2. C. de Episc. & Cler. l. fin. C. de injur. l. medicos l. fin. C. de Profess. & Med. Besold. dissert. 11. de Nobil. n. 30.* Atq; hoc jure etiam sponsa fruitur ob summum matrimonii favorem, uti enim aliàs cingendus habetur pro cincto *l. filiusfamil. 43. ff. de testam. mil.* manumittendus pro manumisso *l. Herennius 22. ff. de stat. hom. l. si quis 53. ff de fidecom. lib* absolvendus pro absoluto, condemnandus pro condemnato *l. qui pœna 8. §. 2. ff. de manumiss.* ita & hîc sponsa pro uxore *arg. l. 12. ff. de legib.*

Confertur eum in finem ut dignitatum ordo ac splendor conservetur *a)* nec non virtuti justum præmium constituatur. *b)* 5.

a) *tot. tit. C. ut dignitat. ord. serv. l. 1. ff. de alb. scr. Nov. 1. c. 1. §. in ordinatum c. Episcopos 17. distinct.* Illud enim fieri publicè interest. arg. *l. 1. §. antepen. ff. de ventr. inspic.* idq; eò magis quod authorem ejus Ter O. M. esse novimus, is enim sicut ordinem diversorum orbium ac motuum corporaq; stellarum varia, variæ formæ, actionis, effectionisq; in cœlo posuit ac ordinavit: ita etiam in hoc terrestri orbe deorsum ordinationem & gradus functionesq; personarum varias constituit & conservat. *VVesenb in parat. ff. de just. & jur. n. 11.* A

b) *arg. l. semper. 5. §. 3. ff. de jur. immun.* Virtutum enim præmia tribui merentibus convenit *l. fin. C. de stat. & imag.* ne benemeriti inani spe lactentur, sed p meritis honorum titulis ad publicæ salutis studium inflammētur *arg. l. 1. ff. de just. & jur.* Duabus enim rebus ajebat Solon, respublica continetur præmio & pœna *Gothofred. ad d. l. semper. §. 3. ff. de jur. immun.* Et sanè *quis virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas? Iuven. lib. 4. Satyr. 3.* Cùm *labor ingratus quem debita præmia fallunt. Ioh. Ovven. in Epigr. Monast. Eth. n. 7.* B

Nobilitati regulariter *a)* hanc dignitatem ad liberos suos *b)* transmittunt *c)* aliisque privilegiis quæ in 6.

præsumptionibus *d*) reverentia *e*) ac honoribus *f*) nec non immunitatibus *g*.) consistunt, fruuntur.

A *a*) Quia dantur nobiles, qui dignitatem suam in posteros non transferunt, ut sunt Comites Palatini, Equites aurati, Doctores & Licentiati, quorum nobilitas ob id temporaria dicitur *Harprecht. ad §. in servorum 5. & fin. Instit. de jur. person. n. 86. Besold. dissert. 11. de nobil. n. 13.*

B *b*) non ad parentes *arg c. un. de nat. succ. feud. 2. Feud. 50. Vult. de feud. c. 9. n. 101.* nec ad collaterales *c. un. §. fin a. de his qui feud. dar poss. 1. F. 1. c. un. §. fin. de succ. Feud. 1. F. 5. c. un. de benef. frat. 1. F. 20. c. un. in pr. de frat. nov. invest. 2. Feud. 12.* Uti n. feudum regulariter ad parentes aliosq; transversæ lineæ agnatos nō transit per dictos textus, ita nec Nobilitatis privilegia parentibus fratribusvé cōmunicantur. Interim tamē negari nō potest, quin hi ex illorum dignitate cohonestentur *arg. Nov. 81. c. 1. §. generaliter.*

C c) *l. Emancipatum 7. §. 2. ff. de Senat. l. Senatoris 5. ff. eod. l. cum legitimæ ff. de stat. homin. arg. l. 11. C. de dign.* ad perennem memoriam in infinitum *arg. l. liberorum 220. §. 3. in fin. ff. de V. Sign.* Est enim præsumptio ex nobilibus tales, quales parentes sunt, id est, virtute, quæ mereatur nobilitatem, præditos, iterum nasci *arg. l. quod si 31. §. qui mancipia ff. de ædil. edict.* juxta tritum illud

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. Horat. lib. 4. carm. od. 4.

quam adeò ipse Imperator & jus Civile hoc communicationis & transmissionis jure vestire & firmare voluit. Transmittitur a. hæc dignitas tam ad illos liberos, qui ante adeptionem ejus, quàm ad illos qui postea concepti ac nati sunt *arg. l. Senatoris 5. ff. de Senat. arg. l. moris 9. §. sed utrum 14. ff. de pœnis.* Cum enim collatæ nobilitatis splendor ipsum quasi sanguinem illlustrare censeatur, certè non video quâ ratione, ab eo sejungendi sint liberi ante hancce Patris dignitatem in lucem editi, sunt enim hi æq; sanguis parentum quàm illi proinde omnium quoq; jurium cujuscunq; sint generis quę ipsis parentes ex voto pararunt, participes fiant oportet *arg. l. nihil interest 50. §. 2. in fin. ff. de bon. libert. Hotom. Illustr. q. 1. Magnif. & Nob. Dn. Præs. in disp. 2. coroll.*

coroll.3.Inst de stat.hom.& pat.potest. Diss.Niell. disp.feud.ult.th.2.in pr. Curt. in tract.Nob.p.4.n.11. Sed quid, devolviturne etiam hæc parentum dignitas ad liberos adoptivos? Nequaquam, nisi id ipsum in ipsa per sacrum oraculum *§.illud proprium Instit.de adopt.* id est, Principis sacratissimi auctoritatem *§. adoptio Instit. eod.* facta adoptione in specie actum fuerit *arg.l.sed si hac l.10.§.2. &3.ff.de in jus vocand.Gothofred.in not. lit.K.ad l.qui ex liberis 11.§.2.ff. de bon. poss. secund. tabul.* Constat enim ex prioribus nobilitandi actum non esse in manu cujuslibet Magistratus, nedum in privati alicujus *arg.c 1.§.adoptivus. 2.Feud.26.* sed summi Imperatoris reservatis annumerari, quomodo igitur eam transferat in alium? ut enim supra *thesi 4.lit.C.n.3.* diximus, non sufficere adesse potestatem aliquem nobilitandi, sed requiri insuper voluntatem, ita hîc dicimus, quod nec sufficiat voluntas, sed requiratur etiam potestas. Nec etiam per adoptionem status & conditio personæ mutatur *arg.l.in adoptionem 7. C. de adopt. l.fin.ff. de stat. hom. l.fin.de adopt.* & adoptio jus saltem agnationis non vero sanguinis adfert *l.qui in adoptionem 23.ff. eod.* Et quamvis hîc dici posset, quod arrogatus transeat in domum ac familiam arrogantis, adeòq; omnium ejus jurium particeps fiat *arg.l.11.§.2.ff. de bon.poss.sec.tab.* tamen illud non obtinet in iis cujus ipsi arrogatori non est commercium, adeòque illud transferendi potestatem non habet *arg.l.sciendum 32.ff.de rit. nupt.* cætera quæ objici possunt ex jam dictis, si rectè ponderentur, facilè corruent. Concludimus E. per Arrogationē aliquando & tum demum, quando expresse hoc Princeps agit (ubi tamen non tam arrogationi quàm ipsius Principis concessioni deberi videatur Nobilitas) Per Adoptionem verò in specie dictam, sive ab extraneo, sive non extraneo (ascendente scil. quodam è linea materna, nam quē avus paternus adoptat, is jam ex sanguine nobilis est, adeòq; nō venit in hanc q) autoritate nudi magistratus factam, numquam cōmunicari nobilitatem. *Dissent. Arum.exerc.2.th.21 Hæn.disp.2.quæst.illust. th.21. Cujac.cons.56.Nold. de stat. nob. concl. 71.* *d)* major enim præsumitur virtus integritas & innocentia in nobilibus quàm plebejis *arg. l 3.ff.de test.Nov.90. c.1.l.ob carmen.§.fin.ff. de test. l.majorem.§.1.ff. de pact.* & quo major est nobilitas, eò major est præsumptio *arg. l. un. §. 1. in fin.ff.de Off.* [illegible] *Prætor.* Quare etiam cum major virtus in illis præsu- D

matur

ſumatur quam in plebejis, quo ad officia publica cęteraſq; dignitates hiſce erunt præferendi *Nov. 15.c.1. ibi Universi & c 6.in fin.ibid.l.honor. 14. §.3. ff. de muner. & honor.* Statuta itaq;, quæ in locis nonnullis ſunt, de nobilibus in Decuriones civitatum non deligendis ad aliave munera publica non admittendis, improbanda videntur, tum ob rationem prædictam, tum etiam quod arcana Imperii præ plebejis ſcire præſumantur nobiles, nec non eò, quod Magiſtratus vileſcant, ſi obſcuris omninò hominibus deferantur *d. Novell. 15.* denique huc facit *l. honores. §. is qui ff. de Decurion.* in qua plebeji Decurionum honoribus fungi prohibentur, quæ reſtringit ſeipſam ad Decurionum honores; nec extendi debet ad ipſum Decurionatus onus, quod de jure noſtro etiam infamibus injungitur *l.fin.C.de infamibus.* Tanta quoq; cum pro nobilibus ſtet fidei integritatiſq; præſumptio, ſi fortè legati exiſtant, non tenentur exhibere Credentz oder Creditiff Schreiben / ſed ſine alia ulla probatione ipſorum verbis fides habetur, ut *ex c. nobiliſs. 97.diſtinct.* vult Schönb. *Polit.lib.3.c.29.* verùm hæc ut à praxi aliena vix ſubſiſtunt, nec conveniunt juri noſtro, de quo non creditur legato dicenti ſe eſſe legatum, niſi per pragmaticam formã ſive literas credentiales hoc probaverit *l.5.C.de jur. fiſci. l. 1. C. de mand. princip.* Ubi omnes, ajunt Impp., ſciant nemini quicquam niſi quod ſcriptis probaverit eſſe credendum, nec *ullius dignitate* terreri. Ulterius cum in illis fraudis ſubornationis ac perjurii præſumptio nulla ſit, magis quoque illis in teſtimoniis ferendis creditur quàm plebejis, & in multis ob id Germaniæ locis receptum, ut teſtimonium dicturi perſonaliter comparere non teneantur, ſed ſufficiat, ſi per ſcripturam unter jhren Pittſchafften und Handſchrifften / abſque corporali juramento illud deponant, & depoſitionem judici tranſmittant, *atteſtante Gailio 1. obſ.100.n. 21. & 22.* qui & hanc conſuetudinem vigere in regno Bohemiæ viciniſq; provinciis, nec non Auſtria & Bavaria, ait 1. *Obſ. 101.n. 14.* ſubjicitq; *num. 15.* quod ipſemet viderit teſtes examinari illuſtres ſub juramento, quo jam ante Principi ſuo, cui ſerviębant, adſtricti fuerint (bey dem Eydt/ damit ſie jhrem Herrn zugethan) non recepto novo ſpeciali juramẽto. Unde illud hîc quæri poteſt, an Nobili injurato teſtimonium perhibenti, ut jurato teſti credatur? & reſpondetur, quod non, niſi in

si in iis tantùm locis, in quibus id genus testimonii receptum & supra dicta consuetudo in usu est; aliàs enim & alibi, in teste ad hoc, ut probet, inter cætera requiritur, ut ante testificationem juramentum præstet de veritate pro utraq; parte dicenda, cæteroquin non valet ejus testificatio: cum tota substantia depositionis testium in juramento consistat *l. jurisjurandi 9. C. de testib. l. si quando 19. C. eod. Mynſ. 2. Obſ. 3. Nold. concl. 74.* Denique & illud ex præsumptione integritatis Nobilium quidam deducunt, quod hæ clausulæ à Principibus Bey meinen Fürstlichen/ à Comitibus bey meinen Gräflichen & Nobilibus bey meinen Adelichen Ehren/Trewen vnd gutem Glauben/ prolatæ & Instrumentis insertæ vim veri juramenti inducant & operentur, illudq; quotidiè practicari dicunt, Daß wann ein Fürst/ Graff vnd vom Adel etwas zusagt/ oder sich verschreibt/ bey seinen Fürstlichen/Gräflichen vnd Adelichen Ehren/ Trewen vnd guten Glauben/ auch bey dem Wort der Warheit/ alles vnd jedes/ so der Verschreibung mit einverleibt/stet/fest vnd vnverbrüchlich vñ wol zu halten/zu erfolgen/ vnd dem zugeleben ꝛc. Er solches von Rechts wegen eben zu halten / als ob er solches mit einem leiblichen Eydt geschworen hette/ bey Pön deß Meineydes *Mynſ. 10. obſ. 17. ibidemq; Rayger. in addit.* sed hæc explicanda & limitanda sunt ex iis quæ dicuntur *diſp. VIII. th. 19. lit. M. & N. & diſp 4. th. fin. lit. B.* *e)* quæ illis in salutationibus, ambulationibus, sessionibus aliisve modis præ aliis exhibenda *l. 2. & 3. C. de off. diverſ. jud. l. 3. C. ubi ſenat. vel clariſſ. l. 1. & 2. C. ut dign. ord. ſerv.* Dignioribus enim dignior locus debetur *c. Epiſcopos 17. diſtinct. c. Metropolitani. 65. diſt. c. illud. 8. q. 1. l. fin. ff. de fid. instrument. l. potioris 5. C. de off. Rect. provinc. l. honores 3. ff. de Decur. Schneidvv. de feud. part. 9. n. 23. H. Hartm. lib. 2. tit. 49. Obſ. 4. n. 4.* Notandum autem hoc loco, quod hæc omnia fieri debeant secundùm cujusque loci consuetudinem *Gail. 1. obſ. 21. in fin. c. cum olim de conſuetud.* Diligentes itaq; eam inquiramus oportet *arg. l. 34. ff. de Reg. jur.* qui enim locus fortè in uno mundi angulo est honorabilis in altera non est. *arg. c. 1. de conſt. in 6.* In Germania passim hæc obtinet consuetudo, ut is qui dextrum latus alicui claudit, honoratior sit eo qui sinistrum: & inter plures is cæteris præferatur, qui medium inter illos tenet locum *Tholoſan. lib. 6 de Republ. c. 10 n. 12.* quam consuetudinem non solùm Germanos sed & Numidas quondam tenuisse E

testis est Salust.in Iugurth. nec non ipsos quoque Romanos, *Petr.Matth. lib.5.hist.Franc.de Henric.IV.narrat.6.n.2.* Ubi, magnus, ait, honos fuit apud Hebræos, Ægyptios, Romanos, Africanos, esse à dextra, major, in medio Comitum ire; at maximus, si quis absq; pare in comitatu ibat. Recedunt autem ab hac consuetudine Noribergenses, quibus non medius, sed superior ad dextrum locus, dignior est; Turcæ, qui latus sinistrum dignius habent dextro, quod illud gladius cohonestet; Itali, qui digniorem locum juxta murum vel parietem, sive à dextris, sive à sinistris sit, concedunt; quibuscum & Anglos & Germanos Augustæ Vindelicorum hoc in passu convenire testatur *Nold.concl.81.*
F *f)* Variè illis deferendis; hinc favore eorum introductum, quod si fortè testimonium alicui perhibere debeant ad tribunal vocari non possint, sed domi per notarium examinari debeant *l.15.ff.de jurejurand. VVesenb.in paratit.lib.22.tit.5.n.5.lit.F.* Ipsimet verò, si conveniendi sive civiliter sive criminaliter, citandi sint non verbo sed scriptis *arg.l.quoties 17.§.1.C.de Dignitat.* ubi ipsi comparent, à judice salutentur & ad sedendum inviten tur *arg.l.3.in fin.C.ubi Senat.vel clariss.* Per Procuratorem a. necessariò causas civiles & pecuniarias tam intentãdo quàm excipiendo agitent, adeò ut si illud neglexerint, litis ejus sorte carere jubeantur *in l.25.C.de Procuratoribus. Nov.71.c.1.* ubi idem ipsis injungi videtur in judicio injuriarum criminali, de quo tamen *l.fin.C.de injuriis.* verbo permissivo *Licere* saltem utitur. Vide & hac de re *Gail.1.observ.111.n.fin.disp.8.th.19.lit.H.* Amplius si forsitan propter grande aliquod delictum sint detinendi, carceri locisvé subterraneis Stock/Block vnd Halßeissen mancipari non possunt *arg.l.1.ff.de custod. & exhib.reor.* sed vel cautione juratoria sunt dimittendi *l.pen.C.de dignit. Nov.12. & 52. VVes.in parat.ff.de custod.reor.n.5.circ.fin.quamvis illud hodiè in praxi nõ observari velit. Iul.Clar.in tr.crim.§.fin q.46.n.16.* Vel etiam palatium aut tota civitas pro carcere illis est assignanda *arg.l.Relegatorum §.item in parte 8.ff.de interdict. & relegat.Gail de pignor.Obs.4.n.4.* ex quibus sequitur, quod multò minus propter debitum civile vel ex causa æris alieni in carcerẽ duci queant. *Covarruv.var.resol.c.1.n.4.* cum imò habere videantur etiam beneficium competentiæ, ne in solidum conveniantur & condemnẽtur, sed in quantum facere possunt *arg.l.Miles 6. & l.item miles 18.ff.de re judi-*

re judicat. Hering. de fidejussor. cap. 10. *n.* 370. In honorem quoque nobilium introductum, quod cruciatibus vel torturis subjici non possint *arg. l. omnes* 33. *C. de Decur. l. severam* 10. *C. de dignitat. l. militis.* 8. *C. de quæstion.* nec nō q injuria illis facta graviùs puniatur quàm quæ facta est plebejis *arg.* §. *pœna.* 7. *v. nam secundum* §. *atrox* 9. *Inst. de inj. l. aut facta* §. 3. *ff. de pœnis.* & damnū illis datum utili legis Aquilæ institutā actione majoris æstimetur, quam q ignobilibus illatū. Unde aliquando nobili militi utroq; oculo ex vulnere insidiosè orbato, in Camera Imp. multa millia ꝓ militaribus officiis, quibus postea cariturus erat per sententiā fuisse adjudicata, refert *Gail. lib.* 2. *de Pac. publ. c.* 2. *n.* 19. Affine hisce est illud Nobiliū Privilegiū, ex quo delinquentes mitiùs puniuntur, quàm plebei, q ipsis tribuitur & asseritur tot textibus juris, quot diversam ꝓ qualitate personarū diversa, & honestioribus quidem clementiorē, humilioribus v. & sordidioribus severiorem pœnam dictant; ex innumeris paucos notasse sufficiat, qui sunt *in l.* 4. §. 1. *l.* 12. §. 1. *de Incend. Ruin. nauf. l.* 6. *in pr. de Extraord. Crim. l. fin. ff. de Sepulchr. Violat. l.* 1. §. 3. *ff. de Abig. l* 1. *in fin. de Furib. baln. l.* 1. §. 1. & 2. *de Effract. l.* 3. §. 2. *de Crim. stell. l.* 1. §. *fin. l.* 3. §. 5. *ff. ad L. Corn. de Sicar. l.* 6. *in pr. ff. ad L. Iul. Pecul. l.* 9. §. 11 *l.* 16. §. 3. *l* 28. §. 2. & 9 *ff. de Pœn. l.* 3. §. 1. & 10. *ff. de Re Milit. l.* 1 & 2. *ff. de Veteran.* Et tamen hæc res iterum tantum non infinitas patitur limitationes & exceptiones; in primis (1.) in delictis ex quibus non corporalis sed pœna pecuniaria irroganda venit, fallit, in tantum, ut hîc etiam nobiles gravius quàm plebei puniendi sint *arg. l.* 13. §. 8. *C. de jud. princ.* 2. *Feud.* 53. *de Pac. tenen. int. sub. & jur. firm.* (2.) locum non invenit in delictis quæ directò & manifesto lugentur ipsa nobilitate, qualia perhibentur esse Fuga è prælio, Proditio, Falsitas, Perfidia & alia per quæ scil. peccatur in his, quæ nobilitatem ipsam concernunt & propter quæ nobilitas solet concedi: Et hæc enim iterum graviorem quoque Nobilibus qualemcunque irrogant pœnam, quàm plebeis *arg. l.* 14. *de Pœnis l.* 2. *de Re Milit.* Videatur Tiraquellus *in tract. de Pœn temp. aut remitt. caus.* 31. ubi hanc rem plene decisam exhibet cum reliquis limitationibus & exceptionibus; quibus addi meretur distinctio Pœnæ in forensem seu Civilem & moralem, ut in hac quidem dictum Privilegium officium perdat, in illa verò saltem cæteris paribus exserat: unde pœnam homicidii, utpote mora-

lem, nec Nobilibus quidem in pœnam pecuniariam vel aliam leviorem mutari debere, non attentis contra autoritatem divinam rationibus vel textibus civilibus, concludimus cum *Magnif. & Nobiliss. Dn. Præside ex exerc. ejus Iustin. disp. fin. th.* 12. Est & illud de privilegiis nobilitatis, quod filiabus propter viri nobilitatem major & lautior dos à parentibus sit constituenda *arg l. quæro 60. l. 69. §. gener. 5. ff. de jur. dot. & l. si filiæ 43. ff de legat. 3.* Etiam si allodialia non adsint vel non sufficiant, ex bonis feudalibus *Hart. Pistor. lib. 2. part. 2. quæst.* 57. seu potius fructibus feudalibus *Berlich. in conclus. Practicab. p. 2. concl. 55. n. 37.* quod procedit non solùm in Patre, sed etiam in fratre & agnato quovis, ad quod feudum devolvitur, quinimò etiam in Domino, si ei feudum aperiatur *Berlich. d. concl. n.* 38. Huic consequens est, ꝙ Nuptiæ quoque & exequiæ nobilium majoribus expensis ac solennibus sint celebrandæ *arg. l. si quis 12. §. sumptus 5. d. l. etsi 14. §. hac actio 6. ff. de relig. & sumpt. fun.* de quibus inter cætera notandum, quod in pompis istis funeralibus imagines Majorum quas nostri die Ahnen / Schilt vnd Helm vocant, deferantur. *Tiraq. de Nob. c. 20. n. 149. cum seq.* Welche wann der letzte deß Geschlechts verstorben / zerbrochen / beygelegt / vnd zugleich mit begraben werden *ex Ruding. 5. obs. 46. Nold. concl.* 86. Ad postremum nec illud præterire possum, quòd multa lautiora illis præbenda sint alimenta quam plebejis, non enim ut hi allium, panem, atrum, caseum, cæpas & similia edere tenentur *Schneidvvin. ad §. sunt præterea 36. n. 7. Inst. de act.* sed pane albo, pullis, caponibus, perdicibus & hujusmodi aliis cibis delicatis vescũtur *Nold. concl.* 90. quapropter si fortè tutor nobili minori cibaria hujusmodi delicata præstiterit, in calculo ea recipi debent. *Munoz de Escobar. de ration. ad administr. c. 22. n. 52.*

G *g)* Sunt n. ex inveterata Germaniæ consuetudine à præstatione collectarũ liberi *per text.* in Sachs. Landrecht *art. 27. &* Schwaben Landrecht. *c. 124. n. 4. nec non* Welt. *Reformat.* Kays. *Sigismund. c. 2. n. 4.* nisi cõsuetudo regionis obstet. *arg. l. si publicanus. 4. §. 2. de publican. & vectig.* vel necessitas publica contrarium suadeat, ab his n. quæ sunt necessitatis immunitas concessa non intelligitur *l. 1. C. ut nemini lic. se in empt. Myns. 4. obs. 70. H. Hartm. tit. 52. obs. 6.* quapropter etiam à collectis universalibus der Reichsstewr / oder deß H. Reichs Anlagen immunitatem non habent. Dann da soll ein jeder belegt seyn / Geistlich

oder

oder weltlich / exempt, oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet/niemand außgenommen/R. A. *de Anno* 1551. §. Solche der Stände / *An.* 1566. §. dieweil nun diese *&* *An.* 1594. §. Nachdem. Idq; in tantum procedit, ut quamvis concurrat qualitas jurisdictionalis, vel Nobiles in Aulis Principum versentur, nihilominus ab hoc munere non videantur immunes. *Casp. Klock. de contribut. concl.* 38. *lit. A.* quinimò moribus Germaniæ obtinuit, ut non modò Nobiles Statibus Imperii subjecti, sed & immediati, von der Freyen Ritterschafft im Fränckischen/Schwäbischen vnd Rheinländischen Krayß in partem onerum hujusmodi vocentur: Non tamen, ut cæteri Status denen jhr gewisser Anschlag aufferlegt / sed compelluntur solummodò pro benevolo ac voluntario subsidio, vmb ein mitleydentliche Hülff/ohn einigen gewissen Anschlag/ R. A. *de Anno* 1500. *tit.* was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben vnd Rheinlanden handlen soll. *Clock. de contrib. eod.* Quocirca cum superioribus Annis in Recessu Imperii de Anno 1542. Nobilitati Rhenanæ alusq; immediatè Imperio subjectis Nobilibus subsidiaria ista collatio injuncta esset, postea Ferdinandus Imp. Rhenensibus Nobilibus, qui de privilegiis immunitatum sollici erant, eisdem sub dato Anni ejusdem 1542. hancce præstitit cautionem; Daß bemelte Ritterschafft am Rhein von Alters hero / als freye Persohnen / dieser vnnd dergleichen Beschwerden entladen gewesen / daß auch jhnen der gemeinen Ritterschafft / diese jhr gethane Bewilligung (quæ nimirum facta vi prædicti Recessus) auch Benügung vnd Verwilligung derselben Hülff an jhrer exemption, Freyheiten/ Rechten/vnd Herkommen vnschädlich seyn solle. *Besold. diss.* 11. *de Nob.* Quæri a. hîc non ineptè potest, utrumné hæc im̃unitas, ubi adhuc obtinet, etiam extendatur ad bona à plebejis comparata? Et respondetur, ꝙ non *per text. in l. si divina domus* 8. *C. de exact. tribut. arg. l.* 1. *C. de præd. & omnib. reb. navic. l. pen. & ult. C. Sin. cens. vel reliq. fund. compar. non poss.* publica quippe exigit salus, ne hæcce nobilium libertas latiùs extendatur onusq; cõmune multis paucis tandẽ imponatur *l. actores C. de exact. tribut.* cum præsertim in tributis & collectis imponendis prædiorum potiùs quàm personarum attendatur conditio; & qualitas prædio inhærens, necessariò possessorum quemcunque comitetur; Unde etiam Ecclesia, maximè alias pri-

vilegiata tributum pro re tributaria sibi comparata exsolvere *c. si tributum 11. quæst. 1. & c. 23. q. 8. Gothofred. disp. 1. feud. th. 2. lit. a & disput. 7. th. 6. lit. A. Victor. de exempt. concl.* 18. Immunes quoque sunt à tutela ignobilium *arg. l. non tantum 17. §. 1. ff. de excus. tut.* aliisq; muneribus publicis; hinc non tenentur excubias agere vel diurno nocturnové tempore ad portas vigilare *arg. l. Senatorum 4. C. de dignitat.* nec deniq; milites hospitio excipere *arg. l. ab his oneribus 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun. l. fin. in fin. ff. de muner. l. 8. C. de Metat.*

7. Hisce privilegiis licet omnes & singuli nobiles qualescunq; etiam fuerint, ferè æqualiter fruantur, ordinem tamen eorum inter eos ipsos, ut sciamus; notãdum quod Nobilibus genere & virtute simul primus ubiq; debeatur locus *a*) virtute duntaxat talibus togata secundus, militari talibus post togatâ tales *b*) ultimus.

A *a*) Idq; non immeritò sive de honoribus adipiscendis, sive de ordine ac consessu agatur *arg. l. 1. §. quæ omnia vers. Sed Anatolium ibi: vir ab antiqua stirpe C. de vet. jur. enucleando. ut & arg. l. providendum 7. C. de postuland.* Ubi enim duæ ponuntur qualitates, quorum etiam una ad nobilitatem sufficiat, quis dubitabit, si utramque quis habeat, quin sit nobilior eo, qui unam tantùm? fortiùs enim duo vincula ligant quàm unum *arg. l. 1. ff. de privileg. credit. & arg. §. sed hodiè Instit. de adopt.* Unde etiam usu obtinet, ut nobilis genere der Wol Edle / alius

B verò tantùm der Edle salutetur. *b*) Major enim horum semper habita est autoritas in jure nostro quàm militum, quod ipsum vel ex eo colligi potest, quod juris appellentur Sacerdotes *l. 1. §. 1. ff. de just. & jur.* Imperatoris amici *l. 4. C. de contrah. vel commit. stip.* Parentes *l. 4. C. locat. conduct.* & pars ipsius Principis corporis *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* quæ tamen de militari virtute nobilibus nullibi dicuntur. Cedant itaq; arma togæ, concedat laurea linguæ, cum nihil arma profutura sint nisi consiliũ sit domi; *teste Cicerone 1. Officior.* ubi ait Lacedæmoniorũ Imperium, multò plus Lycurgi legibus debere, quàm aut Pausaniæ aut Lysandri rebus gestis: Sed hîc tamẽ nõ sine ratione est distinctio quorundã ex actibus, quòd hactenus dicta quidem obtineant in actibus togatis imò & indifferentibus, at non in bellicis, qui omninò

sagum

ſagum togæ præferant. *Vide Gail. 2. obſ. 118. n. 15. & ſeq. Gœhauſen Peric. Acad. part. 1. per. 3. quæſt. 24.*

8. Deſtituuntur autem Nobiles dignitate & privilegiis ſuis privilegiis exſequentibus potiſſimùm cauſis, 1. ſi vile aliquod artificium exercuerint *a)* 2. ſi mercatores extiterint *b)* 3. infamia vitæq; turpitudine laboraverint *c)* vel etiam 4. ſi nobiliſſa plebejo nupſerit *d)* Sed quid hoc in paſſu de paupertate agricultura vel etiam procurandi munere ſentiendum? ſcilicet quod videantur quidem deſtruere nobilitatem: ſed tamen revera non deſtruant. *e)*

a) Si videlicet agere voluerint textores, piſtores, tonſores, fabros, coquos; ſordida n. hæc ſunt munera *l. maximum 12. verſ. ſorditorum C. de excuſ. mun.* & ſervis competunt *l. quæſitum 12. §. Trebatius 5. ff. de fund. inſtruct. l. ſi quid 18. § pen. ff. de ædil. edict. d. legat. 65. §. 2 ff. de legat. 3. l. ſerv. 99. § ſervis 4. ff. eod.* Item ſi Arenarios, Hiſtriones vel Lyriſtas; Et hi n. humiles ſordidiq; reputantur *l. 7. C. de inceſt. nupt. l. humilem C. eod.* imò infamiæ notam ſubeunt *l. 1. C. de nat. liber. l. 2. §. 5. ff. de His qui not. infam.* unde & hi ex 3. capite ſub lit. C. propoſito nobilitatem perdunt. Poſſunt quoque hiſtrionibus hiſce accenſeri, ſi fortè in aulis Principum voluptatū fuerint artifices *l. ut jurisjurandi 7. §. dubitatur 5. ff. de operis libert.* quos hodiè kurtzweilige Rähte vocamus, qui quidem jocando animos ſuperiorum ſibi demulcere, menſaq; poculis, & veſtitu Dominorum frui poſſunt, mercedem tamen nullam niſi in ſtipulatum deductum ab illis exigere queunt *per Reform. de Anno 1548. tit.* von Schalcks Narren *28. & arg. l. 11. ff. de impenſ. in rem dot. Nold. concluſ. 171.* In eadem hac claſſe ponendi ſunt, qui tabernam, popinam vel cauponem exercent *arg. l. 1. C. de natur. lib. & d. l. humil. C. de inceſt.* tum quod caupones plerumque ſub prætextu inſtrumenti cauponii proſtitutas & uſurarias mulieres habere dicantur *l. palam 34. §. ſi qua 9. ff de Rit. Nupt. l. Athletus 4. §. 2. ff. de his qui not. infam.* tum etiam quod *in l. ſi quis 26. ff. de injuriis* patri injuria fieri dicatur, ſi quis filium in popinam duxerit, eſt enim locus iſte inhoneſtus, & cum lupanari in ju- A

re noſtro

B re nostro conjungitur *l.21.§.sed si 11.ff.de recept. arbitr.* b) *l. Ne quis 6. C.de dignit.l.Nobiliores 3.C.de commerc.& mercat.l.si cohortalis.§.3.C.de Cohortal.& l.Humilem 7. C. de incest. nupt.* in hac n.l.7.inter humiles abjectasq; personas recensetur, quæ mercimoniis publicè præfuit. Hinc in legibus torneamentorum cautum, Daß welcher vom Adel geboren vnd herkom̃en were/der seinen Stand anders dann Adelich hielt/ sich nicht von seinen Adelichen Renten vnd Gülden/die jhm sein man oder Erblehn/ Dienstlehe/ Rahtgelt/ Herrnsolt/ oder Eygenthumb järlich ertragen mag/ sondern mit Kauffmanschafft/ wechseln/ fürkauffen vnd dergleichen Sachen nehren oder sein Einkommen mehren wolte/ dadurch sein Adel geschwecht/vnd veracht würde etc. soll im Thurnier nicht zugelassen werden *Goldast.*in Reichssatzung *part.1 pag.* 5. Sed quid si nobilis per servos suos vel institores negotietur, caditne nihilominus hac dignitate? & respondetur, quod sic 1. propter textuum generalitatẽ *arg.l.8.ff.de public. in rem act.* 2. rationis identitatem *arg. l.32.ff. ad L. Aquil.* æq; enim fœdo turpiq; quæstui inhiat, qui per alium, quàm qui per semetipsum mercimonia gerit. 3. propter *l.2.§.1.ff.de administr.rer. ad civit.pertin. & l. non licet 46.ff. de contrahend.empt.* ubi disponitur, quod quis id nec per alium possit, quod ipse prohibetur, cui addi potest *c. quod quis.de reg. jur. in 6.* Interim tamen hîc, ut in omnibus aliis nobilitatem amittendi modis consuetudo cujusq; nationis probè erit obsẽrváda *Nold.concl.160.Diss.Mynf.*
C *cent.6 obs.54. Alciat.de præsumpt.præsumptione 48.Reg.1. num.10.* c) non enim ei honor servatur, qui se eo reddit indignum *l.Senatoris 47.ff.de Rit.Nupt. l.si qua 2.C.de secund.nupt.* omnemq; honorem ac dignitatem reatus excludit *l.1.C. ubi Senat.vel clariss.l.quoties 17.C.de dignit.l.quisquis*
D *5.C.ad L.Iul.Majestat.* d) *l.feminæ 8 in fin.ff.de Senator.l.mulieres.13.C.de dignitat.* ubi expressè dicitur, quod mulier priori dignitate privetur, si postea minoris ordinis viro per matrimonium juncta fuerit; quod ipsum in tantum procedere asserunt Dd. ut mortuo etiam marito ignobili nobilitatem non recuperet, sed restitutione opus habeat *arg.l.Imperialis C.de nupt.& l.1.C de sentent.passis.* si verò vicissim viro nobili nubat, dubium non est, quin novam mariti nobilitatem nanciscatur *Nold. concl.177.* Tandem hîc quæri potest quid statuendum sit de liberis, si fortè parens sordidis artibus vel qua alia ratione nobilitatem

tatem amiserit? scilicet quod id filiis jam natis vel saltem conceptis præjudicare non debeat, cum enim nobilitas in sanguine eorum radicata, ideòq; jam sit acquisita, nec auferri quidem ea ipsis potest per crimen vel casum Patris *arg. l. 9. ff. de Senat. l. 34. §. fin. de Rit. Nupt.* Filios verò post amissam jam nobilitatem ex Patre conceptos & natos quod attinet, licet sint qui nec his (maximè ubi in Parente, qui eam amisit, non primùm ceperit nobilitas) præjudicari putant, quia hi nobilitatem suam non à patre necesse habeant consequi, sed jam à Principis liberalitate ac provisione, qua toti posteritati provisum, videâtur consecuti, ut adeò sicut aliàs non, ita nec hic alteri per alterum iniqua debeat inferri conditio *l. non debet 74. ff. de reg. jur. & l. crimẽ 26. ff. de pœn.* & dignitas quæsita auferri *d. l. generali 34. §. fin. ff. de rit. nupt. l. filiam. 9. ff. de Senatorib.* rectiùs tamen nobis sentire videtur, qui his per casum Patris præjudicare indistinctè asserunt; cum enim hi ex sanguine nobilitate jam destituto nascantur, quomodo, quæso, inde trahere nobilitatem queant? certè non ex sola prima provisione Nobilitantis, nam hæc operatur per medium sanguinis jam & adhuc nobilis, & quidem sanguinis proximi *arg. l. 14. C. de quæstion.* unde nec nepotes ex patre jam ignobili natos & conceptos juvabit avos habuisse nobiles quia hactenus persona patris tanquam proxima & immediata inspici debet, facit huc *l. 3. ff. de Interd. & Relig.* Alii aliter distinguunt *vide Tiraquell. in tract. de Nobil. c. 24. n. 4. c. 15. n. 7. c. 35. per tot. & tr. de jure Primog. c. 23. n. 18. & seqq.* Si tamen Princeps expressè etiam providerit posteris eosq; simul specialiter nobilitaverit, casus Patris iis, licet post natis, non nocere videtur *arg. l. 3. de Interd. & Relig.* quippe quibus nobilitas non per mediũ sanguinis, ut aliis ex tacita provisione, sed directo ex ipsa concessione competat. *c*) licet enim §. *hoc quoq; Instit. per quas person. nob. acquir.* innuere videatur, quod diminutis divitiis etiam honor diminuatur, nec non *l. quisquis 5. §. 1. C. ad L. Iul. Majest.* quod familiæ absque bonis sordescant, Horatius quoque dicat 2. *serm. sat.* 2. E

Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est,

Et Iuvenalis lib. 1. Satyr. 3.

Nil habet infelix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines faciat;

Tamen si rem accuratiùs perpendimus, dicendum omninò ipsam nobilitatem ob rerum egestatem non tolli *per textum rotundum in l. humilem 7. C. de incest. nupt. Schneidvv. de feud. part. 3. n. 10.* cum paupertas non sit de genere malorum, & ut Dd. dicunt Armuth kein Schand noch Vnehr ist. *Gail. 2. observ. 95. n. 19. Nold. concl. 182.* Incivile quoque licet videatur nobili quod agrum colit *arg. l. fin. C. de Mancip. & Colon.* & Raphael Fulgos. velit illum pro rustico habendum esse, qui per totum diem vel pro majori ejus parte stat in rure, quamvis sit nobilis *referent. VVurmbs. tit. 27. obs. 2. n. 5.* nec non Jason *ad §. Item Servian. circa fin. Instit. de action.* dicat, quod leges pluris facere videantur nobilem habitantem in civitate quàm in villa, quia dicantur nobiliores *in auth. præsid. vers. nobiliores. C de Episc. & Cler. & l. 3. C. de commerc. & mercat.* Hisce tamen & similibus non obstantibus rectiùs statuere videmur, si ob id nobilitatem non destrui dicamus, si fortè tela in usum vomeris ligonisq; (*ut in l. fin. C. de mancip. & col. loquuntur Impp.*) convertat *per text. in c. nunquam de consecrat. dist. 5. & c. 1. vers. cæterum de verb. sign. in 6.* fit enim cultura pro fructuum ex feudo perceptione, quam absque nota licitè exercet *Nold. concl. 183.* & nobilis à rustico non loco sed genere distinguitur *arg. l. urban. famil. ff. de V. Sign. Alciat. præsumt. 48. reg. 1. n. 9. de præsumpt VVurmbs. d. loc.* Hinc Gallicæ nobilitatis proprium esse, ait *Hadrian. jun. in Histor. Batav. c. 9.* prædia & rus colere civitatisq; commercium ceu primam sui labem fugere, ita ut opinio nobilitatis è vita rustica & prædii possessione plerumque pendeat *Besold. d. ss. 11. de nobil. in fin.* Deniq; procuratoris officium licet quibusdam vile videatur de jure civ. tum *per text. in l. si quis procurationem 34. C. de Decur.* tum eò quod etiam infamis de eo possit esse procurator *per text. in §. fin. Inst. de except.* aliis tamen contrarium visum est, qui *d. §. fin.* restringunt ad casum, quo de infamia non liquet, sed ea requirit operosam probationem *arg. verborum, ne negotium proteletur,* ut adeò si notoria sit infamia aut incontinenti probari possit, etiamnum procurationi obesse debeat *vide Bachov. ad d. §. fin. sub n. 5.* Certè *l. 34. C. de Decurionib.* nec illis prodest nec hisce nocet. Loquitur enim de procuratione facultatum seu extrajudiciali; non, nobiscum, de judiciali. Hodierna quoq; tempora si inspicimus, in contemptum quidem abiit vitio ipsorum Rabularum forensium hoc

munus;

munus; sed in inferioribus saltem judiciis & ubi nuda procuratione absolvitur: in magnis verò curiis & ubi Advocatura conjuncta est procurationi pro contemptibili ac vili functione non haberi, sed in honore poni solet. In Camera certè Imperiali nemo in numerum Procuratorum agentium recipitur, nisi sit Doctor vel Licentiatus *Ord. Cam. part. 1. tit. Mynsf. 4. obs. 32. Gail. 1. obs. 43. n. 8. in fin.* ubi addit, quod Procuratorum in Camera pinguior sit conditio & uberior quàm Advocatorum, de quibus tamen Imperator Leo *in l. 14. C. de advoc. divers. jud.* notanter differit, *quod non minus provideant humano generi quàm si prœliis atq; vulneribus patriam parentesq; salvarent & æq; hosce Imperio militare* dicit, *cum gloriosæ vocis munimine confisi laborantibus spem, vitam & posteros defendant, quàm eos qui gladiis, clypeis ac thoracibus nitantur.* Unde concludimus posse quem salva nobilitate Procurationem judicialem obire.

His in genere de Nobilitate dictis subjungimus divisionem eorundem ex subjectione, ex qua scil. sunt vel mediati vel immediati, de illis, quia in disputatione prima tomi 2. agetur, nos hoc loco de hisce tantum in specie quædam trademus. Sunt itaq; nobiles immediati *a)* cives *b)* Imperio ac Imperatori imediatè subjecti *c)* eundem solum & Cameram pro superiore recognoscentes *d)* statum tamen Imperii tempore certè hodierno *e)* non repræsentantes. *f)* 9.

a) Die ohngemittelte gefreyte Reichs Ritterschafft. *b)* in Franconia, Suevia, & ad tractum Rheni. *per R. A.* zu Speyr *de An.* 1542. §. Demnach haben wir auff der Churfürsten ꝛc. *Item de Anno* 1544. §. Demnach haben wir. Illi a. qui sunt in Franconia rursus in sex loca dividuntur 1. Odenwald. 2. Steigerwald. 3. Gebirg. 4. Altmühl. 5. Bann. (al. die Buchen oder Buchnaw) 6. Rohr oder Weide (al. die Rohn/ oder Währen) Es haben aber solche Ort jhren Anfang zu Franckfurt am Mayn hinüber auff den Vogelsberg / nach dem Knoll zu dem Sullingswald an die Werra/dann dißseit solches Flusses/an den Thüringer vnd Böhemer Wald herumb/hinder der Nortgauer/biß an das Hertfeldt/vnd herwarts deß Kochers/die Jax hin, AB

ab dem Necker zu/gegen Wimpffen/von dañen nach Aschaffenburg/ vnd also dem Mayn hinunder biß wider an Franckfurt *attestante Limn. in tr. de jur. publ. lib. 6. c. 3. n. 47.* Isti quoque qui in Suevia reperiuntur, in quinq; rursus quaterniones separantur 1. Hegow/ Bodensee vnd Algow. 2. An der Donaw. 3. Am Kocher. 4. Am Schwartzwald oder Necker. 5. Im Kräichgow. *Nold. concl. 147. de stat. Nob.* Sub Rhenanis denique comprehenditur die Wetteraw vnd deroselben zugehörige örter/ so seinen Anfang am Hagenawer Forst gehabt / vnd sich auff selbiger seiten deß Rheins/ deß Orts gegen Mayntz über/ da der Mayn in den Rhein fleust/anfahend/ vnd daselbst den Mayn hinauff biß gegen Aschaffenburg / von dannen widerumb von Gelnhausen folgends hinüber auff den Lehnstrom vnd jetzt berührtem Lehnstrom auff beyden Seyten den Westerwald hinab/biß in den Rhein/vnd allda den Rhein wider hinauff vnd hinab biß in daß Land zu Bergen gehend *ex Thesaur. pract. Sim. Gunther. de priv. Rhen. Nob. priv. 4. n. 1. priv. 5. n. 1. priv. 6. 7. 8. n. 1. Nold. concl. 147.* Illud autem hîc notandum, quod non omnes prædictis in locis liberi per omnia Imperii sint nobiles, sed quod quidam etiam ibidem reperiantur, qui suis Principibus, quorum in territorio domicilium habent, homagium præstent, eisdemque subsint & pareant. *Besold. de ordin. Equestr. discurs. 5.* Colligi quoq; hoc ipsum ex constitutionibus nonnullis posse videtur, quæ plerunque de nobilium prædictis in locis comprehensorum immedietate determinatè loquuntur So dem Reich ohne Mittel/vnd keinem andern Herrn vnd Fürsten vnterworffen. *per* R. A. zu Speyr *de An.* 1542. §. dergleichen *ut & de Anno* 1548. *Dn. Reink. lib. 1. cl. 5. c. 20. n. 5. de regim secul. & eccles.* Sunt itaq; isti tantummodo tales prædictis in locis, qui nullum statum pro Domino ac Magistratu agnoscunt, nobiliaq; & libera sua prædia habent eòq; nomine Imperatori & Imperio soli parent, nec alibi quàm in Gemeine der Ritterschafft Kasten aliquid contribuunt *per ea quæ Bidenbach. in quæst. Nobil. q. 1. n. 7. hac de re tradit. Besold. d. loc.* c)

C c) 1. *per text. generalem* in R. A. zu Augsp. *de An.* 1555 §. vnd in solchen *ibi:* die freye Ritterschafft welche ohne mittel der Kays. Mayest. vnd vns vnderworffen *& in Ord. Cameræ ejusdem Anni part. 2. tit. 5. ibi:* Edelman oder Knecht dem Reich ohn mittel vnterworffen. 2. In specie 1. de Franconicis *per text.* in Kayserliche *confirmation* vnd *declaration*

claration der gefreyten Fränckischen Ritterschafft *& Rescript contra* die Landsasserey zu Prag 2. *Maji Anno* 1609. *item in Rudolphi II. Imp. privilegio illis renovato* wegen der Juden vnd jhrer wucherlichen *contract ibi:* daß wir als jhr ohn mittelbahres Oberhaupt. *Limn. de jur. publ. lib. 6. c. 3. p.* 107. *&* 130. 2. De iis qui sunt in Suevia *per confirmirte* Ordnung der freyen Ritterschafft/vnd Adels im Land Schwaben/vom Kayser *Ferdinando Anno* 1561. gegeben / ubi sequentia habentur verba; Daß die Reichs Ritterliche Adels Persohnen / allein vnd ohn mittel jhrer Mayest. vnterworffen vnd verspruchig / auch sonst aller hoher vnd niederer Reichsstände vnd Kreysen obliegen / Bürden / Lastes / Beschwerden / Auflag / Gebieth / Satzung / Ordnung / Abschied / Jurisdiction, vnd Dienstbarkeit / keine außgenommen / gäntzlich exempt vnd befreyet / denselben nichts anders dann so viel jhrer etlicher von sondern bekandter Lehnstück freywillig angenommener Diensten / vnd eins theils conditionirter Gerichtsbarkeit wegē verpflicht / vnd welch ein solch offenbahre gewisse vnd wol vervrkunte maaß haben / daß die berührten Adelichen exceptionen, Freyheiten / Herrligkeiten / vnd Rechten / nichts entziehen mögen *Ming. de superioritat. territ. conclus.* 47. *c. 3. Besold. de ordin. Equestr. discurs.* 10. & denique 3. de nobilibus Rhenanis *per privilegium Rudolphi II. de dato* den 9. *Iulii Anno* 1605. *districtus* der befreyten Reichs Ritterschafft am Rheinstrom vnd in der Wetteraw. ibi: Von keinen Churfürsten oder Standt deß Reichs / weder mit personal oder real Arresten in keinerley weiß nicht angefochten / noch auch sonsten an jhren habenden vnd herbrachten Jurisdictionen, Gerichten vnd Erkandnussen ꝛc. *d)* Hinc etiam Camera vel ipse Imperator, ut cæteris immediatè Imperio subjectis, ita etiam hisce tutores dare vel confirmare solet *Gail. 1. observ. 1. num.* 47. *&* 48. *per text. in l. 1. ff. de tut: & curat. dat. ab his qui jus dand. Conrad. Rittershus. in exposit. Novell. part. 8. c. 9. n. 12. Bachov. in not. ad Treutl. Vol. 2. disp. 8. th. 4. vers. Vnde quæritur. e)* Olim aliud obtinuisse quidam statuunt, quia jus comitiorum habuerint, uti dilucidè appareat *ex proœm. A. B. circa fin.* Ubi inter illos qui Comitiis Noribergensib. in cōstitutione Aureæ Bullæ interfuerunt, recenseantur etiam Nobiles *Dn. Reink. de reg. sec. & eccles. lib. 1. cl. 5. c. 10. n* 8. nec non *ex Reformat. Frider. III. Francofurt. ad Mœn. Anno* 1442. in cujus principio hęc habentur verba mit beywesen vnd D E

Raht

Raht vnser vnd deß H. Reichs ꝛc. Graffen/Freyen/Ritter ꝛc. die wir darumb insonderheit zu vns kommen gebotten vnd geheissen haben/& deniq; *ex* Königlich. Landfried zu Wormbs *de Anno* 1495. *principio ac fine*; in principio enim dicitur, Darumb mit zeitigen Rath ꝛc. Herrn vnd Ständ ꝛc. in fine verò Hiebey sind gewesen vnsere Liebe ꝛc. Graffen/Herrn/Ritterschafft / vnd der Stätte Gesandten. Ex quibus satis apparere putant, quod olim Statibus Imperii fuerint annumerati, quomodo autem tales esse desierint, nec convenit inter ipsos quidem. *Bernhard. Bertram* suspicatur tacita consuetudine, cum de jure scripto non constet, illis insignem istam prærogativam esse ademptam *in tr. suo de Comit. conclus.* 391. ubi *Bruning.* (qui *th.* 18. *de var. univers. spec.* asserit, non invitis, sed maximè volentibus nobilibus id factum esse, ut hoc pacto mitigationem & exemptionem onerum der gewissen Anschläge impetrarent, & tolerabiliores illæ contributiones fierent, quæ ad peculiares Cæsaris requisitiones expenduntur) refutat ex eo potissimùm, quod non sit verisimile nobiles dignitatem illam in comitiorũ statuumq; jure consistentẽ tam temere fuisse jactaturos *arg. l.* 25. *ff. de probat.* prę sertim cum præcipuus sit & sumus ferè honor, esse Statum Imperii *ex Auct.* deß gründl. Berichts von deß H. Reichsstatt Friedberger Stand Regalien ꝛc. *c.* 2. *n.* 15. Ipsi quoq; ab onere contributionũ non magis immunes sint redditi quàm alii comitiorum juris adhuc participes per ea quæ continentur in R. A. zu Außpurg *de Anno* 1500. Ubi *sub tit.* Was man mit der Ritterschafft zu Franckfurt handlen soll. Imperator Maximilianus I. decrevit, daß mit der Ritterschafft zu Franckfurt ernstlich gehandelt vnd geredt werden soll/zu Beschirmung deß H. Reichs/davon sie vnd jhre Vorfahren jhre Ehr vnd Würde/auch den mehrern theils jhres Guts haben/ jhre getrewe Hülffe/ wie jhnen als Christglaubigen Rittern vnd Knechten deß H. Reichs wol anstehe/zuthun. Tum etiam, quod & hodiè receptum sit, ut comitiis exactis de auxiliis solicitentur, idq; Imperii Recessibus inseri soleat. *Bertram d. loc.* Verum nos hæc & reliqua, num sc. olim Status fuerint, & num universi simul, an v. singuli? suo relinquimus loco, nobisq; scire sufficit, quod hodiè non sint
F inter Status Imperii, idq; ex sequentibus fundamentis *f)* 1. quia non vocantur ad comitia, ut ibidem votum & sessionem habeant,

quod

quod ipsum claris & perspicuis verbis testantur Die Churfürsten / Fürsten vnd gemeine Stände deß Reichs in jhrer Antwort im Religionsfrieden der Römischen Königl. Majest. den *6. Septembr. An.* 1555. übergeben §. 4. *ibi:* Was aber die freyen vom Adel / oder die Ritterschafft dem Reich ohne Mittel / vnd sonst keinen Stand vnterworffen / die keine Stimm vnd session im Reichsraht haben / auch in den Anschlägen nit begriffen anlangt rc. *refer. Limn. lib. 6. c. 3. n. 29. de jur. public.* & vel ex eo etiam colligitur, quod nec in ulla hodiè Recessuũ Imperii subsctiptione nec in matricula *de An.* 1521. *arg. text.* in R. A. zu Regenspurg. *de Anno* 1594. §. wann auch bey voriger rc. ut Status Imperii reperiuntur *Dn. Reink. lib. 1. cl. 5. n. 7. de reg. sec.* quod tamen necessariò requiritur ad id, ut quis Status Imperii censeatur *Gail. 1. obs. 21. n. 9. vers. quartò.* 2. Quod tum demum, quando ab Imperatore & Imperii Statibus jam aliquid est decretum & conclusum, cum nobilitate ista de rebus decretis tractetur *per* R. A. zu Augspurg. *de An.* 1500. *sub rubr.* was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben / vnd Rheinländern handlen soll: *ibi:* zu ob angezeigten Christlichen Fürnehmen rc. jhre getrewe Hülff zu thun. & R. A. *de An.* 1564. Vnd wollen wir als Römischer Kayser gegen denen so nicht Stände deß H. Reichs / Jedoch dem H. Reich *immediatè* vnterworffen. *Christ. Ming. de superiori. territ. concl. 46. Diß. Rumelin. part. 1. dissert. 1. ad A. B. Carol. IV. tit. 12. per* Königlichen Landfried zu Wormbs *de Anno* 1495. *junct. pr. in vers.* darumb / *ibi:* vnd Stand / *cum fin.* §. hierbey / *ibi:* Ritterschaft. & *per text.* R. A. zu Speyr *de Anno* 1542. §. dergleichen wie jetzt im nehesten Articul angezeigt. *vers.* es wolten dann dieselben von Adel *ibi:* auch wie von andern Ständen. *Matth. Weber. in pr. observ. verb.* Ritterterschafft. *Aliter Limn. de jur. publ. lib. 6. c. 3. per* R. A. *de An.* 1546. §. Wir wolten auch / *ibi:* auch in diese die Ganerben / vnd andere von der Ritterschafft vnd dem Adel welche vnter den Krayß vnd Reichsständen mitbegriffen. *Addatur Autor* deß Außführlichen Berichts vnd Antwort der Politischen Frage: Ob deß H. Reichs freyer ohnmittelbahrer Ritterliche Adel ein Standt deß H. Reichs sey?

Licet autem nobiles hi, ut jam expeditum, Statibus Imperii non veniant accensendi, superioritate tamen territoriali illos gaudere *a)* nec non pulchris, quibus mediati destituuntur, privilegiis frui certum est. *a)* Quod 10.

A a) Quod ipsum vel ex ipsis superioritatis actibus, quos indices in liberis suis castris, pagis ac vicis exercent, sat dilucidè apparet, probant enim hi actus ipsam superioritatem, velut effectus suam causam, ejusq; possessionem vel quasi manifestò demonstrant, ita ut in ambiguis nulla melior fortiorvè probatio sumi possit quàm ab actibus *Ming. de superit. territ. concl.* 59. quod autem jure actus hujusmodi exerceant, ad minimum ex eo constare potest, quod nullus alius post Imperatorem eos exercendi in liberis hisce nobilium locis potestatem habeat: sequeretur enim aliàs 1. hos ipsos nobiles esse Landsassios, earum enim respectu dicitur die Landsobrigkeit *Bidenbach. in suis nob. quæst. q.* 1. *num.* 4. cum hæc sint correlata Landsassen & Lands Obrigkeit *VVehner. in obs. pract. verb.* Lands Fürstliche Obrigkeit/ & mutuò se respiciant tanquam activum & passivum. *VVehn. verb.* Landsasserey. 2. quod ipsum nomen immediati retinere non possent, propterea enim vocantur ohngemittelte Freye Reichs Ritterschafft/ weil sie von anderer Herrn Lands hohen Obrigkeit gefreyet/ vnd dem Reich ohn mittel vnterworffen seyn. Cum tamen tanta habeatur ratio immediatis eorundem ac libertatis, ut etiam ipse Imperator Rudolphus II. Anno 1592. Cameræ mandarit, ut liberos hosce nobiles in sua libertate ejusq; possessione vel quasi manuteneret adversus potentiores, & nō facilè exceptiones subjectionis iis objectas attenderet, nec sub prætextu alterius alicujus superioritatis contra libertatem eorum pronunciaret. *ex præjud. Camer. in verb. nobilitas* §. der Fränckischen. *Ioach. Cluten. in syllog. rer. quotid. concl.* 26. *lit. fin.* Ut E. prædicta absurda evitemus, rectè hisce liberis nobilibus in castris, vicis & pagis suis jus & exercitiū summi post Principē Imperii, ꝙ nihil aliud est quàm superioritas illa, de qua loquimur territorialis, tribuimus, nec non cum Besoldo *in tr. de ord. Equest. disc.* 10. *& Gailio.* 2. *obs.* 62. *n.* 3. Summum hoc post Imp. Imperiū in Principe Lands-Fürstlich/ in Comite Gräflich/ in civitate Stättisch/ & in nobilibus Adelich Obrigkeit vocamus, adde *th.* 10. *lit. E. & th.* 4. *lit. F. disp.* 6.

II. Inter quæ potissimùm refulgent, quod in conventibus, ubi civitates Imperiales & Nobiles simul apparent, hi istis circa jus προεδρίας præferantur *a)* Jure Austregarum

rum fruantur *b)* à vectigalium solutione immunes existant *c)* beneficio pacis religiosæ plenariè gaudeant *d)* nec non ad familiæ suæ conservationem pacta successoria facere queant. *e)*

a) Quod non tantùm ex principio *A.B. Carol. IV. ibi Assistentibus nobis omnibus Principibus Electoribus Ecclesiasticis ac secularibus ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & civitatum multitudine numerosa*, verùm etiam ex omnibus ferè hactenus publicatis Imp. Recessibus, in quibus horum cum illis mentio fit, videre licet, *videl.* R.A. zu Speyr *de Anno* 1542. §. Es sollen auch alle Churfürsten/Fürsten/Prælaten/Graffen/Freye Herrn/die vom Adel auch frey vnd Reichsstätt ꝛc. & §. Prælaten/Graffen/Freyen Herrn vnd die vom Adel dem Reich ohn mittel vnterworffen/auch die Frey vnd Reichsstätte ꝛc. *Item* Röm. Kays. May. Landfried. *de An.* 1548. *sub rubr.* Handhabung deß Friedens §. vñ gebieten &c. ubi ordo prędictus repetitur, & nobiles hi civitatibus præponuntur. Quibus deniq; accedunt & illa fundamenta, quorum mentio fit in literis, quas ordo Equestris Franconiæ correspondentib. Norinbergæ cõgregatis, propter motam controversiã de præcedentia ibidẽ An. 1619. mense Octob. à civitatibus liberis exhibuit; *quas integras ponit Limn. de jur publ. lib. 6. c. 3. n. 34.* Et alia quę congesta reperiũtur in §. *d.* Außführl. bericht. Civitatibus tamen non deest, ꝙ opponant, proptereaq; litẽ nostrã non facimus. A

b) *per text.* in Cammergerichts Ordnung zu Augsp. *An.* 1555. ernewert *P. 2. sub rubr.* wie vnd vor welchem Richter Churfürsten/Fürsten/vñ Fürstmässigen/die Prælaten/Graffen/Herrn/vñ vom Adel/dem Reich ohn mittel vnterworffen/zu recht fodern sollen. *tit. 3. & 5. ibi;* Edelman oder Knecht dem Reich ohn mittel vnterworffen/in quo Civitates Imperiales, tanquam hoc privilegio, carentes, superant, *Besold. de ordin. Equestr. discurs.* 11. Est enim earum ordinarius Judex in prima instantia, sive ab immediatis sive mediatis Imperii civibus conveniantur, Camera, nisi ex privilegio, speciali conventione, vel longissimi temporis præscriptione singulares Judices in prima instantia habeant, uti de Argentina, Memminga, Norinberga, Wormatia aliisq; civitatibus testatur *Gail. 1. observ. 1. n.* 20. nec non de Senatu Fridebergensi coram Burggravio ejusdem loci & regimine ca- B

stri conveniẽdo, *ex Auctore* deß gründlichen Berichts deß H. Reichs-statt Friedberg Regalien betreffend. *artic.4.n.88. Du.Reink.lib.2.class.2. c.16.n.15.de regim.sec.&eccles.* Illud autem hîc probè notandum, quod nobiles quidem hi liberi Jure Austregarum fruantur, si vel à sui similibus vel etiam ab aliis imẽdiatis conveniantur, non tamen illud obtineat, si à mediatis aliisvé privatis, qui, ut alios nonnullos immediatos Comites sc. vel Barones, ita & hosce Nobiles in Camera in prima instantia convenire possunt; ut n. inter nobiles locus sit primæ privilegiatæ instantiæ vnd die Außtragstatt haben/ requiritur, ut uterque tam actor quàm reus sit immediatus *Ord.Cam.p.2.tit.5 Myns. 1.observ.89.* Differunt itaq; in hoc cum prædictis Imperii civibus immediatis Nobiles hi liberi ab ipsis Principibus quoad Jus Austregarum, qui etiam hoc in casu habent privilegium & jus primæ instantiæ, der Außtrag. Ratio differentiæ à Dd. assignatur, quod sic lex scripta, & ita statibus ac ordinibus visum fuit, fortè propter eminentiam & excellentiam dignitatis Principalis. *Gail 1. obs.1.n.17.* Quæritur autem hic, utrum etiam huic privilegio renunciare possint; & respondetur, quod sic 1. *arg.l.pen.C.de pact.* quę disponit, quod quilibet favori pro se introducto renunciare possit & 2. *arg.l.si convenerit 18.de Iurisdict.* quæ cuilibet jurisdictionem prorogare permittit. *Gail.1.obs.1.num.29.* quibus 3. & illud accedit, quod quælibet res ad suam naturam facilè revertatur *l.si unus 27.§ 2.vers.Quod & in specie ff.de pact. Nold. concl.152..*

C c) *Per privilegium Caroli V. Rhenanis & VVetteravicis nobilibus Anno 1547. 3. Decembr. concessum*, in quo disponitur, daß sie alle jhre eygne Frucht vnd Wein/ vnd was jhnen auff jhren Gütern/Zinsen/Gulden vnd Zehenden erwechst/ oder gefelt/ oder sie zu jhrer Haußhaltung erkauffen/ an allen Mauth vnd Zollstätten frey vnbeschwert werden. Hoc ipsum privilegium iisdem postea à Rudolpho II. Anno 1591. confirmatum, nec non declaratum & extensum Anno 1605. 9. Jul. Ita videlicet daß solche Freyheiten von allen andern zu jhrer Haußhaltung vnd Bawgehörigen Nohtturfften/ so sie auß andern Herrschafften/ zu Wasser oder Land/ durch jhre selbst eygne Leuth/Roß/Fuhr/vnd Mann/oder auch andere führen lassen/ verstanden/ vnd sie dieser jetzgehörten sachen eben so wenig/ als wegen Wein/ Getraids/ mit einigem Zoll/ Mauth/ Auffschlag/ beschwert

beschwert werden sollen ꝛc. Similia quoque privilegia Nobiles Francos & Suevos hoc in puncto habere testatur Henr. Klocken *de jur. vectigal. concl. 31. lit. B.* d) *per textum dilucidum in* R. A. zu Augsp. *de Anno* 1555. §. vnd in solchem Frieden sollen die Freyen Ritterschafft welche ohn mittel der Keys. Mayestät vnd vns vnterworffen/ auch begriffen seyn/also vnd der gestalt / daß sie obbemelter beyder Religion halben auch von niemanden vorgewaltiget / betranget noch beschweret sollen werden. Idq; procedit non tantùm quoad professionem, verum etiam quoad exercitium instituendum *Besold. de ordin. Equestr. disc.* 11. quapropter etiam in territoriis suis religionem liberè mutare, novæq; quam sequuntur exercitium in templis ac scholis introducere possunt, *per d. Recess.* §. vnd damit solcher Fried *ibi*: So sie auffgericht oder noch auffrichten möchten *Bidenbach. quæst. Nob. quæst.* 4. & 5. *Georg.* Schönborn. *Polit. lib.* 5. *c.* 6. *Syring. de pac. relig concl.* 39. *lit.* C. Et quidem non tantùm in allodialibus sed & in feudalibus tam ab Ecclesiasticis quàm à secularibus dependentibus. *Bidenb. Quæst. Nob. q.* 2. *n.* 9. & *Nold. concl.* 155. Sicuti enim vigore pacificationis religionis nulla vis propter religionem ulla est metuenda *propter textus in* §. vnd in solchen Frieden generalitatem, ita etiam à suis Dominis vasalli propterea nihil quicquam metuere, nedum pati debent. Non autem huic resistit, quod hæc constitutio religionis pacem concernens, concepta sit de civibus Imperio immedietè subjectis *dict.* §. vnd in solchen ꝛc. quia immedietas ista non est intelligenda ratione glebæ, sed ratione personæ, cujus conscientiæ consultum volumus, neque etiam sequitur; hic vel ille est hujus vasallus, ergo non est amplius civis immediatus, possunt enim hæc simul stare, vide *disput.* 6. *th.* 10. *lit. A.* nihil quoque obstat, quod subditi teneantur profiteri religionem sui domini *per d. Recess.* §. Wo aber vnser Vasallus autem & subditi comparentur, quia hæc comparatio procedit non ratione subjectionis, sed tantùm ratione fidelitatis. *Gail. de arrest. c.* 7. *n.* 10. e) *Besold. de ordin. Equestr. discurs.* 11. *in fin.* ad exemplum aliarum illustrium personarum, Principum scil. Ducum ac Comitum, non tam quod 1. hi æquè Imperio ac Cæsari militare censentur ac ipsi; Miles verò quin ita pacisci possit cum aliter, ut is qui supervixerit alterius rebus potiatur, nullum est dubium *vi l. licet* 19. *C. de pact.* E

 quam

quā 2. quod æq; in hisce sinistra illa suspicio de voto captandæ mortis alienæ cesset ac in illis, & deniq; 3. etiam hæc liberorū Nobilium amplissima sæpè bona amplissimaq; territoria tenentium pacta æq; ad pacem & tranquillitatem Imperii spectent quam illorum, ne scilicet horum subditi vel inviti vel ignoto Domino subjiciantur, quæ solet esse occasio discordiarum, inversionis & perditionis totius aliquando principatus vel provinciæ *Coler. in section. de jur. Imp. German. sect.* 70. Et tamen hîc quoque terminos habiles præsupponere omninò necesse *vide Betsium de Pactis illustr. fam. c.* 5. *conf. th.* 29. *disp.* 6.

12. Tantùm de liberis Imperii nobilibus in specie; quoniam autem cum hisce non minimam affinitatem *a*) habent castrorum Ganerbii, paucis quoque de illis hoc loco agemus. Est autem hîc castrum nihil aliud quàm arx quædam *b*) Ganerbiorum nomen Germanicum est latina terminatione donatum *c*) compositum à Gan quod sine contractione effertur gemein *d*) & erben quod hac in materia ut plurimùm *e*) dominum denotat *f*) ita ut castrorum ganerbii nihil aliud sint quam arcium condomini gemeine Burg-Herrn. *g*)

A *a*) Non tantùm ob id, quod ipsi plerumq; nobiles ejusmodi ganerbinatus instituere soleant, verum etiam quod eorum nōnulli immediatè Imperio sint subjecti, eorumq; arces ac prædia die Ganerbenhäuser oder Schlösser / à jure territorii, seu superioritatis von der Lands-Fürstlichen Obrigkeit sint exempta, *uti ex thes.* 15. *videre est.*

B *b*) ein Schloß / ein Burg / cum aliàs strictè loquendo arx & castrum inter se differant, hoc enim ex quam plurimis constat ædificiis, & juxta communem Dd. opinionem universitatis est nomen *Besold. lib.* 1. *polit. cap.* 12. *num.* 50. & accipi solet pro villa ac pago aliovè loco in quo plurium casarum est conjunctio. *Pet. Georg. Tholosan. lib.* 2. *de Republ. c.* 1. *n.* 7. Illa verò ex unica tantùm constat domo & est casa alta muris seu vallo munita *Besold. lib.* 1. *Polit. c.* 12. *n.* 51. ein hohe / veste Behausung mit Mawren / oder Wallen vmbgeben / in dem sich die Innwohner wider Mißgönner vnd Feind erhalten vnd erwehren mögen *Killing. discurs.* 2. *n.* 22.

2.n.22. de castr.ganerb. c) idq; primùm, ut videtur, à Cunrado Rittershusio, qui primum ex professo de ganerbiis se scripsisse fatetur *lib.1.c.17.partit.feudalium*, ad exemplum aliarum vocum Germanicarũ, veluti Außträge Austregæ, Morgengab morgengaba *&c. de quibus VVehner. in obs. pract. lit. A. & M. videri potest.* d) per ea quæ tradit *VVehner. in suis obs.pr. verbo* Ganerben / ubi non ignotum est, inquit, daß das alte Teutsche Wort Jahn oder Gahn für gemein gebraucht wird / v. gr. Er hat ein Jahn Schnitter; id est, er hat einen gantzen hauffen oder gantze gemein Schnitter/quæ verborũ contractio olim fuit usitatissima, unde Vrphed/Vrdriß/Vrstand &c. pro Vberschyd überdrüssig/überstandt sive Aufferstehung/sic Cuntz/Fritz/Dietz pro Cunrad/Friederich/Dieterich. Hinc etiam *in ordinat.Cam.part.2.sub tit.* daß wider die Ganerben so die Echter zu jhrer Ganerbschafft zulassen &c. expresse Ganerbii dicuntur gemeine Erben. Ab hac nostra opinione alii variè dissentiunt, sunt enim qui voculam gan dici putant à gehen / ut sint Ganerben quasi Gangerben *referente Rittershusio prædicto loco*, quod frequentiùs pro gehen contractè dicatur gahn; sicut stahn pro stehen/han pro haben &c. Sunt quoq; qui voc. gan deducunt à gahe / gehe / vel gehl (unde adverbium gehling vel gehlingen/citò) quod festinantes denotat, & sic ganerben quasi gahe erben/heredes accelerantes dicunt *juxta glossam in spec. Saxon. artic. 17. lib.1.verb.* Ganerben / ubi textus ita sonat, Ganerben heissen darumb also/daß das Erbe auff sie niederwarts eylet vnd gehet/dann eygentlichen zu reden gehet vnd eylet das/so da niederwarts fehret / was aber auffwarts will / das stehet mehr ꝛc. Deniq; sunt etiam qui voculam gan derivare volunt à voce Gaan/id est, exoptare, precari, non invidere, quasi Ganerbii sint; welche jhren Miterben gönnen Frieden vnd Einigkeit/*quod etiam placet Hænon. in corollario 1.disp.9.ad pandect.lit. A in fin.* e) nonnunquam enim retineri potest vulgaris voculæ erben significatio, quando nimirum ganerben appellantur coheredes qui ad successionem alicujus pariter vocantur, *prout ex iis liquet quæ th. 13. lit. A. traduntur.* f) siquidem olim Erb & Erben numero plurali propriè & peculiariter usurpatum fuit pro possessoribus ac dominis rerum immobilium. Unde apud Saxones, Pomeranos & vicinos etiamnum hodiè inter nobiles qui Domini sunt arcis, castri vel præ-

dii alicujus nomen Erb in inscriptionibus usurpatur, veluti Erbsessen auff N. acsi dicerent, Herzngesessen auff N. non attento hoc utrum hereditario jure devolutum an emptionis aliove titulo acquisitum sit, fortè ad exemplum Latinorum, quos vocabulo Heres ita usos fuisse deprehendimus *in §. fin. vers. pro herede Instit. de hered. qual. & different. ibi veteres enim heredes pro Dominis appellabant. Speidel. in notabil. lit. G.* *g)* Die in einer Burg oder Schloß zusammen haben Lehen und Lehensrecht von Fürsten und Herrn / denen die Burg zugehöret. *Rittershus. d. loc. vers. igitur ad nomen &c. in fin.*

13. Est itaq; nobis *a)* castrorum ganerbinatus, jus quoddam *b)* societatis, confraternitatis ac confœderationis certis pactis, legibus ac conditionibus *c)* inter generosioris animi homines olim *d)* eum in finem introductum, ut à communi patria incursiones hostiles arcerent, exterorum expilationes averterent, necnon se suasq; facultates contra prædonum latronumq; invasiones coniunctis viribus defenderent.

A *a)* Licet in tam varia sint ganerbii differentia, ut fermè tot constitui posse videantur ganerbinatus, quot rerum immobilium inveniuntur species, ut constat partim *ex reformatione civitatis Francofurt. part. 2. tit. 5. §. 1. & 2. hisce verbis* were es / daß viel ein Behausung oder ander ligend Gut mit einander als Ganerben in gemeinschafft hetten ꝛc. ubi ædium ac prædiorum dantur ganerbii; partim etiam *ex Specul. Saxon. artic. 17. hisce verbis*: Wann sich aber ein Erb verschwestert oder verbrudert / alle die sich gleich nahe zu der Sippe ziehen mögen / die nehmen gleichen theil daran / es sey Mann oder Weib: die heissen die Sachsen Ganerben / ubi vulgares heredes dicuntur ganerbii, partim quoq; *ex literis quibusdam Fuldensibus Anno 1327. scriptis, quas refert VVehn. in obs. pr. voc.* Ganerben *cap. 1. ibi*: mit willen Friderichs seinen Bruder / vñ andere seiner Ganerben die uns das lehen verziehen haben ꝛc. ubi coheredes feudales dicuntur Ganerbii. Deniq; etiam ex eo, quod rerum quoq; incorporalium, adeoq; jurium (quæ immobilibus æquiparantur *l. ult. in fin. C. de præsc. long. temp. 10. vel. 20. ann.*) condomini vocentur Ganerben *attestante VVehnero in suis obs. pr. verb.* Ganer-

Ganerben *ubi cap. 2. de pago quodam* Trackstadt *dicto, inquit*, daß es alle Quatember ein Ganerben Gericht habe / welches von wegen aller Ganerben gehalten werde *Killing. discurs. 2. n. 48. de castror. Ganerb.* Verumtamen cum hoc loco de hisce omnibus agere animus nobis non sit, sed duntaxat in specie de castrorum gaberbinatu, illis relictis in proposito pergimus. *b)* per hoc verbum discernimus ganerbinatum à pacto confraternitatis Erbverbrüderung/ quod est conventio quædam ab illustribus familiis inita ad hoc, ut una familia quoad heredes masculos extincta, alteri bona & Principatus ejus certa successionis lege deferantur *Iohan-Caspar* Güttich *de confraternitat. th.* 1. differt enim ab hoc 1. ratione subjecti, quia non omnes qui ganerbinatum instituere possunt, etiam ejusmodi successionis pactum inire possunt; hoc n. non nisi personis illustrib. conceditur Güttich *de confraternit. th.* 3. cum illud etiam aliis permittatur, *ut videre est th.* 14. 2. ratione materiæ, quia pactum hoc successorium est quasi quædam omnium bonorum (paucis exceptis, de quibus testari possit Güttich *th. 4. de confrat.*) reciproca donatio, communio ac societas, cujus effectus & executio saltem in casum mortis suspenditur *Dn. Reinking. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. c. 18. n. 11.* cum ganerbinatus tantùm sit communio & societas unius castri & non omnium etiam rerum, quæ fortè custodiæ ergò in illud à ganerbiis sunt translatæ. Deniq; 3. ratione finis, qui in hoc pacto confraternitatis est, ut ex mutuâ & stabili successione, defensione, fide & concordia fraterna familiarum senescentium splendor & dignitas conservetur *Schönborn. 2. polit. 13.* In ganerbinatu autem non tam agitur de successione familiarumq; conservatione, quam rerum facultatumq; defensione pacisque ac tranquillitatis publicæ conservatione. Iisdem ferè rationibus differt quoq; ganerbinatus à pacto unionis Erbeinigung/ quod itidem est receptum inter illustres quorundam Principum familias de certo modo belli pacisq; tempore observando *de quo videatur Coler sect. de jure Imper. German. 71.* quod tamen in eo potissimùm differt à priori pacto successorio, quod nulla in eo de ditionibus fiat dispositio *Ioh. Casp.* Güttich *de confratern. th. 1. lit. B.* & dicitur Erbeinigung non respectu hereditatis, quasi de eo quicquam disponat, sed respectu continuationis eò, quod etiam ad heredes transeat, in iisq;

B

conti-

CD continuetur. *c*) de quibus videatur *th.* 15. *d*) prioribus sc. seculis, ubi Germania communis nostra patria Imperante Carolo Magno ab exterorum incursionibus valde vexabatur, & postmodum ubi ante pacem publicam ab Imperatore Maximiliano I. in comitiis Augustæ anno 1500. habitis promulgatam die Schnarcherey und das Faustrecht noch im schwang gieng.

14. Possunt autem hujusmodi Ganerbinatum instituere omnes qui vel arces extruere *a*) vel saltem suo nomine possidere eas possunt. *b*) Imprimis a. id fieri assolet à nobilibus *c*) tam mediatis quàm immediatis.

A *a*) Quod olim non cuivis fuisse licitum dilucidè apparet *ex l. de operibus* 6. *ff. de oper. publ.* ubi ipse etiam Præses inconsulto Principe muros extruere prohibetur, vel propter dominandi libidinem cuivis quasi natura insitam; quippe naturâ inclinante servus vinctus id postulat, ut vincula dissolvantur; solutus libertatem petit; liber factus civitatem; civitatem adeptus magistratum: hinc ad summos honorum gradus conscendere, quousq; regnũ consequatur; nec eo contentus solum se Monarcham fore confidit; postremò humanæ conditionis oblitus, divinos cultus & honores ambit, *ut eleganter differentem Bodinum introducit Killing. disc.* 4. *num.* 3. *de castror. Ganerb.* Hinc inter arcana dominationis etiam refert *Arnold. Clapmarius lib.* 3. *de arcan. Rerumpubl. c.* 18. quod non cuivis in munito loco ædificare aut in arce vel capitolio habitare apud Romanos licuerit, vel etiam quod facilè seditionis det ansam *arg. l. opus novum* 3. *ff. de oper. publ.* Nullum n. opus magis quàm arx aliqua, castrum aut fortalitiũ videtur præbere posse materiam seditionis; ad quam evitandam etiam usus armorum cuivis privato est interdictus, nisi vel miles sit *Nov.* 17. *c. fin.* vel consensum Principis habeat *l. unic. C. ut armor. usus inscio Princ. interd. sit.* ita, ut etiam mercator peregrè abiens, gladium suum sellæ alligare vel super vehiculum ponere teneatur 2. *Feudor.* 27. §. 5. Hodiè illud inter jura superioritatis territorialis referri videmus, ut scil. qui iis gaudent etiam arces & fortalitia extruere queant *Christoph. Ming. de superiorit. territor. conclus.* 76. adde quæ de hac re dicuntur *disp.* 6. *th.* 28.

B *lit.* I. *b*) quarum enim cuique rerum commerciũ est earum quoq; ad socie-

ad societatem & co͞munionem ineundam liber est usus. *c) ut patet ex Iuris Saxonici artic.17.lib.1. ubi hæc verba habentur* Burger oder Burgmann heissen die Ganerben vnd Edelleut / so vor alters herunter einem Burgherrn auff einer Burg gewohnet haben, nec non *ex iis quæ Dn. Gœdd. in respons. jur. de Baronat. Valledar. de castris nobilium Rhenensium apertè testatur, quando ait*, Nobiles Rhenani tantum ex eo hac libertate (videlicet exemptionis von der Landsässerey & à jure superioritatis von der Landsfürstlichen Obrigkeit) gaudere gestiunt, quod certa quædam sunt castra Imperii libera, quibus assignati & quorum municipes seu Ganerben sunt facti; quæ castra cum territoriali jure Imperatores & Romanorum Reges exemerunt & regali quadam dignitate muniverunt *Killing. discurs.3.num.57*. Huc accedit, quod dentur castrorum ganerbinatus, in quos nemo recipitur, nisi sit nobilis, atq; se talem esse ab utroque parente & avo adhibito juramento probaverit, *prout liquet ex informatione Fridbergensi part.1.c.5.n.1.* ubi hujusmodi juramenti formula traditur *Killing. discurs.19 n.12.* idem receptú esse in arce Ganerbica Gelnhusana ex privilegiis ejusdem arcis possessoribus à Carolo IV. Anno 1366. concessis & à Friderico III. confirmatis An. 1471. attestatur *d.disc.19.n.31.& seqq. Killing.* C

Ita tamen ut mediati id semper faciant cum consensu suorum superiorum *a)*, immediati verò nonnunquam saltem cum approbatione *b)* Imperatoris, certisq; legibus *c)*, variis pactis ac conditionibus *d)*, quibus se invicem obstringunt, adhibitis. 15.

a) Idq; meritò, cum hi ganerbinatus non nudam duntaxat societatem, sed & confœderationem sapiant, prout ex data definitione constat; fœdera autem subditi cum aliis sine superiorum consensu ferire nullo modo queant *per text. in Aur. Bull. cap.15. vers. quas civitates &c. ibi: absq; auctoritate Dominorum, quorum subditi &c.* sed eorum congregationes prohibitæ & in malum finem factæ censeantur *per c.1. de pac. & juram.§.conventicula.l.pen.§.1.ff.de colleg.& corpor. Besold.2.polit.c.6.n.12* A

b) Non quidem hæc videtur necessaria, cum in genere ipsis Statibus cæterisq; Imperii Romano-Germanici civibus immediatis, ex antiquissimo libertatis prætenso jure privilegioq; concessum esse videatur, ut sui juris communisq; libertatis causâ fœdus B

inter se inire possint *per text. in Aur. Bull. cap. 15. ibi illis confœderat. & ligis &c.* & in specie huc faciat R. A. zu Wormbs *de Anno* 1495. §. Auch sollen wir. *ut & confirmatio privilegiorum Nobilibus Suevis ab Imper. Ferdin.* I. *Ann.* 1561. *facta*, ubi sacratissimus Imper. libertates ac jura nobilium Suevicorum enumeraturus, nec non quod iisdem semper privilegiis, quibus liberi Imperii Status, gavisi fuerint, declaraturus in specie recenset jus confœderationis cum aliis Imperii Statibus illis commune. *attestante Killing. discurs.* 15. *n.* 44. Verùm tamen aliquando Imperatoris confirmatio videtur esse necessaria, cum non nuda hic semper sit confœderatio, sed & quædam interdum alienatio quando scilicet illis in castris fiunt ganerbinatus, quæ feuda sunt Imperii, quæ absque consensu Domini alienari aut transferri nequeunt *per c. 1. de investitura de re al. fact. c. 1. qualiter olim feud. alien. pot. cæteraq; jura vulgata.* Hinc etiam in usu viridiq; observantia esse videmus, quod quando à Ganerbiis in ejusmodi castris Burggravius est electus, is postmodum ab Imper. investiri soleat *juxta Inform. Fridberg. P.* 1. *c.* 1. *n.* 155. ubi ex investiturâ quadam Cæsaris citantur verba und darumb den genanten Johann Brendeln / zu deß H. Reichs Burggraffen bestimptes Schloß vñ Statt Fridberg investiret, confirmiret

C und bestättiget ꝛc. *Killing. disc.* 19. *n.* 22. *de castror. Ganerb.* c) De pace nimirum in castris tenenda aliisq; rebus ad castrorum conservationē pertinentibus; quas leges vel ab ipso Imperatore præscriptas *juxta Inform. Fridberg. p.* 1. *c.* 1. *n.* 248. *ibi* wie sich den Kayserlichen Burgfrigen ꝛc. vel etiam à semetipsis sibi dictas meritò observant, potest n. unusquisque rei suæ leges, quas velit, dicere *l. in re mandat.* 21. *C. mandat.* modò non sint tales, quas jus fieri prohibeat quæve quid ex publica lege corrumpant. *l. fin. ff. de colleg. & corp. l.* 7. §. 16. *ff. de pact. l. contra juris* 28. *ff. eodem.* Unde liquet in illud conveniri non posse, ut aliquis desinat esse vasallus aut subditus illius domini, cujus erat antequam in ganerbinatum cooptaretur; pacta enim inter me & te composita non debent tertio alicui nocere, cum sit res inter alios acta *arg. l. si cui crimen* 7. §. *si tamen* 3. *ff. de accusat. l.* 27. *ff. de pact. Rittershus. part. feud. lib.*

D 1. *c.* 17. *vers. De jure Ganerbiorum.* d) pacta enim hæc pro varietate cōventionis etiam efficiūtur varia & multiplicia, quæ omnia hic enarrare longùm foret: interim tamen pauca attingemus. Scilicet, quod cum naturâ ita comparatum esse videamus, ut majores natu imperent,

rent, præsint & dominentur, juniores verò serviant, subsint & obediant, rectè conveniri soleat inter eos, ut maximus natu sit administrator ac Judex *ut constat ex privilegio Maximil. II. mp. in catal. privil. verb.* Gelnhausische Freyheit *à VVehnero tom. 6. Symphor. c. 7. §. 14. relato, ibi,* Daß wir ihren vnd vnsern vnd deß Reichs lieben Getrewen/Balthasarn Forstmeistern/den sie (die Bawmeister/Burgmanne vnd Beysassen vnser vnd deß H. Reichs Schloß zu Gelnhausen) zu einem Burggraffen daselbsten hingesetzet 2c. *Killing. disc. 19. n. 34. de castr. ganerb.* Vocarunt autem hunc Burggravium à voce Gravel/ quæ olim judicem significabat *attestante Heigio in quæst. illust. lib. 1. q. 2.* Burggravio adjungere solent adsessores nonnullos, *ut apparet ex Informat. Fridberg. part. 1. c. 4. n. 88. ibi:* den Burggraven / vnd den zwölff Burgmännern deß Regiments zur Burg Fridberg / cum quibus ipse de omnibus controversiis inter condominos & contra ipsos motis cognoscit *Killing. discurs. 19. n. 24. de castror. ganerb.* Illud quoq; inter se pacisci solent, ut si fortè unus vel alter ex numero illorum decederet, quod tum Burggravius cum suis assessoribus novos condominos eligere & in demortuorum locum surrogare possit, ut apertè probatur ex formula juramenti à Ganerbiis Fridbergensibus præstari soliti & quidem hisce verbis: Als ich altem Gebrauch nach von Burggraffen vnd Bawmeistern zur Burg Fridberg beweisung meiner Geburt von meinen vier Ahnen seeligen gethan *& paulò post seq.* Darauff haben gerührte Burggraffen vnd Bawmeister von meiner Geburt wegen mein jetzt bemelte Beweisung von mir empfangen/vnd mich zum Burgmann bey jhnen auffgenommen *Killing. d. disc. 19. n. 16.* Denique cum eum sequi debeant commoda, quem sequuntur incommoda *per l. secundum natur. ff. de Reg. Iur.* solent quoque pro administrationis onere partem aliquam fructuum Burggravio assignare præcipuam, reliquis fructibus inter cæteros condominos fœderisq; socios æquis portionibus divisis *Rittershus. d. loc. in fine.*

Idq; eum potissimùm finem; ut pax & tranquillitas publica conservetur *a*) communis patria ab exterorum incursionibus defendatur, *b*) nec non intestinæ invasiones ac expilationes avertantur. *c*) 16.

a) In qua cum maxima utilitatis ac salutis publicæ pars consi- A

 stat

stat, meritò ad eam obtinendam ac conservandam, ut omnes aliàs humanæ actiones diriguntur, hæ quoque societates, confraternitates ac confœderationes instituuntur. Hinc etiam *b)* cum olim cõmunis nostra patria Germania, Imperante Carolo Magno, ab exterorum incursionibus, expilationibus ac devastationibus valdè vexaretur, placuit Sacratissimo Imperatori, ut huic malo medicinam pararet, hujusmodi ganerbinatus fieri, dum ipsemet castra quædam limitanea certo nobilium numero cum suis pertinentiis ac reditibus assignavit, illaq; tanquam propugnacula quædam patriæ communis ab ipsis teneri proq; totiùs Imperii salute in illis excubare voluit, *prout ex Conrad. Lag. comparat. jur. civil. & Saxon. lib. 2. c. 8. vers.* ein Burggraff *refert Killing. discurs. 18. n. 1. de castr. Ganerb.* Ubi hæc verba habentur: Vnd ist derhalben dabey wol abzunehmen / daß wir / nach anzeigung deß Texts Weichbild *artic.* 7. die Römer in Teutschen Landen die Burg gebawet / die Land darauß zubezwingen / also haben die Teutschen hernachmals / da das Reich an sie von Carolo Magno kommen / dieselbige Burgk der Ritterschafft eingethan von Schutz wegen deß Lands / vnd die jenigen / denen sonderlich grosse Vestung deß Reichs / vonwegen jhrer Ritterlichen Tugend vnd Mannheit ist vntergeben / seynd genennet wor den Burggraffen. Quem in finem etiam ipsi nobiles arces quasdam communibus sumptibus postmodum permittentibus Imperatoribus extruxerunt *ut videre est ex iis quæ Caspar à* Lerch *in disc. de ord. Equestr. Germ. fundam. 2. n. 9. hac de re tradit*, ubi ita loquitur: Ob wol viel Krieg / grosse Feldzug vnd Landseroberung bey Heydnischẽ / auch Christen Kayser Herrschung in übung gewesen / haben jedoch gegen solch einkomende Völcker Gewalt nobiliores viri vnd liberiores & ad arma parati incolæ Provinciarum, vnd deß Löblichen Reichs Adel VorEltern / pro bono & pace publica sich beflissen / auff hohe Berg / vnd bey Tieffe der Wasser grosse stärcke Gebäw / speculas, promõtoria, arces (ut arcerẽt à se hostes) castella seu castra, von Gemäwer vnd Thürnen zuerbawen / sich darin defensivè vnd offensivè zu salviren, vnd jhr selbst / auch der Römischen Kayser vnd König respectivẽ territoria, fines, limites, vias, provincias, jura, securitatem, utilitatem, alimenta, commoda & appertinentias zuverthädigen. *Idem comprobare Crusium in annal. Suevic. lib. 2 p. 3. notat Speidel. in sua notabil. lit. g.* *c)* quæ etiam seculis prioribus multis castrorum ganer-

ganerbinatibus causam & originem dederunt *Rittershus. lib. 1. partis. feudal. c. 17. vers. De origine.* Cum enim olim, ubi vis potior erat jure (da das Faustrecht im schwang ging) & χειροδίκαι prævalebant, nobiles nonnulli suis munitionibus ac fortalitiis freti, aliiq́, prædones ac latrones, quibus & ipsi nobiles asyla in arcibus suis præbebant, nunc hunc, nunc illum per vim invaderent, itinera de prædationibus intuta redderent, nec non eò usq; hac sua detestanda audacia pergerent, ut nonnunquam alios honestioris animi nobiles de propriis domiciliis utcunq; vel arte vel natura munitis expellerent, omnibusq; rebus suis spoliatos miserrimè trucidarent, postulabat tandem summa necessitas, ut & alii quibus de meliori luto finxerat præcordia Titan coirent, & animadvertentes suas arces singulas singulos defendere non posse, communibus sumptibus munitiorem quandam sibi multi extruerent, in quam sese cum familiis rebusq; pretiosioribus, tanquam in securam mansionem, ingruentibus latrociniorum ac depopulationum tempestatibus conferrent, ut verò eo arctior hæc inter illos esset conjunctio, peculiares quasdam confraternitates ac confœderationes inter se inierunt de mutua defensione, nec non de cæteris ad sui suarumq; rerum conservationem pertinentibus, quæ fœdera ganerbinatûs nomen post modum sunt sortita. *Rittershus. d. loc.*

Exempli loco arcium hujusmodi ganerbicarum allegari præ cæteris solent arces, Rottenbergensis *a*) Fridbergensis *b*) Reifenbergensis *c*) Stadensis *d*) Gelnhausen *e*) nec non Binnickhein. *f*) 17.

a) Tribus milliaribus vel circiter distans Norimbergâ, in altissimo colle sita & tam natura quàm arte egregiè munita, ita ut verè regium dicatur propugnaculum à Kilingero *in disc. 14. n. 37. de castr. Ganerb.* pertinuit autem quondam ad Wildensteinos; ab his vendita est coronæ Bohemiæ & tandem pervenit ad Electorem Palatinũ, reservato tamen directo dominio. Hujus arcis condomino, plus quàm septuaginta nobiles fuisse meminit *Rittershus. d. loc. vers. exempla hujusmodi.* *b*) in Wetteravia, quæ arx etiam est celebris ganerbinatus, habens item Burggravium peculiarem & leges inter condominos constitutas notabiles, multis privilegiis dotata & Imperato- A B

peratori immediatè tanquam feudi Domino subjecta; sumpsit autem initium à Friderico II. Imp. *ut apparet ex sæpiùs allegat. Inform. Civi-*
C *tat. Fridberg part. 1. c. 2. n. 13. Killing. disc. 19. n. 3.* c) infra Francofurtum sita, uni tantùm familiæ communis, videlicet Nobilium à Thungen/ qui & aliam arcē sui nominis (Thungen) cōmunem habent *Killing.*
D *disc. 14. n. 47.* d) In Wettervavia non procul Fridbergâ sita, cujus
E Condominos & conditionē exponit *Killing. disc. 19. n. 40.* e) A castro Fridbergensi itidē paucis miliatibus distans, & cum eodē ejusdem omninò cōditionis existens iisdemq. privilegiis fruens *Killing. disc. 19.*
F *n. 2. 31. & seqq.* f) In dem Zabergone *vid. Killing. d. disc. 19. n. 39.*

18. Castrorum autem Ganerbinatus finiuntur potissimùm vel renunciatione *a)* vel condominorum morte *b)* vel etiam castri interitu. *c)*

A *a)* Nihil enim tam naturale est quàm eo genere quid dissolvere, quo colligatum est *l. 35. ff. de R. Iur.* unde si omnes Condomini renunciēt, nullum dubium est, quin Gabernatus ipsi toti expirent; At si unus saltem renunciet & alter, non ad naturam simplicis societatis *vide §. manet n. Inst. de societate* totus Ganerbinatus extinguitur, sed ipsius saltem renunciantis jus: prægnantes a. necesse est, ut interveniāt causæ, propter qnas renunciare quis velit, cum non nuda sit societas, sed & confœderatio quædam inter ganerbios contracta, quæ etiam juramento ut plurimùm confirmari solet, quo certè ut quis liberetur, non levis intercedat causa oportet: Sed quid si justā ob causam renunciaverit, fitne nihilominus perjurus? Non fit, quia juramentum semper intelligitur rebus manentibus in eodem statu *arg. text. in c. 1. Samuel. 2. vers. 30.* ubi ipse Jehova promissionem juratam è superveniente malitia revocat. *c. incommutabilis. c. non semper 22. q. 4.* & extendi non potest ad fortuita, non cogitata vel inopinata *Dn. D. Reink. de reg. sec. & eccles. lib. 1 cl. 1. c. 5. n. 86. Gail. 2. obs. 98. n. 14. vide Killing. disc. 17. n. 5. & seqq* Quæri a. hîc potest, utrumne ganerbii hoc in casu cogi possint à ganerbio, ut castrū commune æquis partibus dividant? Non posse veriùs est *per §. eadem interveniunt 5. Inst. de offic. jud. & l. non amplius 26. §. fin. ff. de legat. 1.* Sed quid? quomodo tum ad divisionem provocanti consulitur? per remedium licitationis, de quo agitur *in l. 1. C. commun. divid.* vel etiā potest cuivis jus, quod pro indiviso habet in communi castro vendere *per l. falso tibi. 3. C. de com. rer. alien.* dummodo speciala

cialia pacta hac de re in ganerbinatu non inveniantur, cujusmodi statutum extat *in Reform. Francofurt. part. 1. tit. 5. §. 1. & 2. vers.* were es 2c. *Killing. disc. 7. n. 17.* b) Mors enim omnia solvit *per Nov. 22. c. 20. Lind. disp. 1. quib. mod. jus pat. pot. solv. th. 2.* ita tamen, ut quia collegiorũ instar sese habent, nõ prius intelligantur dissolutæ hæ societates ac confœderationes, quàm si omnes (cum simplex societas etiam unius morte solvatur §. *solvitur 5. Inst. de societ.*) ganerbii fuerint defuncti, nec alii in eorũ locũ vel jure hereditario (hoc n. juris est, ut heres cujusq; Condomini in ganerbinatu quoq; succedat *Killing. disc. 15. n. 79.* in quo iterũ excedit Ganerbinatus simplicẽ societatem §. *solvitur 5. Inst. de societ.*) vel ex surrogatione juxta *th. 15. lit. d.* vel ex pacto successerint. Si v. qui successerint, societas non pro nova habetur sed eadẽ manet, ut & in aliis collegiis ac universitatib. obtinet *l. mort. 22. ff. de fidej. l. 76. ff. de jud. l. 7. §. fin. ff. quod cujusq; univers. nom.* imò licet ad unum hominẽ collegiũ aliquod fuerit redactũ, nihilominus tamẽ universitatis jus ac nomẽ conservatur in eo solo qui remansit *per d. l. 7. §. in decur. ff. Quod cujusq; univers. nom.* c) quia n. propter castrum principaliter ejusq; intuitu primùm fuerunt instituti, adeoquè castrum est quasi fundamentum cui collegium inhæret, eo destructo necesse est, ut corruant & ea quæ in eo sunt fundata *arg. l. si usufr. 21. ff. Quib. mod. usufr amitt. l. cognitionũ §. consumitur ff. de varis is & extraord. cogn. Gail. lib. 2. de pac. publ. obs. 9. n. 29. & 30.* si modo castrum illud non à tyranno quodã vel tẽpore belli fuerit eversum (hoc n. casu tantùm abest, ut jura & privilegia sua amittat, ut etiam alio loco restauratum eadem retineat, ea n. vis est subrogati, ut sapiat naturam ejus, in cujus locum substituitur *l. si ex lapidicinis 32. ff. de jur. dot. l. si ipsa 18. ff. de eo quod met. caus. Faurm. de Jurisd. lib. 2. c. 4. n. 32.* & hi casus quibus resisti non potest cæteriq; casus fortuiti nemini nocumento esse debent *l. in rebus 18. ff. commodat. l. contractus 23. de reg. jur.* Hinc etiam ejusmodi castra à tyranno vel prædonibus destructa intellectu quodam sine ullo materiali corpore vivere, animam habere, nec non privilegia sua retinere dicuntur *à Gail. 2. obs. 61. per ibid. allegat.*) sed Imperatoris auctoritate ob delictũ aliquod fuerit destructum, hoc enim demum casu nulla jura retinet, sed omnia amisisse intelligitur, *Gail. 2. obs. 61.* quod ipsum quãplurimis olim ganerbiorum castris accidisse quamplurima dirutarum arcium rudera docent, quæ Burgstall vocari solent *VVehn. Obs. pr. lit. b. verb.* Burg quasi Burgstand da ein Burg gestanden *Killing. in suis disc. de castror. gan. 3. n. 37.* Idq; potissimùm accidit propter execrandam nonnullorum insolentiam, detestandam contumaciam, &

B

C

eon

non diutiùs ferendum Summi Magistratus contemptum; cum enim eorum non nulli à prisca majorum virtute degenerantes aliis, quod vel ipsi vel eorum majores antea timuerant, inferrent, innocentes per vim opprimerent, suis facultatibus defraudarent, miserè mactarent, nec non aliis idem patrantibus in arcibus suis receptacula præberent, idq; contra tot Imperii recessus, tot de pace publica constitutiones & in specie etiam contra eas, quæ de ganerbiorum malitia coercenda conceptæ erant, in quibus sanè sat atroces pœnæ hujusmodi delinquentibus erant præstitutæ, ut videre est *ex* Königl. Landfriede zu Wormbs *de An.* 1495. *Tit.* die Pön der Friedbrecher *nec non ex* Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *de An* 1521. *tit.* wider der Ganerben Schloß/ *ut & de An.* 1548. zu Augsp. *eod. tit.* Non potuit tandem aliter Summus Magistratus, quàm ut arces eorum als Raubschlösser dirui, pessundari soloq; adæquari curaret eorundemq; restaurationem severissimis pœnis non tantùm ipsis sed & eorum heredibus in infinitum interdiceret. *Speid. in suis notab. lit.* G. Illud autem hic notandum, quod ad hoc, ut ganerbinatus propter delictum aliquod veniat puniendus, necesse sit, ut tota universitas convocata, in delictum deliberatè consenserit vel tota vel pro majore parte *l.* 19. *Ad Munic. l.* 160. *§.* 5. *de R. I. Gail. d. P. P.* 2. *obs.* 9 *n.* 4. 7. 8. 14. *& seq. vide disp.* 6. *pag.* 338. nec tamen propter majoris partis delictum, tota universitas ita puniri debet, ut innocentes cum nocentibus pereant, id enim non admittit *l crimen* 26. *ff. de pœnis l.* 22. *C. eodem nec c. Roman. in fin. de sent. excommun. in* 6. ubi ob id tota universitas excommunicari prohibetur, ne innoxiorum animæ simul pereant.

19. Tandem civibus hisce immediatis non Statibus annumerari possunt nonnulli *a*) ex commendatoribus Ordinis Teutonici *b*) nec non collegia quædam Canonicorum libera. *c*)

A *a*) Sunt enim quidam qui non sunt cives immediati, sed mediati, scilicet in Austria, Bavaria, Saxonia, Thuringia, nec non Hassia, ubi Commendator Provincialis de antiqua consuetudine & ex tenore transactionis Carolstadinæ de An. 1584 pro statu Hassiæ se gerit, in comitiis provincialibus inter Prælatos Hassiæ primum locum tenet, in commune cum aliis consulit, onera provincialia sustinet, in expeditione militari sequelam præstat, ordinationi ecclesiasticæ, ut & ordinationibus politicis se submittit, ac in realibus in Hassiæ tribunalibus comparet, & quandoq; etiam in personalib. in iis stetisse exempla & præjudicia quamplurima testantur *Dn. Reink. d. tr. lib.* 1. *cl* 5. *c.* 11 *n.* 24

B *b*) Contra quos tanquam im̃ediatos solent in Camera Imperiali processus decerni, cum tamen in catalogo Statuum Imperii non inveniantur *Dn. Reink d. loc. n* 23. Illud interim hîc observandum, quod *Dn. Reink. d. loc.* subjicit se animadvertisse, quod quidam ex Commendatoribus in subscriptione Recessuum Imperii, tanquam Status Comitiis interfuerint, ut sunt Commendator Provincialis Alsatiæ Teutsches Ordens L. und Commenthur der Balley Elsaß und Burgund *per subscript. Recess. de An.* 1567. Item Commendator Confluentiæ Land-Commenthur der Balley Coblentz *per subsc Recess. de An* 1559.

C *c*) Etliche Freye Kayserliche Stiffte quæ ex privilegio singulari Cæsari & Imperio in civilibus sunt subjecta, ut sunt collegium Canonicorũ Bruxellæ in Praurheim propè Spiram, item Butsched propè Aquisgranum & collegium in Arnuell propè Sarbrücken, quæ exinde etiam in Camera rectè cõveniuntur, uti præjudicus [illegible] dit Andr. Gail. 1. *obs.* 30 *n.* 9. *item de pignorat. obs.* 7. *n.* 6. *Matth. Steph. de Iurisd. lib.* 2. *part.* 1 *c.* 3. *n.* 67.

FINIS DISPUT. IX.

DISPUTATIO X.

De

COMITIIS IMPERII.

Respondente Reinhard Gerlach *Hasso.*



ATQUE ita hactenus de potestate Statuum particulari *a)*; Jam de ea, quæ circa Universi Imperii administrationem *b)* versatur atq; potissimùm in comitiis *c)* consistit, de quibus antequã videamus, paucis eorum originem *d)* & utilitatem *e)* delibasse juvabit. 1.

a) Secundùm divisionem in *Disp.6.th.4.* suppositam. Actum autem sunt de Statibus in genere *dict.Disp.6.per tot.* De Electoribus in specie *Disp.7.* de Principibus & reliquis Proceribus *Disput.8.* quibus addita sunt *Disp.9.* de Nobilibus immediatis, quanquam iis in Universi administratione locus non sit *vide infra.* uti nec Status qualitas *dict.Disp.9.th.9.lit.F.* *b)* Vide *dict.Disp.6.th.4.lit.A.* *c)* A cocundo vel comeundo dicta, quod populus coire his atque in unum locum convenire soleret. *Nicol.Gruch.de Comit.Roman.in praef.* quæ ita aptè definiri posse arbitror, ut sint Imperii gratiâ instituti conventus. Genere constat hæc definitio, quod est conventus, vocabulum enim illud generale est ad omnia pertinens, de quibus negocii contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt *l. 1. §. 3. de pact.* & adeò conventionis verbum generale est, ut eleganter dicat Pedius nullum esse contractum, nullam obligationem quæ non habeat in se conventionem *eodem §.* Verba Imperii gratia nobis exhibent differentiã specificã excludentẽ conventus illos, quibus vel ligæ, cõfraternitates vel cõfœderationes inter Principes constituuntur, quia qui in eas conveniunt, non omnes Status sunt & jus sessionis & voti habent: ita Principes Galliæ quadraginta septem fœdera cum Principib. German. construxisse perhibentur. *VVarem.ab Ehrenb.2.de fœd.2. vid.th.6 lit.B.* Comitiorum vocabulũ translato ad Carolum M. Imperio A B C

perio, apud nullum scriptorem, usq; ad Maximilianum I. cujus tempore purior sermo rediit, invenire licet, ejus loco enim Curiam, Congregationes, Concilia, Imperialia, Placitum, Synodum, Dietas appellari tam in Constitut. Imperat. quam Germanorum Historicorum & Poetarum monumentis deprehendimus. Ita in Curia Metensi lata dicitur A. B. Caroli IV. Imperatoris *in proœm. cap.* 24. *A. B.* uti & de Curia Imperiali & sessione agitur *tit.* 25. *Richardus Bartol. lib.* 9. *Austriados* sic ait:

ancipiti trepidabat curia motu.

& *Trithemius Abbas Spanheimensis in Chron. Hirsch. Anno* 1199. Rex Philippus magnam Curiam Principum suorum habuit apud Moguntiam. *Petrus de Andlo ita habet*: Imperatoria Majestas in ostensionem altæ suæ Magnificentiæ nonnunquam cum Principibus ac Proceribus solennem Curiam celebrare consuevit *lib. 2. cap. 15. de Roman. Imp. ubi in notis Freherus*; Dicitur Teutonice Hove Königlicher Hove/ sicut apparet ex versione germanica Aureæ Bullæ: & Chronicum Magnum Coloniense sæpius und berufen einen grossen Hoff. Dicuntur & Congregationes *tit.* 12. *A. B.* ub. Curia seu Congregatione &c. cui Germanicum in Recessibus [illegible] non uno in loco occurrens Reichs-versamblung concordare videtur. Concilia quoq; appellata fuisse certum est, ita enim *Dubrav. lib. 13. hist. Bohem.* Redierat Cæsar ex Italia, nimisq; intempestive, nondum videlicet satis ordinatis, confirmatisq; rebus Friderici in Bohemia, eandem Ratisbonam ad Concilium Principum vocandum curavit. Placita crebrò appellari notum est; Carolus Calvus Romam proficiscens Compendii placitum generale habuit inquit *Aymon lib. 5. cap. 35. Anno* 777. Rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco, qui dicitur Padebrunna: Anno 795. Rex venit Moguntiam, ibiq; tenuit placitum suum, *Regino Abbas Prumiensis lib. 2. Chronic.* & Poeta Anonym. Anno 770. Indict. 14.

——Conventum placiti generalis habere
Cum Ducibus se velle suis denunciat illic.

Carolus Synodos habuisse legitur Anno 770. & ad Valentinianos Anno 771. & Anno 775. Rex habuit Synodum in Villa quæ dicitur Duria inquit *Regino Abbas Prumiensis lib. 2. in Chron.* Dietas quoq; appellari

lari videmus, ita enim *Raymund. Cardinal Crucensf. in orat. ad ordines German. Nürenberg. congregantes An.* 1501. Indicuntur frequentes conventus, quos dietas appellatis, jam alienigenæ invidentes gloriæ, ac magnitudini vestræ, inter se jocantes hujusmodi sermones usurpant: quid faciunt Germani? petunt dietam Wormatiensem *& paulò post* ubi tot sunt Duces, Marchiones & Comites? sunt in dieta? quid statuunt de Germanicis rebus? Distulerunt in aliam dietam, bone DEUS quid sibi volunt tot dietæ, nisi quod vulgò fertur, ut una dieta alteram pariat? Sed dum vos dietis tempus teritis, crudelissimus inimicus invalescit. Horam tamen appellationum, utpote obsoletarum quædam nō attenduntur hodierno tempore: De illis comitiis prout adhuc in Imperio nostro vigent quædam proponere instituti nostri est. *d)* Et quidem comitiorum originem si spectemus, reperiemus, & in veteri testamento aliquo modo conventus floruisse: Et DEUS ipse Moysi simul imperium dedit in populum & duas tubas argenteas ad eundem congregandū & movēda castra *Numer.* 10. Ex quo loco D. Andrevus Episcopus Chicestrensis *in conc. de jur. convoc. cat. contra Bellarmin. de conc. lib.* 1. *c.* 13. rectè conficit, ad Regalia pertinere jus convocandorum cœtuum, sive ad rerum sacrarum sive profanarum deliberationes. Qui enim sine harum tubarum sono confluxerunt, *Num.* 20. graviter ab ipso DEO puniti sunt: Corah, Dathan, cum complicibus vivi absorpti, quod vocati responderent: Non veniemus. *Num.* 16. Post Moysen Josua; *cap.* 23. *&* 24. Regesq; & Principes, usque ad Macchabæorum tempora, (siquidem coram Simeone statuitur, ne cui fas sit conventum agere præter ipsum 1. *Maccab. c.* 14. *v.* 44.) Jus congregandorū comitiorū usurpârunt, sicut de Davide. 1. *Paral.* 16. *v.* 3. Salomone 2. *Par.* 5, 2. Joa 2. *Par* 24. Josia 2. *Par.* 34. ipso Mardochæo. *Hest.* 9. Nehemia 7. *v.* 5. aliisq; patet, ut de Regibus & Principibus Judæorū nullum possit esse dubium. Stante veteri populari Rom, Repub. triplicia fuerunt comitia, Centuriata, Tributa, & Curiata: Centuriata comitia, ut *Asconius* scribit, dicuntur, cum ab omni sexu & ætate fertur suffragiū, quod tamen vix verosimile, fæminæ enim cum ab omnibus officiis civilibus & publicis remotæ *l.* 2. *ff. de R. I.* jus verò suffragii ferendi muneris publici quodammodo rationem habeat, ideòq; nullam sexus rationem factam D

fuisse, meritò ambigitur; Dicta autem centuriata, quod populus per centurias divisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebant Martio; Centuriata quippe comitia intra pomærium fieri nefas erat, quia exercitum extra urbem imperari oportebat, intra urbem jus non erat; Lælius Felix ad Q. Mutium. Calata dicebantur hæc comitia §. 1. *Instit. de testam. ord.* ab antiquo calare, quod perinde ac apud Græcos καλεῖν vocare significabat; atq; hæc omniũ fuerũt maxima, itaque maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis dicitur. Tributa comitia erant, quando curiatim sententiæ ferebãtur, tributa a. dicta vel à tributo dãdo, vel quod ager Romanus primo in tres partes divisus fuerit, & tres populi partes factæ una Tatiensium, altera Ramnium sive Ramnensium, tertia Lucerum. Quia n. in tres partes populus divisus erat, factum est, ut hæ populi partes tribus dicerentur, & qui singulis tribubus præerant Tribuni, & pecuniæ quæ tributim imperabantur, vocarentur tributa. Postea sex alias quoque urbis partes factas & similiter tribus appellatas fuisse, atque quamlibet earum decem curias continuisse *Varro & Plutarch.* referunt. Tribus autem ab initio quatuor esse factas, urbe quadrifariam secundum colles & regiones divisâ, tribusq; non à numero ternario, sed tributo conferendo appellatas existimat *Livius.* Cui hac in parte astipulatur *Plinius* qui quatuor ab initio urbanas fuisse tribus affirmat, Suburbanam, Palatinam, Collinam & Exquilinã: Ciceronis vero ætate urbs in 35. tribus erat divisa. Sed omnes recensere mei non est instituti, sufficiat tributim sententias dictas fuisse. Curiata comitia eadem quæ centuriata erant, in quibus populus curiatim, hoc est per curias divisus suffragia ferebat, ita ut quod plures statuissent, id jussum populi diceretur. Pro diversitate gentium diversæ quoq; sunt Comitiorum notiones: Sua habuerunt Athenienses, sua Spartani, sua itidem Romani & hodiè Hispanis, Gallis, Anglis, Polonis aliisq; populis sui sunt conventus, de quibus omnibus agere inane foret & res periculi plena, multi enim multa scribunt de exteris regnis remotissimisq; Rebuspublicis, sed dum aliorum fidem sequi coguntur turpiter, quandoq; impingunt, prout *Bertram de Comit.* in fin. *posit.* 7. Mihi nunc de Imperii Romano-Germanici Comitiis, utpote nobilioribus (ratione objecti circa quod versantur, Imperator enim & Im-

& Imperium meritò omnibus præstant, prout à Magnif. & Nobiliss. Dn. Præside *disput. de Vicariis Imper. th.* 41. *& disput.* 1. hujus Collegii pluribus demonstratum fuit) quædam proponere sufficiat. c) Utilitatem eorum me satis commendare non posse lubens fateor, interim tamen de consiliis, utpote Comitiorum fructibus quædam addere non pigeat: In arduis autem Reipublicæ negotiis consilia adhiberi utile, imò necessarium esse nemo est qui ignoret; ideò enim salubriter, uti apud alios populos, ita & Germanos, Senatum generalem omnium totius Imperii ordinum seu comitia convocari ab antiquo receptum est, in quibus Imperator de illis omnibus, quæ ad salutem Imperii & subditorum utilitatem pertinent, informari solet, quorum utilitas tanta & necessitas tam magna est, ut nullius authoritate vel etiam respectu ullo, siquidem Rempub. salvam esse velimus, impediri ferendum sit, inquit *Arum. tract. de Comitiis c.* 1. *n.* 6. Quippe teste *Platone in Alcibiade*: Hominis ars & scientia gubernandi, nulla alia dicitur, quam ἐυβουλία bonũ consilium. Nec quæ sine eo viguerit ullam reperire licet Rempublicã uti rectè censet *Petr. Gregorius.* Multa enim quæ naturâ impedita sunt, consilio expediuntur inquit *Liv. lib.* 11. Consilia utroq; & pacis & belli tempore vigeant, plura enim in summa fortuna auspiciis & consiliis quam telis & manibus geri ait *Tacit.* 13. *Annal.* neque unquam cuipiam bella bene gesta visa fuerint illis non adhibitis: Vis enim consilii expers mole ruit sua *Horat. Od.* 3. at prudentiæ & consilio adjuncta usui est, sine ea magis abit in noxam. Omnem actionem consilium anteeat, inconsulta enim rerum tractatio haud satis tuta est; Nam quanquam interdum quis glorietur, se quasi simul & deliberaverit & res suas gesserit, multa prosperè atque ex tempore gessisse, tamen perraro aliquid tale usui venire fortunatè solet, monente *Lips. in notis politicis n.* 1. *p.* 492. Neq; admittendi Consiliarii Principibus inculcantes comitiis potestatem ipsorum coarctari, subditi enim, ubi vident Principem suum graviora ex consilio ordinum agere, libentius iis, quæ decernuntur, parent; quæ enim consilio plurium geruntur non nisi æqua justaq; esse putantur, & si quædam duriora necessitate ita flagitante constituuntur, quia tamen ordines ea approbârunt, ideò populus non nisi magnâ & prægnante ratione ea emanasse æstimare E

consuevit, promptiusq; iis obsequium præstare solet. *Arum. d. tract. c.1.n.10. Vid. Arg.n. Barcla.lib. 4.* Oculos converte in Statum Imperii Germanici, nonne is consiliis, quæ Cæsar cum Proceribus in Comitiis inire consuevit, ceu columnæ unicè innititur! Malum imminet Reipublicæ? Ecce salutari hoc remedio maturè obviam itur: Consultandum de magni momenti causis? convocantur quique Sapientissimi. Labescenti Imperio suppetiæ ferendæ: statim succurritur. *Bertram.disp. sua de Comit.posit.2.* Accrescit denique erga Principes mirificus exinde subditorum amor, dum ipsum negotia majora ad ordines referre, & nihil ex domesticæ & propriæ voluntatis arbitrio concludere vident. *Hotoman.cap.10.in Franco Gall.*

2. Suntq; vel universalia, *a*) quorum causa Efficiens est Imperator, *b*) ita ut illa sint conventus *c*) Ordinum Imperii ab ipso, cum Electorum consensu, *d*) indicti: vel Particularia, *e*) quando pars Statuum convenire solet.

A Ratione scil Universi Imperii, vel quia Universi Status illis interesse solent, atque ita à particularibus distinguuntur. *b*) Eaque
B Imperator indicit, cui tanquam Capiti Imperii hoc reservatum esse dignoscitur, ita tamen ut prius in indictionē consentiant Electores Imperii: Indeq; est, quod legitur R. A. zu Regenspurg *de A.1527.* cum Legati Regis Bohemiæ Commissarium Wolff Comitem Montfortensem de prorogandis Comitiis solicitarent, hoc responsum ab ipso latum fuisse. §. Haben wir die Bottschafften. *ibi:* wissen wir uns zuerinnern / daß außthun und erkündigung eines Reichstags Röm. Kays. Mayest. unserm allergnädigsten Herrn eygnet / und in unser Macht und Gewalt nicht stünde: Wolten jhnen aber nicht verhalten / daß wir entschlossen Kayserl. Mayest. zuschreiben und anzuzeigen / auß was &c. unnd derhalben in Jhrer Mayestet gefallen gestelt einen Reichstag außzuschreiben / quæ tamen de Indictione tantùm accipienda. Cum enim Imperium nostrum constet ex capite & membris uti Thuanus asserit, caput hoc sit Imperator *A. B. tit. 2.* ubi Electores juvant erwehlen ein em weltlich Haupt dem Christlichē Reich / das ist einen Römischen König zu einem Kayser erheben. R. A. *de anno 1566.* §. Wir wollen auch *ibi:* wie wir dann als ein Römischer Kayser

ſeryn das Oberhaupt im heyligen Reich / qui & Schirmherr der Christenheit vocatur R.A. *Anno* 1518. Obrist Haupt der Christenheit R.A. 1529. & omnes quotquot in universo terrarum orbe ſunt Reges anteſtet, ex rationibus quas Arniſæus *in tractat. de jure Majeſt. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 1. exhibet, eamq; eminentiam neq; Turca ipſe Imperatori invideat, uti conſtat ex literis ejus, quando ita ad eum ſcribit: In fide Jeſu Nazareni inter cæteros Principes Christianorum ſummo, ac ejus Legatos, contra aliorum Regum ad ſe miſſos oratores hunc ſibi honorem vindicare non illubenter patiatur. *Leunclav. in ſupplement. Annal. Ottom.* meritò itaque Imperatoris tanquam capitis eſt reliqua membra regere: ille enim eſt quaſi anima totius corporis ſc. Imperii, ſine cujus authoritate non rectè operarentur, uti ſimilitudo Equitis de Marnix *és Reſolutions politiques* huc adaptata id ipſum illuſtrabit, quando ita infit *pag. mihi.* 161 Davantage comme les puiſſances corporelles ſont inferieures & aſſervies á celles de l'ame, & ne peuvent rien ſans elles, leſquelles excitent, meuvent, retiennent & attirent, ſans quoy le corps n'opereroit rien, comme il ne fait eſtant mort ou endormy, lors que ceſte influēce de l'ame luy māque actuellement ou potentionellement: de meſme es membres d'un corps civil il eſt requis, qu'il y ait une ame qui preſide, pour donner la vivacité, & preſcrire a chasque partie ſubalterne ce q'elle doit faire pour le bien public: Ceſt'ame n'eſt aultre choſe que le prince ou le ſuperieur; qui eſt par deſſus les aultres membres de l'Eſtat, ſans l'authorité duquel iceux ne pourroient operer, ny ſe maintenir & cōſerver. Porrò quemadmodū potentiæ corporis inferiores & ſubjectæ ſunt facultatibus animæ, neq; abſq; illis quicquam valent, quæ excitant, movent, retinent & attrahunt, ſine quibus corpus uti mortuum vel dormiens nihil operaretur, deſtitutum influxu illo actuali aut potentionali: ita quoque membra corporis civilis animam præſidentem requirunt, quæ vivacitatem addat, & unæcuiq; parti ſubalternæ, quid bono publico præſtandum, præſcribat: Anima autem illa nihil aliud eſt, quàm Princeps vel aliis membris Reipubl. ſuperior conſtitutus, abſque cujus authoritate nihil operari ſubſiſtere neque ſeſe conſervare poſſent. *c*) Conventus enim quoq; appellata olim fuêre comitia, ita enim *Gerard. de Roo*: Albertus Imperator C

Non-

Noribergam proficiſcitur, quò Principibus & reliquis Imperii Ordinibus conventum edixerat *lib. 2. hiſtor. Auſtr.* Indictus ab eo convẽtus ait Dubrav. *lib. 17. Hiſtor. Boemicar.* & Poëta Anonymus in libris Annalium, quos de geſtis Caroli M. Imperat. quinq; ſcripſit lib. 1. *Anno 775. Indict. 12.*

Ad Duriam vicum properant, nam Rege jubente
Illic conventus populi generalis habetur.

& lib. 2. Indict. 4.

Venit & ad fontes fluvii cui Lippia nomen,
Conventum fieri procerum juſſit generalem.

D d) Ita enim decretum Spirenſe *de Anno* 1507. §. Haben wir eine gemeine Reichsverſamblung/nach vorgehabtem Raht vnd Gutachten vnſer vnd deß Heyligen Reichs Churfürſten; & Decretum Ratiſbon. Anno 1576. Als haben wir mit Raht vnd beliebung obgemelter / vnd deß Heyligen Reichs Churfürſten nicht vmbgehen mögen eine gemeine Reichsverſamblung / außzuſchreiben. Decretum Auguſtanum Rudolphi Anno 1582. Haben auff gutachten vnd Raht vnſer vnd deß H. Reichs Churfürſten / eine gemeine Reichsverſamblung außſchreiben laſſen: Idem habetur in Capitulatione Ferdinandi III. art. dergleichen 13.: ibi: Die Reichstäge ohne wiſſen vnd willen der ſechs Churfürſten nicht anſetzen noch außſchreiben. Idq; epiſtolis Cæſareis quibus ad Comitia vocantur ordines vulgò dem Außſchreiben zum Reichstage ita inſeri ſolet: Wann dann ſampt vns deß Heyligen Reichs Churfürſten / nach reiffer ſtattlicher erwegung vnvermeidlich vnd vnvmbgänglich zu ſeyn befunden/einen allgemeinen Reichstag anzuſtellen/darzu vns wohlermelte Churfürſten einhellig ihren conſens, dem herkommen gemeß / vnder Ihr liebden Handſchrifft vnd Siegel gegeben/die beſtimmung deß Tags heimgeſetzt/vnd als viel die Mahlſtatt betrifft / ihnen vnſer vnd deß Heyligen Reichs Statt Augſpurg vmb erheblicher Vrſachen gefallen laſſen. Electores enim cum cauſas ad Comitia cogenda ſufficientes cognoſcunt, ſuum Imperatori conſenſum haud difficulter accommodant, imò Cæſari ad Comitia cogenda neceſſitatibus urgentibus quandoq; ipſi auctores exiſtunt R. A. de Anno 1555. §. vnd ſo abermahls die verſamblete Churfürſten &c. ſic etiam hodierna comitia ſuaſu Electorum

ctorum Noribergæ congregatorum Ratisbonæ indicta celebrari videmus: Quod si aliud visum fuerit eundem rectè denegari posse existimat Bertram *de Comit. posit.* 18. Regi Romanorum quoq;; cum absente vel impedito Imperatore omnia jura Imperatoria exercere possit *A. B. tit.* 5. *Ordinat. Camer. p.* 1. *tit.* 1. Nemblich wollen die Römische Kays. May. als Römischer Kayser / oder im fall daß Ihre Liebd vnd Kays. Mayst. nicht im Reich oder in der nähe weren / wir als Römischer König jederzeit &c. Comitia non solùm auctoritate Imperatoria sed & proprio nomine, R. A. zu Speyr *de Anno* 1532. §. So hat dem allem nach *ibi:* an Statt vnd in Namen Ihrer Kays. May. vnd für vns selbst &c. indicendi jus est, *addantur ea quæ infrà thes.* 4. *lit. A. & Disput. V. th.* 5. *dicta sunt.* Vicarios Imperii Electores, Comitem Palatinum & Ducem Saxoniæ, cum Imperator fatis concesserit & ita vacante Imperio, rebus ita ferentibus (utriusque consensu) Status convocare posse dicendum videtur: Imperatorem n. Feuda principalia vulgò Fahnlehen duntaxat excipiendo *tit.* 5. *A. B.* reliqua omnia negotia expedienda ipsis concessisse verosimile est: dictio enim illa taxativa unicum casum Imperatori reservans cæteros, ut non exceptos, ad Vicariorum curam pertinere innuit: Eoq; jure fretus Rupertus Comes Palatinus ex officio suo Imperii Principes ad publica vocavit comitia; nam ad eum tanquam judicem ordinariũ cognitio de querelis contra Wenceslaum pertinebat §. *fin. tit.* 5. *A. B. Carol. IV. Confer. Arum. tract. de Comit. c.* 3. *n.* 53. An a. consensus Electorum à singulis vel toto Collegio impetrandus vide *Disp.* 7. *th.* 22. *lit. C.* ubi pro collegiali consensu, cum limitatione tamen utilitatis publicæ, concluditur. *junge Capit.* Ferdin. III. gloriosissimi moderni Imperatoris *art.* 7. & 13. Pontificis autem Romani consensus non requiritur *per rationes th.* 7. *lit. C. Disp.* 7. quãvis non defuerint, qui jus illud sibi vindicare ausi fuerint; Inter conditiones n. Paul. IV. Ferdinando I. propositas & hæc fuit, ne inscio Pontifice, Comitia, concilium, aut ullum alium conventum indiceret, *Goldast. part.* 5. in den Politischen Reichshändeln: ducebatur a. exemplo Prædecessoris sui Pii II. qui pariter per obliquum jus Imperatoris eligendi in sedẽ Romanã derivare conatus fuit, dum Archiepiscopũ Moguntinum Dietherum Comitem Iseburgicum ad obstringendum sese Sedi Romanæ, co-

gere voluit, ne unquam nisi adsentiente Romano Pontifice, Electores convocaret, *Paralipom. ad Vrsperg sub Friderico III. Imper.* quod cum ille recusasset, anathemate à Pontifice percussus & ei Adolphus
E de Nassau oppositus fuit, *Arum. de Comit. c.3.n.40.* e) De particularibus comitiis in fine hujus Disp. agetur.

3. Quamvis autem olim per edictum generale a) Status convocari soliti fuerint, posterioribus tamen temporibus b) per literas speciales nominatim ac in specie cōpellari cæperunt, c) & quidem verbis quandoq; lenioribus & speciem rogantis præ se ferentibus, d) quandoq; autem magis Imperiosis. e)

A a) Cum enim Imperium in ampliores sese terminos extenderet, Status, Illustrioribus exceptis, per Edictum multitudine rerum alium modum vix admittente, ad comitia vocati fuerunt, ut
B *Specul. Suevic. p.1.c.39. Specul. Sax. lib.3. artic.64.* ait. b) Verùm postquam fines ejusdem contractiores facti sunt, Statusq; nulli aut pauci extra Germaniam vocarentur, illi ipsi quoque ad edictum rariùs comparerent, ut non semel propter paucitatem comparentium comitia differri necesse fuerit, sicuti Frideric. III. conventum Francofurti An. 1442. & alterum Norimbergæ 1479. celebrare volenti acci-
C dit, *Lehem. lib. 7. cap. 98. in Chron. Spirens.* c) Ideò consultius visum fuit, Status in posterum per literas, nominatim ac in specie, quæ ubiq; & semper generali vocatione potentiores, magisq; vocatos afficiūt, compellere, & ad comitia cogere: quod, quo tempore factū, quamvis non adeò constet, Friderici III. tempore demū, p stylo ad-
D huc hodiè ita volente, usu pari cæptum conjicit *Arum. cap.4.n.2.* d) Quamvis enim parum referat quibus verbis Imperatores in evocandis Statibus utātur, utrum rogandi vel cogendi modo idipsum fiat, quia tamen magna pars comitiorum ad eos pertinet, æquum & libertati Germanicæ congruum videtur *Bertramo de Comit. pag. 10.* ut verbis compellentur non adeò imperiosis, quod posteriori tempo-
E re ita observatum ait *ibidem.* e) Prout verba Frideric. III. *in Reformat. 1443.* & im Außschreiben auff dem Reichstag zu Augspurg

An.1530.

*An.*1530. gebieten/ heissen/ befehlen.jussionis duritiem præ se ferre videntur. Verùm rem meri arbitrii, nec certis verborum formulis circumscriptam arbitror, nec quicquam Imperatoriæ Majestati decedere, si ita Status ad comitia vocet, ut non tam citare quàm rogare videatur, nec Statuum jura, privilegia aut libertatem imminui, si venire jubeantur pro Imperio existimat *Bertram d. pos.* Neque Imperator ac Principes pendent à tortuosis verborum interpretamentis, quæ tam rigido examine perscrutari magis ad Causidicorum anxiam diligentiam quàm ad Principum virorum gravitatem spectat. *D. Baud. de Induc. Bell. Belg lib.* 1. Verba quibus hodienum Imperatores Status evocando utuntur, ejusdem ferè sunt tenoris ac Rudolphi II. de Anno 1594. quæ circa finem ita habent. Solchen jetztbemelten Tag vnd Wahlstadt einer gemeinen Reichsversamblung wir D. L. mit diesem vnsern Kayserlichen Brieff angekündet / vnd dieselbig bey den Pflichten / damit sie Vns vnd dem H. Reich verwand vnd zugethan ist / gnädiglich ersucht vnd vermahnet haben wollen / von Röm. Kays. Macht ernstlich befehlende / daß D. L. vnverhindert vnd hindangesetzt / aller anderer Geschäfften vnd Sachen nichts dann allein jhr vnvermögen auß Gottes Gewalt außgenommen / auff obbestimbten Tag vnd Wahlstadt selbst eygner Persohn gewißlich erscheine / oder da deine L. je solches (allein auß jetzgemelter Verhinderung Göttlichen Gewalts) nicht vermöchte / doch zum wenigsten jhre statliche ansehnliche Rähte vnd Gesandten / mit vollmächtigen / vngemessenem gnugsamen Gewalt / ohn alles hinder sich bringen / dahin abfertige / mit vnd neben vns / auch Churfürstl. Fürsten vnd Ständen &c. zurahtschlagen / zuhandlen vnd zuschliessen / was deß H. Reichs Notturfft erfordert / vnd demselbigen in gemein auch allen vñ jeden Ständen insonderheit zu Ehren / Nutz vnd Wohlfahrt / dienstlich vnd ersprißlich seyn mag / vnd hierinnen nit vngehorsam noch seumig erscheinen. Cæterùm Imperator Electores seculares nomine Agnati vulgò Oheim appellare solet, prout patet ex literis Pragæ A. 1594. Rudolff der ander von Gottes Gnaden &c. ibi: Hochgeborner lieber Oheim vnd Fürst. Cur autem Electores Ecclesiasticos nepotum nomine vulgò Neve / (Gallis Neveu) salutet, nullus hactenus extitit, cui de genuina ratione constiterit, quamvis enim *Heigius* rationem hujus

 appella-

appellationis indagare solicitus fuerit *lib. 2. q. 4. n. 62.* inductum ratus, quod ad imitationem Principum Secularium, qui agnationis cognationisvé nomine, uti dictum, ab Imperatoribus salutátur, Ecclesiastici quoque, qui de naturalis cognationis & necessitudinis prærogativa gloriari nequirent, civilis quasi υἱοθεσίας beneficio suis Coëlectoribus pares fierent; quæ tamen indagatio omnibus vix sufficiet cum etiam filiorum nomine appellari potuissent. *Mersæus in Annal. Archiepisc. Colon. n. 66.* arbitratur, Fridericum III. *in Reformat. Francofurt. An. 1442. rubr.* von dem heimlichen Gericht Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem, quod in solium Imperiale sublimari ipsum effecerit, gratitudinis ergò nepotis nomine salutasse. Confer *Limn lib. 3. c. 3. n. 30 & seqq.* ex quo tamen illud notandum, quod Imperatores quandoque Neven quandoq; Oheim Electores communiter appellaverint. *n. 39.*

4. An verò consensus Electorum adeò necessarius, *a)* ut eo non interveniente ipse actus nullus *b)* sit, & num in translatione Comitiorum ab uno loco in alium prærogatio *c)* eorundem de necessitate ab Imperatore requiratur? quæstionis est.

A *a)* Certè vi capitulationum, quibus moderni Impp. sese absq; Electorum consensu Comitia non indicturos, asserunt, eos eò teneri dicendum est: ita enim Capitulatio Ferdinandi III. gloriosissimi nostri Imperat. habet *art. 13.* deßgleichen sie der Churfürsten ꝛc. auch in zugelassenen nohtdürfftigen / unverzüglichen und unvermeidentlichen Fällen die Stewr / Anslagen und Reichstäge ohne wissen und willen der Sechs Churfürsten / wie obgemelt / nicht ansetzen noch außschreiben ꝛc. Equidem si priorum Imperatorum Caroli M. & Successorum tempora inspexerimus, illos absque ullius consensu comitia coëgisse, reperiemus. ita enim *Anonym. in Annalib. de gestis Pipini, Caroli M. & Ludovici* Carolus Rex, inquit, habuit populi sui generalem conventum: & Poëta *Anonym. de gestis Caroli M. lib. 1. Ann. 777. Indict. 14.*

——Conventum placiti generalis haberi
Cum Ducibus se velle suis denunciat illic.

Et Sig-

Et Sigfrid. Presbyt. Misnens. lib. 2. Epitom. Ann. 1302. factâ pace inter Regem Roman. Albertum, ait, & Archiepiscopos supradictos, quos idem Rex multum humiliaverat, statim ipse Rex facto edicto, omnibus Principibus præcepit, ut ad curiam suam in festo Sebastiani Martyris Merseburgi celebrandam convenirent: idq; jus Comitiorum indicendorum usq; ad Carolum V. viguisse plurimis Recessuum Imperialium locis elucet: Ita Fridericus III. *in Reformatione sua An.* 1442. *instituta ait.* Darumb insonderheit her zu vns zukommen gebotten vnd geheissen haben &c. *& Recess. Ratisbon. An.* 1527. §. haben wir der Bottschafften, *ibi:* wissen wir vns zuerjnnern / das außthun vnd erkündigung eines Reichstags Röm. Kays. Mayt. eygnet. Postquam verò Imperatores liberâ illâ licentiâ indicẽdi comitia abuti cæperunt, ideò Electoribus placuit hac quoque in parte eorum constringere potestatem, additumq; primitùs Caroli V. Cap. ipsi conventum nullum nisi de consensu Electorum indicere licere, *Sleidan. lib.* 1. *de stat. Relig.* quod ipsum scriptum *Georg. Spalatin. de vita Frideric. III. Elect. Saxon.* confirmat in capite quodam hujusmodi inscriptionis: Hernach verzeichnete Articul seynd in der Wahl eines Röm. Kaysers nach tödtlichem Abgang Maximil. I. von den Churfürsten bedacht / daß sie einem newen Röm. Könige zu halten / sollen eingebunden werden: ibi: So hat sich doch darwider fast aller Mißbrauch begeben daß durch hochlöblicher Gedächtnuß Kayser Maximilianen ohne wissen der Churfürsten / Fürsten vnd andern Reichs-Ständen Verbündnuß angenommen / Kriege angefangen / darauß Auffruhr vnd Schade entstanden / viel Reichstäge angesetzt / Stewer vnd Hülffe gesonnen vnd einbracht / zubeschwernuß Chur fürst- vnd anderer Stände vnd Vnderthanen / die dardurch geblößt vnd nichts desto mehr Friede vnd Recht vnderhalten. Rem enim sine ejus consensu, cujus maximè interest, nec posse nec debere perfici inquit *Schrad. de feud. p.* 8 *c.* 2. *n.* 28. Jam quid Status Imperii attineat, Comitia haberi vel non, cuiquam obscurum esse nequit. *Bertram de Comit. concl.* 17. Ea tamen quæ de Electorũ consensu dicta, ita accipienda velim, necesse quidem esse omnes requiri, uno si quidem neglecto, hujus præteritio plus comitiis, quàm contradictio multorum obesset, *argum. cap. venerabilem. c. bonæ memoriæ extra de Elect. & Elect. potest cap. quod sicut. cap. ingenisi. X. eodem.*

dem. Lancellot.lib.1.quæst.4.n.62.in pr.in templ. omnium judic. Henning. Goden.consil. 1.*n.* 7. *&* 8. non tamen omnium sed majoris partis consensus sufficit: Ita in negotio majoris momenti, nempe Electione Cæsaris pars major minorem ad se trahit, probationis est. §.*præstito.* ibi: ipsos & majorem partem *&* §.*postquam* ibi: vel pars major *cap.2.de elect.Regis in A.B.Carol.IV.Imperat.videatur Disp.V.* Neq; Imperatoris Majestati hoc consensu quicquam detrahitur: prout Bodinus arbitratur. Majestas quippe est in ipsa forma per quam Rex est & regnat, & aliter si constituatur ei ad instar Scachorum Regis nomen sine re relictum erit: & Majestas Imperatoris non ex Scriptorum censuris, sed ex Capitulatione, ut & Electorum prudentissimo instituto dijudicanda est, quæ etsi non liberrimam & absolutissimam ei concedat potestatem, attamen quia ea quæ Imperatori tributa, in Imperio summa est, nec alium parem aut superiorem habet, rectè eum Majestate præfulgere dicimus. *Arum.de Comit.c.3.n.30.* videatur ad rem *disput.* 1. Et probè considerandum est, omnibus regnis ac Rebuspupl. liberis plenissima Majestatis jura competere, qui in Principum suorũ electione interdũ *indefinitè*, subinde *definitè*, prout utilitas publica suadet, conferri solent, si *indefinitè* administratio Principi concessa sit, omnia Majestatis jura absolutè eum exercere extra controversiã est, sin definitas & certas Majestatis particulas, juxta quas Rempublicam instituere debet, accepit, Majestatem nihilominus quæ tota ex partibus resultat, habet. Major n. vel minor potestas non facit Majestatis diversas species. *Arum.d.cap.n.22.* Regis Bohemiæ hoc in negotio nulla habetur ratio, tum quia 1. si de contributionibus ageretur, harum immunem sese prætenderet, vel quando 2. leges ferendæ vel latæ, illis se subjici nõ permitteret, ideòq; ob has atque alias rationes hujus consensum non adhiberi

B observantiâ docemur. *b)* Quotiescunq; alicujus consensus ad negotium gerendum requiritur, eo non interveniente, sine nullitatis vitio res explicari nequit Dd. est regula, & formâ non attentâ nihil agi dicitur. *Surd.decis.268.n.8.&seqq.* Consensus autem formæ & solennitatis vicem hîc obtinens meritò adhibendus. Pro forma enim aliquid inductum intelligitur, ubi certus agendi modus præscriptus. *Cavalcan. dec.* 10. *num.* 9. vel præceptionis verbum *debere* adjectum est,

est, *Rimin.jun.conf.*8.*n.*217.*vol.*1. prout, verbum illud Capitul. Caroli V. Ferdinand. II. & III. insertum passim legitur, ideoq; parti affirmativæ adstipulaturus rationibus non destituetur. *c)* Quoad mentem *Dn. Bertram* Electorum quoque prærogatio in transferendis Comitiis requiritur, ille enim *posit.*18. ita: verum & hîc quicquid statuit Imperator cum consilio Electorum statuere oportet; motus responso Rudolphi II, ad Principum Septemvirorum Noribergæ congregatorum legatos sub dato Pragæ 25. Novemb. An. 611. inter alia his verbis concepto, zu solchem Ende were Sie auch denen nach Nürnberg verordneten Kays. Commissarien befehl zugeben im werck gewesen/daß bey dieser der Churfürsten Collegial-Versamblung die occasion nicht versaumet / sondern entweder zu Außschreibung eines newen Reichstags der consens dem herkommen nach erlangt/oder da sie/die Churfürsten/es für gut ansehen würden/der jüngst verschobene wider reassumirt werden möchte. Verùm cum divisio loci non faciat pluralitatem actuum, & prorogatio seu translatio de loco ad alium, nihil aliud quàm Comitiorum continuatio sit, & divisione verbali res non possit reduci ad pluralitatem realem, cum unum sit subjectum, & una intentio, & consensus Imperatori præstitus ab Electoribus super actu convocationis ut principali, extendat se ad omnia accessoria, per quæ ad finem actus perduci debet *Matth. de Afflict. in cap. Imperialem n.*39. *de prohibit. Feudi alienat. per Frideric.* & finis actus per accessionem temporis cum principio fiat unus & idem *Amadeus à Pont. q. laudemial.*37.*n.*5. Atq; his forte rationibus Carolus V. fretus Comitia Wormatiæ indicta suo arbitrio Ratisbonā transtulit, uti ex verbis R. A. *de Anno* 1545. clarescit §. Dem allem nach 2c. ibi: vnser Kayserlich Gemüht billich darzu bewegend/diesen Reichstag erstreckt vñ verlegt / erstrecken vnd verlegen auch denselben hirmit wissentlich in Krafft dieses vnser Abschiedts / auff der H. dreyer König Tag / in vnser vnd deß H. Reichsstatt Regenspurg 2c. Pariter etiam translatio Comitiorum An. 1546. indictorum solius Imperatoris placito instituta est, videatur modo dicti An. Rec. §. Dieweil wir aber ibi: dem allem nach auß jetz oberzehlten vñ andern mehr wichtigen Vrsachen/ vnser Kayserlich Gemüht darzu bewegend / haben wir diesen Reichstag / inmassen wie den vorigen zu Wormbs auch

ver-

verschoben vnd erstreckt / erstrecken vnd verschieben auch denselben hirmit wissentlich in Krafft dieses vnsers Abschieds ꝛc. Atque Imperatoribus transferendorum Comitiorum jus adhuc competere exinde confirmari poterat, quod per concessionem ad jus prius, quod ante Capitulationem fuit, redeatur, quo Cæsari quoque citra consensum Electorum ea transferre & reassumere licuit, sicuti apparet ex Recess. Coloniens. An. 1512. ubi in pr. Maximilian. I. ait: Zu vns anfänglich gen Trier auff einen gemeinen Reichstag erfordert / vnd dann folgend auß trefflichen beweglichen Vrsachen gen Cölln verrückt/ut exinde dubitari possit, qua ratione Imperator necessitate aliqua absoluta teneatur prorogationi Comitiorum consensum Electorum adhibere: distincta enim verba supra allegata R. A. 611. accuratè considerata, hoc velle videntur, quod Imperator Rudolph. II. Electorum in partem sollicitudinis assumptorum mentem sibi aperiri desideraverit, utrum satius nova indici comitia, an prorogata reassumi, nec protinus quoad posterius illis hactenus obligatus dicendus, quanquam Imperator civilitatis gratiâ Electorum consensum ad prorogationem vel reassumptionem Comitiorum, prout Rudolphus II. fecisse censetur, exposcendo, nihil sua Majestate & clementia indignum agat.

5. Locus Comitiorum quamvis quondam ordinarius *a)* hodiè tamen arbitrio *b)* Cæsaris relinquitur, quo loco *c)* illa indicere velit, modo id in urbe aliqua Imperiali *d)* nec extra Imperii fines *e)* fiat.

A *a)* Sic apud Romanos Centuriatis Comitiis destinatus erat campus Martius, *Gruch. lib. 1. de Comit. Rom. cap. 5.* & Cicero gloriatur in oratione quam de reditu suo inscripsit, se lege centuriatâ ab exilio revocatum, inquiens: Quo die nos Comitiis centuriatis accersivit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me Consulem fecerant, consulatum meum comprobarent: eaque comitia etiam sub posteris Cæsaribus in campo habita fuisse verosimile fit ex decretis *Childeberti cap. 4. apud Goldast. tom. 3. constitut. Imp.* & Germanis licet non semper campestris ordinarius tamen conveniendi locus olim fuit. Constantinus III. enim cum urbe Arelatensi Comitia annua

perpetuo

perpetuo celebranda instituisset *Goldast. tom. 3. Constit. Imper.* Conventus iste ad ritum illius constitutionis à Carolo M. Moguntiam: Moguntia deinde à Frideric. II. Francofurtum translatus est, quâ Comitiorum occasione Nundinas illas solennes Francofurtenses cæpisse conjicit *Goldast.* & post eum *Arum. de Comit. c. 5. n. 14.* ita: Et ut rerum omniũ copia adesset, propter conventum, nundinæ quarum initium Comitiis Imperialib. debemus, ordinatæ sunt, quæ quidem postea intermisso annuo illo Imperiali conventu, solæ manserunt & quidem usque ad electionem Caroli & Güntheri æmulorum Imperii diadematis. Cum enim Francofurtenses Güntherum in urbem recepissent, nundinas Moguntinensibus Carolus reddidit, quibus Güntherus Friburgenses Paschales substituit: Postquam autem Güntherus Carolo cederet, Francofurtensibus Moguntinas Autumnales & Friburgenses vernales datis 20. millibus marcarum, quæ recepta sunt à Judæis, restituit, *Crusius lib. 5. cap. 2. part. 3. Annal. suevic. Goldast. tom. 3. constitut. Imper.* Cur autem spreto Carolo Güntherus à Francofurtensibus receptus fuerit, videantur rationes *Cuspiniani in vita Güntheri apud Arum. dict. c. 5. num. 15.* Et cum pro arbitrio nec ullâ interdum necessitate cogente alio atque alio loco electio Imperatorum perageretur, Carol. IV. ad juris necessitatem rem redigere cupiens voluit non alibi electionẽ quàm Francofurti, nisi legitimum impedimentum obviaret, fieri debere, quanquam ante Carolum IV. receptum quoque fuerit, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris Francof. celebraretur electio. A. B. §. *Invenimus.* Quo respiciens Elector Saxoniæ inter conditiones de Rege Romano creando & hanc addit: Moguntinus Francofurtum Collegas ad certum diem convocet, neque sit in ipsius potestate conventum alio in loco indicere, nisi Collegæ gravibus de causis permittant, *Sleidan. lib. 8. de stat. Relig.* Ut ita parum roboris dandum his quæ *Hartmannus Maurus ArchiEpiscopi Coloniensis quondam Consiliarius tradit:* Quanquam, inquit, Carol. 4. Imperator in A. B. statuerit, Regum Romanorum designationes Francofurti ad Moganum celebrari debere, idem tamen Carolus A. B. conditor, ea quæ de electionis loco statuit, contraria factione ad prætextum, quod tantam electionem certo loco restringi perabsurdum foret, An. Nat. Domini 1;[illegible].

Oooo palam

palam recidit summâ ratione, non enim à Majestate tanti Imperii est, ut Principes semper circa Rheni margines hæreant immobiles, fierique potest, ut Imperator cum Electoribus procul in hostili solo degat, adeo dissito, ut intra præfinita A. B. tempora nullo pacto Francofurtum attingere possint ad eligendum, si Imperator forte occumbat, aut in fata concedat. Verum cum neque legem abrogantem monstret, aut ullum authorem, qui legis prætensæ mentionem faciat, *Florentin. de VVenningen Cons. 16. n. 189 inter consilia Claud. Cont.* nec rei mutatio quamvis à facto hominis dependeat præsumatur, *Alciat. Reg. 2. præs. 1. 20. 25. Schrad. consil. 39. num. 195. vol. 2.* Aut itaq; lex immutans proferenda erit, aut stabit Aurea Bulla, utpote non mutata *arg. l. præcipimus. C. de Appellat. l. Sancimus C. de testament.* Et quamvis Electores impediti *prout supra motum* Francofurtum attingere nō possint, nihil Aureæ Bullæ casum impedimenti §. *Invenimus* excipienti, detraherent: Idcirco vix ei fides tribuenda erit, prout *Arum. de Comit. dict. cap. 5. num.* 17. pluribus luculenter ostendit: Notandum tamen ea, quæ de loco ordinario dicta, ut plurimum, non semper obtinere, prout exemplis quibusdam doceri potest. Vid. *infra lit. D.*

B *b*) Nec ea quæ lit. D. thes. 2. dicta sunt, corruunt, ibi enim de ipso jure & forma Comitiorum actum fuit, & quod de illo Electores quoad consensum illa instituendi aliquid participent, pluribus ostensum fuit.

C *c*) Ita enim literæ evocatoriæ Rudolphi II. inter alia habent vnnd dann jhren gemelten Churfürsten Liebden jhnen gefallen lassen ibi: eine Reichßversamlung auszuschreiben / vns auch die zeit vnd wahlstatt willig heimgestelt / ut itaque Cæsaris arbitrio hodie relinqui videatur quo loco comitia celebrari velit. Verum de hoc, & in thesi præced. dicta translatione nos nihil certi affirmare volumus, sed illis, qui penetralia archivi Cæsarei inspiciunt, relinquimus. Maximilianus I. quidem in conventu Coloniensi An 1512. deliberationem de loco necessariam existimans eam Comitiis Wormatiensibus remisit: Das daselbst durch Ihre May. vnd die Stände ferner der künfftigen Reichstäge halber solte berahtschlaget vnd beschlossen werden / wo die hinfürter durch Ihre May. vnd die Stände gehalten werdē sollen: Sed in Recessibus subsecutis, certus locus illis assignatus non animadvertitur, neq; illam

A. Bul-

A. Bullæ sanctionē, ut prima quæq; Cæsar comitia habeat Noribergæ, amplius attendi ait *Althus. c. 39. n. 49.* Videmus tamen, ut è literis Divi Matthiæ An. 1613. patet, quod Imperator, si alio in loco quàm Noribergæ, prima instituat comitia, protestari soleat, id ex certis causis fieri, & nullum Aureæ Bullæ eo in casu præjudicium generari debere. *d*) Ita n. proximo ab hinc seculo observatū fuit, & comitia non nisi in Civitate aliqua Imperiali celebrata leguntur, veluti Augustæ An. 1500. 1518. 1530. 1548. 1551. 1555. 1559. 1566. 1582. Coloniæ, 1512. Constantiæ, 1507. Eslingæ, 1526. Francofurti, 1442. Noribergæ, , 1356. 1522. 1524. Ratisbonæ, 1507. 1527. 1537. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1594. 1598. 1603. 1613. Spiræ, 1526. 1529. 1542. 1544. 1557. 1570. Treviris, 1512. Wormatiæ, 1495. 1521. 1545. prout legitur apud *Bertr. posit. 22.* Illi a. conventus, qui in alia præterquam Imperiali Civitate, ut Lüneburgi An. 1546. *Goldast. tom. 2. constit. Imper.* recentius celebrati particulares fuere, nec quicquam thesi nostræ derogant. *Limn. lib. 9. cap.* 1. *num.* 43. tamen hoc movet, quod Bertram Trevirim pro Civitate Imperiali habeat, de quo adhuc controvertatur, deinde etiam omittat conventum ein Reichs-Kraißversamblung Erfordiæ de An. 1567. inter reliquos Imp. Rec. relatum: Tandem v. concludit, posse quidē etiam alibi quàm in Civitate Imperiali comitia indici atq; haberi, veluti exemplis, nempe *Ottonis 3. qui Quedlinburgi Anno 985. Henrici. 2. qui Noviomagi, & aliorum, qui Comitia in municipiis instituerunt*, demonstratur, at non facilè à communiori tot annorum observantiâ recedendum esse, cum ad eandem & Carolus V. R. A. An. 1521. §. und soll / reliquiq; Imperatores sese quodammodo adstrictos agnoverint: Sic etiam moderna Ratisbonæ instituta sunt comitia quibus bene precantur, quibus prosperitas Germaniæ cordi est. *e*) Imperator enim comitia extra Imperii fines vi capitulationis indicere non poterit, absonū quippe etiam foret, de rebus arduis extra Imperii fines consultare, atque comitia apud illos, qui eorum jus non habent, agere, immensasq; illas pecuniarum impensas, quas tantorum Electorum Principum & Ordinum conditio requirit, extra Imperium in aliud Regnū importare, & subditos suis nummis nudare ait *Arum. c. 5. n. 36.* Verba capitulationum D. Ferdinandi II. & Ferdin. III. hæc sunt. §. Deß-

gleichen Sie die Churfürsten ꝛc. vnd sonderlich keinen Reichstag ausserhalb deß Reichs Teutscher Nation vornehmen vñ außschreiben.

6. Quousque autem Imperii nostri fines *a)* sese extendant, controvertitur; certum est, non fœdera *b)* quorundam contra hostes Imperii, sed ipsam originem *c)* mores, ingenium, linguam *d)* Germanum arguere: sed anne in Bohemiam *e)* Cæsar Status evocare poterit?

A *a)* Teutonia olim adeò latè patebat, ut præter illos, qui verè nunc Germani sunt, etiam Scythas, Pannones, Sarmatas comprehenderet, *Goldast. pr. præfat. tom. 3. Constitut. Imper.* Gallia quoque Carol. M. imperante, anterioribus temporibus, quibus Oriens & Occidens parebant, sepositis, pars Imperii fuit, quod ipsis Gallis ita certum est, ut putent Imperium in Gallia inceptum, postea demum ad Germanos pervenisse, *Bodin cap. 7. in Meth. histor. Et Thuan. lib. 10. Fraxinei Oratoris Gallicis* mentionem facit, disertè affirmantis: Imperium in Regum Franciæ familia primò fundatum, commune utrique genti fuisse, deinde ad Germanos translatũ: Cujus opinionis vanitatem pluribus demonstravit *Arum. Discurs. 3. vol. 1. Discurs. Ienens.* Imperium nimirum Carol. M. datum Franco, hoc est, Germano Ingelheimii vel Carolsburgii (arx est superioris Bavariæ) nato, qui sermone & linguâ Germanus fuit, *Cuspin. in vit. Niceph. in fin.* & mãsit Gallia conglutinata Imperio usq; ad Hugoné Capetum, qui primus Coronã in familiã Capevingorũ transtulit, *Ioh. Tilius lib. 1. de Hugone Capeto de Reb. Gall.* Sic Polonia quoq; ad Imperiũ pertinuit, quam ære suo Cæsaris Lotharii expeditioné Italicam juvasse dicit *Radev. c. 5.* qui etiam Polonum Imperatori Friderico I. fidelitatem jurasse asserit, quod *Günther. in Ligur. lib. 6.* confirmat: Atque Reges Poloniæ, uti Pobislaus cum Boleslao Bohemiæ Rege ab Imperatore Lothario Bambergã ad comitia venerunt, post *Dubrav. lib 11. Hist. Bohemic. Arum. de Comit. lib. 4. n. 69.* Item Hungaria, cujus Rex Matthias comitia à Frider. III. Viennæ A. 1470. (nota tamen hæc propria comitia non fuisse) in dicta invisit *Hagec. P. 2. A. 1470. in Chron. Bohem* Et cum Ferdinandus I. Rex Hungariæ ab Imper. Carol. V. & Ordinibus auxilium contra Turcam peteret, Recess. Norib. hæc verba inserta

sunt

ſunt An.1522. Damit nun ſolche Hülffe ꝛc. ibi: dem König von Ungarn zugeſchrieben/vnd derſelben Bottſchafft in Abſchiedtsweiſe angezeigt: quæ verba Abſchiedtsweiſe etiamnum Imperatoriæ poteſtatis veſtigium docent; decretum quippe ſuperioris eſt & qui accipit inferior eſt. *l. 1. ubi: cognoſcens decernit, legem eſſe conſtat. ff. de Conſtit. Princip.* Ita quoque Rex Daniæ Imperio ſubjectus, cujus nuncii inveſtituram Regni à Frider. petierunt, qui juſſit, ut ad curiam perſonaliter veniret & Regni adminiſtrationem de manu ſua, interpoſitâ debitâ fidelitatis ſecuritate ſuſciperet *Raderic. lib. 3. cap. 24. de reb. geſt. Frideric.* & Rex Daniæ in Comitiis Auguſtan. An. 1474. præſens fuit *Lehm. lib. 7. Chron. cap. 113.* Qui tamen & alii partim totaliter Imperio ſeſe ſubtraxerunt, partim autem aliquo modo Imperium adhuc venerantur: de finibus moderni Imperii quouſq; ſeſe extendant *vid. paſſim. Diſp. 1. Cluver. lib. 3. c. 8.* *b)* Hungaros enim ſæpiùs fœdera B cum Germanis contra inſultus Turcicos pepegiſſe nemini non cõſtat, qui tamen Imperii ſubditi hodiè vix dici poterunt; Sic Principes Germaniæ cum Regibus Galliæ quadringinta ſeptem fœdera contraxiſſe perhibentur, *VVaremund. ab Ehrenb. 2. de fœderib. 2.* quæ tamen illos Germanos eſſe ægrè evincent. *c)* Non a loquendo de origine C admodum remota prout *Goldaſt. pr. præf. tom. 3. Conſtit. Imper.* Richardum Angliæ Regem ideò ad faſces Imperii, quod Germanus eſſet, vocatum exiſtimat, quamvis enim Angli originem Germanis debeant, dubium tamen non eſt, quin ortus ſui obliti & ſucco ſanguineq; Anglico imbuti naturam Germanorum prorſus exuerint, prout de Gallis loquitur *Petr. Heig lib. 2. quæſt. 5. n. 27. & Betram poſit. 23.* ſed propinqua aliqua, uti conſtat de Ferdinand. I. in Hiſpanio Patre tamen Germano nato. *d)* Quæ tamẽ per ſe ſola non conſtituit Ger- D manum, niſi Imperium agnoſcat: ita adhuc hodiè in Tranſylvania populi degunt Saxones dicti, qui noſtram loquuntur linguam & ſi fabulæ aliquid dandum, in eductione puerorum Hamelenſium, de quibus *Chron. Hamelens.* mirè illuc tranſlati, vel potiùs à Carolo M. eo deducti, verè tamen Germani non ſunt: Itaque ea quæ dicta ſunt conjunctim accipienda putârim. *e)* Extra Germaniam Sta- E tus Imperii non evocari conſtat ex Capitul. Ferdin. III. art. 17. Auch die Churfürſten ibi: mit rechtlichen oder gütlichen Tagleiſtungen auſ-

serhalb Teutscher Nation nicht tringen/erfordern vnd vorbescheiden/ quod vetus Germaniæ Principum privilegium est. *Crantz.lib.10.Saxon.n.39.* quò Sigismundus Imp. *in literis Vlm. An.1434.d.25.Iul.ad Concilium. Basil. datis* collimat, de causis scil. Principum nostrorum intra fines Alemanniæ ex stylo Imperii judicandũ esse, *Limn.lib.4.c.8.n 87.* ubi Principes, Possidentes tum temp. dicti, ex hoc capite in Juliacensi causa Imperialem aliquam citationem, q Pragam extra Germaniã evocati essent, nullitatis accusasse allegantur. *vid. suprà Disp. 8. th. 19. lit. C.* Sed anne Praga extra Germaniam sita dicetur? Jus Saxonicum *lib. 3.* Landrechts *art. 57.* Regem Bohemiæ pro Germano non agnoscendo, Regnum iidem à Germania videtur excludere. Sic etiam Principes Imperii Bohemiam pro Germaniæ provincia agnoscere recusant apud *Goldast.part. 2.* der Reichssatzungen. Et Carolus IV. Imperator Status Imperii nunquam in Bohemiam evocavit; ne eosdem contra Imperii leges ad Tribunal extra Germaniam trahere videretur, *Auctor discursus manuscripti* Kürtzlicher Außführung/ daß Chur-vnd Fürsten nicht schuldig ꝛc. quamvis *Arum.lib.5.n.35.ex rescripto Carol. IV. Principib. Germaniæ dato*, conjiciat Regem Bohemiæ Imperii negotia eorumq; expeditionem & consequenter comitia in Bohemiam transferre voluisse: ubi idipsum exemplo Wencessai pariter probare conatur. Sic Imperator Rudolphus II. cum aliquãdo inter ipsum & quosdam Imperii Ordines ea de re disceptaretur, Bohemiam à Germania separatam fassus est, *Vischerus disc. histor. polit. jurid. de Elect. Regis Romani thes. 10.* Tum quia in Imperio Germanicæ Nationis, cum in decem Circulos divisum. R. A. *de Anno 1522. rubr.* hernach folgen die zehen Kranß / wie vnd auff welche Ort die in das gantze Reich außgetheilet werden: Bohemiæ locus non assignatus fuerit, quamvis *Goldast.lib.1.c.2.n.5.lib.4.c.8. in Bohem. & in Consultat. de Elect. Bohem.n.13,* existimet, Bohemiam undecimum constituere Circulũ, cujus verba videre licet apud *Arum.de Com.n.41.* qui paulò post ita subjicit; Sanè si in privati Scriptoris staret arbitrio Circulum facere, utiq; Goldasti præpotentis Regni accessione Imperium novo & undecimo Circulo augeretur, quod tamen abest, ut ipsi Bohemi concedãt, put constat ex protestatione Ferd. I. Regis Bohemiæ fratri suo Carol. V. Imp. in Comitiis August. A.1548. facta, §. daß in dem

zu Wormbs

zu Wormbs An. 1521. verfasten matricul, ibi: das Königreich Böhmen mit 400. zu Roß vnd 600. zu Fuß belegt worden / da doch die Stände der Cron Böhmen gantz keiner Reichs Anlag bekäntlich &c. & weil auch die Stewren im Reich mehrentheils auff die Stände in den zehen Kraysen bestimpt / die Chron Böhem aber in einigen Bezirck niemals gewiesen worden. Arumæus *dict. num. & cap. 4. n. 58. in fine* porrò ejusdem protestationis verba notavit, ibi: Zu dem / daß ein König zu Böhem / zu einigem Reichstag nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stimme im Reich hette / *& num. seq.* darneben *ibi*: sondern seynd von dem Reich Teutscher Nation in ein ander besonder Reich vnd Nation von Alters her abgesondert / vnd demselben nicht incorporirt, vnd also deß Reichs Teutscher Nation Bürden / Anschlägen vnd contributionibus nicht vnterworffen. Bohemiam partem Germaniæ facit *Æneas Sylvius in Bohem. cap. 1. Dubrav. hist. Bohem. lib 9. in pr. Marq. Freh. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 2.* & alii *quos exhibet Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Electorum c. 1. n. 219. & seqq.* Ita etiam *Ptolomæus lib. 2. Geograph. de Germaniæ Magnæ situ cap. 11. sentit,* dum Calurgin, quæ nobis Praga dicitur, inter civitates Germaniæ retulit. addatur *novissimè Cluver. lib. 3. c. 8.* Et *Limn. lib. 3. cap. 7. n. 23. ex Goldast.* responsum Electorum ac Principum Imperii refert Pragæ. 1610. Matthiæ Ungariæ Regi datum. Es müsten aber Chur vnd Fürsten dieses wol meinentlich darbey erjnnern / daß in solchen wichtigen Sachen / so respectivè das H. Röm. Reich / ratione deß Königreichs Böhmen / weil der König von Böhmen ein Stand deß Reichs / der sieben Churfürsten einer &c. Si itaq; Bohemia Germaniæ pars est, utiq; Imperator Status in eam evocare poterit, q̃ ipsum exemplis, quę *Arum. lib. 5. n. 54.* recenset, demonstrari posse videtur; Fridericum II. n. Egræ comitia celebrasse testatur *Avent. lib. 7. Annal. Bojor.* Itidem Wencessaus Imperator Egrã Imperii Status ad comitia convocavit. *Lehm. lib. 7. c. 69. in Chron Spirens.* Sanè quantum ad nos, ut rem dicamus de incidenti illa quæstione, utrum Bohemia ad Germaniam pertineat, nobis vix vacat adeò esse solicitis, quia certum est eam ad Imperiũ pertinere, ejusq; partem esse non minimam, confessione ipsorum Statuum in literis An 1619. ad Electorale collegium datis *Theat. Europ. part. 1. p. 197.* wegen eines so hochansehnlichen Königreichs & nobilis Imperii mem-

rii mem-

rii membri. Quantum ad illud verò, quod hujus potissimùm loci est, an etiam Comitia in Bohemia institui possint: Nobis negativa satis mométosis rationibus fulta ferè magis arridet, præsertim cum & observantia pro illa faciat, & Bohemia rara imò vix Comitia numerare possit. Quia ita est, ut superiora illa exempla partim particulares in finem fœderum ineundorum, partim extraordinarii antiquis & sæpe etiam turbatis Imperii temporibus non ex regula habiti conventus fuerint, ex quibus nescio, an contra tot rationum momenta argumentari liceat, *arg. l. 12. ff. de off. præsid.* Atque inprimis rubricam pro negativa allatam, quod videlicet totum Imperium in certos circulos divisum fuerit, intelligendam esse arbitramur, ut illa non tam de Imperio Romano dem Römischen Reich / prout *in Disp. 1. th. 15. lit. B.* sumitur, cui adhuc hodiè Ratzevil in Lituania & Transylvanus, qui Imperii Principes se scribunt *Marta Neapol. p. 1. cap. 25. n. 38. de jurisd.* Dux Mediolani, qui est Princeps & vasallus Imperii, *Marta dict. part. 1. c. 33. n. 38.* Est enim Metropolis Lombardiæ, quæ subjecta Imperio dicitur, *Cardinal. Tuschus in select. jur. publ. part. 3. vers. Lombardia populi. & dict. p. 3. membr. 26. n. 9. vers. Mediolani Dux.* Dux Mantuæ itidem Princeps & Vasallus Imperii *Natta cons. 402. vol. 2. n. 6 Tusch. d. part. 3. memb. 28.* Mantua enim pariter civitas Lombardiæ est *Mart. d. c. 33. n. 35.* Dux Mutinæ & Marchio Monrisferati & alii, qui tamen Statuum Imperii nomine non gaudét, subsunt, vid. *Arum. c. 4. n. 75. & seqq.* & tamen nullus horum & aliorum Principum Italicorū, solo Sabaudo excepto, ad comitia vocari solet; Quā de Germania Teutschlanden oder Teutscher Nation & illius Principibus loquatur: ita etiam verba Rudolphi II. qui Bohemiam de Germania negat & eorum, qui eam de Germania esse asserunt, temperanda erunt: Germaniam scil. considerari vel pro toto Imperio, Romanorum ad Germanos translato, das Reich Teutscher Nation vel pro Germania Teutschlanden / idq; iterum dupliciter vel Geographicè vel circulariter, atque priori modo, quando pro toto Imperio & illo, quando Geographicè sumitur, illam Germaniæ annumerandam censemus. Atq; hæc distinctio dubium expedire poterit, quod ex *artic. 13. Capit. Ferdin. III. in verbis:* vnd sonderlich keinen Reichstag ausserhalb deß Reichs Teutscher Nation vornehmen oriri videbatur:

Si enim

Si enim hæc verba de Germania specialissimè & circulariter intellecta intelligere velis, negativa: Si verò reliquis modis ea interpreteris, affirmativa præpollebit.

7 Tempus quamvis olim ordinarium *a)* & annua *b)* fuerint Comitia, hodie tamen non nisi Imperii necessitate efflagitante *c)* comitia instituuntur: sed quæritur satiusne frequentiora an rariora celebrari? *d)*

a) Olim Comitia annua in urbe Arelatensi perpetuo habenda, constitutum legitur apud Goldast. 3. *constitut. Imper. p.* 1. *b)* R.A. de An. 1512. §. Item haben Wir vnd die Stände deß Reichs ꝛc. asserit Cæsarem & Status in eo consensisse, ut durante illa ordinatione (per sexennium sc.) quotannis Francofurti aut Wormatiæ Comitia celebrarentur. Ita Maximilianus conventus annuos constituendo sedudus fuit R.A. de An. 1459. *rubric.* handhabũg deß friedens: Es sollen vnnd wollen auch Wir Churfürsten ibi: so zu Jährlichen versamlungen kom̃en. *c)* In Imperio hodie non ante habentur Cæsaris & Ordinum conventus, quam si fatum aliquod ei immineat: Quod uti à certo tempore non pendet, ita nec Comitiis certum terminum statui convenit *Bertram. th.* 15. Malum enim si imminet Reipublicæ salutari hoc remedio obviam itur: prout verba Rudolphi 2. de An. 94. innuunt fürnemlich den widerstand vnd abtreibung ꝛc. den auch von andern deß Reichs tranckſalen vñ beschwernussen / wie die abzulegen / oder doch zuverringern vñ zuerleichtern zu rahtschlagẽ ꝛc. *videantur citato loco.* Labescenti Imperio suppetiæ ferendæ? statim succurritur *vide supra t.* 1. *lit. E.* *d)* Quamvis enim Ludovico juniori Imper. *in Capitul. de disciplin. Ecclesi. c.* 15. conventuũ frequentia Reipub. minus utilis visa fuerit & eo quoq; *Georg. Fabric. annal. Saxon. lib.* 7. respexerit, apud *Bert. th.* 25. inquiens: sunt autẽ post illud tempus Comitia ex Comitiis seminata, quæ non parum debilitârunt & opes & potentiam Germaniæ: Quamvis etiam sumptuũ magnitudo è Comitiis promanãs, itineris molestia, temporis jactura (utinam a. nullũ tempus unquã deterius quam ibi collocaretur) & alia opponi possint tamẽ illa partim privata partim culinaria sunt, referente *Arum. c.* 5. *num.* 30. & facile utilitate publica pensantur; illisque annuum in biennium vel triennium conversum mederi posset: nec dubitan-

dum quin dies ostenderet, quam multis exorbitantiis & emergentibus controversiis, quæ immortalitatem in judiciis induunt, certitudo temporis obviaret *ibidem*: Vt ita post *Nicol.Cusan.Cardinal.lib.3. cap.33. de concord. cathol. Arum. citato loco* non sine ratione conqueratur, posteriorum Imperatorum temporibus annuos conventus in usu esse desiisse, eorumque neglectu omnes pene deformitates in Imperium invectas fuisse: rursumq; in observantiam illos reducendos suadeat. Certo insuper tempore duplici malo occurreretur: Fit enim quandoque ut is, qui Comitia pro arbitratu cogit, vel facilis ea in re nimis sit, vel tardior remissiorque quam necessitas efflagitat, quæ incommoda hoc præscripto remedio cessarent. *Bertram.th.25.*

8 Omnes itaque Imperii Status *a*) & quidem in tres Classes *b*) divisi, nempe Electores *c*) Principes *d*) & liberæ Civitates *e*) ad Comitia vocati *f*) jus sessuræ ac dicendæ sententiæ *g*) habent: Huc vero subditi *h*) Imperatoris quibus separatim imperat *i*) non pertinent: Exteros ad Comitia vocandos *k*) sunt qui suadeant.

A *a*) Qui hodiè dijudicantur ex Matricula Imperii *in* qua nomina civium Immediatorum & statuum Imperii & quantum quisque ex illis Imperio urgente necessitate pensitet, conscripta cõtinentur. Dn. Reink. 1 *class.4.cap.1.num.10*. Notandum autem Matriculam Imperii statum non constituere sed factum arguere & probare. *Reink. dict. cap. num.5. Limn. lib.1.c.10.num.5.* jungatur *Disp. 6 th.2.lit. D.* Illa omnium statuum consensu certa in Comitiis Wormatiensib. An.1521. constituta fuit, & annis subsecutis ut norma præ oculis habita & in posterũ habenda, uti constat ex R. A. de An.1594. Ita enim Runolph. 2. Imperat. air. §. Wan auch zu Franckfurt nechst diß dubium erregt worden / welche Reichs matricul vor Augen zuhaben / darauff man sich im votiren vnnd erkennen fundiren soll. Weil dann vnverborgen / daß diese matricul im Jahr der mindern Zahl 21. mit Raht vnd bewilligung gemeiner stände auffgericht für vnser vnd deß Hey. Reichs gerechte vnd gewisse matricul zuhalten / davon auch in vnsern vnnd deß Reichs Abscheiden etc. So setzen

ſetzen vnd erklären wir / das derſelben matricul im votiren vnd erkennen zu folgen ꝛc. videatur R. A. de Anno 1551. verſ. Nach dem auch/ cujus editio ex Archivo Imperiali per compulſoriales peti ſolet *Rutg. Ruland. part. 2. lib. 5. de Commiß.* Præfectus matriculæ eſt Archi Epiſcopus Moguntinus S. R. Imperii Cancellarius *vid. Diſp. dict. th. 2.* eamque impertitur, uti factum legitur apud *Arum. cap. 8. num* 67. in cauſa exemptionis 26. Auguſti An. 1538. In illa autem non relati aliorum in ea deſcriptorum privilegiis non fruuntur. *Arum. cap. 2. n.* 31. *b)* Duplicem quondam ſtatuum fuiſſe ordinem Principum tam Ecclesiaſticorum quam Secularium Comitum & Baronū alterum verò liberas Civitates complectentem refert *Arum. c. 4. n.* 29. *& ſeqq.* quibus poſtea Electores ſupervenientes primo ordini uſque ad Frideric. 3. aggregati viſi fuêre. Illo enim Imperatore in Comitiis Francofurti An. 1489. contra Reges Carolum Galliæ & Mathiam Hungariæ auxilium petente, Electores primitus ſeceſſionem à reliquis Principibus fecerunt *Lehm. lib. 7. cap. 120. in Chron. Spirens.* ita ut temporibus ſubſequentibus triplex ſtatuum ordo in theſi recenſitus manſerit *vide Diſp. 7. th. 1.* *c)* Atque ii quod authoritate præeminentiâ & poteſtate reliquos ſuperent, *Althuſ. in polit. cap. 33. & poſt eum Bertram th.* 69. meritò primum locum obtinent *Diſp. 7. th. 2. lit. A.* cum ratione dignitatis, qua Regibus comparari ſolent. *Dict. Diſp. 7. th. 19. lit.* C. tùm quia pars Corporis Imperatoris ſunt, & in illis ceu membris, id eſt, baſibus & columnis ipſum imperium ſtat & ſubſiſtit *A. B. tit. 12. Diſp. 7. th. 2. lit. A.* Horum originem ſplendorem & alia quam plurima encomia *vide Diſp. 7. paßim.* præcipue autem *th. 2. th. 17. lit. B. & th. 19. lit. B.* Vota iis competere in propatulo & infra pluribus dicetur. *d)* Qui pariter vel Eccleſiaſtici ſunt vel ſeculares *Diſp. 8. th. 4.* illorū in Archi Epiſcopos Epiſcopos Abbates &c. horū in Archi Duces &c. diſtributorum Catalogum vide apud *Paurmeiſt. l. 2 c. 1. n. 17. de juriſdictione. Diſp. 8. t. 5. & 6.* Seriem & rationem collectarum *apud Limn. lib. 4. cap. 7. Dn. Reink. lib. 1. cl. 4. c. 1 n. 66. dict. lib. & cl. cap.* 20. de origine & ſplendore & jurib. eorum *Vid. diſp.* 8. uſq; ad th. 21. In eo inter alia differunt à priori claſſe, quod non, ut Electorum Collegio, fœminæ arceantur, ut ſubſcriptiones quarundem docent: Mariæ Belgii Gubernatricis *Receſſ.* 1551. & Mariæ Duciſſæ Lotharingiæ tutorio no-

B

C

D

mine filiæ suæ unicæ Franciscæ *Recess.Imp.* 1603. Ecclesiastici à Ludovico pio in Principum numerum cooptati leguntur apud *Helmold. lib.1.cap.4.Bertram.t.35.Vid.Disp.8.t.4.* Unde fit ut cum Collegii cujusdam Ecclesiastici eines Geistlichen hohen Stiffts Præses quis factus est, splendidi Principum politicorũ tituli ei competant *Bertram.citat. loc.vid.d.Disp.t.8.l.F.* Verum an item quoq; Antistitib. Reformatæ Religionis §. nach dem vulgo der Geistliche vorbehalt pacificationis Religiosæ de An. 1555. concedet ? vid. *Disp.7.th.8.lit.D.* Principum familias 18. numerat *Paurmeist.lib.2.cap.1.post eum Bert.th.38.* qui tamen eorum in Comitiis comparentium numerum definitum non esse annotat, ut ita rerum nostrarum nondum satis peritus esse videatur Cassanus, cum *En sa Recherche des droicts du Roy de France liv.2.chap.1.p.21.* ait. Il y a trois cen s Princes ou Deputes des Villes Imperiales, qui entrent aux Estats &c. *Sunt trecenti Principes & Deputati Civitatum Imperialium qui cum statibus congregati &c.* Abbatissæ quoque hac in classe locum sibi vendicãt prout passim videre licet ex Recessib. Imperii & *Disp.8.th.5.* Atq; Comites & Barones meritò ei annumerantur, quia unum eundemq; cum illis senatum constituunt *Paurmeist.l.2.c.2.num.22.Bertr.th.39.Disp.7.th.1.lit. C. & E.Disp.8.th.7.* Immediati Imperii Nobiles Comitiis non inter sunt, quia non sunt status Imperii *Disp.9.th.9.lit.F.* Olim rationem illorum in Comitiis habitam fuisse constat ex *Bulla Sigismundi.* §.2.& 4.*Goldast.tom.1.constitut.Imper. Buxd.ad.A.B t.5.lit.C.d.Disp.9.t.9 l.E.* Notandum tamen quod Imperator & Imperii status tum demum quando aliquid decretum & conclusum est, cum Nobilibus istis de rebus decretis tractent, per R. A. zu Augspurg de Anno 1500.*sub.rubr.* Was man mit den Ritterschafften zu Francken rc. & R. A. de Anno 1564. *vid. Disp.9.th.9. lit.* e)

E Sequuntur nunc civitates Imperiales, quæ egregia Imperii membra & status sunt, vid. *Dn.Reink.1.cl.4.cap.20.n.13.Disp.7.th.1.lit. F.Dispu.8.thesi.21.lit.D.& E.thes.10.lit.D.* atque ita in privilegiis Cæsareis appellari solent, Regner. Sixtin *de Regalib.lib.1.c.4.n.80.* Auctor Gründlichen Berichts deß Heyl. Reichs Statt Fridberg Regalia betreffent *part.1.punct.15.n.14.* Earum jura & privilegia & distinctiones vid. *Disp.8.th.22.& seqq.* f)

F Illud hic notandũ putavimus nihil referre, utrum literæ quibus status ad comitia vocantur scribantur vel impri-

imprimantur, hodie tamen ut plurimum illas impressas videmus. Friderico 2. conventum Moguntiæ celebrante, constitutiones quędam Germanico, cum prius Latino sermone editæ essent, promulgatæ sunt, quod Rudolph. 1. in comitiis Würtzbergensibus Anno 1287. latius traducendo constituit, ne Notarii literas contractuum amplius Latinè sed Germanicè scriberent *Crus. lib. 3. part. 3. c. 1. Annal. suevic. Arum. cap. 5. num.* 25. unde illud etiamnum quod Germanicè Recess. scribantur vigorem suum traxisse videtur. Vocati autem comparere jubentur, ita enim verba allegat. liter. Rudolph. 1. sonant, gnädiglich ersucht vnnd vermahnet haben wollen von Röm. Keys. Macht ernstlich befehlende / das deine liebde rc. auff bestimpten tag vnd wahlstatt selbst eygener Person gewißlich erscheine. g) De prioribus duab. classibus non est dubium & res extra controversiam, tertiam autem classem civitatum quod attinet, nō nulli jus quidem cōsultandi, non verò votandi seu suffragandi iis concedūt. Ita Orator Reipubl. Venetæ apud *Philip. Honorium in Relatione sua de Aula & Regno Imperat. Rom.* Civitates ait etsi sententiam suam quasi consilium conferunt, tamen nullum in decidendo suffragium habent. Similiter Peucerus (quem Germanū hunc errorem erravisse miror) *in complem. Chron.* censet: quamvis rationes suæ sententiæ non addiderit *Arum. Disc. 1. ad. A. B. t.* 8. qui tamen arbitratur illū eo collimasse, quod quemadmodum privato jus suffragandi in comitiis non conceditur, similiter nec civitatibus, utpote quæ privatorum loco sunt *l. eund. qui vectigal.* 16. *ff. de verb. signif. Heigius. lib. 1. quæst. 23. num.* 25. id permitti debere videretur: Atque in comitiis veteri illa & antiqua Romani Imperii Majestate etiamnum lucente *Arnold. Clapmar l. 1. cap. 14. de Arcan. Imper.* illius cum subditis communicationem, siquidem civitatibus jus votandi in Comitiis concederetur, institui arbitratur *Thuan l. 2. hist.* in iis enim nihil aliud disceptari solet, quam quod ad Imperii Majestatem pertinet. Verum hæc quam ut quicquam nos moveāt leviora sunt, cōstat enim 1. Civitates sub eadē qua reliqui, ad comitia vocari formula mit vñ neben andern Ständen helffen handeln rahtschlag... vnd schliessen. 2. Collectas imponi per modum contractus, easque à civitatibus exsolvi: conventio autem cum uno inita alteri non nocet *l. 27. §. 4. in fin de pact. Surd. dec.* 291. 3. peculia- G

 rem

rem & tertiam illas constituere curiam sive collegium testatur Auctor Außführlichen Berichts wie es auff Reichstägen pflegt gehalten zuwerdē. ibi: der dritte ordinari Reichsraht ist der frey vnd Reichsstätte Gesandte vnd Bottschafften / welcher auch absonderlich in einer Rahtstuben gehalten wird. Darinnen sind zwo Bäncke, die Reinische darunder Cölln vnd Ach die fürnembste sein / die andern die Schwäbische / als Regenspurg / Vlm / Nürnberg / Augspurg / inmassen auch die Stätt im ausschiessen alle mehr nicht als zwey vota haben / aber in jhrem Raht votirt ein jede vor sich selbst ꝛc. 4. In quam plurimis decretis Imperii hæc vel similia circa finem apposita legi verba: Vnd wier Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen vnnd Herrn / vnd deß Heyligen Reichs Freye vnd Reichsstätte / Gesandte Bottschafften vnd Gewalthaber hernach benandt / bekennen offentlich mit diesem abschrid / das alle vnnd jede puncten vnd Articul mit vnserm guten willen vnd Raht vorgenommen vnd beschlossen seyn ꝛc. 5. Commoda eum sequi debere qui incommoda sustinet: Onera autem Imperii tam ad civitates, quam ad alios status pertinent, concedatur ergò & commodis quæ in jure suffragandi sunt easdem gaudere; & commune ubi periculum est, ibi communia exquærenda esse consilia, *l.4. C.de author.præstan.* 6. Civitatum legatos cum Imperatorum Electorum & Principum legatis ad exteros Reges vel Principes in causis gravissimis mitti. *Arum.Discus.1.ad* A.B. *th.8.* non sc. alium obfinem quam ut constet non duo tantum in comitiis, sc. Electorum & Principum, sed tertium quoq; nempe civitatum esse consilium, *Arum.modo citat. discurs. Knichen l.2.c.2.num.23.de jurisd. Obrecht.cap.6.num.79.* 7. Illas sessionem & votum habuisse in consilio Imperiali Reichs Regiment à Maximil. I. Anno 1500. Augustæ instituto *tit.* Wie zwantzig in daß Regiment genommen sind / *in verbis*: Item sollen auch alle viertheil Jahr / zwo redliche verständige Personen / die jetzt aus den hernach benenten Stätten genommen ꝛc. im Reichs Raht sitzen: Et in selectorum sive Deputatorum conciliis ordinariis & extraordinariis, ut & in Circulorum Imperii conventibus etiamnum habere: jure etiam nominandorum sive præsentandorum Assessorum judicii Cameræ Imperialis gaudere, atque Reformationi & Visitationi Cameræ cum reliquorum ordinum

dinum Legatis interesse *testatur Paurmeist.lib.2.cap.2.n.36.& seqq.* rationem igitur ob quam in comitiis deterioris conditionis esse debeant non invenimus: Aliæ insuper rationes studio hic prætereuntur. *Vide Limn.lib.7.cap.1.n.47. Rumelin.ad A.B.part.2.Diss.1.thes.* 10. & consilia Grempii & Hierony. zum lamb quos *Limn.dict.loco & Disp.*8. *th.21.lit.H.I.&th.23.lit.D.* allegant supra à Diss. ut itaque quod ad statum Imperii præsentis vitiosè prolatum subsistere nequeat, ille enim multum mutatus docente *Petr. Heigio quæst.* 23. *num.* 30. *lib.* 1. *ab Arum. dict.th. citato. Vbi ita*; ubi post divisum Romanum Imperium Carol. M. auspiciis pax Italiæ & cæteris Occidentalibus Gentibus reddita est, ibi ut aliarum rerum omnium ita jurisdictionis quoque nova facies apparuit. Etenim quæ antea in nullius patrimonio & commercio erat, privatorum, nec tantum civitatum esse cæpit &c. Et quæ ante Carolum solius Imperatoris erant Statu Imperii mutato non ad Principes solos (exemplo sint Regalia) sed etiam civitates devenerunt liberas, quæ & ideo liberæ dicuntur, quod certo & definito censu Imperii authoritatem agnoscant, in reliquis omnibus suis legibus non tam Imperio augendo quam propriæ libertati conservandæ operam dantes vivunt, ideoque ipsis principibus assimilari solent. *Fride. Guicciard. lib. 7. Histor. Ital. apud. Arum.dict.cap.8.ad Auream Bullam.* Atque ita secundo loco à parte contraria allatum facile quoque corruit, illud enim argumentum si procederet, non solum civitatum sed & Electorum & Principum consilium in dubium vocaretur: Et quemadmodum Majestati utpote indivisibili & incommunicabili Electores & Principes in partem solicitudinis eorum, quæ gravioris momenti sunt vocati, nihil detrahunt, prout ex veteri Regimine Romanorum Imperatorum patet, qui summâ & absolutâ potestate præditi *l.1.ff.de constit.Princip.* non tamen sine consensu & consilio Senatus ea, quæ ponderis alicujus videbantur, expediebant *l.human.C.de legib.l.cum hic status ff. de donat.inter vir & uxor Bris.l.* 1. *antiq. c.* 16. ita nec civitates in partem consiliorum vocatæ eidem quicquam derogant. *b*) Prout hodie noti sunt illi populi, quos Imperator sibi subjectos habet: neque enim quod ex alio subjectionis capite Imperatori paret, idem quoque protinus subjectum videri debet Imperio *Bert.th.*27. Ideoque meritò à statuum jure sequestrantur. H

I strantur. *i*) Illis enim non ut Imperator sed proprio jure ut illorum Dominus & Dynasta imperat: Utile autem foret Imperio, ut Regna illa adjuncta in statuum numerum referrentur, & fortasse Helvetius ille apud *Goldast. in præfat.* Reichshandlung *&c.* ad contributionem pro Hungaria contra Turcam defendenda, quod Rex Hungariæ Status Imperii non esset gentiles suos teneri non negasset, quia si inter Status referretur, eos non detrectaturos affimat *Bertr. dict. th.* K *k*) Olim etiam exteros & confœderatos Reges Principesve ad comitia vocatos testatur *Goldast. in præfat. tom. 3. rescript. Imper.* & tunc quidem maxime, cum de propulsando hoste aut alia causa communi consultandum, videatur R. A. de Anno 1530. §. Dieweil auch solch dapfer Werck deß beharlichen zugs vnersucht jetzt gemelter Potentaten/ vnd sonst auch aus andern treffentlichen vrsachen in solcher eyll nicht beschehen mag/ so haben Wir denselben vnsern Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen zugesagt vnnd versprochen zum forderlichsten vnd eylendsten vns immer möglich obbemelte ꝛc. vmb stattliche hülff gegen den Türcken zuersuchen vnd zuerbitten: vnd so Wir derselben bewilligung erlangen/ daß Wir als dann widerumb einen gemeinen Reichstag ausschreiben auff demselben alle Churfürsten ꝛc. vnd andere Potentaten obgemelt jhre dapffere Bottschafften mit volligem Gewalt auch verordnen vnd schicken sollen. Verum rem esse periculi plenam peregrinos arcanis inter esse deliberationibus monet *Bertram. th.* 26. & eo ipso etiam Majestatico comitiorum splendori multum decedere, dum Imperator & Ordines consiliis illorum minime carere posse viderentur: Sed *Limn. lib. 9. cap. 1. num. 62.* potius *cum Goldast.* facit, inconveniens illud temperamento adhibito facillime evitari posse putans: Non enim statim exteros Reges ad comitia invitatos vel ipsos vel per legatos comparentes, arcanis deliberationibus Imperii negotia tantum concernentibus, adhibendos arbitratur *Limn. citat. loc.* quidni enim adhiberi possent illis, quib. citra periculum debent? hoc est communibus. Inde nihilum Majestatico comitiorum splendori decedere potest, quando qui Imperii Majestatem comiter observant, pro communi orbis Christiani coëunt quiete: Nec inde statim præsumendum est, consiliis vocatorum ad comitia, Cæsarem Statusq; carere nō posse, sed potius illis carere non velle, non necessitatis sed utilitatis intuitu. Prin-

Principes autem vocati comparere *a*) vel legatos 9
ad Comitia ablegare *b*) jubentur: Tutores quoque pupillorum *c*) & Capitulum sede vacante *d*) iis intersunt; sed anne pœna in non comparentes constituta? *e*)

a) Prout *th. præcedenti l. 5.* dictum fuit. Imperatorem tamen ad per- A
sonaliter in Comitiis comparendum vocare ordines posse *Bertr. th.* 52. vix concedet, iniquum esse putans, ut invitì adesse cogerentur, quorum nuntii rebus expediendis sufficerent, & duram sic fore Statuum conditionem atque eâ ad judicium vocatorum duriorem: Verùm *Limn. lib. 9. cap. 1. num. 93. & seqq.* melius imo necessarium esse putat ipsos Status personaliter comparere, atque Recessus aliquot idipsum confirmantes allegat, nempe R. A. zu Wormbs de An. 1545. §. dem allem nach ibi: in eygener Person selbst erscheinen. R. A. zu Regenspurg de Anno 1546. §. dieweil wir aber ibi: welche zu bestendiger jhrer vergleichung viel eine mehrer Persönliche gegenwertigkeit deß Reichs Stände erfordern: atque alios Recess. Imperii testari ait, das je zu zeiten die sachen vnd obligen der Christenheit / vnnd sonderlich deß Heyl. Röm. Reichs Teutscher Nation / so auff einem Reichstag erledigt vnd verglichen sollen werden / zum theil also beschaffen vnd gestalt / daß sie ohne Persöhnliche gegenwertigkeit mehrer Reichs-Stände nicht wol erlediget oder verglichen werden mögen. Idem etiam inde deduci posse arbitratur, quod, si per Legatos compareant, teneantur absentiæ suæ rationes reddere müssen wann sie redliche hinderung haben / dieselbe bey ihrem glauben mit jhren Brieffen vnnd Siegeln bethewren R. A. zu Trier vnd Cölln *de Anno* 1512. additque num. 108. Auctorem deß Außführliche Berichts wie es auff Reichstägen gehalten wird mandati formulam subjicientem: Wihr N. Nachdem die Röm. Keys. May. vnser aller gnädigster Herr einen gemeinen Reichstag angesetzt / darzu vns als ein Stand vnd mitglied deß Heyl: Reichs auch erfordert: Ob wol wir vns schuldig erkennen / auch in vnderthänigsten gehorsam gantz bereit willig gewesen Jhrer May. zu vnderthänigsten gehorsam vnd Ehren darzu selbst zuerscheinen rc. quod sane nunquam requiri posse opinatur, si ipsorum in arbitrio tantum situm foret, in persona aut per legatum comparere.

Idem de Electorum conventibus clarum esse addit *per cap.* 12. *A.B.* §. 2. ibi Persöhnlich zusammen kommen (quanquam observantiam & unionem fraternam hodie in contrarium esse monstraverit *Disp.* 7. *t.* 20. *lit.* G.) His itaque & aliis præmissis rationibus nullá esse iniquitatem ait, ut vasallus atque consiliarius in persona compareat Domino consilium daturus, uti ad illud obstrictus; Ac quamvis concedat status de jure comitiorum magnam sibi partem vindicare, ac proinde puros non esse consiliarios, attamen vocatos ad comitia regulariter comparere debere per superius deducta adhuc asserit: & *num.* 100. addit: Non equidem nego Legatos ampliori mandato instructos optimo consultationum eventu comitiis aliquando interesse, at nonnunquam melius est & necessarium, ut personali congregatione statuum negotia tractentur R. A. zu Wormbs *de Anno* 1545. Deinde malam fieri comparationem citati ad judicium sive is actor sive reus sit cum vocato ad consilium: Et tandem *num.* 102. concludit. Quod si turbidus rerum status non patiatur Principem provincia excedere, legitimam hanc esse causam, ut per legatos compareat: Quod si verò quieta sint omnia, ad comitia abire obligatum, nec protinus eò migrantem curam subditorum abjicere putat: *b*) Ita

B enim non solū literis illis evocatoriis insertum videmus, oder da Dine Liebde je solches (allein aus jergemeldter verhinderung Göttlichen Gewalts) nicht vermöchte/ doch zum wenigsten ihre stattliche ansehnliche Räh[t] und Gesandten mit vollmächtigem ungemessenem gnugsamen Gewalt ohn alles hinder sich bringen dahin abfertige: Verum etiam Recessuū subscriptiones, ubi Legati loco ablegantium subscripserunt, docent. Dicuntur autē Legati à legando vel legatione quam suscipiunt: Olim Oratores etiam appellati fuere. *l. lex Iulia ff. ad L. Iul. de ripubl.* Verum hæc acceptatio nimis lata & Oratoris nomen latius patet nomine Legati. *Grimman Disp. Iuridico Polit XI. th.* 52. Illud enim ejus est propriè, qui de rebus omnib. possit variè copioseq; disserere, hoc verò ad illos tantum refertur qui negotia publica tractant. *Alberic. Gentil. lib.* 1. *de Legat. cap.* 2. Sic etiam dicuntur nuncii *Cic.* 1. *Tusculan.* non tamen privati. Idem Gallis Ambassadeurs, Ambassadores, quam vocem ex mutilatione Græci verbi ἀμβαδίζειν profluxisse autumat *Kirch. lib.* 1. *de legat. cap.* 1. *num.* 22. quod Latinis est hinc atque

inde

inde vadere, circumambulare ; Differentiam quoque tradit modo citatus, author *dict. cap. 1. n. 19.* inter Legatos Gesandten & Ablegatos abgesandten : Ita Arum. quoque *Conclus. 6. Discurs. 29. tom. 1. Discurs. Ienens. & Tract. de Comitiis cap. 5. num. 53.* Legatum non nisi ad sui similem, hoc est nec superiorem nec inferiorem mitti existimat, atque cautè Recessuum Imperii subscriptionibus non Legatorum Gesandten sed Nunciorum Bottschafften und gewalthabern mentionem fieri: Id ipsum tamen non adeo, accuratè attendi videre licet ex sæpius allegat. literis Rudolph. 2. Oder da deine liebde ibi: doch zum wenigsten jhre stattliche ansehnliche Rähte und Gesandten rc. R. A. *de An.* 1548. §. dieweil auch etliche Stände ibi und der abwesenden Rähten und Gesandten rc. R. A. *de Anno* 1594. §. Nach dem dann ibi : unnd derselben abwesenden Rähten Bottschafften und Gesandten rc. R. A. *de Anno* 1603. §. Dieweil dann rc. ibi: verordnete Rähte und Gesandten rc. §. Wie hoch und viel dann ibi : auch anderer Ständen / Rähten Bottschafften und Gesandten rc. & *Auctor* Außführlichen Berichts *in verbis supra allegat.* der dritte ordinari Reichsraht ist der Frey und Reichs Stätte Gesandten und Bottschafften. Legationibus autem præficiantur viri genere Nobiliss. virtute & eruditione clarissimi, periti probi & graves, qui amplissimos in Republica gradus sunt consecuti, *Grim. dict. Disp. u th.* 68. Id verò status qui nuntium mittit ante omnia attendat, inquit *Anton. Guevara lib. 1. cap.* 43. *m* 194. *in Horolog. princip. apud Arum. cap. 5. num.* 52. ut talem vice sua ableget, qui iis animi & corporis dotibus instructus sit, ut & rei peragendæ par sit, & in sua mittentis personam exprimere queat : Ex misso enim de prudentia Principis, de integritate Consiliariorum, de dispositione Senatus & Aulæ judicium apud ordines alios oritur. Ita Domus Burgundica merito pro contemtu habuit legationem Ludovici XII. qui tonsorem suum Olivarium, Caroli. Ducis unicam filiam Mariam Delphino suo uxorem petitum, in Burgundiã ablegaverat, post *Cominl. 8. de gestis Ludovic. Grim. dict. Disp. th.* 67. Legati cum munus eorum sit publicum ad illud suscipiendum cogi possunt, *l. 4. §. 5. ff. de Legation.* publica enim à privato declinari nequeunt. *l. si Magistratus 18. Codi. de Decurion. l. tutori 10. Cod. de negot. gest.* Legati hodie plerumque mandato cum libera instrui solent, prout etiam licere-

ræ vocatoriæ de An. 94. id ipsum postulant doch zu wenigsten jhre statliche ansehnliche Rähte vnd Gesandten mit vollmächtigem vngemessnem Gewalt ohne alles hindersich bringen dahin abfertige: Notandum tamen Legatos, quibus plenissima potestas data est, recte facturos, si à quibusdam consulto abstineant, & si fieri possit Principes suos requirant, quo ipso fidem suam & observantiam in illos abundè probabunt *Albert. Gentil. 3. de Legat. 17. Bertr. th. 54.* qui laudandos ducit statuum Legatos, quibus solenne in Comitiis est, de gestis gerendisve Dominos suos per cursores auff der Post certiores reddere, & quidquid in causis præter opinionē subortis sibi faciendum, rescisceere. Atq; ita formalis solennitas consistit in mandato Legati, exinde enim omnis legationis nervus dependet; Ita ut nisi mandatorum suorum literas, quas vulgò Credentz oder Creditiff schreiben vocamus, ostenderit, ægrè admittatur, *Grim. dict. Disp. th. 69.* Civitatum legatos nullo opus habere mandato in scriptum redacto, sed simplici ipsorum assertioni credi longo usu receptum esse tradit *Autor* deß Außführlichen Berichts *cap. 2. apud Bertr. th. 55.* qui tamen subdubitat, an in eo fides ipsi tribuenda sit, cùm nemini Legatorum imo nec Imperatoris quidem nūcio sine literis credatur *l. si quis C. de mandat. princ. Sichard. in l. 8. num. 9. C. quom. & quand. judex* Prætereа mandata quandoq; substituēdi clausulа munita fuisse exemplis demonstrat *Bertr. dict. th.* In itinere ordinariâ utantur viâ, per quam quilibet Territorii Dominus eunti & poscenti salvū conductum præstare tenetur, *Arum. de Comit. c. 5. n. 54.* quod si insolitam viam ingressi & spoliati fuerint, Dominus territorii, si ejus conductum neglexerint, ad damni emendationem non tenebitur: per rationes *Arum. dict. cap. 5. num. 56. & discurs. 1. ad A. B. th. 22.* Legatione perfectâ Princeps habitum laborem cum omnibus impensis & expensis Legato compensabit *Grim. dict. Disp. th. fin.* Singulare hic est quod de domo Austriaca dicunt, eam posse quidem, si velit, non tamē teneri ad comitia comparere *Limn. lib. 9. cap. 7. num. 89. Disp. 7. th. 20. lit. C.*
C (c) Si enim Principes nostri annum ætatis 25. (quem majorennitatis terminum iisdem regulariter statutum videbis *Disp. 7. th. 16. lit. B.*) nondum attigerunt, tunc Tutores, omnia jura eorū nomine exercentes, etiam ad comitia comparent, argumento eorum quæ de Electorum Tutoribus

